




THESAURUS
RERUM SUEVICARUM

SEU

DISSERTATIONUM
SELECTARUM
VOLUMEN TERTIUM

DE

SUEVIA EXTINCTIS DUCIBUS
LIBERTATI RESTITUTA

CURA ET STUDIO

JO. REINHARDI WEGELINI

COS. ET SYNDICI PRIMARII

IN LIB. S. R. I. CIVITATE LINDAV.



LINDAUIÆ

SUMTIBUS JACOBI OTTONIS

MDCCLVII.





PRÆFATIO.

Thesauri rerum Suevicarum Tomum tertium, Dissertationes complectentem varii argumenti ex ævo medio, de Suevia extinctis Ducibus in plenam Libertatem asserta, inque varios status Imperii immediatos scissa, eo lubentiores sistimus, quo nostrum non displicuisse institutum eruditis & perspicacioribus rerum historicarum, vel maxime Alemannicarum seu Sueuicarum Scrutatoribus & Arbitris, sed calculo suo & assensione comprobatum noscimus ex Commentariis præcipue seu Ephemeridibus Litterariis optimæ notæ & præstantiæ, luci hactenus expositis, ex quibus evolvantur, si lubet, Göttingische Anzeigen von gelehrten Sachen/ im 38ten Stück d. 27. Mart. 1756. art. Lindau. p. 319. Regenspurgische wochentliche Nachrichten von gelehrten Sachen. XVI. Stück/ ejusd. anni & articuli. Item XVIII. Stück. sub articulo Ulm. p. 136. Freymüthige Nachrichten von neuen Büchern und andern zur Gelehrheit gehörigen Sachen. XIII. Stück. Zürich d. 31. Mertz 1756. sub tit. Lindau am Bodensee. p. 101. & LII. Stück. d. 29. Dec. ejusd. anni. Neue Zeitungen von gelehrten Sachen. Leipzig d. 31. May 1756. art. Lindau p. 385. reliq. Quibus subnectere libet Decerpta ex Litteris ab Eminentissimo Cardinale PASSIONEO, Bibliothecario Vaticano & Secretario Brevium Pontif. Roma anno 1756. Kalend. Jun. datis ad maxime Reverendum & Doctissimum SS. Theol. D. Jo. Georg. Schelhornium, Superintendentem Lib. S. R. I. Reip. Memming.

Thesauri Rerum Suevicarum Volumen summopere me delectavit, cum præsertim Regiones & loca illius Provinciæ non semel intervallo duodecim annorum perlustrarim, dum Legationis Apostolicæ obirem munus in Helvetia. Pergratum sane mihi feceris, si Volumen etiam secundum, cum prodierit in Lucem, ad me mittas &c.

Quod reliquum est, & quæ adhuc supersunt Dissertationes Selectæ, nonnullarum ex primariis Civitatum Imperialium in Suevia historiam & antiquitates respicientes, quarto & ultimo denique Tomo in lucem usumque publicum prodibunt quantocius & quoad ejus fieri poterit, si divina providentia vitam, & cum vita corporis animique integritatem sospitabit. Quibus accedent non solum reliqua Bibliothecæ Suevicæ Suplementa, sed Notitia quoque Dissertationum Selectarum de aliis & complurium Provinciarum ac Statuum Imperii Rebus præcipuis, antiquitates non minus quam Jus publicum & historiam illustrantium, in Classes suas ordinata, & non absque insigni cura ac labore congesta.

Mantissæ loco dabimus libellum, in Bibliotheca Scriptorum rerum Suevicarum Sect. II. p. 13. fusius descriptum, ex vetustissima eaque rarissima editione de anno 1486. qui quidem sub titulo: *Thomæ Lyreri Ranckvvilensis Chronicon Sueviæ*, inter omnes constat, sed inter Libros fere deperditos merito connumerandus.

Et ut omnis quoque evolvendi investigandique materias, in hoc thesauro contentas, molestia ac tædium aut plane tollatur aut saltem imminuatur, ususque universi ac diffusi operis accommodatior & facilior reddatur, ultimam admovendo manum, finem constituet Repertorium Universale seu Index rerum & verborum plenissimus, ordine Alphabetico adornatus. Dab. Lind. Calend. Septemb. MDCCLVII.



ELEN-

ELENCHUS DISSERTATIONUM SELECTARUM.

VOLVMINIS TERTII.

I.

De Sereniffimæ Domus Auftriacæ Principatu in Suevia; Obfervatio Hiftorica LUD. BARTH. HERTENSTEIN. J. U. L. Ulma Suevi. In fuplementis ad nova Acta Erudit. Tom. I. fect. III. p. 135.

II.

De auguftæ Gentis Auftriacæ Ducatu & Principatu in Suevia. Liber fingularis Jo. Chriftoph. Pesleri J. U. L. Lipfiæ 1739.

III.

De Sereniff. Domus Auftriacæ Advocatia Provinciali Superioris atque Inferioris Sueviæ. Disquifitio Hiftorica LUD. BARTH. HERTENSTEINII, Reip. Ulmanæ Confiliarii. In novis Actis Erudit. de Anno 1739. menf. Dec. p. 680.

IV.

De Judicio Provinciali Cæfareo-Sueuico. In Differt. Jur. Publ. GABRIEL. SCHWEDERI PP. de Sereniff. Domus Auftriacæ Praeminentiis, Prærogativis, juribus ac privilegiis præcipuis. Sect. III. Defenfore ac Refpondente *Ant. Maria Belli* Altorff. Suevo. Tubing. 1712.

V.

De Sueviæ Tribunali S. R. I. Auftriaco, dem Kayferlichen Landgericht in Quadrurbe. Diff. Inaug. Præfide JO. PETRO de LUDEWIG. Fridericianæ Cancellario, & Refpondente *Jo. Dav. Knoll.* Ravenfpurg. Halæ Vened. 1725.

VI.

JOANNIS SCHILTERI Rechtliches Bedencken von dem Kayferl. Landgericht in Schwaben/ dd. Straßburg. 20. Aug. 1702. vid. Burcard. Gotth. Struvii neueröffnetes Hiftorifch- und Politifches Archiv. Part. IV. N. I.

VII.

De Judicio Rotvvilenfi, vom Kayferl. Hoffgericht zu Rotweil. Diff. Jur. Publ. Præfide ERICO MAURITIO P. P. & Refpond. Henrico Otterftedt. Kiloni 1666.

VIII.

De Judicio Curiæ Imperialis Rotvilenfi, vom Kayferl. Hofgericht zu Rotweil. In Commentatione Juris Publ. de Judicio Curiæ

 Impe-

Imperialis Germanico, von dem Kayserl. Hoffgericht in Teutschland x. ejusque Appendice p. 137. Auth. HENRICO BALTH. BLUM. de KEMPIS Francof. ad Moenum 1745.

IX.

De Ætate juris illius antiqui Germanici, quod vulgo vocatur Speculum Suevicum, deque significatu vocabuli *Semper-leutte*, quod in eo usurpatur; ex Codice præstantissimo Harrachiano. Diss. Epistolaris PHILIPPI JACOBI LAMBACHER ad Virum Illustrem Isaacum Peyer à Flach & Haslach. Viennæ 1739.

X.

De Commento Speculi Suevici, nec non Juris Suevici seu Alemannici, quod in illo haberi creditur. Auctore JO. GOTTL. GONNE J. U. D. & Prof. Jur. Publ. Ord. Erlangæ 1753.

XI.

Untersuchung des Wortts Uuiphait im Schwäbischen Landrechte/ oder ob die Weiber der Sachsen sich von den Schwaben beschlaffen lassen/ und dadurch ihre Erbschafft verlohren. Von Johann Gottlieb Kraußen/ Hist. PP. Wittenberg 1733. in 4.

XII.

De Curiis superioribus in Germania, von denen Oberhöffen in Teutschland/ in specie dem Oberhoff zu Wimpffen in Schwaben. Diss. Inaug. *Joan. Georg. Mülleri*, Heilbronnensis, sub moderamine CHRISTOPH. FRID. HARPPRECHT. P.P. Tubing. 1732.

XIII.

De Fœdere Suevico, vulgo von der Gesellschafft des St. Georgen Schildts. Sub Præsidio M. GEORG. JAC. MELLIN. Lindau. Acron. Respond. *Jo. Sebast. Held.* Dünckelspula-Suevo. Jenæ 1696.

XIV.

Sciagraphia Liberæ Venationis Germanicæ, inprimis vero Suevicæ, vulgo die Freye Pürstgerechtigkeit. Præside STEPH. CHRISTOPH. HARPPRECHT. P. P. & Respond. Jo. Erhard Kessel Durlaco-Marchico. Tubing. 1702.

XV.

De Luitgardis, uxoris Conradi Magni Marchionis Misnensis, Origine Suevica, ejusque fundatione Monasterii Elching. CHRISTIANI SCHOETTGENII, quondam Rect. Lycei Crusiani Dresdens. ad *Jo. Petr. Millerum*, hodie Gymnasii Ulm. Rect. Hist. & Gr. Ling. P. P. nec non Reip. Bibliothecarium, Disquisitio Epistolica; edita Dresdæ 1740. in 4. Alias cum tribus subsequentibus in numerum ac ordinem Dissertationum Tomi II. de Ducibus & Comitibus Sueviæ priscis referenda.

XVI.

De Comitibus Calvenſibus, Fundatoribus Monaſteriorum Hirsaug. & Syndelphing. Ex Oratione MARTINI CRUSII de vetuſtiſſima Würtembergenſis Ducatus Oppido Calva, & de generoſis illuſtribusque ejus Rectoribus, inſcripta, habitaque ab ipſomet Tubingæ, & ibid. excuſa anno 1595. in 4. cum Appendice peculiari, quæ continet Genealogiam priſcorum Comitum Calvenſium, Catalogum Abbatum Hirsaug. & Præpoſitorum Syndelphing. Itemque recenſionem Librorum Cruſian. tam editorum quam ineditorum.

XVII.

De Comitum Sueviæ Palatinorum Tubingenſium Familia, longe illuſtriſſima, Fatis, Terris, Officio, Dignitate & Prærogativis. Schediasma Hiſtoricum JO. FRID. HELFFERICHII J.U.D. & P.P. Tubing. 1751.

XVIII.

De Conradino ultimo Sueviæ Duce. ANDR. ADAM. HOCHSTETTER. P. P. Tubing. in Libro ſingulari de jure Pœnarum. Diſſ. Select. IV. edit. Stutgard. 1726. in 4.

XIX.

De Prærogativis Würtembergici Ducatus, præſertim adverſus Appellationes, Evocationes, Auſtregas. JO. PETRI de LUDEWIG JCti. Reg. Maj. Conſiliarii intimi, & in Regimine Ducali Jur. atque Hiſt. P. P. ac Principalis Tabularii Archivarii. Halæ Magdeb. 1719.

XX.

Hiſtoria & Jus Unionis Territorii Würtembergici. Specimen Juris Publici Würtemb. Præſide GODOFREDO DANIELE HOFFMANNO, Auctore ac Defenſore Frid. David. Hoffmanno. Tubing. 1754.

XXI.

De Vexillo Imperii primario, vulgo Reichs-Sturm-Fahne, Commentatio Academica, qua non tantum ejus requiſita atque uſus ſecundum hiſtoriam & documenta medii ævi examinantur, ſed etiam Sereniſſ. Würtembergiæ Ducibus id optimo maximo jure competere docetur, atque ab adverſariorum objectionibus vindicatur. Authore JO. CHRISTOH. WEINLAND. Halæ Magdeb. 1727.

XXII.

De Dynaſtia Juſtingenſi, a Sereniſſ. Würtembergiæ Duce Carolo noviter acquiſita, & Dynaſtiæ Steuſslingenſi juncta. Diſputatio Hiſtorico-Juridica ſub Præſidio JO. FRID. HELFFERICH P. P. ab Andrea Adamo Klemm. Steuſslingenſi publice expoſita. Tubing. 1751.

XXIII.

Kurtze doch Gründliche Anzeige, daß die dem Ertzhauß Oesterreich auf das Hertzogthum Würtemberg zugeſtandene Anwartſchafft, worauf die

die Führung des Würtembergischen Tituls und Wappens gegründet/ durch jüngst erfolgt tödtiches Ableiben Sr. Röm. Kayserl. Majest. gefallen und erloschen sey. Stuttgardt 1742. in Fol. Exhibit. an das Königl. Hungarische Ministerium zu Wien. d. Decemb. 1740.

XXIV.

Ohnumstößlicher Beweiß/ daß das Weibliche Geschlecht des Durchlauchtigsten Ertzhauses Oesterreich auf das Hertzogthum Würtemberg kein Anwartschaffts-Recht zu suchen/ noch sich des Tituls und Wappens von Würtemberg zu bedienen habe. Stuttgardt und Tübingen 1742. in Fol. ohne die Beylagen a Lit. A. bis Qq.

XXV.

Nobilis immediatus ſemper exul in Terris Ducatus Würtembergici. Diſſ. Jur. Publ. Inaug. a JO. FRIDERICO EISENBACH. Stuttg. Würtemb. propoſita. Göttingæ 1751.

XXVI.

De Rebus Badenſibus, Diſputatio Hiſtorica CONRADI SAM. SCHURZFLEISCHII. Reſpond. *Jo. Burcard. Maio.* 1677. in operibus ipſius Hiſt. Politic. edit. Berolin. 1699. in 4.

XXVII.

De Sereniſſ. Marchionum Badenſium ſingularibus juribus atque prærogativis præcipuis. Diſſertatio Jurid. Inaug. FRID. SONNTAGII Bada-Durlac. Argentorati 1730.

XXVIII.

De jure Sereniſſ. Domus Durlacenſis in Allodia controverſa ultimi Dynaſtæ Hohen-Gerolſecc. ſine maſcula prole defuncti. Præſide JEREMIA EVERH. LINCKIO P. P. & Reſpond. Erneſto Ulrico Krieg. Lahrano. Argent. 1721.



DISSER-



DISSERTATIO I.

DE

SERENISS. DOMUS AUSTRIACÆ PRINCIPATU IN SUEVIA.

§. I.

Dudum quidem, Suevicarum rerum evolvendo memorias, altum illud veterum pariter atque recentiorum Historicorum de nobilissimo hocce argumento silentium miratus fui, causas vero tam diu neglecti argumenti, in tanto hodierni Seculi scribendi pruritu, fateor, non inveni, dignumque proinde duxi, quod in peculiari quodam meletemate explicaretur. Animus primo erat, illud *Specimini Juris Publici Suevici de Ducatu Sueviæ & Alemanniæ* coronidis loco annectere, postea vero ob varias rationes consultius duxi, separatim istud pertractare. Cum vero rerum mearum ratio non permiserit, ultimam opellæ applicare limam, præcipua tantum illius momenta & prima quasi lineamenta in compendium hocce redegi, ex optimorum quorumvis Autorum monumentis ejusdem originem, fata, successionem, atque appertinentias, succincto calamo, at quantum per obscuritatem materiæ licebit, distincte explicaturus.

§. II. Incidit vero illius initium in tempora *Rudolphi I.* Imperatoris, qui cum extincta familia Augusta Stauffensi desperaret, universos Sueviæ ordines sub Imperium unius Ducis redigere, vel, quæ *F. Fabri* est conjectura, antiquum Alemanniæ regnum instaurare, demum An. 1282. in Comitiis Augustanis id egit, ut accedente Statuum consensu, in quo magnum tum etiam jus fuit, veteris Ducatus Suevici reliquias filio suo secundo genito, *Rudolpho*, per solenne Decretum hac lege in feudum conferret, ut judice Ill. *de Ludewig*, in reliquos ordines Sueviæ, Episcopos, Marchiones, Comites, Prælatos, Civitates,

Nobiles, pagos, Imperio atque Imperatori immediate subjectos, nihil acciperet autoritatis, sed hi eodem cum ipso jure uterentur, ac Imperio absque Duce vel Principe intermedio parerent. Ex quo simul manifestum est, Sueviam universam, dudum in plures partes dissectam, *Rudolpho* nunquam obtigisse, eumque adeo non tam Ducem fuisse Sueviæ, quam Ducem vel Principem in Suevia, quo sensu etiam Herbipolitani Antistites Duces Franconiæ audiunt. Unde etiam, ac quoniam regionis angustia alii forsan titulo non respondebat, Augustissima Domus Austriaca a Ducis Sueviæ titulo sibi temperavit, Principis encomio contenta: neque majus quid unquam in Suevia arrogavit fortunata Habspurgensium progenies, quamvis parum abfuerit, quin sive Gallorum, sive Bojorum, conatibus sub imperium unius reduceretur. Equidem non desunt Scriptores, qui hancce *Rudolphi Junioris* Investituram prorsus inficiantur, eo quod nullus idoneus Historicus illius fecerit mentionem, ipsique Austriæ Duces ad *Maximiliani I.* usque tempora Ducis Sueviæ titulo insignibusque abstinuerint.

§. III. Quod ergo prius negantium argumentum attinet, illud certe clarissimis plurimorum optimæ notæ Chronographorum, sive coævorum, sive suppariùm, testimoniis satis superque refellitur. Missis recentioribus, numero certe plurimis, speciminis loco provoco ad duos præstantissimos Autores παραλειπομένων, *Abbatem Urspergensem* ac *Historiam Chroniconque Australe*, quorum hic apud *Freherum* expresse asserit, *Rudolphum*, *Regem*, *Augustæ curiam celebrasse, ibidemque de consilio & voluntate nobilium, qui aderant, Rudolphum Ducem Sueviæ creasse*, ille vero diserte scribit, *Regem Rudolphum filium suum Joannem fecisse Ducem Sueviæ*. Quamvis enim in nomine erraverit, rem ipsam tamen sat clare loquitur. Quantum vero ad posterius spectat, nec hic desunt argumenta, quibus contrarium evinci possit, quippe idem noster *Rudolphus* apud *Pezii Chronographum*, *Joannes Parricida* apud *Steronem*, *Leopoldus* apud *Sulgerum*, *Alberti Sapientis* filii apud *Mutium*, *Rudolphus Ingeniosus* apud *Lehmannum*, *Wilhelmus* denique *Ambitiosus* apud *F. Fabri*, Duces Sueviæ audiunt, ac in literis & nummis passim ita nominantur: ne jam dicam, jura, prætensiones ac possessiones Principum titulorum insigniumque neglectu non amitti, adeoque fundamentum, inde desumtum, admodum esse infirmum.

§. IV. Quemadmodum vero hæcce omnia satis certa sunt atque perspicua; ita, si de terris, quas *Rudolphus* hoc nomine filio in Suevia contulerit, dispicias, dubia fere cuncta, incerta atque obscura deprehendes, aliis universum Ducatum Suevicum, aliis veteris Ducatus reliquias, aliis Præfecturam Provincialem Sueviæ, aliis priscorum Ducum Domania, aliis denique patrimonialia Hohenstauffensium prædia in earum censum referentibus, quorum quidem postremi, si divinando rem assequi licet, proxime veritati accessisse videntur. Cum vero tam Domania Ducalia, quem patrimonium Hohenstauffense, florentibus adhuc Ducibus, mirum decreverint, quantum præcise ex utroque ad *Rudolphum* nostrum pervenerit, definitu difficillimum reor. Scilicet ad ductum *Besoldi*, *Crusii*, *Lazii*, *Fuggeri*, aliorumque, in re obscura ita conjector, accepisse illum arcem Hohenstauffensem, castrum Achalm, oppidum Blaburnium, Landgraviatum Frauenfeldensem, Comitatum Altorffensem, Advocatiam quorundam Monasteriorum, Adelbergensis in specie & Blaburani, loca quædam in Ergovia, Turgovia, atque Alsatia, (unde etiam in *Annalibus Colmariensibus* Dux Alsatiæ audit) forsan & plura, quæ vero ob Scriptorum silentium & literarum investituræ defectum diligentiam nostram effugerunt. Reliqua autem, quæ Serenissima Familia Austriaca in Suevia hodie possidet, Dominia, ad antiquum Sueviæ Prin-

Principatum proprie non spectant, sed eidem successu temporis variis titulis accesserunt, quamvis hodie communiter ad eundem referantur.

§. V. Hisce præmissis, ad *Rudolphum* nostrum redeo, qui, pacata per Patrem Suevia, & perdomitis quibusdam regionis istius Regulis, sedem Ducatus sui, teste *Lazio*, Lauffenburgi ad Rhenum constituit, & haud diu post, anno scilicet 1289. terrestribus valedixit, successorem posthumum nactus *Joannem*, cujus legitimam tutelam suscepit patruus *Albertus I.* Suevorum, quorum etiam consilio in omnibus tam pacis quam belli, Saxonici inprimis, consultationibus atque expeditionibus cum maxima Austriacorum indignatione usus fuit, amantissimus. Cum vero *Joannis* patrimonium justo, ut quidem credebatur, diutius retineret, & Sueviæ etiam Ducatum, teste *Sterone*, subdole ipsi eripere meditaretur, An. 1308. ab eodem & nefanda sociorum triga crimine horrendo, ut ex *Rebdorffio* patet, misere fuit trucidatus. Merito hinc *Henricus VII.* Cæsar omnibus bonis exutum parricidam proscripsit, in eo saltem justo durior, quod innocentes agnatos a successione excluserit, usque dum An. 1312. eandem *Leopoldo I.* Glorioso (qui deinceps, teste *Cuspiniano*, plures in Suevia munitiones eorum, quos conscios paternæ necis deprehenderat, diruit, soloque æquavit) hac conditione restituit, ut innuente laudato *de Ludewig*, in ordines Sueviæ, matriculæ Imperii semel adscriptos, nihil acciperet autoritatis, & Sueviæ Principatus Austriacis terris annecteretur, neque unquam ab istis divelleretur, quod quidem jam a *Rudolpho I.* factum esse, Cel. *Struvius* existimat. Atque hinc forsan est, quod Austriaci, ut & ex antiquis marmoribus atque sigillis apud *Fuggerum* patet, insignia veteris Ducatus Suevici haud raro cum Austriacis conjunxerint, eum fere in modum, quo Carinthiæ insignia perficiuntur, nisi quod in his fascia argentea duobus ossibus femoris, formam crucis exprimentibus, sit ornata.

§. VI. Fortassis etiam hæc ipsa Sueviæ cum Austria conjunctio in causa fuit, quod veteres Duces Austriæ interdum titulo ac insignibus Sueviæ in suis Diplomatibus abstinuerint, & Austriaca in Suevia Dominia nullo particulari consilio regantur, sed regimini supremo Oenipontano æque, ac reliquæ anteriores Austriæ Provinciæ subsint, quemadmodum etiam omnes appellationes a judiciis inferioribus ad illud devolvuntur. Ceterum non desunt Scriptores, qui cum *Lazio* & *Hubnero* arbitrantur, huncce nostrum *Leopoldum* postremum fuisse, qui Sueviæ Ducis titulum usurpaverit; sed egregie falluntur, qui ita sentiunt, quippe post hujus obitum Principatus noster ad *Albertum II.* Sapientem fuit devolutus, qui non tantum An. 1336. *Crusio* & *Fabri* testibus, *Nicolaum*, Constantiensem Episcopum, Capitaneum Sueviæ & Alsatiæ constituit, sed etiam, ut quorundam fide constat, Burgoviam tum Sueviæ conjunxit.

§. VII. Ceterum laudatissimus Princeps Suevos tanti æstimavit, ut teste *Cuspiniano*, multos ex illis in Austriam deduxerit, & Australibus, de multitudine eorum, quasi minoris ipsi æstimarentur, conquerentibus, responderit: *Ne canem quidem Suevicum ob causam vestram dimitterem; liceat mihi vivere, ut Principem decet.* Quamvis ergo posteriores Austriæ Duces Sueviam non amplius immediate gubernaverint, sed illius administrationem regulariter Officialibus suis commiserint; bona tamen in eadem sita nihilo minus retinuerunt, ut adeo series Principum Sueviæ minus recte ab Historicis hic abrumpatur. Cum enim hic An. 1358. diem obiisset supremum, illius filii primo quidem paternam hæreditatem communi consilio ita gubernarunt, ut primogenito, *Rudolpho IV.* Ingenioso, superior Suevia obtigerit, qui deinde quoque, teste *Fabri*, una cum

uxore in Villa S. Dionysii resedit. Postquam autem & hic vita decesserat, instituta An. 1362. inter superstites fratres patrimonii divisione, *Leopoldus III.* Probus Sueviam accepit, id quod tam ex *Crusii* atque *Lazii* testimoniis, quam etiam ex diversis actibus, quos in eadem celebravit, manifestum est, dum non tantum acquisitione Comitatus Hohenbergensis, Vallis Drusianæ, ac Præfecturæ Provincialis Sueviæ Superioris & Inferioris, sed etiam alienatione patrimonii Hohenstauffensis, (quod partim An. 1367. *Ulrico*, Comiti *ab Helffenstein*, partim An. 1370. *Conrado a Rietheim*, ut ex *Crusio* & *Besoldo* videre est, oppignoraverat,) Dominum Principatus Suevici sese demonstravit.

§. VIII. Equidem obstare huic nostræ sententiæ videtur locus quidam *Mutii*, qui diserte testatur, *Carolum IV. Duces Austriæ, Alberti II. Sapientis filios, Albertum* scilicet ac *Leopoldum, coegisse, datis literis solenniter declarare, se in Palatinatu Rheni, in Suevia & Alsatia, Duces non esse*, sed sermo tunc, ut ex *Crusio* haud obscure colligimus, tantum fuit de Ducali titulo, & quem affectare videbantur, in reliquos Status suprematu, non vero de Dominiis, quæ in Suevia sub Principatus titulo possidebant, quorum possessionem Imperator illis nunquam ademit, neque adimere jure potuit; id quod ex Privilegio quodam posteriori ipsius *Caroli IV.* de An. 1366. apud *Limnæum*, clarissime elucet, in quo quippe inter alias Austriacas ditiones Sueviæ, Alsatiæ, Sundgoviæ, Ergoviæ & Turgoviæ, expressa fit mentio, quam deinde *Sigismundus*, Imperator, in alio Diplomate de An. 1437, totidem verbis repetiit, ut adeo dicta renuntiatio nihil evincat, nisi quod Suevia immediate Imperio subsit, nullumque habeat Ducem, nisi Imperatorem, id quod Austriaci nunquam impugnarunt, sed potius exemplo *Friderici III.* apud *Lunigium*, publice affirmarunt. Interea *Leopoldo III.* post fatalem illius ad Sempachum stragem, tres filii, *Wilhelmus* scilicet *Ambitiosus, Leopoldus IV. Superbus*, & *Fridericus Senior*, in Suevia successerunt, de quorum primo *Fabri* clarissimis verbis refert, *Wilhelmum Austriacum Ducem Sueviæ fuisse appellatum, seque etiam Ducem Suevorum scripsisse*: postremum vero excepit filius unicus, *Sigismundus*, cujus tutelam suscepit *Fridericus III.* qui deinde ad majorem Provinciarum Suevicarum securitatem cum potentioribus Sueviæ Proceribus & Civitatibus contra secretas *Alberti Bavari* machinationes, teste *Burgmeistero*, singulare fœdus percussit, ac Autore *de Roo*, fratri suo, *Alberto VI. Prodigo*, ad certum tempus habitationem in Suevia concessit, usque dum *Sigismundus* terrarum suarum administrationem ipse obtinuit, easdemque An. 1494. *Maximiliano I.* quem, deficiente prole, heredem instituerat, reliquit, qui deinde Principis Sueviæ titulum, quem *Rudolphus IV.* in Diplomate quodam, apud *Lehmannum*, primus usurpaverat, instauravit, ac reliquis in Suevia ditionibus Comitatus Kirchbergensem & Weissenhornensem adjecit; ut adeo frustra sint, qui cum Cel. *Struvio* statuunt, *Maximilianum* Sueviam in titulis suis primum gessisse.

§. IX. Avum inde excepit nepos, *Carolus V.* qui An. 1521. Ducatum Würtembergicum, quem tamen mox pristinis possessoribus sub certa lege restituit, & An. 1548. Constantiensem civitatem genti suæ intulit, in literis & Diplomatibus suis *S. R. I. Principis in Suevia* encomio, licet demum post Comitatus, usus. Postea vivus terrarum Austriacarum administrationem fratri *Ferdinando I.* concessit, qui easdem Comitatu Brigantino auxit, & An. 1564. decedens, Comitatum Tyrolensem ac Austriacas in Suevia ditiones, teste *Hübnero*, filio juniori *Ferdinando* reliquit, cujus ex *Philippina Welseria* susceptus filius *Carolus* ab Austria ex opulenta patris hereditate Marchionatum Burgoviensem vix precibus obtinuit, reliqua vero omnia *Rudolpho II.* cesserunt, quem deinceps

ceps in Suevia suo ordine exceperunt *Maximilianus*, electus Rex Poloniæ, summusque Ordinis Teutonici Magister, *Matthias*, *Albertus*, *Ferdinandus II. Leopoldus*, *Ferdinandus Carolus*, atque *Sigismundus Franciscus*, quo An. 1665. sine sobole mascula extincto, *Leopoldus M.* Sueviam cum reliquis terris Tyrolensibus accepit, easdemque *Carolo V.* Lotharingiæ Duci, ad tempus gubernandas, utendas, fruendas, concessit, post cujus fata patri in Suevia liberata *Josephus* successor exstitit undiquaque gloriosissimus, mox iterum, lugente Austria, mortalibus ereptus. Quare, fatis sic jubentibus, præmatura morte exstincto successit frater Augustissimus *Carolus VI.* maximus sane in his terris Princeps, & unicus hodie Austriacæ stirpis propagator, semper invictus, semper Augustus: cui ut divinum Numen in complementum terrenæ felicitatis dignum aliquando heredem & successorem masculum donare velit, cum bonis omnibus pie vovemus.

❋ ❋

DISSERTATIO II.

DE AUGUSTÆ GENTIS AUSTRIACÆ DUCATU ET PRINCIPATU IN SUEVIA.

PRÆFATIO.

Vetus est opinio, a pluribus ducta sæculis, multorumque & antiquioris & recentioris ævi scriptorum auctoritate firmata, Sueviam, extincta Stauffensi gente, ex Rudolphi I. Cæsaris beneficio obvenisse Rudolpho, filio ejus natu minori, at ob angustiam limitum, ad quam redactus fuerat dictus ducatus Sueviæ, factum esse, ut gens Augusta Austriaca in locum ducalis tituli principalem substituerit, eaque ratione principatui Sueviæ, inter titulos Austriacos etiam hodie conspicuo, dederit originem. Examinatis autem hujus sententiæ præsidiis, nihilo magis certiorem illam esse inveni, quam alias multas, quæ olim magno eruditorum consensu defensæ, & pro veris habitæ, hodie tot veteris ævi monimentis in lucem productis, inter figmenta numerantur.

Igitur esse credidi, cur illam impugnarem. Utrum convulserim, ego non dixerim. Tuum est, L. B. hoc ex argumentorum pondere judicare. Quodsi intelliges, me vel omnino errasse, vel saltem in uno alterove capite lapsum esse, rogo, ut te mihi æquum præbeas. Ego sane monita non tantum non ægre feram, sed &, si meliora monstraveris, gratiam habebo. Duriorem ego censuram ab optimo quovis & humanissimo ne metuo quidem, qui in neminem eorum, a quorum sententia discessi, injurius fui, aut inhumanus. Dabam Vitebergæ e museo ipsis Kalend. Novembr. A. O. R. MDCC XXXIX.

§. I.

Jam primum omnium satis certum est, quod etiam OBRECHTUS (a) observavit, Alsatiam una cum Alemannia sub primæ stirpis Francorum regibus uni eidemque duci subfuisse, mox vero sub Carolingis separatas rationes habuisse utramque, ac in divisione regni, post mortem Ludovici Pii facta, diversis obvenisse. Etenim ex ANNALIBUS BERTINIANIS (b) & aliis illorum Scriptoribus compertum habemus, Alsatiam Lothario ex filiis Ludovici Pii natu maximo cessisse, ab eoque in Lotharium juniorem translatam, hujus ex Waltrada pellice filio datam fuisse. Ludovicus vero Germanicus, filius Ludovici Pii natu minor, NITHARDO (c) teste, ultra Rhenum omnia, adeoque & Alemanniam, citra Rhenum vero Nemetum, Vangium & Moguntiam, civitates pagosque sortitus est. Quo defuncto filii ejus Sualifeldi congregati, paternum regnum ita inter se diviserunt, ut REGINONE (d) narrante Carolus crassus, natu ex iis minimus, Alemanniam & aliquas ex regno Lotharii acceperit civitates. Cum enim Lotharius junior metu Caroli calui provinciarum, quas cognati possidebant, avidissimi ducatum Alsatiæ una cum filio naturali, Ludovico Germanico, patruo, commendasset, id quod ANNALES BERTINIANI (e) docent; & fidei datæ convenire, & sua interesse, ratus est Ludovicus Germanicus modo dictus, ut ne committeret, ut Lotharii defuncti regnum a Caroli fratre, terris istis jam inhiante, devoraretur totum. Ideoque fratrem metu belli perterritum adegit, ut partem Lotharienfis regni, qua duo Alsatiæ comitatus continebantur, sibi cederet, quam æquitate rei motus Ludovico II. Imperatori, Lotharii junioris fratri, restitutam, eo defuncto demum, sibi habere cœpit. Neque tamen animum recuperandi partem sibi ablatam deposuit Carolus Calvus, sed mortuo Ludovico Germanico, posthabitis pactis, quæ cum fratre, non cum filiis ejus inita fuisse, obloquebatur, universam Lotharingiam, quin & Germaniam, animo complexus, armis vindicare voluit. Pulsus tamen a patruele, deleto exercitu sat grandi, amissisque impedimentis, cum ignominia in Galliam est reversus. Hinc mortuo Carolo Calvo, Ludovicus filius ejus conventiones olim initas renovavit & confirmavit. Liberi autem hujus, quicquid juris in Lotharingiam habuerunt, captandæ gratiæ caussa in Ludovicum, Ludovici Germanici filium transtulerunt. Tenuit exinde Lotharingicum regnum Ludovicus, tenuit, eo mortuo, & frater ejus, Carolus Crassus, tenuit denique Arnulphus, ac consensu procerum filium naturalem Zuenteboldum ejus regem constituit. Cujus cum variis ex caussis pertæsi essent Lotharingi, ad Ludovicum Germanorum regem, quem ob teneram ætatem infantem vulgo appellant,

pellant, transierunt. Ejusque auctoritatem ab hoc tempore in Alsatia valuisse, ex REGINONE (f) probari potest. Hoc enim testante, Ludovicus Rex anno DCCCCV. compositis in orientali Francia rebus, Mediomatricum venit, ibique in publico conventu Gerhardum atque Matfridum proscriptos damnavit. Inde regressus Argentoratum adiit, episcopumque ac cives ejus urbis, inter se diffidentes, ad concordiam revocavit. Quod si AVENTINO (g) fides habenda est, in concilio Altheimensi, Conradi I. Regis orientalium Francorum auspiciis celebrato, decretum fuit, ut Richuinus Argentinensis aedis occupator, Herigero Moguntino Archiepiscopo satisfaceret, vel, si id contemneret, curia sacerdotum exaugurarettur. Etsi vero Lotharingorum fides in Germanos aliquantisper vacillare coepit, mox tamen illos ad obsequium reductos Regibus Germanorum, ex Saxonum gente delectis, paruisse novimus. Probabile inde est ad fidem, a Conradi I. aevo, quo imperante Suevia adhuc per camerae nuntios administrata, attestante EKKEHARDO JUNIORE (h) Burccardum ducem accepit, Alsatiam denuo cum Alemannia conjunctam fuisse. Hermannus saltem, qui Ottone III. imperante ducatum Alemanniae gubernavit, dux non Alemanniae duntaxar, sed & Alsatiae in HEPIDANI ANNALIBUS (i) & codice MSCto, quo CRUSIUS (k) usus est, appellatur. DITMARUS quoque MERSEBURGENSIS (l) eundem titulum Hermanno tribuit, Argentoratum etiam caput ejus ducatus esse scribit, satis certo argumerto, Alsatiam cum Alemannia conjunctas tum rationes habuisse. Atque eundem perdurasse nexum, dum Hohenstauffii ducatum Sueviae tenuerunt, plus uno confirmari testimonio potest. Fridericum enim, ducem Sueviae Coclitis nomine insignem in MSCto codice ducem Alemanniae & Alsatiae dici, CRUSIUS (m) testatur. Cui quidem eo lubentius fidem accommodandam esse duco, quod eundem illi titulum adscriptum esse, in ANNALIBUS HILDESHEIMENSIBUS (n) & in TRITHEMII CHRONICO HIRSAUGIENSI (o) legitur, & ex ipsis quoque diplomatibus, quae in SCHATENII ANNALIBUS PADERBORNENSIBUS (p) & TOLLNERI *codice probationum* (q) extant, confirmatur. Hujus filius Fridericus inter Imperatores ejus nominis primus, non in *chronico* tantum S. VITONI VIRDUNENSIS (r) sed & in diplomate apud PAULLINUM (s) dux Alemanniae & Alsatiae dicitur, eodemque encomio filium ejusdem nominis usum esse, ex charta quadam apud OBRECHTUM (t) apparet. Non est, quod quis haec a me ideo adducta esse putet, quod omnem Alsatiam Alemanniamque ducibus, nullo alio intermedio domino, subfuisse existimem. Id enim ex frequenti principum Sueviae, qui praeter ducem apud veteres occurrunt, mentione confutari sine negotio posset. Hoc autem inde elucere arbitror, sua in utrisque terris ducibus Sueviae domania fuisse, quibus exemplo ceterorum in Germania ducum usi ad vitam pro tanta, qua gaudebant dignitate sustentandam.

(a) ULRICUS OBRECHT *in prodromo rerum Alsaticarum* c. 10. p. 207. seqq.

(b) ANNALES BERTINIANI ad an. 863. apud *Muratorium* T. II., script. rer. Ital. p. 547.

(c) NITHARDUS de dissensionibus filiorum Ludovici Pii L. IV. ad An. 843. apud *Schilter*. Scriptor. rer. Germ. p. 104. seqq.

(d) REGINO L. II. chronici ad An. 876. apud *Pistorium* T. I. scriptor. rer. Germ. p. 79.

(e) ANNALES BERTINIANI ad an. 867. ap. *Muratorium* l. c.

(f) REGINO l. c. ad An. 905. ap. *Pistorium* l. c. p. 100.

(g) AVEN-

(g) AVENTINUS annalium Boicorum L. IV. c. 22. n. 9. p. 455.

(h) EKKEHARDUS JUNIOR de casibus monasterii S. Galli apud *Goldastum* Scriptor. rer. Alem. T. I. p. 19.

(i) HEPIDANUS in annalibus ad An. 1008. apud *Goldastum* l. c.

(k) CRUSIUS annalium Suevicorum P. II. L. V. c. 8. p. 170.

(l) DITMARUS MERSEBURGENSIS L. V. inter *Leibnitii* Scriptores rer. Brunsuic. T. I. p. 367.

(m) CRUSIUS l. c. P. II. L. IX. c. 6. p. 323.

(n) ANNALES HILDESHEIMENSES ad An. 1126. apud *Leibnitium* l. c. p. 740.

(o) TRITHEMIUS in Chronico Hirsaugiensi ad an. 1135. p. 400.

(p) SCHATENIUS L. VIII. annal. Paderborn. ad an. 1140. p. 750.

(q) TOLLNERUS in codice diplom. historiæ Palatinæ adjecto n. 54. p. 48.

(r) CHRONICON S. VITONI VIRDUNENSIS apud *Labbeum* biblioth. MSCtor. T. II. p. 412.

(s) PAULLINI de advocatis monasticis *§.* 35. in Syntagm. rer. Germ. p. 568.

(t) OBRECHT in prodromo rer. Alsat. c. 10. p. 228.

§. II. Atque etiam argumentis minime contemnendis asseverari posse puto, non exiguam ducis in reliquos provinciæ ordines potestatem auctoritatemque fuisse. Namque vel ex eo, quod secundum WIPPONEM (a) Ernesto duci, Suevos suos ad bellum contra Conradum Salicum Imperatorem evocanti, Fridericus & Anselmus comites responderunt, satis manifestum sit, ad servitia duci, illa indicenti, præstanda adstrictos fuisse reliquos proceres, etsi non eo usque extendendam esse obsequendi necessitatem affirmarint, ut ad arma adversus ipsum imperatorem ferenda adigi possent. Præterea ne quid, inscio summo post imperatorem provinciæ rectore, decederet ducatui, ac profanis usibus eximeretur, opus fuit, ut consensus ducis interveniret, si forte monasterio recens constructo, facultas danda esset, bona ad sustentationem clericorum ex largitate provincialium acquirendi. Demonstrant hoc privilegia Friderici ducis Sueviæ anno M C LXXXVII. & LXXXIX. Adelbergensi & Bebenhusano cœnobiis data (b) in quibus quippe illis gratia facta fuit, ut liberalitate beneficorum hominum, in accipiendis rebus tum mobilibus tum immobilibus, uti possent. Suprema juris inter proceres ducatus reliquos dicundi potestas, quæ ducibus competiit, ex controversia colligi potest, quæ abbatem de Salem inter & Comitem de S. monte acta, & per sententiam Friderici ducis anno M CLXXXV. in publico omnium principum Sueviæ conventu decisa fuit. Fidem hujus rei facit documentum, apud LUNIGIUM (c) ex quo & illud comprobatur, ad ducis Alemannici prærogativas etiam pertinuisse, ut ad ejus jussum provinciæ ordines convenirent, & de publicis rebus consultarent.

(a) WIPPO de vita Conradi Salici apud *Pistorium* T. III. p. 474. ibi: „dux Ernestus, habito colloquio cum suis, primum monuit eos fidei sacramentaliter promissæ: dehinc hortabatur eos, ne illum desererent, ne honorem suum perderent, non decere eos immemores fore: in historiis patrum semper Alemannos bonæ fidei & stabilitatis in dominos testimonium habere: & si sibi fidi forent, illis præmia, posteris eorum gloriam & honorem esse futurum. Talia dicenti duo Comites, Fridericus & Anselmus

pro

„pro ceteris respondebant hoc modo: Nolumus inficiari, quin vobis fidem „firmiter promitteremus contra omnes, præter eum, qui nos vobis dedit.„

(*b*) Extant in BESOLDI documentis redivivis monasteriorum in ducatu Wurtembergico p. 24. & p. 353.

(*c*) LUNIG Spicilegii ecclesiastici P. III. p. 509. ibi: notum facimus cunctis tam futuris, quam præsentibus nobis in publico placito - - cum universis principibus totius Sueviæ consedentibus, etc.

§. III. Præter terras, Sueviæ ducibus propter ducatum, quem gubernabant, addictas, Hohenstauffii etiam amplissimum patrimonium ab illustrissimis majoribus acceptum, habuisse, non est, cur dubitemus, cum OTTO FRISINGENSIS (*a*) illos ex nobilissimis Sueviæ comitibus ortum traxisse asseveret, licet vel maxime non enumeret, quænam illorum fuerint possessiones. Illas autem a Friderico I. Imperatore mirifice auctas & ampliatas fuisse, auctores eorun temporum enarrant. Non tangam in præsenti accessiones illas eximias, quas vel benevolentia Welffonis, in Henricum Leonem non satis bene animati, in Italia, aut post mortem Reginaldi comitis, soceri sui, in Burgundia acquisivit ipse Ahenobarbus, nec regna Siciliæ utriusque, quæ, inito cum Constantia matrimonio, Henricus filius ejus est adeptus. De iis duntaxat mihi sermo est latifundiis, quæ Fridericus noster in Alemannia diverso a diversis titulo comparavit. Guelficam gentem, jam Caroli M. ætate & nobilitate generis, & terris longe lateque patentibus celebrem, præter cæteras amplissimas, etiam in Suevia ditiones habuisse, in vulgus notum est. Has omnes vero Welffus Henrico Leoni, ob pecuniam, quam ille exegerat, non solutam, infensus, in Fridericum I. Imperatorem, ejusque filium, Fridericum, Sueviæ ducem transtulit. Quo utroque in Palæstina defuncto, Henricus VI. Imperator, a Welffone substitutus, quicquid terrarum ab eo in Suevia relictum fuit, docente CHRONOGRAPHO WEINGARTENSI (*b*) post mortem Welffonis sibi vindicavit. Antea vero quam hoc opum incrementum captum est a gente Stauffensi, Fridericus I. Imperator secundum OTTONEM DE S. BLASIO (*c*) „totam terram & universam substantiam Friderici de Rothenburg ditissimi, fidelis in possessione prædiorum principis, fratruelis sui, hereditaria possessione accepit, ac multorum „baronum possessiones postmodum in suam potestatem contraxit.„ Etenim paucis interjectis addit, Rudolphum comitem de Phullendorff omnia prædia sua Imperatori heredis loco tradidisse, præter hæc etiam Fridericum multorum nobilium Alemannorum, heredibus destitutorum, prædia donatione vel pretio acquisivisse, utpote illius de Suabegg, de Warthusin, de Bibra, de Homingen, de Schvvanhusin, de Biedertan, de Lenzeburch & de Werde, compluriumque aliorum.

(*a*) OTTO FRISINGENSIS in vita Friderici I. Imper. L. I. c. 8. inter *Urstisii* scriptores rerum Germ. T. I. p. 412.

(*b*) CHRONOGRAPHUS WEINGARTENSIS apud *Leibnitium*, T. I. l. c. ad An. 1191. p. 798.

(*c*) OTTO DE S. BLASIO c. 21. apud Urstisium l. c. p. 207.

§. IV. Verum enim vero, ut felicissimo adhuc rerum successu usi sunt Hohenstauffii, ut ad maximam potentiam evecti sunt, ut in dies magis magisque floruerunt, ita repente, & quasi uno momento, fortuna illis adversari, & undiquaque repugnare cœpit. Mortuo enim Henrico VI. Imperatore, filioque Friderico II. infantulo relicto, diversissimæ procerum de novo rege eligendo sen-

tentiæ fuerunt, cum alii Fridericum puerum, Philippum patruum ejus alii, quidam etiam Bertoldum Zaringensem, ac hoc in partes Philippi transeunte, Ottonem Brunsuicensem in locum Henrici VI. surrogarent. Enimvero quo minus Fridericus caussam suam tueri potuerit, ætas obstitit. Cum Ottone autem per omne vitæ tempus decertandum Philippo fuit. Qua in caussa quanquam prævaluit Philippus, eo tamen usque his ipsis rixis imminutæ & exhaustæ sunt Suevicæ gentis opes, ut CONRADO URSPERGENSI (*a*) judice, Philippo, præter inane domini terræ nomen, reliquum manserit nihil. Ut enim adversarios deliniret, ac proceres sibi addictos, suosque ipsius vasallos ac ministeriales in caussa retineret, maximi sumtus illi faciendi fuerunt. A Bertoldo saltem duce Zaringiæ, quem procerum quidam Regem elegerant, imperium undecim millibus marcarum argenti redemtum fuisse, apud GOTTFRIDUM COLONIENSEM (*b*) legimus. Alios vero principes, donis & promissis adductos, Philippo adhæsisse OTTO DE S. BLASIO (*c*) enarrat. Quibus quidem largitionibus, ad debellandum Ottonem factis, ita tandem divitiæ Philippi dissipatæ fuerunt, ut stipendia militibus solvenda deficerent, servitiaque ipsorum bonis, quæ Fridericus I. Imperator in Alemannia acquisiverat, compensanda essent. Superatæ tamen fortunæ adversitates utcunque videbantur, ad infringendas domus Stauffensis opes comparatæ. Et Philippus, Ottonis Guelfi asseclis plerisque in suas partes retractis, pontifice R. etiam sibi conciliato, sperabat, fore, ut lis quoque cum Ottone, rivali suo, amica compositione tolleretur, cum ab Ottone Wittelsbachio, bonis omnibus scelus detestantibus, Bambergæ occisus fuit. Quo facto Imperator Otto consilia cepit, ad restituendam Guelfos inter & Stauffenses amicitiam maxime accommodata, filiamque Philippi, laudantibus proceribus, quietis restaurandæ perquam cupidis, ipso etiam potifice probante, in matrimonium duxit, ut certissima esset pacis spes in Germania recuperandæ, nisi novas turbas ciere præsul Romanus cœpisset, Friderico Neapolitano Rege ac duce Sueviæ in Ottonem, cujus interim pertæsus fuerat, concitato. Credidisses, utramque gentem, sibi invicem fatalem, ne suis quidem ipsius commodis parcere velle, sicubi alterius interitus approperandus esset. Cum enim animos plerorumque procerum sibi devinctos haberet Otto, armisque non parum in Germania valeret, Fridericus instinctu pontificis ad Germaniam repetendam adductus, aditum difficillimum habuit, nec nisi novis largitionibus factis, ope Conradi de Quiburc, & aliorum, quibus, CONRADO URSPERGENSI (*d*) testante, prædia imperii & paterna large distribuit & obligavit, Basileam venit. His tamen adhuc tristiora fata urgere Stauffensem familiam cœperunt, quin & extrema illorum in Germaniæ patrimonio imminere visa sunt, postcaquam Guilielmus Batavus, anticæsar, a pontifice & ejus asseclis Friderico II. Imperatori, ejusque filio Conrado IV. Romanorum regi, oppositus, Conradum modo commemoratum ducatu Sueviæ, omnibusque allodiis, obtentu non acceptæ a Guillielmo investituræ, privavit. Ex litteris enim Innocentii IV. Pontificis R. apud RAYNALDUM (*e*) perspicuum est, hanc quidem bonorum Stauffensium publicationem ab Innocentio ratam habitam confirmatamque fuisse. In quibus angustiis cum res Suevicæ gentis essent constitutæ, Conradus IV. post mortem patris in Germaniam reversus, obtinendi a Bavaris auxilii caussa, teste AVENTINO, (*f*) oppida non pauca, quæ a Philippo servata esse, ex CONRADO URSPERGENSI (*g*) vidimus, Ottoni Bojorum duci oppignoravit, mox anno M CC LXVI. per venditionem plane alienavit Conradinus, in Italiam ad asserendum avitum regnum abiturus. Accesserunt & alia, vel dotis loco olim a Conrado IV. Elisabethæ conjugi, ex Boica gente oriundæ, assignata, a Conradino autem pleno jure Bavaris concessa, vel donationis recens factæ nomine in eos translata, id quod manifestum est ex charta

Wcq.

Wenceslai, Bohemiæ regis, a GEWOLDO (*h*) producta, in qua confirmationem Rudolphi Imperatoris, de ista alienatione impertitam, assensu suo comprobavit. Equidem dubitatum esse video, omnesne terræ, in diplomate commemoratæ, ad Sueviæ ducatum semper pertinuerint, quod FREHERO (*i*) placuit, an vero a Bavaria cum per Conradum III. Cæsarem abscissa, tum a Welffone Hohenstauffiis tradita, nunc quasi postliminio ad pristinum provinciæ nexum redierint, quod GUNDLINGIO (*k*) vero similius visum fuit. At cum de plerisque saltem exploratum sit, intra Sueviæ antiquæ fines sitas illas fuisse, parui certe interesse credo, dum diminutionem Stauffensis patrimonii persequor, aliquas harum possessionum, a Bavaria olim avulsas, nunc denuo cum ea conjunctas esse. Denique, occiso Neapoli Conradino, duce ex Stauffensi familia novissimo, distractum est ac dilaceratum omnino, quicquid ex tot tantisque turbis reliquum fuit, marchione Badensi, comite Wurtenbergensi, episcopis etiam Argentoratensi, Curiensi, aliis, quicquid cuique maxime convenire visum est, sibi vindicantibus, id quod JACOBUS A KOENIGSHOFEN, (*l*) GULERUS (*m*) aliique docuerunt. Nec plane exsortes viderentur Habsburgici, si vera essent, quæ STUMPFIUS (*n*) de terris Hohenstauffiorum, in Turgovia & Zurchovia ab iis occupatis, enarrat.

(*a*) CONRADUS URSPERGENSIS pag. 237. „Hic, *inquiens*, cum non haberet „pecunias, quibus salaria, sive solda præberet militibus, primus cœpit di„strahere prædia, quæ pater suus Fridericus Imperator late acquisierat in „Alemannia, ita, ut cuilibet baroni sive ministeriali villas seu prædia ru„sticana, vel ecclesias sibi contiguas, obligaret. Sicque factum est, ut „nihil sibi remaneret, præter inane nomen domini terræ, & civitates seu „villas, in quibus fora habentur, & pauca castella terræ.

(*b*) GOTTFRIDUS COLONIENSIS ad an. 1198. apud *Freher*. Scriptor. rer. Germ. T. I. p. 363.

(*c*) OTTO DE S. BLASIO c. 40. apud *Urstisium* T. I. p. 223.

(*d*) CONRADUS URSPERGENSIS l. c. p. 243.

(*e*) ODORICUS RAYNALDUS annal. ecclesiast. T. XIII. n. 18. pag. 619. ad An. 1251.

(*f*) AVENTINUS annal. Boicor. L. VII. c. 8. n. 5. p. 670. ubi ex tabulis antiquis in rei gestæ fidem exaratis scribit: „Conradus Dei gratia Hierusa„lem & Siciliæ rex, dux Sueviæ castrum & civitatem Verdunum in Suevia, Laugingen, Hochstadium, Morinos, Pittengam, Schongiam, Schvvabeck, „Ambrones, Fauces, quæ Ottoni Regulo Boicorum, avo suo materno, „Conradus genitor, millibus unciarum auri sexdecim, quod est nostratis „pecuniæ aureoli mille centies duodecies oppignorarat, Ludovico Bojo, „avunculo suo vendit.

(*g*) CONRADUS URSPERGENSIS in Chron. p. 237.

(*h*) GEWOLDUS de septemuiratu c. 9. in *repræsentatione* imperii p. 743. ibi: „Notum facimus, *inquit* Wenceslaus, quod nos confirmationem Rudolphi „ - quas Lodvvico comiti palatino Rheni - - fecit de bonis Conradi - „ videlicet oppido Schongovv, castro Reitengovv, Ambergovv, curia super „ monte, curia Stauffe, villa Iglingen, villa Durmcheim, villa Mœringen, „cum toto hegbische, castro Svvabekke, castro & oppido Svvebisvverde, „castro Capsheym, oppido novo foro, cum toto officio Perengovv, novo „castro, & castro Schonenberch, quæ prædictus Rex Conradus pro dote „& in dotem Elisabeth uxori suæ matri videlicet Conradi sui filii prædic„ti - - assignavit, & de omnibus bonis suis aliis patrimonialibus, sive aliis „ quibuscunque, ad ipsum de jure proprietatis titulo pertinebant, eidem duci

„Lodvvico per predictum Conradum - - datis & traditis, nec non cessio„nis & donationis omnium bonorum suorum feudalium facto eidem duci „Lodvvico per predictum nepotem ejus Conradum de advocatia Hei„sprucne & Vilsekke, Amberch, Avverbach, cum castro Hohenstain & „omnibus pertinentiis omnium predictorum, tam in bonis, quam homi„nibus, quæ predictus Rex Conradus, pater predicti Conradi a Babenber„gensi ecclesia in se habuit infeodata, approbamus etc.„

(i) FREHERUS originum palatinorum P. II. c. 4. p. m. 15.

(k) GUNDLINGIUS in otiis P. II. p. 174. not. 9.

(l) JACOBUS A KOENIGSHOVEN in supplementis chron. Argentorat. p. m. 430.

(m) GULERUS IN RHÆTIA L. V. fol. 64. & L. IX. fol. 110.

(n) JOANNES STUMPFIUS in chron. Helvet. L. IV. c. 51. fol. 326. b.

§. V. Ad has igitur angustias redacta Suevia Rudolphus Cæsar, ex gente Habsburgica primus, imperium auspicato nactus est. De quo priusquam plura dicamus, pauca annotanda sunt, de postulatis Alphonsi Castellæ Regis, quem a Wilhelmi Batavi morte quidam ex Germaniæ proceribus cæsarem nominarant. Hic enim, etiam Conradino superstite, ducatum Sueviæ ex jure, per matrem Beatricem, Philippi Cæsaris filiam, in se translato, sibi assertum iverat, in eamque rem Alexandri IV. pontificis R. opem auxiliumque imploraverat. Testem hujus rei habeo ODORICUM RAYNALDUM, (a) qui & litteras præsulis R. affert, quibus caussam Alphonsi per legatos ejus agendam, proceribus Suevis commendavit. Enimvero cum Conradini jus in qualescunque ducatus Suevici reliquias esset indubium, ab ipso etiam Innocentio IV. superiore anno M CC LIV. teste eodem RAYNALDO, (b) agnitum, partes principis impuberis contra Hispanum tunc quidem prævaluerunt. Neque tamen illum omnino animum propterea deposuisse, avitum, ut dicebat, ducatum vindicandi, vel eo demonstravit, quod post viginti fere annorum spatium litem intermissam renovavit. Etenim illud in vulgus notum est, Alphonsum inter & Richardum perpetuas de legitima electione contentiones fuisse, illum etiam Rudolpho, post mortem Richardi, controversiam movisse, auctoritatemque electionis novæ, se vivo factæ, in dubium vocasse. Huic igitur cum Gregorius X. pontifex, ad quem Belliquadrum in Galliam venerat Alphonsus, persuadere conaretur, ut quicquid tandem in imperium sibi juris superesse crederet, remitteret, MARIANA (c) & RAYNALDO (d) narrantibus, ex eo etiam capite se difficiliorem præbuit, quod Sueviæ ducatum, ex jure matris sibi debitum, Rudolphus per injuriam detineret. Quo magis igitur sua interesse pontifex credidit, ut Alphonsus a lite, per tot annos extracta, discederet, eo se facilius permoveri passus est, ut ad Rudolphum R. Regem scriberet, illumque hortaretur, utne Hispano jus, si quod in Sueviæ ducatum haberet, denegaret. (e) Huic autem cum exploratum videretur, remotissimam esse a lege & more Germanorum illam, quam Alphonsus urgeret, per feminas successionem, ducatum Sueviæ, masculo herede destitutum, ad imperium pertinere respondit, (f) si quid tamen ex alio titulo juris adversario competeret, illi se non obfuturum promisit. Ceterum postulatisne his suis institerit Alphonsus, an vero ducatus Suevici vindicationi æque ac imperio renunciarit, ego quidem certo affirmare nolim. RAYNALDUS (g) saltem, ubi de nomine & insignibus imperii, urgente pontifice ab Alphonso depositis, agit, Sueviæ mentionem non facit. Atque etiam Rudolphus in litteris, (h) ad Henricum, Bavariæ ducem, datis, Sueviæ ducatum, ab Hispano antea affectatum,

non

non commemorat, etsi de imperiali nomine abdicato testetur. Non longe tamen a vero aberrabit, qui ex hac ipsa Rudolphi epistola conjecerit, ista Alphonsi renuntiatione & Sueviæ ducatum comprehensum fuisse, quod nullam omnino spem turbulentis hominibus superesse affirmat in Alphonso, *posteaquam omni juri actioni & quæstioni, quam sibi in imperio competere asseruerat, in manibus summi pontificis simpliciter renuntiasset.*

(*a*) ODORICUS RAYNALDUS annal. ecclesiast. Tom. XIV. ad an. 1255. n. 53. pag. 11.

(*b*) IDEM annal. eccles. T. XIII. ad an. 1254. n. 46. p. 646.

(*c*) MARIANA histor. Hispan. L. XIII. c. 22.

(*d*) RAYNALDUS annal. eccles. T. XIV. ad an. 1275. n. 14. p. 237.

(*e*) Extat Gregorii X. epistola in codice probat. MARQUARDI HERRGOTT. genealogiæ diplomaticæ Aug. gentis Habsburg. adjecto Tom. II. P. II. n. 545. p. 450.

(*f*) In literis, quas exhibet HERRGOTT l. c. n. 546. p. 451.

(*g*) RAYNALDUS l. c. T. XIV. ad an. 1275. n. 16. p. 238.

(*h*) Extant apud HERRGOTT l. c. n. 553. p. 457.

§. VI. Interim dum hæc geruntur, omnem operam impendit Cæsar in salutem Germaniæ natus, ut rem publicam, inde a multis annis misere afflictam, & ab interitu haud longe remotam, in veterem dignitatem & integritatem assereret, ac quicquid non satis justo, aut plane nullo titulo, imperio subtractum fuerat, vindicaret. Pace igitur facta, ac judiciorum auctoritate restituta, repetere instituit, quicquid adhuc in diversis imperii provinciis a regni proceribus imperio fuerat ereptum. Ac sponte quidem obtemperasse quosdam, castraque & civitates & terras, quas tempore vacantis imperii, scilicet a temporibus Frideri, olim Imperatoris tenuerant, Cæsari voluntarie resignasse, auctor est HENR. STERO. (*a*) Ceteros autem tenaciores, ac in his marchionem de Baden, & alios quam plures nobiles in Suevia, Franconia & Alsatia, nec non aliarum provinciarum, qui possessiones regni violenter sibi usurpaverant, ac post exclusionem quondam Friderici Imperatoris felicis recordationis civitates diversarum regionum sibi subjugaverant titulo censuali, a Rudolpho Romanorum Rege humiliatos ac devictos, ac ad pristinam jurisdictionem, in quantum valuit, cum multis laboribus reductos esse, AUCTOR CHRONICI AUSTRALIS (*b*) enarrat. Quo quidem facto in Austriam cum grandi exercitu profectus, Ottocaro provincias illas, quas jamdudum occuparat, & occupatas durius habuerat, eripuit, ac Alberto filio, primum publico nomine administrandas commisit, mox etiam consentientibus ordinibus imperii, in conventu Augustæ Vindelicorum anno M CC LXXXII. celebrato, eidem & Rudolpho, fratri natu minori, clientelari nexu ab imperio tenendas tradidit, quod ex dicendis in posterum manifestum fiet, neminique facile est ignotum. Illud autem longe est incertius, quod in libellis recentiorum nec paucis, nec omnino contemnendis, sine ulla defenditur dubitatione, utrum reliquias prisci ducatus Suevici, sub auspiciis regiminis, ut traditur, collectas, Rudolpho filio natu minori dederit Cæsar, eumque eo nomine ducem creaverit? Ut ceteros omittam, ajentem sententiam defendi video a CUSPINIANO, (*c*) FUGGERO, (*d*) GERHARDO ROO, (*e*) STUMPFIO, (*f*) GUILIMANNO, (*g*) aliis-

aliisque ex recentioribus, qui res Habsburgicas attigerunt. Hi enim omnes perhibent, Rudolphum a patre, consentientibus regni ordinibus, ducem Sueviæ creatum esse. Enimvero, etsi merita illorum virorum in historiam Germaniæ dissimulari nullo modo possunt, tantum tamen apud me non valet illorum fides auctoritasque, in rebus præsertim longe ab ipsorum memoria remotis, ut tacentibus superioris ævi scriptoribus, ac quod præcipuum momentum est, ipsis documentis publicis aliud suadentibus, in illorum sententia acquiescendum esse credam. Id saltem, quod de ducatu Sueviæ a Rudolpho Cæsare restaurato, ac in filium ejusdem nominis translato, affirmant, ita comparatum est, ut me operæ pretium facturum putem, si in veritatem rei, a tot scriptoribus traditæ, paullo accuratius inquiram. Etenim jam dudum suboluit eruditis, subesse in ista historicorum recentiorum narratione, quod ad rigidius examen vocatum locum suum tueri vix ac ne vix quidem queat. Cum enim, dilaceratis reliquis ducatibus, ordinum, ducibus olim subjectorum, auctoritas mirifica plane cepit incrementa, tum Suevicorum procerum superioritas territorialis, infirmata pedetentim ac tandem omnino extincta Stauffensi domo, eo usque provecta fuit, ut in suo quisque territorio non minus, quam olim duces in universo ducatu, posset. Ideoque vix credibile videtur, permissuros fuisse æquo animo episcopos, comites, dynastas ac civitates Sueviæ, ut quod ad imminuendam singulorum potentiam sensim sensimque, nec plane invitis Hohenstauffiis, acquisitam pertinuisset, novus dux cum auctoritate pristina constitueretur. Accedit, quod veterum ducum terras in Suevia adeo imminutas, ac in partes innumeras fere dilaceratas fuisse, supra ostendimus, ut, quod ad sustinendam novi ducis dignitatem sufficeret, vix suppetere potuerit. Quæ quidem argumenta PFEFFINGERUM (b) & SPENERUM (i) induxisse videntur, ut alter in Alsatia quam Suevia terras novo duci attributas quærere maluerit, alter autem ducatum Sueviæ a Rudolpho restitutum esse, negarit omnino ac pernegarit, PETRUM DE ANDLO (k) secutus, qui Sueviam a morte Conradini duce destitutam fuisse affirmavit. Eandem sententiam propugnat SVRUVIUS (l) & V. C. ISSELINUS. (m) Nec longe ab ea abesse censeo S. R. MARQUARDUM HERRGOTT, (n) qui pro acumine, quod in æterno opere suo ostendit, istam quorundam recentiorum de ducatu Sueviæ restaurato relationem admodum dubitanter commemoravit. Alii autem, qui sibi religioni duxerunt, sententiam de restituto Sueviæ ducatu, adhuc pro vera habitam, totam abjicere, temperandam tamen illam esse existimarunt. Ducatum igitur cum prisca auctoritate Rudolpho datum esse negarunt. Illud autem concedendum esse arbitrati sunt, Rudolphum in Suevia appellatum esse ducem, sed quia nihil juris in reliquos provinciæ ordines acceperit, archiduces Austriacos subsecutis temporibus principes, quam duces, Sueviæ appellari maluisse. Ita certe rem post COCCEJUM (o) & SCHILTERUM (p) enarrat ILL. DN. DE LUDEWIG. (q) Adsentiunt etiam V. C. BURGERMEISTERUS (r) & HERTENSTEINIUS. (s) Et hic quidem sententiæ illi, quam cum ILL. LUDEWIGIO defendit, nihil obesse ait, si quis forte objiciat, ducis Sueviæ titulo Austriacorum principum usum esse neminem. Namque exploratum esse respondet, jura & prætensiones principum neglectu titulorum & insignium minime amitti, & ex scriptoribus quibusdam, quin & ipsis litteris & numis constare, Austriacos duces Sueviæ appellatos esse. Ego vero esse puto, quod desiderari possit etiam in hac Amplissimi HERTENSTEINII opinione, hactenus a me recensita. Ideoque animus est, vim primum ac fidem narrationis, a CUSPINIANO & asseclis traditæ, ponderare, data etiam occasione, ea, quæ ad Amplissimi HERTENSTEINII opinionem pertinent, inspergere, probata denique & veteris & recentioris infirmitate, ea adjicere, quæ mihi de vera origine principatus in Suevia, inter

titulos

titulos gentis Augustæ inde ab aliquot sæculis commemorati, in manus inciderunt.

(a) HENRICUS STERO ad an. 1277. apud *Preherum* T. I. p. 563.

(b) CHRONICON AUSTRALE ad an. 1277. apud eundem T. I. p. 471.

(c) CUSPINIANUS in vita Rudolphi I. Cæsaris p. 355.

(d) FUGGER. in Spiegel der Ehren des Hauses Oesterreich L. I. c. 13. pag. 113. seqq.

(e) GERHARD ROO annal. Austriac. L. I. p. 31.

(f) STUMPFIUS in Chronic. Helvet. L. IV. c. 51. fol. 326. b. L. VII. c. 15. fol. 241. a.

(g) GUILLMANNUS de rebus Helvetiorum Lib. II. c. 16. in thesauro hist. Helvet. p. 93. b.

(h) PFEFFINGER ad Vitriar. T. II. p. 349.

(i) JAC. CAR. SPENERUS, in Teutschen Staats-Rechte / L. II. c. 6. §. 4. not. d. p. 272.

(k) PETRUS DE ANDLO L. I. c. 16. in repræsent. imperii p. 60.

(l) B. G. STRUVIUS in corpore juris publ. c. 3. §. 16. p. 59.

(m) JO. RUD. ISSELINUS in notis ad Tschudii chron. Helvet. T. I. L. IV. pag. 159.

(n) MARQUARDUS HERRGOTT in genealogia diplomat. gentis Habsburg. T. I. L. III. c. I. p. 204.

(o) COCCEJUS in juris publici prudentia c. 3. §. 26. p. m. 48.

(p) JO. SCHILTERUS im rechtlichen Bedencken von dem Landgerichte in Schwaben/ Quæst. II. §. 4. & Quæst. V. §. 2. apud *Struvium* P. IV. des Historisch-Politischen Archivs p. 12. & 21.

(q) JO. PETR. DE LUDWIG in germania principe L. I. c. 1. §. 4. not. k. p. 135. & c. 2. p. 259. it. in dissert. de Sueviæ tribunali S. R. I. Austriaco §. 42. p. 58.

(r) JO. STEPHANUS BURGERMEISTER thesauri jur. equestr. P. I. p. 19.

(s) LUDOV. BARTHOL. HERTENSTEIN in observatione hist. de serenissimæ domus Austriacæ principatu in Suevia T. I. supplem. ad nova acta erudit. Lips. Sect. III. p. 133.

§. VII. Dum vero ad ista CUSPINIANI & adsentientium asserta convertor, ostendendum esse censeo ante omnia, quid tandem illos in eam seduxerit opinionem, ut Sueviæ ducatum, vel saltem ducis in Suevia nomen, una cum veteris ducatus reliquiis, Rudolpho juniori a patre datum fuisse, crediderint. Dissimulandum enim est neutiquam, fuisse illis, quod speciem veri conciliare illorum sententiæ videatur. Namque a Rudolpho Cæsare Augustæ Vindelicorum comitia habita, consentientibusque, qui tum adfuerint, proceribus, Albertum filium ejus, ducem Austriæ ac Stiriæ, Rudolphum vero, natu minorem, ducem Sueviæ constitutum esse, in HISTORIA AUSTRALI (a) legimus consignatum. Idemque in CHRONICO AUSTRALI (b) affirmatur. Denique & ANONYMUS LEOBIENSIS (c) refert, Albertum ducem Austriæ & Stiriæ ac domi-

num

num Carniolæ, Rudolphum autem a patre ducem Sueviæ designatum esse. Huic vero in rebus ad Austriacam gentem spectantibus, tanto plus tribuendum esse, videri poterat, quoniam Leobii oppido Stiriæ, provinciæ Augustæ gentis imperio subjectæ, circa medium sæculi XIV. sub principatu Alberti II. ducis Austriæ floruit, adeoque ad ætatem Rudolphi Cæsaris proxime accessit, id quod S. R. D. HIERONYMUS PEZIUS (*d*) argumento certissimo demonstravit. Præterea haud infrequens est ducis Sueviæ encomium, Rudolpho juniori & filio, Joanni parricidæ, a medii ævi scriptoribus tributum. Certe ANONYMUS ille, quem dixi, LEOBIENSIS (*e*) Rudolphum, Suevorum ducem Pragæ mortuum esse scribit. Atque etiam THOMAS EBENDORFFERUS DE HASELBACH (*f*) Joannem filium Rudolphi Ducis Suevorum compellat. ANNALISTA autem COLMARIENSIS (*g*) Rudolphum, Rudolphi Regis filium, Alsatiæ ducem, Pragæ mortuum esse, ait. Et hæc quidem ducis Alsatiæ appellatio Rudolpho adscripta, iis, qui ducatum Sueviæ Rudolpho collatum fuisse affirmant, tanto minus obesse videtur, quanto certius ex prisci ævi monimentis constat, & supra a nobis demonstratum fuit, Alsatiam & Sueviam plerumque unum eundemque habuisse ducem, quosdam etiam in documentis publicis mox Sueviæ, mox Alsatiæ duces dictos fuisse. Eundem ducis Suevorum titulum Joanni, filio Rudolphi, antea commemorati, Cæsaris nepoti, adscriptum esse legimus ab HENRICO REBDORFFENSI, (*h*) quando Albertum Regem, a Joanne, duce Sueviæ, filio fratris sui, occisum fuisse exponit. Hujusque cædis caussam HENRICUS STERO (*i*) inde repetit, quod ipsum ducatu Sueviæ privaverit Albertus. Iisdem fere verbis in MAGNO CHRONICO BELGICO (*k*) consignatum est, Albertum a nepote suo, Joanne duce Suevorum interfectum fuisse. Quem postea quam Henricus VII. Imperator ob parricidium proscripsit, terrasque ejus, quod ANONYMUS LEOBIENSIS (*l*) ET TH. EBENDORFFERUS (*m*) significant, in Alberti *filios* transtulit; Leopoldus I. filius Alberti natu tertius, Sueviæ partes gubernavit, eaque de caussa ab AUCTORE CHRONICI ALBERTI II. (*n*) CHRONOGRAPHO ELLWANGENSI (*o*) ALBERTO ARGENTINENSI (*p*) & MUTIO (*q*) dux Sueviæ citatur. Accessit, quod Rudolphum IV. cognomine ingeniosum, in ipsis sigillis, postea a nobis illustrandis, ducis Sueviæ & Alsatiæ titulo usum esse, perspexerunt, certo, ut videri posset, argumento, nequaquam alucinatos esse scriptores supra adductos, qui Rudolphum Alberti I. fratrem, ducem Sueviæ a patre creatum esse, asseverarunt. Denique de Guilielmo, Leopoldi III. Austriæ ducis filio, FELIX FABRI (*r*) consignavit, illum & Suevorum ducem ab aliis dictum, & ipsum sese ducem Suevorum scripsisse: Atque ne nudum titulum ac inane nomen ducis Sueviæ Rudolpho ejusque ex Austriaca gente successoribus tributum fuisse crederent, permoti forte & eo fuerunt, quod nullas Rudolphi partes in gubernanda Austria, solas vero Sueviæ Alsatiæ & Helvetiæ terras ab eo administratas fuisse, viderunt. ÆGIDIUS enim TSCHUDIUS (*s*) memoriæ prodidit, Rudolphum, Rudolphi Cæsaris filium d. XI. Maji mortuum, regimen in superioribus terris Habsburgi, Kyburgi, Gruningæ, Badæ superioris, Conzburgi, ac Landgraviatus superioris Alsatiæ tenuisse. Joanni vero filio ejus a patruo præreptum esse ducatum Sueviæ, HENRICUS STERO, (*t*) ut supra diximus, annotavit. Atque in eo consentiunt plerique omnes, si CHRONOGRAPHUM SALISBURGENSEM (*u*) excipias, a Joanne, Rudolphi filio, ditiones Suevicas, ac in primis comitatum Kyburgi, repetitas fuisse. Ipse etiam Leopoldus I. quem a nonnullis Sueviæ ducem vocatum esse, supra ostendimus, terris istis præfuit, indeque fratri Friderico III. Romanorum Regi, de summa rerum cum Ludovico Bavaro Cæsare dimicanti, copias auxiliares adduxit. Rudolphum IV. Alberti

berti II. filium, cui in figillis quibusdam ducis Sueviæ titulum adfcriptum effe diximus, FELIX FABRI (x) ftatim poft mortem patris in Sueviam abiiffe, ac in oppido Dyfenhofen moratum, eis regiones curaffe, fcribit. Guilielmus, denique Leopoldi II. filius, quem ducem Sueviæ dictum fcriptumve effe, idem (y) auctor eft, fucceffit patri, cui in pactis, familiæ ercifcundæ cauffa initis, Sueviam obveniffe, auctor CHRONICI cujusdam GERMANICI (z) aliique quam plurimi rerum Auftriacarum fcriptores teftantur.

(a) HISTORIA AUSTRALIS ad an. 1282. apud *Freherum* T. I p. 475.

(b) CHRONICON AUSTRALE ad an. 1283. apud *eundem* l. c. p. 467.

(c) ANONYMUS LEOBIENSIS L. II. c. 6. ad an. 1283. apud *Hier. Pezium* Scriptor. rerum Auftriac. T. I. col. 857.

(d) HIERON. PEZIUS T. I. l. c. p. 752.

(e) ANONYMUS LEOBIENSIS L. III. c. 1. apud *Pezium* l. c. col. 867.

(f) THOMAS EBENDORFFERUS AB HASELBACH L. III. apud *eundem* T. II. col. 776.

(g) ANNALES COLMARIENSES inter *Urftifii* fcriptores rer. Germ. T. II. pag. 25.

(h) HENRICUS REBDORFFENSIS ad an. 1308. apud *Freherum* T. I. p. 601.

(i) HENRICUS STERO apud *eundem* T. I. p. 592.

(k) MAGNUM CHRONICON BELGICUM apud *Piftorium* T. III. p. 303.

(l) ANONYMUS LEOBIENSIS L. IV. c. 1. apud *Pezium* T. I. col. 896.

(m) THOMAS EBENDORFFERUS AB HASELBACH L. V. apud *eundem* T. II. col. 746.

(n) CHRONICON ALBERTI II. apud *eundem* T. II. col. 375.

(o) CHRONICON ELLWANGENSE ad an. 1325. apud *Freherum* T. I. p. 681.

(p) ALBERTUS ARGENTINENSIS apud *Urftifium* T. II. p. 123.

(q) MUTIUS chronici Germ. L. XXIV. apud *Piftorium* T. II. p. 867.

(r) FELIX FABRI L. I. apud *Goldaftum* inter fcriptor. Suevicos. p. 61.

(s) TSCHUDIUS in chronico Helvet. T. I. L. IV. ad an. 1290. p. 200.

(t) HENRICUS STERO apud *Freherum* T. I. p. 592.

(u) CHRONOGRAPHUS SALISBURGENSIS apud *Pezium* ad an. 1381. p. 382.

(x) FELIX FABRI L. I. apud *Goldaftum* l. c. p. 55.

(y) IDEM p. 61. l. c.

(z) AUTOR CHRONICI GERMANICI apud *Pezium* T. I. col. 1153.

§. VIII. Etfi vero diffiteri non poffum, hæc a me in medium allata, maxime feparatim a fubfequentibus confiderata, fatis videri idonea, ad quandam verifimilitudinem opinioni, de ducatu Sueviæ reftaurato vulgo creditæ, conciliandam, non eft tamen, cur quisquam nimis confidenter ad ea provocet. Equidem non male cohærere fabula videtur, quando terras, per injuriam imperio fubtrac-

subtractas, revocasse, ac consensu procerum in filium contulisse dicitur Rudolphus. Enimvero quando cogito, terras Stauffensium in Suevia plerasque, ut supra ostendi, ab ipsis ducibus Hohenstauffiis, ad quos jure hereditario spectarunt, alienatas fuisse, vix inducor, ut credam, Rudolphum iis vindicandis operam dedisse. Mihi certe longe ad fidem probabilius videtur, terras a Rudolpho Cæsare repetitas ad ipsum imperii domanium pertinuisse. In eaque conjectura adjuvari videor ipsis, quæ supra adduxi, testimoniis HENRICI STERONIS (*a*) & AUCTORIS CHRONICI AUSTRALIS (*b*) qui terras istas imperii, non ducales, fuisse dicunt. Præterea censuali titulo illas subjugatas fuisse HENRICUS STERO annotat, certo, ut ego quidem existimo, indicio, illas antea nemini procerum tributarias fuisse. In eandem sententiam JACOBUS etiam a KOENIGSHOVEN (*c*) sæculi XIV. scriptor, inclinat, quando civitates & quascunque terras imperii jussu Rudolphi ab invasoribus redditas fuisse, scribit. Parui forte momenti, ista, quæ hactenus dixi, videri poterant, cum terræ procerum, æque ac illæ, quæ Imperatori & imperio, nullo intermedio, subsunt, imperii esse dicantur, illæque inprimis hoc nomine possint compellari, quæ possessore destitutæ ad imperium immediate redierunt. Enimvero accedit, quod & Philippus & Fridericus II. & Conradus IV. ipsi patrimonium Stauffense, & ducatum Sueviæ, dissiparunt & dilacerarunt. Hi vero pro summa, qua pollurunt, potestate, tanto validius istas terras suas, etiam ducales, in alios transferre potuerunt, quo certius est, Imperatorum veterum potestatem in alienandis terris, etiam iis, quæ ad dignitatem imperialem sustinendam destinatæ erant, tam arctis ac hodie limitibus circumscriptam non fuisse. Ecquis igitur non videt, rem invidia plenam futuram fuisse, si terras, a priscis ducibus & superioribus regibus dudum alienatas, imperio asserere ea sola de caussa voluisset Rudolphus, ut eas transferret in gentem suam, quæ tamen & ipsa, teste STUMPFIO, quasdam ex naufragio Stauffensi tabulas collegerat, Austriæ etiam & Stiriæ, ac provinciarum adjacentium accessione mirifice fuerat locupletata. In Bojos saltem, qui ex familiæ Stauffensis calamitate non minima incrementa ceperant, haud iniquum fuisse Rudolphum Cæsarem, vel ex eo intelligi potest, quod donationem Conradini, Boicæ genti admodum proficuam confirmavit, assensu etiam Regis Bohemiæ comprobandam curavit, ut §. IV. ex GEWOLDO monstratum fuit. Sed de hac quidem re nunc latius non disquiram. Illud tantum mihi explicari velim, quid tandem ex istis ducatus Suevici aut Stauffensis patrimonii reliquiis Rudolphus Cæsar dederit filio, ducali fastigio dignum? Hic vero nesciunt, quo sese vertant, quicunque Sueviæ ducatum a Rudolpho I. restauratum esse defendunt, tantaque in dissensione & varietate sunt constituti, ut, quicunque diversissimas de terris ducatus vel principatus Suevici sententias examinet, in incerto & dubio positas esse omnes, animaduertat. Docuit id ipsum V. C. JO. DAVID KOELERUS, operamque in colligendis dissentientium de hac re opinionibus collocavit, ut recte omnino Amplissimus HERTENSTEINIUS judicasse videatur, quando cuncta illa, quæ de terris principatus Suevici vulgo proferuntur, dubia, incerta & obscura esse, asseveravit. Illæ saltem ditiones, quas Austriaca gens etiam hodie in Suevia possidet, vel ante Rudolphi Cæsaris tempora familiæ Habsburgicæ paruerunt, aut post Rudolphi fata variis titulis ad beatæ gentis opes accesserunt.

(*a*) HENRICUS STERO ad an. 1277. apud *Freher*. T. I. p. 565.

(*b*) CHRONICON AUSTRALE ad an. 1277. apud *eundem* T. I. p. 471.

(*c*) JACOBUS A KOENIGSHOVEN in supplem. *chron. Argentorat*. p. m. 430.

(*d*) STUM-

(*d*) STUMPFIUS in *chron. Helvet.* L. IV. c. 51. fol. 326. b.

(*e*) GEWOLDUS de septemuiratu c. 9. in repræsentat. imper. p. 743.

(*f*) JO. DAV. KOELER in diss. de fatis ducatus Alemann. §. 12. p. 29. seqq.

(*g*) HERTENSTEIN in observatione de principatu gentis Austriacæ Suevico l. c. p. 137.

§. IX. Utne vero intricare tantum rem apertam, manifestaque scriptorum testimonia meris impugnare conjecturis videar, ad testes provoco, & ex iis inprimis appello JACOBUM A KOENIGSHOVEN (*a*), jam supra adductum. Hic, dum fata ducatus Alemanniæ persequitur, Rudolphum, scribit, civitates in Suevia & Alsatia sitas curasse ipsum, nullumque, extincto semel ducatu, ducem amplius fuisse. Non est, quod mihi ætas objiciatur scriptoris, toto fere sæculo inferioris. Nam si vel maxime de Rudolphi Habsburgici ævo testimonium omni exceptione majus perhiberi nequit, nihil tamen prohibet, quo minus Alsato fides habeatur, quando suis temporibus nullum in Alsatia Sueviaque ducem fuisse testatur. Sunt præter hunc nostrum auctores graves, fideque dignissimi, qui ducatum Austriæ utrique filio Rudolphi Cæsaris, Alberto & Rudolpho, ab Augusto eorum parente datum esse enarrant, ducatum autem Sueviæ soli Rudolpho concessum, ne verbulo quidem attingunt. Namque HENRICUS STERO (*b*), Rudolphum Cæsarem, inquit, Alberto & Rudolpho filiis suis in feudum contulisse ducatum Austriæ coram principibus suis, eo tempore in curia Augustæ Vindelicorum habita congregatis. Idemque ab ALBERTO ARGENTINENSI (*c*) video consignatum. Sed adjungo, vel primo loco nominandum CHRONOGRAPHUM SALISBURGENSEM, (*d*) qui non solum Austriam Stiriamque ambobus fratribus traditam esse affirmat, sed etiam, cum in cædem Alberti a Joanne ejus ex fratre nepote factam incidit, eam tanti sceleris caussam fuisse refert, quia, cum terræ „Austria & Stiria Alberto ac Rudol„pho patri Joannis, per Rudolphum Regem Romanorum, patrem ipsorum in „solidum collatæ fuissent, idem Albertus, post mortem fratris, præfatum Joan„nem fratruelem suum ad possessionem ipsarum terrarum non admisit. Et horum quidem scriptorum testimonia tanto plus apud me ponderis habent, quanto melius cum ipsis documentis publicis conveniunt. Etenim, cum prævidisset Rudolphus Cæsar, rem esse majoris momenti, quam ad augendam domus suæ potentiam animo conceperat; antea etiam, quam in comitiis Augustanis de Austria, filiis suis concedenda, ad ordines publice retulit, privatim cum potentissimo quovis procerum agendum, singulorumve voluntatem in suam sententiam trahendam esse existimavit. Videmus itaque jam anno 1280. d. XI. Kal. Septembr. assensum suum Cæsari accommodasse Albertum, Saxoniæ ducem, ratumque habuisse, ut Augustus Austriam, Stiriam, Carinthiam, Carniolam & Marchiam Slavicam Alberto & Rudolpho filiis clientelari titulo conferret. (*e*) Sed nihil hic de ducatu Sueviæ legitur, quem tamen vix omisisset Albertus Saxo, si quicquam de eo jam tum tractatum fuisset. Potuisse tamen post ea aliquid hujus rei Rudolpho in mentem venire, ab adversario mihi objici posset, non sine ratione, nec ego quoque infitias ire ausim. Enimvero silent et posteriorum annorum documenta, nec ducatus Suevici restaurati ullibi faciunt mentionem. In diplomate saltem Rudolphi Cæsaris, anno M CC LXXXIII. d. XI. Jun. Rheinfeldiæ ad confirmanda Austriacorum ducum jura & privilegia exarato, quod FUGGERUS (*f*) exhibet, ducatus Sueviæ, qui tamen anno MCCLXXXII. Rudolpho datus esse vulgo dicitur, nec inter titulos Rudolphi, nec in ipso diplomate nominatur, ut V. C. B. G. STRUVIUS (*g*) & JOANNES DAV. KOE-

LER (*b*) obſervarunt. Sed omninm graviſſimum argumentum, ad infirmandum, quicquid ex teſtimoniis ſcriptorum ſupra allegatorum roboris ſupereſt, illud, quod ex LAMBECII BIBLIOTHECA VINDOBONENSI (*i*) laudatiſſimi viri, KOELERUS & STRUVIUS allegarunt. Etenim exinde apparet, Rudolphum Cæſarem voluiſſe, ut Auſtriam, Stiriam & adjacentes terras, utrique filio per inveſtituram feudalem conceſſas, ſolus Albertus una cum poſteris haberet, jure tamen ſuccedendi Rudolpho & liberis reſervato, ſi forte ſtirps Alberti defiiſſet. Rudolpho autem, quem modo dixi, ſpes facta eſt, vel regni, vel ſaltem principatus cujusdam. Qui ſi intra quinquennium acquiri non poſſet, aut acquiſitus ad amplitudinem Auſtriaearum provinciarum non aceederet, Albertum filium natu majorem obſtrinxit Cæſar, ut aut certam pecuniæ ſummam, vel patris, vel aliorum bonorum virorum arbitratu definiendam, fratri ſolveret, aut plane in ſocietatem regendæ Auſtriæ eum reciperet. Patet exinde, quod Ampliſſimus KOELERUS inprimis urget, Rudolphum anno M CC LXXXIII. nondum habuiſſe ducatum, ſeparatim ad ſe ſpectantem, propter ea, quod Rudolphus Cæſar declaravit, ſe demum curaturum eſſe, ut filio natu minori regnum, vel ſaltem inſignem ducatum quendam comparare poſſet. Ut denique nec poſt annum M CC LXXXIII. Rudolpho ducatum Sueviæ conceſſum eſſe credam, facit diploma a LAMBECIO (*k*) ex eodem, unde ſuperius, MSCto codice adductum, ex quo apparet, novem demum poſt mortem ejus annis novos arbitros delectos eſſe, qui, quantum ab Alberto Cæſare Joanni fratris filio dari oporteret, æſtimarent. Diſpoſuerat enim Rudolphus, quod ſupra dictum, & ex ipſo documento manifeſtum eſt, ut, ſi nulla regni vel ducatus pro Rudolpho filio aequirendi, conditio exiſteret, Albertus data pecunia fratri ſatisfaceret. Quantitatis autem definiendæ arbitrium, primo ſuum, ſe autem defuncto, illorum eſſe voluerat, quos in tabulis nominarat, & poteſtate inſtruxerat, ut uno alterove ex iis mortuo, ſuperſtites alios in locum extinctorum cooptarent, quibuscum de ſumma, ab Alberto ſolvenda, pronunciarent. Cum igitur anno demum M CC LXXXXI. novi a Comite Ludovico Ottingenſi, qui ſolus tum ſuperfuit, arbitri ad decidendam hanc cauſſam adſciti fuerunt, nemo non videt, exiſtente conditione, in quam obligatio Alberti dilata fuerat, manifeſtum eſſe, Rudolphum nunquam conſecutum eſſe ducatum ſibi promiſſum. Idem ſuadent perſuadentque documenta, a Ludovico Bavaro & Carolo IV. Imperatoribus, Auſtriacis principibus in fidem renovatæ inveſtituræ tradita. Et Ludovicus quidem IV. in tabulis ſuis (*l*) anno M CCC XXXI. Ottoni & Alberto, Auſtriæ ducibus, præter ducatus, quos poſſidebant, nominatim expreſſos, aliasve terras, confirmavit comitatus & dominia in Suevia & Alſatia. His Ludovici litteris omnino ſimiles ſunt illæ, quæ Caroli IV. auctoritate, An. M CCC XLVIII. M CCC LX. M CCC LXVI. exaratæ inſigni ſummorum virorum GLAFEJI, (*m*) LUDEWIGII (*n*) & LUNIGII (*o*) opera publici juris factæ fuerunt. Quando vero ex iis omnibus, quæ nominavi, diplomatibus perſpicuum eſt, utrumque Cæſarem, Ludovicum æque ac Carolum IV. in enumerandis Auſtriacæ gentis ducatibus & provinciis admodum ſollicitum fuiſſe, vix ac ne vix quidem inducor, ut credam, omiſſuros fuiſſe illos Sueviæ ducatum, ſi quicquam in eum juris Auſtriaca gens tum ſibi aſſeruiſſet, præſertim, cum reliqua ejus feuda in Suevia commemorata fuerunt. Sed quid opus eſt, ut plura ad refellendam iſtam de ducatu Sueviæ, in Rudolphum a patre collato, opinionem conquiram? Nam vel ſolo Friderici V. Imperatoris, ex ipſa gente Auſtriaca oriundi, domeſtico teſtimonio demonſtrari poteſt, Sueviam univerſam nulli, præterquam Imperatori & imperio, ſubjectam eſſe. Id enim in litteris, quibus fœdus ordinum Sueviæ, publicæ pacis cauſſa ineundum, comprobavit, diſertis verbis eſt profeſſus. (*p*).

(*a*) JA-

(a) JACOBUS KOENIGSHOVEN in fupplem. chron. Argent. p. m. 430.

(b) HENRICUS STERO ad an. 1281. apud *Freher.* T. I. p. 566.

(c) ALBERTUS ARGENTINENSIS apud *Urstisium* T. II. p. 101.

(d) CHRONOGRAPHUS SALISBURGENSIS ad an. 1281. & an. 1308. apud *Pezium* T. I. p. 382. & p. 404.

(e) Extant litteræ Alberti in DU MONT corps diplomatique T. I. P. I. p. 247. & in LUNIGII cod. Germ. diplomatico T. II. p. 483. „Ad cognicionem, „*fcribit Albertus dux Saxoniæ*, & noticiam tam præfentium, quam futuro- „rum volumus pervenire, quod ob dilectionem & petitionem Sereniffimi „Rudolphi Rom. Regis voluntatem noftram adhibemus plenariam & con- „fenfum, quod Rudolffus R. Rex filiis fuis, Alberto & Rudolpho terras „videlicet Auftriam, Styriam, Karinthiam, Carniolam & marchiam Slavi- „cam libere poffidendas jufto titulo confetat feodali etc.

(f) FUGGER im Spiegel der Ehren des Hauses Oesterreich L. II. c. 4. p. 196. Idem diploma latinis verbis exhibet LÜNIG *archiv. imper. part. fpec. contin. II. p. 69.* initium hoc eft: „Venientes ad nos ingenui principes, dilecti „noftri filii, Albertus & Rudolphus, duces Auftriæ & Styriæ, domini Car- „niolæ, marchiæ & portus Naonis, comites in Habsburg & in Kiburg, ac „Landgravii Alfatiæ etc.

(g) BURC. GOTTH. STRUVIUS in corpore hiftoriæ Germ. T. I. p. 535.

(h) JO. DAV. KOELER in diff. de fatis ducatus Aleman. §. 11. p. 24. fqq.

(i) LAMBECIUS in comment. de bibliotheca Vindob. append. L. III. pag. 330. Verba epitomes Germanicæ ex MSCto codice defumtæ hæc funt: „Ein „Ordnung von Künig Rudolphen, Römifchen Künig, zvvifchen feinen „Sühnen Hertzog Albrechten und Hertzog Rudolphen von Ofterreich, „nachdem er ihnen die Ofterreichifchen Land geliehen, darinn Er ihm „dann ferner Ordnung feinem Gefallen nach furzunehmen, vorbehalten „hat, inhaltend: Hertzog Albrecht und feine Sühne follen die Nieder Ofter- „reichifche Land allein regieren; fo vern aber der Kunig feinem Suhn, „Hertzog Rudolphen, innerhalb fünffthalb Jahren nit mit einem Kunig- „reich oder andern treffentlichen Furftenthum verficht, fo foll ihm fein „Bruder Hertzog Albrecht ein Summa Gelds geben, vvie der Vater mittler „Zeit auzfpricht: vväre aber das Furftenthum kleinfueg, fo foll ihm „Hertzog Albrecht aber ein Summa Gelds nach Erkantnus des Vaters zu „einer Zubuffe herausgeben, doch in allvveg, vvann Hertzog Albrechts „Manftam abgieng, daz Hertzog Rudolphen Manftam alz dann in die Re- „gierung bemeldeter Ofterreichifchen Lande angange: vvo Hertzog Al- „brecht feinem Bruder das gefprochene Geld nit bezahlete, fo foll diefe „Ordnung abfeyn, und Hertzog Rudolph zu halber Regierung der Nieder „Ofterreichifchen Lande kommen, Innhalt der kuniglichen Belehnung; „vvo der Kunig abgienge, ehe er den Spruch um das Geld thäte, fo follen „Burggraf Friderich von Nurnberg, Graf Albrecht von Hohenberg, Graf „Heinrich von Furftenberg und Graf Ludvvich von Ottingen, an feiner „Majeftät ftatt darum ausfprechen, und die lebendigen an der abgeftorbe- „nen ftatt andere Spruchleute aus der Hertzogen Freundfchafft fetzen, „Datum Reinfelden, unter dem Majeftätifchen Infiegel und Handzeichen „prima Junii an. 1283.

(k) LAMBECIUS l. c. not. 2. ibi ad litteras provocat Comitis Ludovici de Ottingen IV. Non. Jan. 1299. fcriptas, quibus declarat; „fecundum Rudolphi „Cæfaris ordinationem in locum demortuorum coarbitrorum alios tres ex „cognatione ducum Auftriæ arbitros cooptatos effe, nempe Burchardum „comitem de Hohenetg, Eberhardum Comitem de Wirtenberg & Otto- „nem comitem de Strasberg, ut una fecum definiant ac pronuncient fum- „mam

„mam pecuniæ quam Imperator Albertus I. fratris sui ducis Rudolphi de-
„functi filio Joanni debeat persolvere.

(*l*) ANTONIUS STOYRES in commentario de vita Alberti II. ducis Austriæ p. 32. in additamentis. Extant eaedem tabulæ in LUNIGII codice Germaniæ diplomatico T. II. p. 494. „Noverint, *inquit Ludovicus Imperator*, „presentis etatis homines & future, quod nos - - ducatus Austrie & Styrie „ac dominia Carniole, Marchie ac portus Naonis, nec non comitatus ac „dominia & omnia jura & bona feodalia, quocunque censeantur nomine, „quas vel que dicti duces ac pregenitores ipsorum hactenus ab imperio te„nuerunt & possederunt in Suevia & Alsatia & alibi contulimus & conse„rimus in feudum.

(*m*) AD. FRID. GLAFEY anecdot. jur. publ. & histor. p. 102.

(*n*) JO. PETR. DE LUDEWIG reliq. MSCt. T. IX. p. 687.

(*o*) LUNIG. codicis Germaniæ diplomat. T. II. p. 498. n. 21. & p. 519. n. 39.

(*p*) Extant litteræ Friderici Imp. apud DATTIUM de pace publica, L. II. c. 6. p. 272. ex quibus ad scopum nostrum pertinent verba: „So vvir aber als „Römischer Kayser gedencken, dass solcher Fried das heilige Reich ins„gemein anbetrifft, und dann das Land zu Schvvaben uns und dem H. R. „Reich ohn alles Mittel vor andern zugehörig und untervvorffen ist, und „kein eigen Fursten, noch iemand hat, der ein gemein Auffsehen darauff „hat, dann uns als Römischen Kayser, so sind vvir uns selbst, und dem „heiligen Römischen Reich, als desselben heiligen Reichs aigen Sach, „schuldig, dasselb Land zu Schvvaben in seinen Ehren und Wurden zu „erhalten.

§. X. Atque etiam ex intermissa in publicis documentis ducis & ducatus Sueviæ mentione colligi potest haud obscure, commentitium esse, ducatum Sueviæ a Rudolpho I. Cæsare renovatum, ipsumque ducis Sueviæ nomen, præterquam si cum vulgo loquamur, esse inane ac omnino nullum. In iis enim omnibus, quæ modocunque mihi in manus inciderunt, tabulis, vel Rudolphi Cæsaris nomine scriptis, vel Alberti ac Rudolphi fratrum auspiciis, vel denique solo Rudolpho auctore exaratis, altum est de ducatu Sueviæ silentium, licet vel maxime ceteri Austriacorum tituli, ad unum omnes, qui tunc in usu fuerunt, curiosissime expressi sint. In iis sane, quibus Austriacorum privilegia confirmavit Rudolphus Cæsar, Rudolphum filium æque ac Albertum Austriæ ac Stiriæ ducem, omissa Sueviæ mentione, appellatum esse, supra demonstratum fuit. In alio ejusdem Rudolphi Imperatoris diplomate (*a*) anno MCCLXXXIV. scripto, inter testes occurrit RUDOLPHUS adjecto titulo: *filius noster germanus, dux Austriæ Styriæ*, nulla iterum Suevici ducatus commemoratione facta. Extant præterea duo ejusdem Imperatoris documenta, quæ S. R. MARQAURDI HERRGOTTI curæ debemus, in quibus Rudolphus filius solo *ducis Austriæ ac Stiriæ* nomine compellatus occurrit. Sed de his satis. Venio ad illa, quæ Alberti ac Rudolphi, fratrum, auctoritate prodierunt, pleno titulorum apparatu instructa. At ne in his quidem Suevia inter reliquas provincias unquam nominatur, ut patet ex inscriptione, quam TSCHUDIUS (*c*) ad posteritatis memoriam servavit, nec non ex charta, a laudatissimo genealogiæ diplomaticæ auctore (*d*) ex MSCto codice abbatiæ Murensis producta, quæ hoc principium habet: *Albertus und Rudolfus von Gottes Gnaden Hertzogen ze Osterych und Stier, Fursten ze Karniel, Margrafen portus Naonis, Herren ze Habsburg und Grafen ze Kiburg, Landgrafen in Elses, des durchluichtigesten Herr Rudolfen Römschen Kunigs sün gemeiniglich etc.* - - - Forte tamen est, qui mihi objiciat, in chartis, quas fratre comite Rudolphus excudit, illum Alberto hoc dediffe,

diffe, ut ad morem fcribendi in curia fratris ufitatum fefe accommodarit. Igitur ex ejusdem TSCHUDII *chronico* (*e*) profero tabulas, folius Rudolphi nomine fcriptas, ac in ipfis Alemanniæ & Helvetiæ finibus d. VII. Octobr. anno 1287. exaratas, quarum initium hoc eft: *Nos Rudolphus, Dei gratia Auftriæ ac Stiriæ dux, Carniolæ & Marchiæ dominus, comes de Habspurch & de Kiburg, Alfatiæ Landgravius, Sereniffimi Domini Rudolphi Romanorum Regis filius.* Similis plane eft ratio titulorum in diplomatibus Rudolphi noftri, quæ in S. R. HERRGOTTI *codice probationum* (*f*) continentur. Nec alium ei titulum ab officialibus in ipfa Suevia, Alfatia & Helvetia adfcriptum fuiffe, ex litteris cujusdam Tilendorffii equitis (*g*) eft manifeftum. Adderem figilla, fed præter duo HERRGOTTI (*h*) in tabula XVIII. n. XIV. & XV. æri incifa, ad manus eft nullum. In his vero, omiffo etiam Auftriæ ac Stiriæ nomine, comitatus tantum, Habsburgici & Kyburgi & Landgraviatus Alfatiæ eft expreffus. Quod ad Joannem filium Rudolphi attinet, illum exemplo parentis ducem Auftriæ dictum effe, in documentis publicis obfervo, ducis autem Sueviæ eucomium, illi ab hiftoricis compluribus tributum, nullibi invenio. In fententia enim profcriptionis, ab Henrico VII. Imperatore contra Joannem iftum & focios culpæ, ob interfectum Albertum Cæfarem lata, (*i*) dux Auftriæ ac filius Rudolphi, ducis Auftriæ, cognominatus. Suevia autem ne verbulo quidem indicatur, qua tamen per profcriptionem privatus fuiffet, fi illam unquam habuiffet. Quodfi Leopoldi I. ducis Auftriæ titulos, in præfationibus codicillorum ejus, fratrumque nomine fcriptorum confidero, de ducatu Sueviæ nihil eft obvium, etfi a non paucis fcriptoribus, fupra adductis, dux Sueviæ nominetur. Etenim charta, quam S. R. Canonicus RAYMUNDUS DUELLIUS libello eruditiffimo de *Friderico Pulcro* (*k*) adjunxit, hoc initium habet: *Wir Leobold von Gottes Gnaden Hertzog zu Ofterreich und Stewr, Herr zu Crain auf der Marck und zu Portenau, Graf zu Habsburg und Kiburg und Landgraf in Ober Elfas.* Ubi etiam conjuncta funt ejus fratrumque nomina, nullum extat ducatus Sueviæ veftigium. Apud eundem enim, quem modo dixi, R. DUELLIUM (*l*) in litteris Joannis Pontificis R. hæc infcriptio occurrit: *Fridericus Dei gratia Romanorum Rex, femper Auguftus, nec non Leopoldus, Albertus, Henricus & Otto eadem gratia duces Auftriæ & Stiriæ, domini Carniolæ, marchiæ & portus Naonis fratres.* Nec in tot aliis diplomatibus, quæ in ILL. LUDEWIGII *reliquiis MSCtis* (*m*) & alibi paffim, in primis in elegantiffimo opere S. R. HERRGOTTI (*n*) extant, aliud animadverti. Nefcio itaque, an tuto credi poffit, quod ARSENIUS SULGERUS (*o*) & AUCTOR ANONYMUS libelli cujusdam *de origine & hiftoria archiducum Auftriæ* (*p*) fcripfere, Leopoldum noftrum in infcriptione litterarum, *Auftriæ, Stiriæ, Sueviæ, Carinthiæ & Meraniæ ducem, dominum Carneolæ & portæ Naonis, comitem Habsburgæ & Kyburgæ Landgravium Alfatiæ* dictum fuiffe. Sane quo longius pleraque ifta a more ufitato recedunt, eo difficilius inducor, ut affentiar viro celeberrimo, & infignibus in rem litterariam meritis clariffimo, HENR. CHRIST. SENCKENBERGIO, (*q*) quando in notis ad hunc locum conjicit, ex tabulario quodam Helvetico, & forte Bernenfi, titulum defcriptum fuiffe. Pleraque enim funt nova ac inconfueta, nec in aliis litteris cum ipfius Leopoldi tum fratrum & fubfequentium Auftriæ ducum obvia. Non urgeo vehementer fcriptionem, portæ Naonis, Habsburgæ, Kiburgæ, quæ aut portus Naonis Habsburgi & Kyburgi in aliis documentis fcribuntur, fcribæ tamen veteris vel ofcitantiæ, vel novitatis & varietatis ftudio tribui queunt. Nec in expungenda Suevia multus ero, cum ea, quæ adhuc monita funt, & in fubfequentibus addentur, facile a quovis huc trahi poffint. Quod autem ad Carinthiam attinet & Meraniam, infolentia ex fola comparatione cum aliis ejusdem ætatis litteris, Leopoldi fratrumque nomine exaratis, in oculos incurrit.

Ac

Ac Carinthiam quidem nec Leopoldus, nec fratres in tabularum suarum principiis commemorarunt, quam diu Carinthiæ ducum familia in vivis fuit. Illam autem anno demum MCCCXXXV. mortuo Henrico Carinthiæ duce, interiisse, S. R. D. STEYRERUS (r) veterum monimentorum fide probavit. Denique Meraniam nec ipsi Carinthiæ duces & comites Goritiæ, ad quos ducatus Meraniæ, V. C. KOELERO (s) id demonstrante, pervenit, in titulis suis collocarunt, tantum abest, ut quisquam Austriacorum principum, vel superstite Tirolensi gente, vel extincta, quicquam ejus nominis sibi arrogarit. Solus igitur Guilielmus superest, quem FELIX FABRI (t) supra a me adductus, ducem Sueviæ non modo ab aliis dictum esse, sed & sibi ipsi illud encomium adscripsisse, refert. Quod si per litteras, illius auspiciis scriptas, doceri posset, non parum firmamenti contrariæ sententiæ conciliaretur, hactenus ab omni præsidio nudæ, nec ullo amplius, vel levissimo, fulcro munitæ. At enim vero ne in hujus quidem principis tabulis, saltem iis, quæ mihi in manus venerunt, ullam ducatus Sueviæ mentionem factam invenio. Ea certe diplomata Guilielmi nostri, quæ HUEBERUS (u) ex archivis Mellicensibus in lucem produxit, anno MCCCLXXXXIV. & MCCCC. scripta, hoc initium habent: *Wir Wilhelmb und Albrecht Gevettern von Gottes Gnaden, Hertzogen zu Osterreich Steyr und Kaernten und Crain, Grafen zu Tirol.* Nec aliud præterea quicquam continent, quæ solo Guilielmo auctore promulgata LUNIGIUS (x) & S. R. D. BERNHARDUS PEZIUS (y) excudi fecerunt.

(a) Extat in LUDEWIGII reliq. MSCt. T. II. p. 240.

(b) MARQUARDI HERRGOTT codex probation. T. II. P. II. n. 626. & n. 637. p. 519. & p. 528.

(c) TSCHUDIUS in Chronico Helvetico T. I. L. IV. ad ann. 1286. pag. 292. ibi notat: „ Anno domini 1286. an U. L. Frauen Tag ze der Lichtmeß warnd „ des Künigs Sün beyd Hertzogen zu Oesterreich zu Augspurg in der Statt/ „ als ein Brieff bezügt: It Titel was domahlen/ wie der Brieff Innhalt: „ Albrecht und Rudolph Gebrüdern von GOttes Gnaden Hertzogen zu Oe- „ sterreich/ und zu Steyer/ Fürsten zu Carniol und der Windischen Marck/ „ Herrn zu Portnowe/ Grafen zu Habspurg und Kiburg/ Land-Grafen ze „ Elsaß.

(d) HERRGOTT in cod. probat. T. II. P. II. n. 631. p. 526.

(e) IDEM l. c. T. I. L. IV. p. 195.

(f) HERRGOTT l. c. n. 639. 642. 647. p. 530. 533. 536.

(g) Extant apud TSCHUDIUM l. c. p. 198. ita in principio conceptæ: „ In „ GOttes Namen/ Amen. Ich Cunrat von Tilndorff/ ein Ritter/ der „ Hoffmeister der Phallenze des Römischen Künigs Rudolffs und Voigt von „ Kiburg Rudolffes des Hertzogen von Oesterreich und von Steyer.

(h) Vid. HERRGOTT genealogiæ diplomaticæ T. I. Lib. I. c. 17. p. 97. & tabula 18. n. 14. 15.

(i) Habet illam TSCHUDIUS l. c. p. 250. & HERRGOTT codicis probationum T. II. P. II. n. 703. p. 592. initium hoc est: „ Wir Heinrich von GOttes „ Gnaden Römischer Künig/ allwegen ein Mehrer des Reichs kunden und „ veriehend öffentlich/ daß wir mit Rechte und gesammeter Urtheil haben „ verzelt Hertzogen Johannßen von Oesterreich Hertzog Rudolph seeligen Sun von Oesterreich ꝛc. ꝛc.

(k) RAYMUNDUS DUELLIUS de Friderico pulcro Imp. p. 81.

(l) IDEM

) IDEM l. c. p. 79.

) LUDEWIG *reliqu. MSCt.* T. V. n. 46. p. 532.

) HERRGOTT in cod. probat. P. II. T. II. n. 717. p. 604. n. 719. pag. 605. n. 740. p. 624. n. 741. p. 625.

) ARSENIUS SULGER in annal. monast. Zvvifaltensis. P. I. p. 273.

) ANONYMUS HELVETIUS de origine & historia ducum Austriæ apud *Senckenberg* in selectis jur. & histor. T. IV. p. 56.

) SENCKENBERG l. c. in not. a. p. 57. „ Haud dubie, inquit, auctor no-„ ster ex archivis huncce titulum attulit ab antiquo monimento descrip-„ tum, quod haud dubie Bernæ extat, licet titulus alias paulo aliter „ sonet.

) ANT. STEYRER in additam. commentar. pro vita Alberti II. col. 87. lit. f. seqq.

) JO. DAV. KOELERUS in diss. de ducibus Meraniæ §. 21. p. 57.

) FELIX FABRI inter *Goldasti* scriptores Suevicos p. 61.

(*u*) HUEBERUS in Austria ex archivis Mellicensibus illustrata p. 94. & 95.

(*x*) LUNIG in spicil. ecclesiast. T. II. p. 1090.

(*y*) BERNH. PEZIUS in codice diplomatico epistolari anecdot. T. V. P. III. pag. 118.

§. XI. Patet igitur satis luculenter, neminem Austriacorum, ne eo-[rum] quidem, quibus a superiorum temporum scriptoribus ducum Sueviæ titu-[l]us *adscriptus* fuit, in publicis monimentis ducem Sueviæ appellatum esse, si a Rudolpho ingenioso discedamus, de quo continuo plura sunt dicenda. Sed respondet V. C. HERTENSTEINIUS (*a*) leve esse & non satis dignum argumentum a neglectu titulorum petitum. Neque enim tam inique cum summis [p]rincipibus agendum esse, ut omissis provinciarum nominibus ac insignibus, jura [i]psorum extincta, amplique terrarum tractus amissi censeantur. Et tantum abest, ut [e]go quicquam obloquar, aut deteriorem illorum, quam privatorum conditionem [h]ac in caussa esse existimem, ut etiam salva & integra illorum jura, si qua habent, [m]anere putem, in quascunque terras, utut minime cum ceteris nominatas. Illud [s]olum urgeo, mihi remotissimum a vero videri, Rudolphum, filium Rudolphi [C]æsaris, ducem Sueviæ vulgo creditum, ac Joannem filium ejus neglecturos fuis[se] mentionem ducatus Sueviæ, quem tamen revera tenuisse dicuntur, prælato [e]o, cujus aliquando demum, nec nisi extincta Alberti stirpe, consequendi spem habuerunt, ut supra demonstratum fuit. At enim & cognomentum Sueviæ [d]ucum servasse regerit Amplissimus HERTENSTEINIUS, (*b*) idque ex diversis scriptoribus probari posse putat, quos tamen ego hactenus non curo, ac ad vulg[us] censum scripsisse ajo, dum aliud ex documentis publicis doceatur. Etenim [n]isi omnis fallor, ex illo Rudolphi Habsburgici Cæsaris codicillo, de ercíscunda inter filios familia conscripto, ac supra §. IX. adducto, ratio reddi potest, cur Rudolphus noster, Alberti Cæsaris frater, a tot scriptoribus dux Sueviæ fuerit nuncupatus. Perspicitur enim exinde, eam a Cæsare investituræ legem adjectam fuisse, ut regimen ditionum, recens acquisitarum, Albertus solus haberet, spe tantum succedendi Rndolpho fratri ejusque liberis relicta, sicubi forte Alberti progenies aliquando defecisset. Id enim innuunt verba: *Hertzog Albrecht und seine Söhne sollen die Nieder-Oesterreichischen Lande allein regieren.* Quæ ne

ne quis ita accipienda esse putet, ac si nomine terrarum Austriacarum inferi rum intellecta fuisset illa ducatus Austriæ pars, quæ inferior dici hodienum s let, monendum duco, admodum ad veri imaginem accedere, quod & B. (STRUVIUS (c) & CEL. HERTENSTEINIUS (d) innuisse videntur, terr Habsburgicas in Suevia Alsatia & Helvetia sitas ita quidem jam tum cum Au striæ ducatu conjunctas fuisse, ut & ipsæ provinciarum Austriacarum appell tione comprehenderentur. In eo tamen differentia fuit, ut Austria & adj centes provinciæ inferiorum, quæ autem in Suevia Alsatia & Helvetia eran superiorum terrarum nomine venirent. Hoc saltem vocabulo comitatus & dy nastias Austriacorum in Suevia & Helvetia complectitur AUCTOR CHRON CI ALBERTI II. (e) de Leopoldo I. Alberti Cæsaris filio, scribens: „illum i „partibus superioribus cum patre extitisse, ac mortuo patre, homicidas patr „miserabiliter trucidasse, ad rotas positos membris confractis.„ At in vulg notum est, Albertum in Helvetia prope Kœnigsfeldam occisum fuisse. Eade ratione etiam explicanda sunt verba THOMÆ EBENDORFFERI AB HASEL BACH, (f) qui Albertum III. & Leopoldum II. fratres terras suas ita divisiss scribit, ut Albertus patrias inferiores gubernaret, Leopoldus dux vero domini superiora cum Sueviæ comitatibus administraret. Sane dum Rudolphus IV dux Austriæ anno M CCC LXII. procuratorem in Suevia constituit, in litteri illi traditis (g) permisit, ut in terris superioribus ad domum Austriacam in Sue via, Alsatia, Sundgovia, Ergovia, Turgovia, Glarus, & in sylva nigra & omni bus terris superioribus sacra ducis vice fungeretur. Cum igitur Rudolphus frater Alberti, ex paterna dispositione terras in Suevia, Alsatia & Helvetia sita rexerit, quod supra §. V. ex TSCHUDII *chronico* (h) docuimus, in promtu est cur vulgo mox Sueviæ, mox Alsatiæ dux a sede & terris ipsi assignatis, dictus fuerit. Eandemque ob caussam & alii ex gente Austriaca principes ducis ap pellationem ex Austriæ, Stiriæ, Carinthiæ ducatibus habentes, duces Sueviæ a scriptoribus medii ævi vocatos esse, manifestum est. Namque & olim in usu fuit, ut principes unius gentis a diversis sedibus diversa nomina sortirentur, & nostra ætate minime est inusitatum. Certe ex ipsa gente Austriaca Friderico, Leopoldi II. filio, & Sigismundo cognomentum ducum in Athesi tributum (i) videmus. Inde tamen minime sequitur, ut statim ducatus peculiaris sit fingen dus. Neque certius pro ducatu Sueviæ Rudolphi ducis argumentum inde pet potest, quod dux in Suevia a vulgo compellatus fuit. Quando vero ad litte ras & numos provocat V. C. HERTENSTEINIUS (k) crederem facilius, se vellem, ut hæc sententiæ suæ firmamenta adjecisset. Ego saltem fatear opor tet, me quidem ex Austriacis, qui in quodam diplomate sibi ducis Sueviæ no men adscripserit, reperisse omnino neminem.

(a) HERTENSTEIN in observatione histor. de principatu gentis Austriacæ i Suevia p. 137.

(b) IDEM l. c.

(c) B. G. STRUVIUS in corpore jur. publici c. 3. §. 16. p. 59.

(d) HERTENSTEINIUS l. c. p. 138.

(e) AUCTOR CHRONICI ALBERTI II. apud *Pezium* T. II. col. 374.

(f) THOMAS EBENDORFFERUS AB HASELBACH apud *eundem* T. II. col. 810.

(g) Extant in TSCHUDII chronico Helvet. T. I. L. VI. p. 454.

(h) TSCHUDII chronicon T. I. L. IV. ad an. 1290. p. 200.

(i) In

(i) In CHRONICO ALBERTI II. apud *Pezium* T. II. col. 380. & ab anonymo Tegernseensi apud eundem T. II. col. 470.

(k) HERTENSTEIN l. c. p. 137.

§. XII. In sigillis autem aliquot, quibus diplomata quædam Rudolphi IV. ducis Austriæ, signata fuerunt, Sueviæ & Alsatiæ ducis titulum reliquis adjunctum esse, non possum ipsemet diffiteri. Etenim in collectaneis diplomaticis ex codice MSCto bibliothecæ Uffenbachianæ a V. C. SENCKENBERGIO (a) editis consignatum legitur: „Rudolphum IV. ducem Austriæ usum esse sigillo „admodum eleganti, ceræ rubræ imprimi solito, imaginem repræsentante ducis cataphracti insidentis equo,

- - - - quem pellis ahenis
In plumam squamis auroque inserta tegebat,

addita in margine perigraphe: *Rudolphus quartus dei gratia palatinus archidux Austriæ, Stiriæ, Carinthiæ, Sueviæ & Alsatiæ, dominus Carniolæ, marchiæ ac portus Naonis natus anno domini M CCC XXXIX.* In altero autem sigilli latere, Rudolphus chalybe indutus stare scribitur, totus in ære latens, insignibus circum circa positis stipatus, encomioque in margine notatus: *Rudol. Dei gratia Sacr. Romani imperii archimagister venator. Alberti ducis & Joanne ducisse primogenitus.* Atque etiam JO. LUDOVICUS SCHOENLEBENIUS (b) testatur, sese in anteriore libri cujusdam vetusti theca, in bibliotheca academiæ Viennensis, hæc verba notata legisse: „ita inveni in quodam sigillo Ru„dolphi IV. circumferentialiter scriptum, in cujus circuli medio militariter de„pictus Rudolphus quartus Dei gratia palatinus archidux Austriæ, Styriæ, Ca„rinthiæ, Sueviæ & Alsatiæ, dominus Carniolæ, marchiæ ac portus Naonis „natus anno domini M CCC XXXIX. Ex altero vero latere ducali habitu ad „modum statuæ erectus, ducaliter vestitus, duodecim clypeis stipatus, sic habe„bat circumferentaliter scriptum: *Ruod. Dei grat. Sac. Romani imperii archy„magister venator. Alberti duc. & Joanne ducisse primogenitus.* Quod quidem sigillum etsi numisma fuisse, in gratiæ signum cuidam a principe donatum, mavult SCHOENLEBENIUS, numismatibus solis, non sigillis, duo latera sculpta esse, arbitratus, mox tamen seipsum corrigit, atque ex *deductione quadam MSCta jurium trium provinciarum Styriæ, Carinthiæ & Carniolæ ratione præcedentiæ respectu provinciæ super Anisum*, diploma, sigillo omnino simili signatum, adducit, cui in margine insculptum fuit: *Rudolfus. quartus. Dei. gratia. palatinus. archy-dux. Austriæ. Styriæ. Karinthiæ. Sueviæ. et. Alsatiæ. dominus. Karnioliæ. marchiæ. ac. portus. Naonis. natus. anno. domini. M. CCC XXXIX.* Alteram autem sigilli partem, quam contra sigillum dicimus, expressum exhibuisse scribit, Rudolphum IV. stantem in habitu ducali, medium inter duodecim clypeos, cum inscriptione in circulo collocata: *Ruod. dei. gra. sac. Romani. Imperii. archymagister. venator. Alberti. ducis. et. Joannæ. ducissæ. primogenitus.* Denique in fine pag. 119. adjicit, famam suo tempore fuisse, extare etiam Græcii duo talia diplomata, alterum apud abbatem Runensem, in Lech commenta Teutonica alterum, de quibus tamen certiora afferre ego non possum. Hinc potius commemorandum est sigillum, quod ex tabulario Mellicensi produxit celeberrimi nominis ex familia Benedictina monachus, PHILIBERTUS HUEBERUS (c) ac inter tot alia sigilla, *Austriæ* suæ *ex archivis Mellicensibus illustratæ* inserta, cum eruditis communicavit. In hoc vero æque ac in eo, quod SCHOENLEBENIUS descripsit, Rudolphus IV. conspicitur equo insidens, mi-

litari

litari habitu, variisque ornatus clypeis paullo tamen aliter, quam in figillo SCHOENLEBENII locatis, inscriptione vero omnino simili circulatim adscripta: *Rudolfus quartus Dei gratia palatinus archidux Austrie, Styrie, Karinthie, Suevie & Alsatie, dominus Carniolie, marchie ac portus naonis natus anno domini MCCC XXX.* Contra sigillum autem ab illo, quod SCHOENLEBENIUS vidit, in eo differt, quod neque Rudolphi stantis effigiem, neque nomen archimagistri venatorum ostendit, sed sola diversarum provinciarum insignia continet, cum epigraphe: *Rudolfus dux Astrie, Styrie, Karinthie, Suevie & Alsatie.* Denique huc pertinent varia sigilla a S. R. D. ANTONIO STEYRERO publici juris facta, ex quibus primo loco adduco illud, majus diplomati, Cartusiæ Gemnicensi anno MCCCLIX. dato, appensum, cujus speciem non verbis tantum, sed in fine quoque operis absolutissimi ære expressam addidit. Et hoc quidem cum ambobus, quæ tum in selectis V. C. SENCKENBERGII, tum in opere SCHOENLEBENII genealogico commemorantur, convenit omnino, ut exemplo ejus patet, quod in capite libelli delineatum fuit, Adjungimus aliud ejusdem Rudolphi, sed minus, insignia sistens quarundam provinciarum, & titulos principis ducales: *Ruodolfus. dux. Austrie. Styrie. Karinthie. Suevie. et. Alsatie.* Agmen claudat illud, quo usa est conjux Rudolphi IV. Catharina, Imperatoris Caroli IV. filia, & ipsa quidem in societatem insignium ac titulorum *Austriæ, Styriæ, Karintbiæ, Sueviæ & Alsatiæ* admissa, ut ectypum nostrum, ex laudatissimo S. R. STEYRERI opere desumtum, probat.

(*a*) SENCKENBERGII Selecta juris & historiarum T. II. p. 246.

(*b*) JO. LUDOV. SCHOENLEBEN de vera origine domus Habsburgicæ P. II. c. 6. p. 118.

(*c*) HUEBERUS in Austia ex archivis Mellicens. illustrata. tab. XVIII. n. 5.

(*d*) ANTONIUS STEYRER in comment. pro vita Alberti II. addit. pag. 256. Conf. sigilla tabulis æneis insculpta in fine libri expressa, n. 7. 8. 9. 12.

§. XIII. Nemo non videt, qui ceterorum ducum Austriæ sigilla vel obiter adspexit, in his Rudolphi IV. hactenus adductis occurrere complura omnino nova, & ab aliis, quibus & ipse Rudolphus noster, & majores ejus fratresque ac posteri illorum usi sunt, plane diversa. Primum enim appellatur palatinus, dein archidux, exemplo antea nec viso, nec audito, quod etiam ILL. DOMINUM DE LUDEWIG (*a*) dubium fecit ancipitemque, ut affirmare ausus non sit, utrum diploma, quod palatini archiducis appellationem continet, ingenuum sit, an confictum. Tum Sueviæ ducatus commemoratur, a nullo vel ante vel post Rudolphum IV. inter titulos nominatus. Postremo adjicitur Alsatia, hoc saltem ordine a nemine alio ex Austriacis collocata, aut inter ducatus numerata, Landgraviatus etiam, quem reliqui & ipse Rudolphus IV. alibi expresserunt, mentione omissa, id quod solertissimus rerum Austriacarum indagator, MARQUARDUS HERRGOTT (*b*) observavit. Ac mihi quidem Rudolphus noster, cujus ingenium in perscrutandis rebus antiquis, & ab aliis ignoratis collaudant Austriaci scriptores, omnia conquisivisse videtur, quæ modocunque unquam ad ornandam amplificandamque gentem Austriacam ab indulgentissimo quovis, domusque suæ & ducum veterum Bambergensis prosapiæ amicissimo, Cæsare concessum fuisset. Etenim illum pro ea, qua fuit, animi magnitudine, ad summa quævis adspirasse, & pompæ studiosissimum fuisse, colligere licet ex *Chronico Austriæ Germanico* GREGORII HAGENI (*c*). Ibi auctor

auctor est, Rudolphum nostrum primum gentis suæ fuisse, qui Zopfingæ, congregatis dynastis, vasallis & ministerialibus, solenni cærimonia, cum ostentatione principalis majestatis conjuncta, comitia habuerit. Ac de solenni curia, præsentibus ordinibus provincialibus celebrata, HAGENUM intelligendum esse, ipsius Rudolphi IV. verba, in diplomate quodam apud ILL. LUDEWIGIUM (d) suadere videntur. Minime igitur a vero aliena est conjectura S. R. D. MARQUARDI HERRGOTTI (e) qua titulum palatini archiducis ex diplomate Friderici I. Imperatoris, (f) in fidem constituti ducatus Austriaci & privilegiorum, novis ducibus concessorum, exarato, adscitum fuisse suspicatur. In eo enim præter cetera eximia juria indultum fuit, ut, si in publicis imperii comitiis præsens fuerit dux Austriæ, *unus de* PALATINIS ARCHIDUCIBUS *sit censendus.* Manifestum autem est, his verbis significari, Austriæ duces, recens creatos, iisdem juribus, quibus reliqui duces in imperio gaudent, frui debere. Etenim palatinos duces & principes vocatos summos Franciæ orientalis & occidentalis proceres. ac præcipuos regni officiales, patet ex libello POETÆ SAXONIS (g) canentis:

> Unde PALATINIS ad se tribus ipse vocatis
> PRINCIPIBUS, quorum fuerat camerarius unus
> Regis Adalgisus, Geilo stabuli comes alter.
> Ductores exercituum fore jussit eosdem.

Paucis vero interjectis pergit:

> Ergo, PALATINIS DUCIBUS properantibus ad se,
> Saxones, acie longo satis ordine structa,
> Pro castris occurrunt.

Neque de aliis intelligendus est GERVASIUS TILBERIENSIS (h) qui Henricum impetrasse scribit, ut cessante PALATINORUM electione imperium ad ejus posteritatem transiret. Et archiducis quidem titulus occurrit in diplomatibus Rudolphi IV. non paucis, quæ ex LAMBECII *bibliotheca Vindobonensi*, ac HUNDII *metropoli Salisburgensi* PFEFFINGERUS (i) conquisivit, & in vasto opere allegavit. At palatini nomen, quod ego cum archiducis appellatione appellatione conjungendum esse censeo, in iis, quæ post annum M CCC LXI. prodierunt, tabulis obvium non est, ejusque rei ratio ex subsequentibus patescet. Quod vero ad Sueviam Alsatiamque inter ducatus commemoratas attinet, ad illos quidem titulos adoptandos permotus fuisse videtur Rudolphus IV narratione, qua, ut supra monui, jam tum traditum fuit, Sueviæ ducatum Rudolpho propatruo a Rudolpho Cæsare datum fuisse. Si quis vero conjecturis delectatur, suspicari potest, aut per oscitantiam artificis, aut per errorem, nescio cujus, vel simulatum, vocem principis, quæ Carinthiam inter & Sueviam interponenda erat, omissam fuisse. In diplomatis enim omnibus, quæ hæc talia sigilla: de quibus agimus, habent appensa, Rudolphus principem Sueviæ & Alsatiæ se appellavit, eoque ipso ad principatus, quos Albertus animo conceperat, respexisse videtur, ut infra §. XXII, est ostendendum. Forte tamen & spatii angustia in causa fuit, cur principis vocabulum ducali, quemadmodum credidisse videntur, haud multo inferius in sigillis adjectum fuerit.

(d) DN. DE LUDEWIG in præfatione Tomi IV. reliq. MSCtor. p. 16. Insertum est diploma d. T. IV. p. 177.

 (h) HERR.

(*b*) HERRGOTT genealogiæ diplomaticæ Aug. gent. Habsburg. T. I. L. I. c. 2. §. 8. p. 25.

(*c*) GREGORIUS HAGENUS in chronico Austriæ Germanico apud *Pezium* T. I. col. 1149. scribens: „Hertzog Rudolph war der erst in seinem Geschlecht/ „der sein Ere erczaigte mit geziemlicher Ziere in Fürstenlicher Majestät in der „Stat/ die man Zopffingen nennet/ zu Gegenwart der Herren/ und der „Mannen und aller edlen Leute/ die zu seiner Herrschafft gehöreten.

(*d*) *Extat* apud LUDEWIGIUM T. IV. reliq. MSCt. p. 285. ibi Rudolphus IV. inquit: „Wir Rudolff - tun kund - daz wir - sazzen mit unser Fürstlich „Gezierde in eine Gestael auff dem Hoff ze Wien/ dahin wir alle Herrn/ „Diensten Leuten/ und Mannen/ Rittern und Knechten unsers Fürstenthums „von Oesterreich - geboten hatten rc. rc.

(*e*) HERRGOTT l. c. T. I. L. III. c. 4. §. 7. p. 227.

(*f*) Extat illud apud *Schilterum* inter documenta, p. 1. & in LUNIGII archivo imperiali part. spec. cont. 1. sect. 4. p. 4.

(*g*) POETA SAXO de gestis Caroli M. ad an. 782. apud *Leibnit.* T. I. p. 131.

(*h*) GERVASIUS TILBERIENSIS in otiis imperialibus T. I. apud *eund.* p. 934.

(*i*) PFEFFINGER ad *Vitriar.* T. II. pag. 21.

§. XIV. Quicquid tamen ejus rei sit, in medio relinquemus. Illud vero est certissimum, motus non paucos excitasse istam novorum titulorum usurpationem, Rudolphumque incidisse in suspicionem, quod tecte & latenter ad majora adspiraret, quam Carolo Imperatori multisque imperii proceribus ferendum esset. Id saltem ex TRITHEMIO (*a*) MUTIO (*b*) NAUCLERO (*c*) & PARALIPOMENIS CONRADI URSPERGENSIS (*d*) apparet, Rudolphum Wurtenbergico comiti, civitatibus Sueviæ nimis gravi, ac libertati illarum inhianti, circa annum MCCCLIX. & LX. tunc quidem, cum sigillis supra recensitis usus est, foedere conjunctum fuisse, Carolumque Cæsarem, quod ne ipse quidem una cum imperio in conditionibus exceptus fuisset, utrumque bello petiisse. Ac arma quidem Wurtenbergico comiti primum illata esse, Sueviæque civitates duce Ruperto Bavaro bello interfuisse, alios etiam ex imperii ordinibus suppetias Cæsari tulisse, publicis edictis evocatos, præter auctores antea excitatos CHRONICI cujusdam WURTENBERGENSIS scriptor (*e*) refert. Quam igitur vim cum sustinere soli Wurtenbergici comites non potuerunt, a sociis, ut MUTIUS scribit, destituti, de pace cum Imperatore per quosdam episcopos agere cœperunt. A quo tamen in gratiam recepti hoc demum pacto fuerunt, ut societati, cum Austriacis initæ, renuntiarent, Cæsarisque voluntati ac sententiæ, controversiarum contemplatione, quæ ipsis cum civitatibus intercedebant, obtemperarent. Præterea etiam fœderatis Wurtenbergicorum, ac in his nominatim duci Teccensi & pincernæ Limburgensi, venia data fuit, Austriacis tamen, in quos Cæsaris animus paullo erat commotior, exceptis. Namque constitutum erat Carolo, arma victricia in illos convertere, ac injuriam, quam sibi ab affini gente illatam putabat, vindicare, cum Rudolphus gener ejus, quicquid ad sopiendam indignationem pertineret, se facturum prudenti consilio spopondit, impetumque armorum a finibus suis avertit. Compositæ igitur sunt discordiæ inter Cæsarem & Rudolphum Austriæ ducem, his tamen inter cetera capita legibus adjectis, ut ab omni foedere discederet Rudolphus, nisi quod salva Imperatoris & imperii majestate ictum fuisset, datisque Imperatori litteris profiteretur publice, *se*, quæ MUTII (*f*) verba sunt, *in palatinatu Rheni,*

Rheni, in Suevia & Alsatia ducem non esse, sive ut NAUCLERUS (g) scribit, *se in Suevia & Alsatia ducem non esse, & in palatinatu Rheni nullum penitus jus habere.* Quorum auctorum fides, ne justo minus valeat apud quemquam, in re praesertim dudum ante illorum aetatem gesta, id quidem nunc mihi agendum esse intelligo, ut quod illorum testimoniis deest ponderis, aliorum auctoritate suppleam. Video enim illorum narrationem S. R. D. ANTONIO STEYRERO (h) tam parum probari, ut quicquid ab iis de conditionibus pacis relatum fuit, multo post Caroli IV. tempora confictum fuisse existimet. Neque enim vel lectum vel auditum esse objicit, Rudolphum Austriae ducem Boicae gentis jura in palatinatum Rheni in dubium vocasse, vel plane sibi assertum ivisse. Nec usquam reperiri, illum totius Sueviae Alsatiaeve dominium appetiisse. Ut vero avitis juribus in complures Sueviae Alsatiaeque urbes, oppida & castella, renuntiaret noster, salva quidem aequitate a Carolo IV. imperari non potuisse, nec imperatum esse. Atque etiam in obscuro latere, quid tandem in Caesarem & imperium admiserit Rudolphus, in legibus pacis officii admonitus, cum recens et illustre sui in Caesarem obsequii documentum ediderit, quando hoc ipso anno jus imperii in terras suas solenni ritu agnoverit, impetrata ab Imperatore renovatione investiturae. Ad haec omnia denique accedere HENRICI REBDORFFII (i) aequalis scriptoris fidem, narrantis, Wurtenbergicos Rudolpho IV. deprecatore a caesare in gratiam receptos esse. Quo fortiora sunt argumenta viri omni laude majoris, rerum vero Austriacarum praeter ceteros gnari, eo magis mihi elaborandum esse praevideo, ut fidem NAUCLERI MUTIIque vacillantem & paene labentem gravi teste sustentem. At majorem producere non possum in medium ipso Carolo IV. cujus quippe diplomata aliquot ipso anno 1360. exarata, & ab Illustri viro ADAMO FRID. GLAFEY (k) publici juris facta omnem historiam belli Wurtenbergici & dissensionis, quae Caesarem inter & Rudolphum ducem Austriae intercessit, compositionem denique istarum turbarum complectuntur. Ex iis enim tabulis, quae pag. 285. n. 189. reperiuntur, probari potest, copias civitatum auxiliares ab Imperatore ad bellum contra Wurtembergiae comites, ipsi minus obsequentes, gerendum expetitas fuisse. Ex alio, eoque CCXX. p. 312. elucet, foedus, quod Wurtenbergicis comitibus cum Rudolpho IV. & fratribus ejus fuerat, maximopere Caesarem offendisse, eamque pacis, Wurtembergiis datae, primariam legem fuisse, ut a pactione Austriaca recederent, totique in fide Imperatori & imperio debita manerent (l). Eaedem tabulae confirmant, conciliatos Imperatori esse Wurtenbergensium socios, ac quos supra in primis nominavimus, ducem Teccensem & pincernam Limburgensem, Rudolphum contra Austriacum gratiae, quae reliquis facta erat, expertem adhuc mansisse. (m) Idem in epistola ad regem, ut mihi videtur, Hungariae Ludovicum scripta, n. DXXV. collocata, declarat, se Rudolpho Austriaco ad obsequium reverso, ejusque sociis Eberhardo ac Ulrico, Wurtenbergensibus comitibus peccata condonasse, neque tamen universos uno temporis momento, sed singulos separatim, in gratiam recepisse, idque ex ipsa pacis formula Regi, una cum litteris transmissa, apparere. (n) Maximopere vero dolendum est, ista pacis initae capita ipsi diplomatario, quod ab ILL. GLAFEY editum est, inserta non fuisse, ex quibus quippe omnis, quae mota est, dubitatio tolli posset. Colligi tamen potest ex iis, quae ex NAUCLERO & MUTIO narrata sunt, & in aliis Caroli IV. litteris, mox adjiciendis, statim ab initio confirmantur egregie, ista sigilla Rudolphi, in quibus palatinus archidux Austriae, Stiriae, Carinthiae, Sueviae & Alsatiae appellatus fuit, non ultimam belli, adversus eum destinati, caussam fuisse, illumque non nisi publica declaratione facta, qua se ab omni jure in palatinatum Rhenanum Sueviaeque & Alsatiae ducatum abdicavit, Caesaris gratiam

recu-

recuperasse. Observavit id ipsum Amplissimus WENCKERUS, (o) cui quidem pacis tum sancitæ copia fuisse videtur. Namque a Rudolpho IV. Austriæ duce in castris ad Eslengam die Saturni ante festum nativitatis Mariæ anni MCCCLX. inter alia promissum fuisse commemorat, se antiquaturum esse sigilla, titulis illis ducis Sueviæ & Alsatiæ insignita, ac inde usque ad nativitatem Christi substituturum esse alia, ad exemplum paternorum & avitorum effícta, quibus in chartis signandis uteretur. Et quanquam non indicavit, unde hæc a se petita fuerint, colligo tamen, illum ex documento quodam tabularii Argentoratensis hæc edoctum fuisse, cujus quippe subsidia alibi laudavit. Quod autem ad palatinatum Rheni attinet, ipsi Bavariæ duces, quos et bello Wurtenbergico interfuisse supra diximus, in ea fuisse opinione videntur, ac si Rudolphus noster, per appellationem palatini, nescio quid periculosi in palatinas eorum terras machinaretur, eaque de caussa querelas ad Imperatorem detulisse. Ego vero, etsi mihi persuaderi non patior, vel in mentem venisse Rudolpho, ut jura illorum in terras Rhenanas dubia redderet, aut sibi quicquam in eas arrogaret, non tamen negarim, defuisse illis omnino, quod suspicionem moveret. Etenim ipsi Austriaci in diplomatibus Rudolphi, vel patria lingua scriptis, vel saltem Germanice versis, vocem palatini per nomen illud comitibus palatinis competens *Pfaltzgraf* expresserunt. SCHOENLEBENIUS (p) certe adducit tabulas Rudolphi IV. coenobio Victoriensi datas, quarum initium hoc est: *Wir Rudolf von Gottes gnaden Pfaltzgraf Ertzhertzog ze Oesterreich, Steyer, und ze Kernden, Hezz ze Crain und auf der Marck und ze Portenaw, und des heiligen Römischen Reichs Obermeister der Jæger etc.* Enim vero quo magis alienus fuit Rudolphi nostri animus ab ista arrogantia, cujus reus factus fuerat, tanto facilius concessit postulatis Cæsaris ac Bavarorum, nec quod ego sciam, post annum MCCCLX. quippe quo hæc hactenus enarrata gesta sunt, palatini appellationem in diplomatibus usurpavit, licet non desint ejus litteræ, in quibus se archiducem Austriæ, Stitiæ, Carinthiæ scripsit, post hæc tempora exaratæ, quas PFEFFINGERUS, (q) loco supra citato, enumeravit. At paullulum tenaciorem fuisse Rudolphum nostrum tituli ducis Sueviæ & Alsatiæ, in sigillis usurpati, exinde suspicor, quod illum etiam post pacem, cum Carolo IV. initam, servavit, etsi NAUCLERO MUTIOque auctoribus, litteris, jussu Imperatoris in eam rem scriptis, professus esset, sese in Suevia & Alsatia non esse ducem. Quod cum Carolo ferendum minime videretur, ut novam dignitatem, cujus concessionem ad se solum spectare autumabat, privato ausu Rudolphus aucuparetur, illum teste WENCKERO (r) primum coarguit Norimbergæ, ubi sub vertentis anni tempus præsto fuit, utque sigilla, contra morem majorum sculpta, aboleret, denuo admonuit. At cum ne postea quidem ab insuetis istis signis abstinuisset, Norimbergam illum publicis litteris revocavit, sibique & Electoribus, ibi congregatis, rationem reddere jussit, quam ob rem sigilla illa, toties reprobata, contra fidem datam retinuisset. Patent hæc omnia ex ipso Caroli IV. diplomate, quod dignum propterea judicavimus, ut ex ILL. GLAFEY *anecdotis* descriptum, commentationi nostræ totum insereremus. (s) Tantoque minus metuo, ne reprehensionem eo nomine incurram, cum ad confutandam vulgarem de Austriacorum ducatu Suevico opinionem præcipuum momentum habeat, demonstretque, nihil, quod et ad hanc caussam attinet, a MUTIO & NAUCLERO relatum fuisse, nisi quod veritati respondeat exactissime.

(a) TRITHEMIUS in chronico Hirsaugiensi ad an. 1360. T. II. p. 240.

(b) MUTIUS chronici Germanici L. XXV. apud *Pistorium* T. II. p. 896.

(c) NAU-

(c) NAUCLERUS in chronographia, generatione 46. fol. 257. a.

(d) PARALIPOMENA ad *Conradi Urspergensis* chronicon.

(e) AUCTOR CHRONICI WURTENBERGENSIS apud *Schannat.* vindem. liter. T. II. p. 26. seq.

(f) MUTIUS l. c. p. 898.

(g) NAUCLERUS l. c. fol. 257. b.

(h) ANTONIUS STEYRERUS in additamentis comment. pro vita Alberti II. ducis Austriæ p. 305.

(i) HENRICUS REBDORFF. in annal. ad An. 1360. apud *Freher.* T. I. pag. 642. seq.

(k) ADAM FRID. GLAFEY in registro registrandorum Caroli IV. Imperatoris anecdotorum jur. publ. & histor. T. I. p. 285. n. 189. pag. 322. n. 220. p. 640. n. 525.

(l) Ita in principio p. 322. Carolus Imp. scribit: „Wir Karl etc. bekennen etc. „vvann die Edlen Eberhart und Ulrich, Gebruder, Grafen von Wirtenberg etc. durch unser Keiserlich gebot alle bundnuzz, die sie in dheinen „vveis gehabt haben mit dem Hochgebohrnen Rudolf Hertzogen zu Osterreich, zu Steyr, und zu Kernden unserm Eidem und Fursten, genzlich „abgetan und vernichtet haben etc.

(m) In pacis enim capitibus occurrit p. 323. „Ouch vvellen vvir, das aller-„menglich, die sich durch Willen der egenanten Grafen von Wirtenberg „in disen Chrig geflochten haben, und bei namen der Herczog von Teck „und der Schenke von Lymburg onser hulde genczlich haben fullen, und „von uns unverdacht sein, on geferde. Aufgenommen den Herczogen „von Osterreich, der soll onser hulde sunderlichen suchen, vvann er in „diesen Teidingen nicht begriffen ist.

(n) „Neque voluimus, *inquit Carolus p. 641. in fine*, eos pariter in sinum nostri „favoris assumere, licet hoc summis studiis affectarent, ne inter eos, quos „par excessus, pari pena judicabat esse multandos, alter alterius promo-„tionibus uteretur, sed ipsis de nostrorum consilio, & instanti rogatu, sicut „permittitur, indulsimus separatim, sicut omnium prædictorum claram no-„ticiam, quibus videlicet aut qualibus viis incessum fuerit, aut que sint „vel qualia in tantis anfractibus pro sacri Imperii honore conclusa, arti-„culi de tractatibus ducis & comitum inclusi presentibus sua serie mani-„festant, quos etiam dileccioni vestræ scribendos decrevimus.

(o) WENCKERUS in notis ad Aebtlini diss. de archivis & registraturis p. 74. in apparatu archivorum, Rudolphum IV. promisisse refert: daß er die In-„siegel / darinne die tituli gegraben seynd / biß auff Weynachten gedachten „Jahres brechen / und andere nach seines Vaters und Vorfahren Gewohn-„heit machen solle / und damit alle Bundbrieffe / und andere Brieffe / die „er dem Kayser unter gedachten kleinen Insiegel gegeben / versiegeln wolle.

(p) SCHOENLEBEN de vera origine domus Habsburg. P. II. c. 6. p. 118.

(q) PFEFFINGER de Vitriar. T. II. p. 21.

(r) WENCKER in apparatu archivorum p. 74.

(s) Extat in GLAFEY anecdotis jur. publ. & histor. p. 559. n. 448. his verbis conceptum: „Wir Karl etc. embieten dem Hochgebohrnen Rudolfen „Herczogen ze Osterreich etc. unser huld etc. Liber Sun, du hast uns ge-„lobt mit deinen offnen briefen, daz du deine Insigel, die vvider recht

„und gevvohnheit gegraben vvaren, darinne du Herczog in Schvvaben „und in Elsazzen genennet bist, in vvendig einer genanten Frist abetun „vvoldest, und hast uns auck kuntlich in güten trevven on geuerd, daz „du von etlichen dingen lazzen vvoldest, als von Keyserlichen und Ku„niglichen Zierden, die einem Herczogen von Osterreich nicht angeho„ren, und dich nicht anders nevver anczichen nock beginnen vvoldest, „nur als dein Vater und dein Vettern getan haben, daz hastu uns und „dem Reich uberfaren. Dorumb gebieten vvir deinen trevven ernstlich „uud festiclich bei unsern etc. Daz du fur uns und die Kurfursten des „Reichs humest gen Nuremberg, drey Wochen nach Ostern die schierest „kumpftig sein, und dich vurantvvurdest vmb all sulch sachen. Geben „zu Nuremberg Anno LXI. feria sexta proxima ante dominicam letare „Regnorum etc.

§. XV. Haud alienum ab istituto esse judico, ut in his quantivis pretii tabulis, paullo accuratius considerandis, aliquantulum subsistam, ac momenta earum præcipua paucis illustrem. Illud vero satis planum esse puto, quod Carolus IV. de ducis Sueviæ Alsatiæve titulo, a Rudolpho Austriaco contra jus & fas, datamque in pacis formula fidem, usurpato, commemoravit. Quod ipsum cum et a MUTIO indicari fassus sit V. C. HERTENSTEINIUS, nescio an satis commode cohæreant, quæ in medium attulit in sua *de principatu Sueviæ* observatione. Etenim id egit ab initio, ut, quod de reliquiis ducatus Sueviæ, a Rudolpho Cæsare collectis, ac in Rudolphum filium, adjecto ducis Sueviæ nomine, collatis, narratur vulgo, defenderet, & ab objectionibus vindicaret. Eamque in rem adduxit aliquot scriptorum superioris ævi loca, quorum fide tueri sententiam non satis firmam est annisus. Nominavit etiam ex gente Anstriaca principes, qui duces Sueviæ a rerum gestarum conditoribus dicti fuerunt. Ac ne quid omnino desiderari posset, conjecturas attulit de terris, quas Rudolphus Habsburgicus Rex concesserit filio suo, Sueviæ ducis nomine mactato. Persecutus est caussam ulterius, ac Rudolphum, Rudolphi Cæsaris filium, sedem suam Lauffenburgi constituisse, ducatumque Sueviæ Joanni filio post mortem suam reliquisse, commemoravit. Cui quidem, cum & alias ditiones, & maxime ducatum Sueviæ sæpius dictum eripere voluerit Albertus Cæsar, patruus ejus, necem huic ab illo oblatam esse addidit, terrasque Joannis, ab Henrico VII. ob parricidium proscripti, obvenisse Leopoldo I. Alberti interfecti filio, quem quidam historici ultimum fuisse falso tradunt, qui titulum ducis Sueviæ usurparit. Non jam denuo disquiram, utrum Leopoldus modo dictus titulo ducis Sueviæ usus sit unquam. Illud tamen monendum esse existimo, exinde, quod Albertus II. Austriacus Nicolaum Constantiensem episcopum capitaneum in Suevia & Alsatia constituit, Burgoviam quoque ad priscos gentis suæ comitatus & dynastias adjunxit, minime sequi, ut vel dux Sueviæ fuisse, vel ducatum Sueviæ habuisse, videatur. Non plus roboris datur sententiæ, quam cel. HERTENSTEINIUS propugnat, quod idem Albertus II. Suevos magni æstimavit, & quod diversa Austriacorum territoria in Suevia & Alsatia subsecutis temporibus per administros curata fuerunt. Sane si provinciæ avitæ in Suevia vel ab ipso Rudolpho IV. administratæ fuerunt, si etiam, defuncto eo, ad Leopoldum probum fratrem pervenerunt, nulla tamen exinde ratione conficitur, illas terras ducales fuisse, utut Rudolphum IV. Sueviæ Alsatiæque ducem in sigillis dictum fuisse, minime negem. Nec facilius cuiquam sententiam suam probabit, quando in eo præsidium quærit, quod idem Leopoldus terras in Suevia sitas acquisivit, & alienavit, quippe quod facere illi licuit, si vel maxime nec princeps, nec dux Sueviæ dictus unquam fuit. Non est, quod respondeat, sibi non de ducatu, sed principatu Sueviæ, sermonem esse, in locum

cum ducalis nominis ab Austriacis substituto. Id enim ex ipsis verbis argumentisque hactenus recensitis refelli potest. Eoque minus intelligo, qua ratione ad illa superiora quadret, quod Rudolphum IV. ducali nomini, non principatui Sueviæ, renuntiasse scribit. Quanquam enim exploratum est, de titulo principis Sueviæ, quo Rudolphus IV. in diplomatibus compluribus, infra allegandis, usus est, nullam inter eum & Carolum IV. Imperatorem contentionem fuisse, nec esse potuisse, id tamen ex iis, quæ inter utrumque acta fuerunt, colligi potest haud difficulter, aut falsa esse, quæ de ducatu Sueviæ, a Rudolpho I. Cæsare renovato, ac in filium ejusdem nominis collato, traduntur, aut contra fas & æquum fecisse Carolum, quod genero titulis, ab Austriaca gente legitime acquisitis, & ad posteros hereditario jure transmissis, interdixit.

§. XVI. Sed hæc quidem manifesta sunt. Plus autem difficultatis habet illud, quando ducem Austriæ, generum suum in litteris §. XIV. excitatis Imperator arguit, quod ornamentis regiis ac imperialibus, Austriæ duci non convenientibus, usus sit, etsi eadem sese depositurum esse spoponderit. Qui enim reliqua compositionis, anno MCCCLX. factæ, capita satis accurate consignarunt, NAUCLERUS (*a*) & MUTIUS (*b*) hujus quidem rei habent omnino nihil. Is vero, quem aliquoties allegavi, V. C. WENCKERUS (*c*) ejus facti mentionem injicit, ac Rudolphum nostrum novis, sed nescio quibus ornamentis, a patre & patruis nunquam usurpatis, usum esse indicat. Quodsi igitur in re obscura conjecturæ indulgere licet, parum abest, quin credam, Rudolphum Austriacum in offensionem Imperatoris incurrisse ideo, quod diademate usus fuit coronæ regiæ ac imperiali eo usque adsimili, ut etiam crucis signum in apice appareret. Namque adhibuisse Rudolphum hujus generis decoramenta, effigies ejus tum equitantis, tum stantis, in sigillo majore utroque expressa, demonstrat. Ac id quidem audaculo sufficere posset, ut sine ulla affirmaret dubitatione, fuisse hæc ipsa Rudolphi IV. insignia, quæ socerum ejus offenderunt. Etenim probatu haud est difficile, Carolum in ea fuisse opinione, ut non, nisi ex Cæsaris permissu, hæc talia a principibus imperii gestari posse crediderit. Id saltem, quod duces Bohemiæ, nondum impetrata regia dignitate, in diebus festis cum circulo aureo, capiti imposito, ad exemplum Regum & Imperatorum incedere potuerint, soli privilegio Friderici I. Imperatoris adscribit (*d*) eaque ipsa re haud obscure indicare videtur, hæc præcipui honoris cujusdam insignia privato ausu a nemine adsciscì posse. Enim vero ut nihilo minus intra conjecturæ fines subsistendum esse putem, gravi argumento moueor, quod nihil a Rudolpho, in eruendis domus suæ juribus, etiam ad splendorem comparatis, admodum industrio, assumtum esse video, nisi quod in privilegiis diversorum Imperatorum cum veteris Bambergensis prosapiæ ducibus datum, tum suis ex gente Habsburgica majoribus a recentioribus Cæsaribus confirmatum fuisset. Namque præter ceteras prærogativas Augustæ genti potestas facta legitur, corona radiata utendi. Patet illud ex diplomate Friderici I. Imperatoris (*e*) sub auspiciis ducalis dignitatis in eos collatæ, exarato, in quo quippe duci recens creato & successoribus ejus concessum esse legitur, „ut principali „indutus veste, supposito pileo ducali, *circumdato serto pinnito* baculum ha„bens in manibus, equo insidens, & insuper more aliorum principum impe„rii, conducere ab imperio feuda sua debeat.„ Accesserunt postea majora honoris insignia, beneficio Henrici VII. Romanorum Regis, vivo patre Friderico II. imperante electi, ipsiusque Friderici, de quibus documenta apud CUSPINIANUM, (*f*) FUGGERUM (*g*) ac VITUM ARNBECKIUM (*h*) extant. In illo enim, quod anno MCCXXVIII. d. XII. Kal. Septembr. scriptum est,

Leopoldo Austriæ duci permissum fuisse video, *ut in suo principatus pileo regalis corona diadema solennius ferre posset.* In hoc autem Fridericus II. anno M CC XLV. mense Iunio Friderico Austriæ duci largitus est, *crucem imperialis diadematis suo principali pileo sufferendam.* Etsi vero fateri habeo. me inter ornamenta capitis, quibus majores Rudolphi usi sunt, crucis signum, in diplomate Friderici II. imperatoris commemoratum, non observasse, exempla tamen non desunt Austriacorum principum, qui coronam radiatam galeis adjunxerunt, qualia sigilla bene multa HUEBERUS (*i*) in lucem produxit. Accedit, quod coronarum usus tum ante Caroli IV. tempora, tum ejus ipsius æuo, non adeo fuit infrequens, ut ne numi & sigilla principum coronatorum sint in promtu. Docuit illud JO. GEORG. AB ECKHART (*k*), exemplaque Bernhardi Saxoniæ ducis aliorumque, maxime ex Guelfica, principum coronatorum ex numis & aliis veteris ævi reliquiis adduxit. Docuit idem HEINECCIUS (*l*) sigillisque & numis diversorum principum comprobavit. Atque etiam ego vidi numum bracteatum cujusdam ex gente Ascania Saxoniæ ducis, in quo figura principis coronati est efformata. Asservat illum in egregio veterum numorum & sigillorum apparatu vir amplissimus, POLYC. SAM. WAGNERUS, senator Wittebergensis, & Steurarum regiarum in circulo Saxonico Electorali quæstor primarius, qui quidem pro insigni in quemque humanitate, illum perbenigne mecum communicavit.

(*a*) NAUCLERUS in chronographia, generat. 46. fol. 257.

(*b*) MUTIUS Chronici Germanici L. XXV. apud *Pistorum* T. II. p. 898.

(*c*) JACOBUS WENCKERUS in apparatu archivorum, p. 74. verbis: uber das sich auch angenommen, etliche Zeichen und neue ding zu tragen und zu thun, und neulich in seinem Hof zu Czoburg dergleichen neue ding begangen, anders wann sein Vater und seine Vettern gethan und gehandelt haben, bey ihren Lebtagen.

(*d*) Carolus IV. in diplomate apud BALBINUM in epitome rerum Bohem. L. III. c. 14. p. 261. ibi: Sicut litteræ divi Friderici, Romanorum imperatoris Augusti testantur, qui de certa sua scientia in primo ipsorum claræ memoriæ Uladislaum ducem Bohemiæ illustrem, dum viveret, heredes & successores suos, virtutis & excellentiæ ipsius industria poscente, antequam eundem ad regnum Bohemiæ coronari contingeret, gestando circulo aureo decoravit, ut eodem insigni circulo ad instar Imperatorum & Regum Romanorum in nativitate Christi & Salvatoris nostri, paschæ & pentecoste, nec non beatorum Wenceslai & Adalberti patronorum Bohemiæ festivitatis uteretur. Habetur etiam in LUNIGII archivo Imper. part. spec. cont. I. ersten Fortsetzung. p. 3.

(*e*) Extat illud apud SCHILTERUM inter scriptores rerum German. in documentis vitæ Frider. V. Imp. adjectis, p. 1.

(*f*) CUSPINIANUS in Austria p. 82.

(*g*) FUGGERUS im Spiegel der Ehren des Hausses Oesterreich L. II. c. 3. p. 184.

(*h*) VITUS ARNBECKIUS in chronico Austriaco apud *Pezium* T. I. col. 1207. & 1217.

(*i*) HUEBERUS in Austria ex archivis Mellicensibus illustrata tab. VII. IX. XVII.

(*k*) JO. GEORG AB ECRART. Erklärung eines alten Kleinodien Kästleins aus dem Ebnerischen Cabinet zu Nürnberg §. 5. p. 6.

(*l*) JO. MICH. HEINECCIUS de sigillis P. I. c. 10. §. 19. P. 123.

§. XVII.

§. XVII. Sed de ornamentis, Rudolpho IV. interdictis, satis dictum esse arbitror. Ad illud me converto, quod Carolus Imperator urget, promisisse Rudolphum, se nihil novi sumturum, nisi quod patris patruorumque temporibus usu obtinuisset. Quorum dum sigilla & diplomata mihi ante oculos pono, neque Rudolphum, neque Fridericum, nec reliquos Alberti I. cæsaris filios, ac ne ipsum quidem Albertum II. Rudolphi IV. patrem Sueviæ Alsatiæve ducis titulos adhibuisse, animadverto. Rudolphus sane, Alberti cæsaris filius natu maximus, in diplomate apud DOMINUM DE LUDEWIG (a) dicitur, *Herzog von Oesterreich und von Steyr, Herr zu Chrain, von der Marck und von Portenaw.* Friderici autem pulcri titulus occurrit apud eundem (b) ita conceptus: *Fridericus Dei gratia dux Austriæ & Stiriæ, dominus Carniolæ marchiæ & portus Naonis.* In sigillo tamen ejusdem, quod HUEBERUS (c) exhibet, reliquis provinciarum ac dignitatum nominibus adjectum est: *comes Habsburgi & Kyburgi & Landgravius Alsatiæ.* Leopoldi I. titulos dedimus supra §. X. Ottonis vero fratris inscriptiones, diplomatibus præpositæ, cum iis, quæ Friderico Pulcro in usu fuerunt, conveniunt omnino, quod patet ex charta ejus a S. R. MARQUARDO HERRGOTT (d) descripta. Solius Henrici, ex filiis Alberti, Romanorum Regis, natu supremi charta in manus non incidit. Quam vero una cum Alberto & Ottone fratribus exaravit, peculiare habet nihil. (e) Sufficere tamen potest, quod Albertus II. Rudolphi nostri parens, omnibus fratribus suis superstes, ad quem in primis Carolus VI. provocat, quemue exempli loco proponit, nullibi, sive diplomata sive sigilla ejus spectemus, Sueviam & Alsatiam tanquam ducatus nominavit. In diplomatibus enim, quæ apud DOMINUM DE LUDEWIG (f) & S. R. HERRGOTTUM (g) occurrunt, cognominatur *dux Austriæ, Stiriæ, Carinthiæ, dominus Carniolæ, marchiæ & portus Naonis, comes in Habsburg & Chiburg nec non Landgravius Alsatiæ dominusque Pfirrbetarum:* Nec aliud quicquam in ejus sigillis, quæ HUEBERUS (h) & STEYRERUS (i) ære expressa dederunt, video adjectum.

(a) DOM. DE LUDEWIG reliquiar. MSCtor. T. IV. p. 163.

(b) IDEM ibidem p. 185.

(c) HUEBERUS in Austria ex Archivis Mellicens. illustrata. tab. IX.

(d) MARQUARDUS HERRGOTT in codice probationum geneal. gentis Habsburg. T. II. P. II. n. 742.

(e) Extat in BERNH. PEZII codice diplom. epistolari P. III. anecd. T. V. p. 8.

(f) LUDEWIG reliquiar. MSCt. T. V. p. 528.

(g) MARQUARDUS HERRGOTT l. c.

(h) HUEBERUS l. c. tab. XVII.

(i) ANTONIUS STEYRER in fine commentar. pro vita Alberti II. ducis Austriæ.

§. XVIII. Sequitur, ut de comitiis Norimbergensibus pauca dicamus, ad quæ Rudolphns IV. a Carolo socero vocatus fuit, ut coram Imperatore & principibus Electoribus, ibi congregatis, tribus post paschatis festum septimanis elapsis, caussam diceret. Notari itaque velim, Carolum IV. Imperatorem inde a mense Octobri anni MCCCLX. ad Majum usque subsequentis LXI. Norimbergæ moratum esse, Annamque Augustam d. XXVII. Februar. ibi peperisse Wenceslaum, quod patet ex litteris Imperatricis, ad significandam pueri nati-

 vitatem

vitatem Argentoratum missis. (*a*) Carolus vero Imperator masculâ sobole, qua adhuc caruerat, auctus, tantopere lætatus fuit, ut Germanos suos aeque ac Bohemos ad societatem gaudii & hilaritatis publicis litteris provocarit, ut ex epistola ejus encyclica (*b*) apparet. Atque ut filius recens natus tanto majore cum pompa ad sacrum lavacrum perferri posset, solennem curiam indixit, ac teste HENRICO REBDORFFENSI (*c*) principes electores omnes eo accersivit. Ipsum vero baptismi diem HENRICUS REBDORFFENSIS scribit, fuisse dominicam, qua cantatur misericordia domini, qui tunc fuerit III. id. Aprilis, indeque totum octiduum ludis & lauticiis datum fuisse addit. Qua quidem computandi ratione inita, in aprico est, peractis feriis, ob natum baptizatumque Wenceslaum celebratis, ipsum etiam spatium trium septimanarum a paschate numerandarum effluxisse, quo præterlapso Rudolphum IV. Norimbergæ præsto esse jusserat imperator. Utrum autem ad præscriptum diem adfuerit, nec ne, ego quidem certo definire non ausim. Equidem de Carolo IV. satis exploratum est, illum ipsis Nonis Maji, adeoque tertia post diem condictum hebdomade, Norimbergæ hæsisse, id quod ex ejus diplomate eo die exarato (*d*) demonstrari potest. Rudolphum IV. vero novimus idibus Decembr. anni M CCC LX. Norimbergæ fuisse, litterasque investituræ episcopi Gurcensis (*e*) testis loco subscripsisse. Inde, quod ipse Rudolphus in charta d. XXI. Maji anni M CCC LXIII. scripta (*f*) indicat, in Alsatiam abiit, ibique mense Martio subsequentis anni se tenuit, id quod litteræ, quas XV. Kal. April. Lutræ subscripsit, (*g*) testantur. Hinc vero Norimbergam redierit, an aliam in repetenda Austria viam elegerit, apud me quidem non est satis expeditum. Quodsi tamen conjecturæ locus foret, Rudolphum eo non venisse, sed absentem potius caussam egisse suam, vel plane ante diem, caussæ dicendæ destinatum, interventu amicorum cæsari, socero suo, reconciliatum fuisse, dicerem. Certe ut ita augurer, suadent litteræ, tum ipsius Caroli IV. cum Gerhardi Moguntini, Rudolphi Saxonis, ac Ludovici Brandenburgici electorum, ad confirmandas, quas superiore anno cum Rudolpho genero Cæsar inierat, pactiones comparatæ, ac XVIII. Kal. April. M CCC LXI. (*h*) datæ. Quo quidem tempore Rudolphum Austriacum Lutræ in Alsatia fuisse, diploma ejus, antea adductum, probat. Illud igitur ex Caroli IV. & electorum tabulis mox allegatis colligi, mea saltem sententia, potest, sopitas jam tum fuisse dissensiones, denuo ortas, cum conventiones, inter Carolum IV. & Rudolphum IV. superiore anno factæ, assensu electorum roboratæ fuerunt.

(*a*) WENCKER in apparatu archivorum p. 221.

(*b*) Extat in SCHANNATI vindem. litterar. collect. II. p. 133. n. 33.

(*c*) HENRICUS REBDORFF ad an. 1361. apud *Freberum* T. I. p. 643.

(*d*) Extat in BESOLDI monimentis Wurtenberg. redivivis p. 260.

(*e*) Habentur in GLAFEY anecdotis jur. publ. & hist. T. I. n. 369. p. 493.

(*f*) videatur STEYRERI vita Alberti II. c. 3. col. 318.

(*g*) Extant in JO. JAC. CHIFFLETII origine Austriaca asserta & illustrata c. 2. pag. 29. & LUNIGII spicilegio ecclesiastico cont. I. p. 983.

(*h*) Insertæ sunt STEYRERi comment. pro vita Alberti II. col. 315. sqq.

§. XIX.

§. XIX. Sed hæc quidem nunc in medio sunt relinquenda. Certius est illud, quod S. R. P. ANTONIUS STEYRERUS (*a*) ex litteris Caroli IV. Budvisfæ & Pragæ scriptis, ostendit, Rudolphum nostrum mense Julio anni MCCC LXI. socerum in Bohemia convenisse. Id enim inde liquidum est in primis, quod Cæsar ad tabulas, a se & genero haud ita pridem Pragæ invicem traditas, in diplomate, ipsis Kal. Augusti exarato, (*b*) provocavit. Neque tamen nostra tanti in præsentiarum refert, ut hæc omnia ad summum certitudinis gradum perducamus. Nobis satis esse potest, quod ex documentis subsequentium annorum, ad mortem usque Rudolphi editis, æque ac sigillis constat, abstinuisse nostrum ab hoc tempore ducis Sueviæ Alsatiæque titulis, quin & nomen principis Sueviæ ac Alsatiæ, in litteris antea usurpatum, litium evitandarum caussa sponte deposuisse. In illa ipsa enim epistola Lutræ in Alsatia proposita, §. XVIII. allegata, Sueviæ mentio omissa, Alsatia vero in pristinum locum, adjecta Landgraviatus appellatione, est restituta. Idemque in omnibus ejus diplomatibus reperitur, ad annum usque MCCC LXV. Rudolpho auctore promulgatis, quæ apud TSCHUDIUM, (*c*) HUNDIUM, (*d*) HUEBERUM, (*e*) PEZIUM, (*f*) STEYRERUM, (*g*) LUNIGIUM, (*h*) aliosque passim extant. Sane & sigillum, quo anno MCCCLXII. usus est Rudolphus, ad instar illorum, quæ adhibita a superioribus Austriæ ducibus fuerunt, est efformatum, omissaque Suevia, Alsatiam cum Landgraviatus encomio postremo loco sistit, ut ectypum docet ab HUEBERO (*i*) expressum, hac perigraphe circumscriptum: *Rudolfus quartus Dei gratia archidux Austrie, Stirie, Karinthie, dominus Carniole, marchie ac portus Naonis comet in Habsburg, Feretis & Kiburg, marchio Borga. ac Landgravius Alsatie.* Eosdem omnino titulos habuit illud, quod teste JO. CREUTZERO (*k*) an. MCCCLXV. diplomatibus impressit. Nec aliud quicquam occurrit in subsequentium ducum Austriæ tabulis & sigillis, quæ videre mihi adhuc datum fuit.

(*a*) ANTONIUS STEYRERUS in historia Alberti II. ad An. 1361. lit. c. d. e. p. 20. & in additionibus p. 322. seqq.

(*b*) Extat apud STEYRERUM l. c. p. 324. Et hue quidem pertinent verba: nach sage der briefe, die vvir beyden nu ze lezt hie ze Prage einander gegeben haben.

(*c*) TSCHUDIUS in chronico Helvetico T. I. L. VI. p. 454.

(*d*) HUNDIUS in metropoli Salisburgensi T. II. p. 397. & T. I. p. 270.

(*e*) HUEBERUS in Austria ex archivis Mellicensibus illustrata L. I. c. 12. p. 86. & in append. p. 296. P. III.

(*f*) BERNHARDUS PEZIUS in codice diplomatico-epistolari, P. III. anecdot. T. V. p. 47.

(*g*) STEYRER. l. c. col. 319. usque ad col. 552. passim.

(*h*) LUNIG. spicil. eccl. T. II. p. 792. T. III. p. 48.

(*i*) HUEBERUS l. c. tab. XVIII.

(*k*) JO. CREUTZERUS apud Bernh. Pezium l. c. p. 48.

§. XX. Possem itaque discedere ab hoc loco. Sed superest unicum momentum, illustratione quadam non indignum, nimirum tempus, quo scriptæ sunt Cæsaris litteræ, hactenus consideratæ. Et exemplum quidem, ab Ill. viro ADAMO FRID. GLAFEY productum, annum habet a N. C. MCCCLXI.

At

At minus recte ita scriptum esse, judicavit. Cl. auctor, (a) qui genealogiam gentis Austriacæ percensuit, a S. R. MARQUARDO HERRGOTT adornatam. Cum enim bellum Wurtenbergicum, quo implicatus fuit Rudolphus IV. dux Austriæ, teste HENRICO REBDORFFENSI, anno MCCCLX. non cœptum tantum, sed & confectum sit, ipseque Carolus in epistola, ad anonymum Regem scripta, (c) rem omnem eo anno gestam peractamque esse doceat, in aprico esse putat censor, subscriptionem tabularum, toties commemoratarum, in mendo cubare. Enimvero recte sese annotationem anni MCCCLXI. habere, ex iis, quæ jam supra a me allata sunt, intelligitur, & ex ipsis Caroli IV. verbis, paullo accuratius consideratis, apparet, quin & ab amplissimo WENCKERO (d) quem non satis commode pro se allegavit, mirifice confirmatur. Equidem illud extra omne dubium est constitutum, Rudolphum IV. in sigillis, quæ diplomatibus, anno M CCC LIX. & M CCC LX. exaratis, adjecta sunt, titulo ducis Sueviæ & Alsatiæ usum esse. Atque etiam illud certum est, illum eo nomine a Cæsare reprehensum, juri, quod sibi in Sueviam Alsatiamque arrogasse videbatur, in castris Eslingensibus anno M CCC LX. renuntiasse, id quod WENCKERUS quoque latius enarrat. Sed idem ille adjicit, Rudolphum non satisfecisse promissis suis, ideoque a Carolo IV. sub finem ejusdem anni Norimbergæ increpatum, denuo de sigillis abolendis fidem dedisse. At ne nunc quidem ab istis abstinentem indigationem Cæsaris maximam incurrisse. Carolum denique propter hos ipsos generi conatus, aliasque caussas, anno imperii VI. Romani regni XV. in profestum dominicæ Palmarum comitia indixisse, eoque præter ordines imperii etiam Bohemos suos vocasse. Quando igitur anni regiminis a prima Caroli IV. electione numerantur, ut ipse Carolus eos semper numeravit, manifestum est, annum regni Romanorum quintum decimum convenire in annum a C. N. M CCC LXI. Namque ex testimoniis ALBERTI ARGENTINENSIS (e) & HENRICI REBDORFFENSIS (f) ipsiusque Caroli IV. literis, ad Argentoratenses datis (g) æque certum est, quam quod est certissimum, Carolum IV. die XI. Julii anni M CCC XLVI. Regem Romanorum electum fuisse. Cum vero ejus coronatio Romana, teste epistola ad Joannem VI. palæologum, Imperatorem Constantinopolitanum, ab ipso transmissa, (h) d. V. Aprilis anni MCCCLV. facta sit, etiam hoc liquidum est, annum imperii Caroli IV. sextum fuisse a C. N. MCCCLXI. Eundemque adscriptum habent litteræ Imperatoris, quibus Rudolphum ad comitia vocavit, & innumeræ aliæ, quæ in anecdotis, toties allegatis, extant.

(a) Vid. Abrifs von dem neuesten Zustande der Gelehrsamkeit. Erstes Stuck. n. 5. not. n. p. 80.

(b) HENRICUS REBDORFF. ad an. 1360. apud *Freber.* T. I. p. 643.

(c) Extat in GLAFEY anecdot. jur. publ. & hist. T. I. p. 640. n. 514.

(d) WENCKERUS in apparatu archivorum p. 74.

(e) ALBERTUS ARGENTINENSIS ad an. 1346. apud *Urstisium* T. II. p. 135.

(f) HENRICUS REBDORFF. ad an. 1346. apud *Freberum* T. I. p. 626.

(g) Extant in WENCKERI apparatu archivorum p. 201.

(h) Habetur in SCHANNAT. vindemiis litterar. collect. II. p. 130. n. 30.

§. XXI.

§. XXI. Quæ si ita se habent, ut nullus dubitationi locus est, tollitur simul scrupulus, qui virum ceteroquin in historiis horum temporum versatissimum ANTONIUM STEYRERUM (a) torsit maximopere ac suspensum tenuit. Hic enim cum in litteras Innocentii VI. potificis maximi (b) incidisset, de Carolo ac Rudolpho ad concordiam revocandis pridie, aut ut MARTENE (c) habet, VI. Kal. Jun. anni IX. pontificatus scriptas, se non perspicere fassus est, qui demum fieri potuerit, ut anno pontificatus nono, qui est sexagesimus primus sæculi XIV. Innocentius pacem suaderet iis, inter quos eo quidem tempore discordia esse vix ac ne vix quidem potuerit. Viderat enim vir perspicacissimus, dissensiones, si quæ fuissent, compositas esse nonis Septembribus anni M CCC LX. Animadverterat etiam, Carolum & Rudolphum, circa finem ejusdem anni Norimbergæ una præsentes, novas ad pristina fœdera pactiones adjunxisse. Has ipsas denique mense Martio subsequentis anni consensu principum electorum firmatas, mox etiam novis accessionibus auctas esse observarat, cum mense Julio socerum, optime in se animatum, in Bohemia Rudolphus convenisset. Eamque ob rem ne accidere quidem potuisse judicavit, ut intra breve temporis intervallum, quod in Alsatia Rudolphus exegit, novæ inter utrumque controversiæ feruerent. Ut vero ex istis difficultatibus se explicaret, aut falso rumore Innocentium deceptum esse, suspicatus est, aut certe pro anno nono pontificatus decimum substituendum esse, existimavit. Sed ipse pro ea, qua est, dexteritate agnovit, vix stare posse istam, quam dixi, emendationem, propter ea quod tot aliæ epistolæ, præter illas ad Carolum IV. & Rudolphum IV. exaratas, extant in thesauro Marteniano, (d) eodem anno ad Ludovicum Hungariæ Regem & diversos imperii principes de pacificatione ista scriptæ, quas omnes erroris postulare sibi religioni duxit. Ac ne discordiam quidem Carolum inter & Ludovicum Hungariæ regem ac huic sociatum Rudolphum Austriæ ducem anno demum M CCC LXIII. exortam, indicari, vel ex eo patere intellexit, quod anno M CCC LXI. ipsius Ludovici Hungari operam in conciliandis Carolo & Rudolpho pontifex imploravit. (e) Denique nec caussam Wurtenbergensem Innocentium incitasse ad scribendum, vel ex eo elucere autumat, quod non sit probabile, pontificem tam diu ignorasse rem, tanta cum animorum contentione & maximo armorum strepitu gestam, agitatamque, aut si sciverit, tantas in pace juvanda moras traxisse. Enimvero hasce tenebras, ex quibus se nulla ratione expedire potuit, S. R. D. ANTONIUS STEYRERUS, dispellit unicum Caroli IV. diploma, hactenus a me explanatum, documentoque est, novam in generum indignationem inde a Carolo IV. conceptam fuisse, quod sigilla, non rite & ex more majorum sculpta, etiam post diem constitutum chartis adjecit. Sed hujus quidem facti ignorantia viro, rerum Austriacarum præter ceteros perito, vitio verti a nemine potest, quod eo tempore, quo elegantissimos commentarios admiranda industria contexuit, nobile illud chartularium postea ab Ill. GLAFEY editum, latuit, forte etiam cum tineis & blattis, ipsa denique vetustate, quæ omnia consumit, decertavit.

(a) ANTONIUS STEYRER. in vita Alberti II. ducis Austriæ c. 3. col. 339.

(b) Extant illæ ipsæ litteræ apud STEYRERUM l. c. col. 338. seq. ex tabulario Cæsaris Viennensi prolatæ.

(c) Vid. EDMUNDI MARTENE & URSINI DURANDI thesaurus novus anecdot. T. II. col. 984. ep. 154.

(d) Extant illæ in registro epistolarum Innocentii VI. apud MARTENE l. c. Huc autem pertinet epistola 143. ad Aegidium, episcopum Vicentinum, col. 971. epistola 147. ad Carolum Imperatorem, col. 976. ep. 148. ad Ludo-

Ludovicum Hungariæ Regem col. 978. ep. 149. ad Joannem marchionem Moraviæ col. 979. ep. 150. ad Joannem episcopum Gieroensem col. 980. ep. 152. ad Arnestum archiepiscopum Pragensem col. 981. ep. 154. ad Rudolphum ducem Austriæ col. 984. ep. 185. ad eund. col. 1013. Ejusdem generis epistolas eodem die & anno ad Joannem Luthomislensem, Joannem Argentinensem, Joannem Olomucensem, Theodoricum Mindensem episcopos, Cuilielmum, decanum Vicegradensem, Burchardum comitem Magdeburgensem, Rudolphum ducem Saxoniæ datas fuisse, col. 982. annotatur.

(e) Epistola 148. l. c. col. 978.

§. XXII. Verum ex isto, in quod incidi, diverticulo in viam redeundum est. Neque enim ulterius progredi in itinere coepto lubet, cum jam ex iis, quæ hactenus satis late disputata sunt, certum omnique exceptione majus argumentum peti possit, ad demonstrandum, nec Sueviæ ducatum, ab extincta gente Hohenstauffensi duce destitutum, nec saltem nudum, demta ducali auctoritate, titulum in Rudolphum, Rudolphi Cæsaris filium, collatum fuisse. Non modo enim ad liquidum perductum est, præter Rudolphum IV. ex Austriaca gente reperiri neminem, qui ducis Sueviæ nomen in litteris vel sigillis sibi arrogarit, sed & illud monstratum fuit, ne uti quidem quemquam isto encomio licite potuisse, Rudolphum vero, tale nomen sibi asserentem indignationem Cæsaris incurrisse. Tum & illud ex diplomatibus Rudolphi IV. post annum MCCCLXI. exaratis, ac sigillis, quibus postea usus est, ostendimus, abstinuisse nostrum a titulo ducis Sueviæ omnino, Alsatiam vero postremo loco, adjecto Landgraviatus nomine, exemplo majorum collocasse, omnesque duces Austriæ subsecutos eum morem servasse sine exceptione. Quibus ita comparatis non futurum esse arbitror, qui hæc omnia superius recensita accidere potuisse censeat, si vel ducatum Sueviæ, vel saltem nudum nomen, absque ducali potestate, Rudolpho filio largitus fuisset Rudolphus Cæsar. Quis enim credat, tam injurium futurum fuisse Carolum IV. Imperatorem in manes Rudolphi Cæsaris, ac in suam ipsius auctoritatem, ut quod in publicis comitiis, consentientibus regni ordinibus, decretum indultumque fuisset, rescinderet, ipsumque generum suum juris, quod legitime acquisitum erat, extorquendi caussa bello peteret, ad renuntiandum adigeret, illum denique ob titulum juste usurpatum in jus vocaret. Quod si vel maxime tam indignum factum in majestatem superiorum Imperatorum & procerum auctoritatem ausus fuisset Carolus, quis tam facilem fingat Rudolphum in cedendo, aut sibi persuadeat, passuros fuisse reliquos imperii ordines, ut pessimo exemplo, in magnum omnium malum evasuro, jura per benevolentiam antecedentium regum & Imperatorum acquisita, ad incertum revocarentur? Quis denique dubitet, cœlum potius terramque moturum fuisse Rudolphum IV. Austriæ ducem, ut principes ceteros Carolo redderet infensissimos, atque ad arma, conjunctis viribus contra iniquissimum socerum arripienda, permoveret, de quorum quippe prærogativis insignibus actum fuisset, si semel probatum esset, ut Cæsares recentiores decessorum acta gestaque diminuerent ac infirmarent? Sive igitur ducatum Sueviæ, nulla limitatione adjecta, Rudolpho a patre datum esse fingas, sive solum ducis Sueviæ nomen cum exigua terrarum parte illi obvenisse dicas, concedas oportet, quisquis es, temere ac improbe egisse Carolum, genero suo toties molestum, ac de juribus ejus detrahentem, illum denique id ausum esse, quod nec ab æquo socero, nec bono principe, expectes. Quodsi Rudolphum IV. titulo ducis Sueviæ recte prohibitum esse dicis, non obscure negas, & ducatum & nomen ducis Sueviæ Austriacæ genti unquam competiisse.

§. XXIII.

§. XXIII. Sed parum abesse video, quin in suspicionem incurram, figmentis me annumerare, quicquid vel de ducatu, vel principatu Sueviae in Rudolphum Rudolphi Caesaris filium a patre translato, vulgo narratur. Ac si quidem ex animo dicenda sententia est, libere profiteor, me ejus rei credere parum, aut omnino nihil. Ea saltem, quae a me adducta sunt, argumenta suadent persuadentque, ut in alia omnia abeundum esse putem. Enim vero quid, inquis, de principatu Sueviae sentiendum erit, quem tertium jam saeculum in inscriptionibus suis gens augusta commemoravit. Etenim, addis, rem esse temeritatis plenam, in dubium vocare titulos summorum principum, illosque tanquam inanes ac vacuos traducere. Sed tantum abest, ut ego ipsum principatum Sueviae impugnem, aut jus Austriae gentis in illum infirmare, aut plane convellere audeam, ut etiam propugnem ac defendam, abjectisque fundamentis lubricis nova suppeditem, quibus inniti jus ejus videtur. Neque enim necessarium esse existimo, ut, quod in mala caussa fieri solet, colorem quaeramus, quo oculos ac mentes hominum fallamus, illisque specie quadam veri imponamus, cum optimo jure ab Austriacis teneatur Sueviae principatus, inter reliquarum provinciarum nomina expressus. Nego itaque ac iterum iterumque nego, Rudolpho I. Imperatori deberi Suevici principatus initia, dubitandi rationibus, quas supra recensui, innixus. Affirmo autem, quod longe ad fidem probabilius videtur, ab Alberto I. Caesare repetendas esse origines principatus toties a *nobis* commemorati. Ac in ea re sequor auctoritatem AEGIDII TSCHUDII (*a*) testantis, eum fuisse Alberto I. animum, ut in sobolis, quam admodum numerosam habuit, emolumentum, tres in terris superioribus principatus instauraret, unum in Suevia, in Alsatia alterum, tertium in Helvetia. Cui quidem TSCHUDIO, utut durior, quibus subinde in Albertum Caesarem invehitur, verba minime probem, tantisper tamen fidem accommodandam esse arbitror, dum ab iis, quibus tabularia Austriaca patent, aliud ostendatur. Mihi saltem a vero haud aliena videtur ejus sententia, propterea quod scriptores, qui modocunque Alberti gesta memoriae prodiderunt, omnes & singuli referunt, nihil omisisse istum, quod ad augendam gentis suae potentiam pertinere posset. Certe ab ALBERTO ARGENTINENSI (*b*) illi vitio datum esse legimus, quod tantam suorum curam egerit, ut ipsam imperii salutem privatis illorum incrementis postposuerit. Atque idem ille Argentinensis historicus (*c*) auctor est, Adolphum Caesarem, Alberti filiam pro filio suo per legatos exposcentem, id ab Alberto, tunc quidem Austriae duce, responsi tulisse, sibi tunc demum generum oblatum fore acceptum, si et nomine principis et terris, tanto fastigio dignis, auctus fuisset. Quin et eadem lege se pacturum esse promisit, ut quidam filiorum suorum Adolphi filiam sibi jungeret, si et huic principatum comparare posset. Ut vero ex his, quae dicta sunt, Alberti animus, ad conquirendas opes admodum attentus, satis superque elucet, ita de principatu, quem in Helvetia, conquisitis undiquaque terris, animo conceperat, praeter TSCHUDIUM, testantur quam plurimi rerum Austriacarum & Helvetiarum conditores. Ex quibus STUMPFIUM, (*d*) GUILLMANNUM, (*e*) SIMLERUM, (*f*) FUGGERUM, (*g*) AUCTOREM denique *historiae archiducum Austriae*, a V. C. SENCKENBERGIO (*h*) editum, nominare placet. Etsi vero scriptores excitati, & quod ad principatum in Helvetia instituendum attinet, TSCHUDIO assentientes, de duobus reliquis principatibus, quos in Suevia & Alsatia instauraturus erat Albertus, nihil omnino afferunt, eorum tamen silentium, quibus praeter unum FUGGERUM, res Helveticas persequi, inprimis constitutum fuit, tantum apud me non valet, ut minus propterea fidei habendum putem TSCHUDIO, consiliorum arcanorum indagatori eximio, & tabulariorum veterum subsidiis instructo, praesertim, cum et in hac caussa provocet ad libros rationum, ab iis,

iis, qui reditibus filiorum Alberti Cæsaris præfuerunt, conscriptos. Quos quidem ab illo inspectos fuisse, vel exinde manifestum redditur, quod singulas urbes & dynastias, singulaque oppida enumeravit, quæ complecti novi principatus debuerunt, ut ex iis, quæ sub finem libelli adjicienda curavimus, intelligere licet. Atque etiam illam, quam recensui, TSCHUDII narrationem adjuvare videtur, quod S. R. D. MARQUARDUS HERRGOTT (*i*) ex charta quadam observavit, Sueviæ, Alsatiæ, & Argoviæ, in Helvetia sitæ, diversas tempore Leopoldi II. ducis Austriæ, rationes fuisse. Ceterum quanquam, Helvetiis consilio Alberti nostri maximopere adversantibus & reluctantibus, principatus iste, quem diximus, in Helvetia constitui ex voto non potuit, non legimus tamen, tantas intuitu terrarum, in Suevia & Alsatia ab Alberto acquisitarum, & novis principatibus comprehendendarum, lites exortas fuisse. Ac ego ne quidem video, quid inde detrimenti ad reliquos imperii ac maxime Sueviæ Alsatiæque ordines redundare potuerit, quod illos permovisset, ut Alberto Cæsari plures dynastias ac comitatus, legitime ab aliis in se translatos, uno principatus nomine complectenti, vehementer refragarentur. Neque enim est, quod quis in augenda gentis ac terrarum, ad illam pertinentium, dignitate, Albertum minus potuisse existimet, quam illi in amplificando cujusvis alterius honore licuisset. Sane, quo jure Carolus IV. Imperator Luxenburgensem comitatum in favorem familiæ suæ ducatum fecit, eadem potestate etiam Albertus noster comitatus & dynastias, in Suevia & Alsatia comparatas, honoratiore nomine potuit ornare. Utrum tamen Sueviæ, Alsatiæ principatus, toties memoratos, quos mente conceperat, etiam perfecerit, dilucide non patet.

(*a*) AEGIDIUS TSCHUDIUS in chron. Helvet. T. I. L. IV. p. 222.

(*b*) ALBERTUS ARGENTINENSIS in chronico apud *Urstisium* scriptorum rerum Germ. T. II. p. 109. *Ibi*, „ Albertus, *inquit*, rex potens in regno Alemanniæ, & inibi filiis suis omnia, quæ potuit attrahens, partes alias non curavit.

(*c*) IDEM ibidem.

(*d*) STUMPFIUS in chron. Helvet. L. VI. c. 6. fol. 134. a & L. VII. c. 15. fol. 214. b.

(*e*) GUILLMANNUS de reb. Helvet. L. II. c. 16. in thesauro historiæ Helvet. pag. 90.

(*f*) SIMLERUS de rep. Helvetior. L. I. §. 7. in eod. thesauro. p. 4.

(*g*) FUGGER im Spiegel der Ehren des Hauses Oesterreich L. II. c. 9. pag. 235. & 237.

(*h*) AUCTOR ANONYMUS historiæ archiducum Austriæ in *Senckenbergii* selectis T. IV. p. 42.

(*i*) MARQUARDUS HERRGOTT in prolegomenis genealogiæ diplomat. pag. 56. Idque colligit ex initio documenti, d. XXIX. April anni M CCC LXXIV. scripti, ubi ita scribit Leopoldus II. Wir Lupolt ꝛc. empfellen unserm lieben Oheim Graf Rudolffen von Habsburg/ oder wer unser Landvogt in Elsas/ in Schwaben und in Ergeue ist.

§. XXIV. Interim proxime mihi ad verum accedere videtur, principatus istos, quos Albertus I. vel cogitavit, vel plane perfecit, in caussa fuisse, ut Rudolphus IV. dux Austriæ, ejus ex Alberto II. filio nepos, titulos principis Sueviæ & Alsatiæ adsciverit, & per aliquot annos novo more usurparit, cum pater ejus

ejus & patrui Sueviam in inſcriptionibus chartarum omnino omiſiſſent, Alſatiam vero, adjecta Landgraviatus nuncupatione, extremo loco collocaſſent. Certe quod aliquoties a me monitum fuit, Rudolphum IV. ſplendoris & pompæ fuiſſe amantiſſimum, illud etiam nunc affirmare non dubito, cum incido in nomen principis Sueviæ & Alſatiæ, ab eo adſcitum. Namque et vivo patre in chartis anno MCCCLVI. LVII. & LVIII. ſuo nomine ſcriptis (a) provincias in parentis & patruorum tabulis non enumeratas, expreſſit, & ſtatim a morte parentis, d. XX. Julii MCCCLVIII. defuncti, Sueviam Alſatiamque, antea vel plane non adductas, vel ſaltem alio ordine poſitas, titulis ſuis adjunxit. Patet illud ex documento, quod HUEBERUS (b) publici juris fecit, d. XX. Junii MCCCLIX. exarato, cujus principium hoc eſt: *Rudolphus quartus dei gratia palatinus archidux Auſtriæ, Stiriæ & Karinthiæ, princeps Sueviæ & Alſatiæ, dominus Carniolæ, marchiæ & portus Naonis, ſacri Romani Imperii ſupremus magiſter venatorum.* Simile principium habent plures codicilli, anno MCCCLIX. & MCCCLX. Rudolphi IV. auſpiciis ſcripti, quos TSCHUDIUS, (c) SCHOENLEBENIUS, (d) BERNHARDUS PEZIUS, (e) HERRGOTTUS, (f) STEYRERUS, (g) & MOSERUS (h) evulgarunt. Atque etiam ſigilla, his ipſis chartis impreſſa, de quibus ſupra §. XII. actum fuit, Sueviam & Alſatiam, poſt Carinthiam collocatas, oſtendunt. In eo tamen ab ipſis, quibus adhærent, diplomatibus differunt, quod nomen principis Sueviæ Alſatiæve præpoſitum non habent, id quod ex iis intelligitur, quæ SCHOENLEBENIUS, (i) HUEBERUS (k) & STEYRERUS (l) peropportune, & ad rem noſtram accommodate, annotarunt. Sed hujus varietatis, quæ inter litteras & ſigilla his appenſa intercedit, cauſſas, iis relinquo indagandas, quibus in arcanis principum ſuperiorum conſiliis perſcrutandis, ipſa gentis auguſtæ tabularia conſulere licet.

(a) Vid. diplomata Rudolphi IV. anno 1356. 1357. & 1358. publicata, in BERNH. PEZII cod. diplom. epiſt. P. III. anecdot. T. V. p. 41. STEYRERI vita Alberti II. addit. c. 3. col. 258. 259. & 264. Horum initium eſt: Wir Rudolff von Gottes gnaden Herzog ze Oeſterreich, ze Steyr und Kernden des heiligen Römiſchen Reichs Landtvogt in Elſazz, Herre ze Krain, auf der March und ze Portnovve, Graf ze Habspurg, ze Pfirt, ze Kiburg, ze Veringen, ze Runſperg, ze Pfaffenhoven, ze Lax, ze Friedberch, ze Wartſtein, ze Raprechtsvvile, ze Schelklingen, ze Lentzburg, ze Wiliſovv, ze Honberg und auf den Schvvarzvvald, ze Glarus, ze Pailſtain, ze Pernſtein, ze Raytz, ze Rechberg, ze Wechſenberg, und ze Nevvnburg, auf den In, Landgraf in Obern Elſazz, Marchgraf ze Burgovv, ze Baden und ze Droſendorff, Herr ze Friburg in Oechtland, ze Luzen, ze Velingen, ze Wolhauſen, ze Rolhenburg, ze Eſchibach, ze Beſenſtein, ze Schviz, ze Untervvalden, ze Hinderlappen, ze Regenſperg, ze hochen Gundelfingen, ze Walſe, und ze den Buſſen, ze Tekh, ze Kilchhein, ze Kumberg, ze Kenzingen, ze Vurgheim, ze Lupſen, ze Ortenberg, ze Tatenried, ze Roſenfels, ze Macmunſter, ze Landſee und ze Aheland und mer.

(b) HUEBERUS in Auſtria ex archivis Mellic. illuſtrata L. I. c. 12. p. 85.

(c) TSCHUDIUS in chron. Helvet. T. I. L. VI. p. 452. habet diploma, ſcriptum anno 1360. Sonnabends nach Matthis.

(d) SCHOENLEBEN de vera origine gentis Habsburgicæ, habet duo ejusdem generis diplomata, quorum alterum ſcriptum eſt Græciæ anno 1360. die S. Dorotheæ, alterum ibidem die S. Blaſii ejusdem anni,

(e) BERNHARDUS PEZIUS in cod. diplomatico epistolari P. III. p. 46. anecdot. T. V. exhibet ejusdem generis diploma, scriptum anno 1360, Freytag nach Sand Margreten tag.

(f) MARQUARDUS HERRGOTT in cod. probat. geneal. diplom. T. II. P. II. p. 699. habet similes tabulas Non. decembr. anno 1359. scriptas.

(g) ANTONIUS STEYRERUS in additamentis comment. pro vita Alberti II. c. 3. sequentia habet diplomata, principis Sueviæ & Alsatiæ nomen continentia, utpote id, quod datum est Viennæ am nächsten Fretag vor Sand Margarethen tag anno 1359. col. 276. aliud scriptum d. 2. Aug. 1359. col. 285. tertium am allerheiligen tag ejusdem anni exaratum col. 290. quartum Viennæ an Suntag nach Sand Lucien tag anni ejusdem col. 293. quintum Viennæ am Phinctztag nach Sand Peters und Sand Paulstag anni 1360. col. 299.

(h) MOSERUS in bibliotheca MSCt. p. 119. chartam antecedentibus similem exhibet Viennæ am Sambstag an Sand Steffans Tag/ als er funden wart anno 1360. datam. aliam Viennæ an Sand Peters und Sand Pauls in Abend der heiligen Zwelffpoten anno 1360. p. 113.

(i) SCHOENLEBEN l. c. p. 119.

(k) HUEBERUS l. c. p. 225. ubi sigillum, tabula XVIII. depictum, ad diploma L. I. c. 17. p. 85. pertinere, testatur.

(l) ANTONIUS STEYRER l. c. col. 255. seq. & col. 290.

§. XXV. Nunc ad illud convertor, quod objici posset, Rudolphum IV. ducem Austriæ, Sueviæ tantum & Alsatiæ principem scribi, cum tamen TSCHUDIUS præter principatum Sueviæ & Alsatiæ tertium commemoret, quem Albertus I. Cæsar in Helvetia instituere annisus sit. At testantur scriptores eorum temporum, qui hujus rei mentionem faciunt, permoleste Helvetios Cæsaris consilium tulisse, maximos etiam continuo motus excitasse, quotiescunque vel levem suspicandi caussam nacti sunt, quasi ad majora, quam ferendum esset, Austriaci principes adspirarent. Eamque ob caussam sapientissimum principem Rudolphum IV. a titulo abstinuisse existimo, qui populum, jam dudum in gentem suam non satis bene animatum, offendere potuisset. De Suevis autem & Alsatis cum eadem metuenda non essent, vix esse credidit Rudolphus, cur se Sueviæ Alsatiæque principem nominare dubitaret, non quod potentatum quendam in reliquos earundem provinciarum ordines immediatos affectaret, sed quod principis, non liberi domini aut comitis, personam etiam in gubernandis terris Austriacæ gentis Suevicis & Alsaticis se sustinere indicaret, ex jure per Albertum I. Cæsarem in suos collato. Qua quidem re etsi non appareat, quid præter æquitatem fecerit princeps pius & justus, ac in tanta majestatis ostentatione ab alieno abstinentissimus, nihilo tamen minus & hanc, quam diximus, principis Sueviæ & Alsatiæ appellationem deposuit, & in eo forte concessit sinistræ quorundam, in quam præter meritum & opinionem inciderat, suspicioni. Cessit autem eo facilius, quo minus in animum ipsi venerat, per innoxios titulos, in litteris & sigillis sibi adscriptos, quicquam appetendi, ceterorum ordinum liberati inimicum, aut juribus Imperatoris adversum. Inde etiam factum est, ut quotquot extant subsequentium temporum ad annum usque M CCC LXV, quo vitam cum morte Rudolphus commutavit, documenta nil quicquam titulorum contineant, præter eos quibus et pater ipsius Albertus II. & patrui, & ipse avus Albertus, ante imperialem dignitatem acceptam, usi fuerunt, id quod jam supra §. XIX. a me est observatum, ac exemplis, quæ S. R. D. STEYRERUS habet, bene multis

multis, quæve in amplis LUDEWIGII & LUNIGII, aliorumque collectionibus occurrunt, a quolibet perspici potest. Nec quisquam ex fratribus Rudolphi posterisque eorum ad Maximilianum usque Imperatorem Sueviam Alsatiamve, principis nomine addito, inter titulos collocavit, etsi Alsatiæ Landgraviatum expresserint ad unum omnes. Mihi saltem tabulas Austriacorum principum, quæ LUNIGII, LUDEWIGII, TSCHUDII, PEZII, DUELLII, HERRGOTTI, STEYRERI aliorumque opera continent, sedulo evolventi, hujus rei occurrit nihil.

§. XXVI. Dum vero ad Maximiliani modo commemorati ævum progredior, minime quidem operosam requiri probationem video, ad demonstrandum, principis Sueviæ titulum ab eo renovatum fuisse. Eoque facilius confutatur opinio SGHILTERI (*a*) ac PFEFFINGERI (*b*), qui Sueviæ principatum a Carolo V. demum in usum revocatum affirmant, quo plura in promtu sunt Maximiliani I. documenta, in quibus princeps Sueviæ dicitur. Non æque tamen expeditum est, quo anno ista appellatio in litteris publicis recepta sit, etsi anno M D IV. id contigisse, V. C. BURGERMEISTERUS (*c*) nimis fere confidenter asseveret. Neque enim statim perpetuam fuisse hujus nominis usurpationem, exinde constat, quod innumera Imperatoris nostri diplomata extant, in quibus etiam postea quam novo more ab eo adhiberi cœpit titulus principis Sueviæ, idem omissus fuit. Ex recessibus saltem, eo imperante, conscriptis, nullus est omnino, in cujus inscriptione aliquid hujus rei inveniatur. Quod qua de caussa factum sit, ego juxta cum ignarissimis scio. Non magis liquidum est, qua demum occasione, aut quo consilio nomen, a majoribus dudum intermissum, ac tantum non oblivione oblitteratum, in usum revocarit. In hac igitur incertitudine, & scriptorum ejus ævi silentio, actorum etiam publicorum defectu, non displicet V. C. HERTENSTEINII (*d*) conjectura, qua auguratur, Maximilianum Cæsarem hanc assumsisse appellationem, posteaquam Sigismundus dux, agnatus ejus, parte terrarum Austriacarum, a patre & majoribus in se translatarum, & in his etiam provinciis Suevicis, in favorem Maximiliani, se abdicasset. Quo anno id fecerit, non est satis exploratum, cum FUGGERUS (*e*) rem omnem ad MCCCCLXXXIX. referat, GUILLMANNUS (*f*) contra cessionem anno MCCCCXC. contigisse enarret. In eo tamen amice inter utrumque convenit, quod Sigismundum, ætate provectum, ac sobole destitutum, curarum denique, quas in administrando regimine sustinuerat, pertæsum, id consilii cepisse scribunt. „Quosdam etiam suspicatos fuisse, FUGGERUS addit, Sigismundum inopiæ Maximiliani, qua per parentis minus indulgentis tenacitatem laborarit, subvenire voluisse. Neque defuerunt, qui Sigismundum nolentem volentem adductum dicerent, ut reservato reditu annuo satis exiguo, reliqua Maximiliano vivus concederet. Quicquid tamen hujus rei sit, perinde habemus. Illud mihi sufficit, FUGGERUM (*g*) tanquam factum maxime memorabile annotasse, quod hoc pacto provinciæ Austriacæ, ultra sæculum separatim administratæ, conjunctæ fuerint. Namque eo ipse conjecturam amplissimi HERTENSTEINII juvare videtur, ut tanto facilius credamus, Maximilianum, de titulo principis Sueviæ, olim usurpato, certiorem factum, accessiones provinciarum beneficio Sigismundi recens acquisitarum, ejus renovatione significare voluisse. Etenim jam anno MCCCC XCII. adeoque proxime post cessionem, a Sigismundo factam, cognomento principis Sueviæ usum esse Maximilianum, video in litteris d. XXV. Maji ejus anni exaratis, quas diligentissimus ille actorum publicorum collector Jo. JOACH. MULLERUS (*h*) evulgavit. Alias tabulas, eodem principis Sueviæ nomine insignes, anno MCCCCXCIV. LUNIGIUS, (*i*) non minoris industriæ vir, publi-

publicavit. Et suppetunt forte plures, sub finem sæculi quinti & decimi exaratæ, quæ vel in tabulariis latent, vel etiam typis expressæ mihi in manus non inciderunt. In eis vero diplomatibus, quæ sæculo decimo sexto ad mortem usque Maximiliani prodierunt, tantum abest, ut æque raro occurrat principis Sueviæ encomium, ut etiam tantam eorum (*k*) copiam offenderim, quanta sufficere potest ab persuadendum, magis magisque in dies principis Sueviæ appellationem usu invaluisse, quanquam infitias ire minime possim, longe majorem illorum diplomatum numerum esse, quæ appositione tituli, quem toties diximus, destituuntur. Enimvero ex quo Carolus V. & Ferdinandus I. Maximiliano defuncto, tam in hereditariis terris, quam in imperio successerunt, perpetuus esse cœpit istius nominis usus, ut nullum mihi obvenerit eorum diploma, pleno titulorum apparatu instructum, cui principatus Sueviæ mentio defuerit. Eosque augustissimi eorum posteri in litterarum suarum inscriptionibus sunt secuti. Interim in eo inter se invicem discrepant, quod alii se principes Sueviæ abscisse, alii sacri Romani imperii principes Sueviæ vel in Suevia, se scripserunt, illumque ipsum titulum subinde diversissimis in locis collocarunt. Etenim quotiescunque Maximilianus I. illum sibi tribuit, præmissis imperialis dignitatis agnominibus se scribit *archiducem Austriæ, ducem Burgundiæ, Lothringiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Limburgi, Luxenburgi, Geldriæ, Landgravium Alsatiæ, principem Sueviæ, comitem Flandriæ.* Aliquando (*l*) etiam Landgraviatum Alsatiæ, non solum Sueviæ, sed & compluribus aliis provinciis, postponit. Est denique, (*m*) ubi Alsatiam omittit omnino, ut principatus Sueviæ ducatus antea nominatos excipiat immediate. Quod ad subsequentium ex Austriaca gente principum documenta attinet, primo loco significandum esse duco, me in iis, quæ Philippum, Maximiliani Imperatoris filium, auctorem habent, vocabulum principis Sueviæ non reperisse, utut reliqua parentis majorumque nomina adjicialia omnia sibi adscripserit. (*n*) Tabularum contra, Caroli V. auspiciis scriptarum, earum saltem, quæ solennem inscriptionis formulam continent, nullas ego deprehendi, in quibus ista nuncupatio desideretur. Namque eo usque placuisse Carolo principis Sueviæ nomen videtur, ut & vivo avo, & eo mortuo, ante susceptum Romanum imperium, usus sit, id quod duo ejus apud LUNIGIUM (*o*) documenta demonstrant. In hoc tamen ejus diplomata ab iis Maximiliani discedunt, quod Sueviæ principatus, sacri imperii adjectione decoratus, longe inferiore loco, ac post comitatus demum conspicitur, a Landgraviatu etiam Alsatiæ, interjectis quibusdam marchionatibus, separatus. Regnorum igitur nominibus enumeratis, dignitates addit Carolus V. *archiducis Austriæ, ducis Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Limburgi, Geldriæ, Wurtenbergiæ, Calabriæ, Athenarum, Neopatriæ, comitis Habsburgi, Flandriæ, Tirolis, Goritiæ, Barcinonis, Artesiæ, Burgundiæ, comitis palatini Hannoniæ, Hollandiæ, Seelandiæ, Firretis, Kyburgi, Namurci, Russilionis, Ceratunæ & Zutphaniæ, Landgravii Alsatiæ, marchionis Burgoviæ, Oristani Ciatziani, & S. R. I. principis Sueviæ, Cataloniæ etc. etc.* Idque ex initiis recessuum imperii, illo regnante conscriptorum, intelligi potest. Sed hunc quidem stilum, in curia Caroli V. receptum imitatus non est frater ejus, Ferdinandus I. utpote quem ad avitum Maximiliani I. morem propius accessisse, recessus comitiorum, ipso auctore celebratorum, demonstrant. Etenim principatum Sueviæ, demta sacri Romani imperii mentione, continuo post ducatus posuit, Landgraviatu tamen Alsatiæ post comitatus rejecto. Præter regios igitur & imperiales titulos, quibus gavisus est, se dixit *archiducem Austriæ, ducem Burgundiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Luxemburgi, Wurtenbergiæ, superioris & inferioris Silesiæ, principem Sueviæ, marchionem S. R. I. Burgoviæ, Moraviæ, superioris & inferioris Lusatiæ, comitem Habsburgi, Tirolis,*

Tirolis, Kiburgi, Firretis, Goritia etc. **Landgravium Alſatiæ, dominum Marchiæ etc. etc.** Et hunc quidem ordinem & vivo fratre, & eo defuncto, conſtanter retentum a Ferdinando I. fuiſſe, receſſus comitiorum anno MDXLII. MDLV. & MDLVII. Spiræ, Norimbergæ & Auguſtæ celebratorum, in quibus ſacra fratris vice functus eſt, oſtendunt, & reliqui, poſt abdicationem & mortem Caroli V. conſcripti, confirmant. Sed ego hic ſubſiſtendum puto, cum nihil habeam de ſucceſſoribus notatu dignum, quod ad rem præſentem faciat. Quanquam enim in reliquis illorum titulis hinc inde differentia quædam animadvertatur, in eo tamen, de quo hactenus actum fuit, principis Sueviæ nomine locando adeo ſervantes fuerunt ordinis a D. Ferdinando recepti, ut qui ab illo diſceſſerit, aut quicquam addiderit, ego quidem ſciam neminem.

(*a*) SCHILTERUS in rechtlichen Bedencken von dem Land-Gerichte in Schwaben/ quæſt. addit. III. in *Struvii* Politisch-Historischen Archive, p. 35. & 36.

(*b*) PFEFFINGER in *Vitriario* illuſtrato T. II. p. 549. n. 4.

(*c*) JO. STEPH. BURGERMEISTER in theſauro jur. equeſtris publici & privati. P. I. p. 20.

(*d*) HERTENSTEIN in obſervat. hiſt. de principatu Auſtriacorum Suevico, in *ſupplementis ad nova acta erudit.* T. I. ſect. III. p. 141.

(*e*) FUGGER in Spiegel der Ehren des Hauses Oesterreich L. V. c. 37. p. 1013.

(*f*) FRANC. GUILLIMANNUS de reb. Helvet. L. V. c. I. in theſauro hiſt. Helvet. p. 136.

(*g*) FUGGER l. c. L. VI. c. I. p. 1100.

(*h*) JO. JOACH. MULLER in theatro comitior. ſub Maximil. I. P. I. p. 144.

(*i*) LUNIG in ſpicilegio eccleſ. cont. I. p. 998.

(*k*) Non axie hæc talia quærenti in manus venerunt ſequentia Maximiliani diplomata, quæ principis Sueviæ titulum continent. Et quidem

de anno 1500. diploma MSCtum, cujus exemplum libro cuidam, typis impreſſo, recentiori manu adjectum inveni in inſtructiſſima bibliotheca V. C. JO. GUIL. HOFFMANNI, cujus pereximiam in me benevolentiam & facilitatem in communicandis mecum libris quibuscunque ſilentio præterire non debui.

1501. in HUNDII metropoli Salisburgenſi T. I. p. 286.

it. apud FREHERUM ſcript. rer. Germ. T. II. p. 488.

1502. in LUNIGII ſpicileg. eccl. cont. I. p. 897.

1504. in BESOLDI documentis Wurtenb. redivivis p. 290. & p. 850.

1505. in GOLDASTI Reichs-Handlungen T. vlt. p. 46.

1507. in LUNIG. ſpicil. eccleſ. cont. III. p. 1306. n. 181. it. in archiv. imper. part. ſpec. cont. IV. P. I. p. 346. & p. 601.

1508. in LUNIGII codice Germ. diplom. T. II. p. 1826. it. in archiv. imper. part. ſpec. cont. IV. P. II. p. 159.

1509. in LUNIGII append. ſpicilegii eccl. P. III. p. 361.

1509. in LUDEWIG. reliq. MSCt. T. IV. p. 318.

1510. in LUNIGII archiv. imp. part. ſpec. cont. IV. P. II. p. 318.

1512. in GOLDASTI conſtit. imper. T. I. p. 222.

in LUNIG. cod. German. diplom. T. II. p. 1450. & in archivo imp. part. ſpec. cont. IV. P. II. p. 382.

1515. in MULLERI Staats-Cabinet/ iſte Eröffnung/ p. 2.

1516. in LUNIGII archivo imper. part. ſpec. cont. IV. P. II. p. 320.

1518. in LUNIGII arch. imp. part. ſpec. cont. IV. p. II. p. 40. it. 541. it. in ſpicil. eccl. cont. I. p. 1001.

(l) In diplomate apud HUNDIUM in metrop. Salisb. T. I. p. 286. dicitur archidux Auſtriæ, dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Limburgi, Luxenburgi, Geldriæ, princeps Sueviæ, comes Habsburgi, Flandriæ, Tirolis, Firretis, Kyburgi, Arteſiæ, Burgundiæ, comes palatinus Hannoniæ, Hollandiæ, Seelandiæ, Namurci, Zutphaniæ, S. R. I. marchio Burgoviæ, Landgravius Alſatiæ, dominus Friſiæ etc. etc.

(m) In diplomate de anno 1504. apud BESOLDUM in docum. rediv. p. 850.

(n) Extant varia Philippi diplomata in LUNIGII cod. Germ. diplom. p. 1386. 1722. & alibi paſſim.

(o) LUNIG in archivi imper. parte ſpeciali cont. I. p. 140. ubi tabulæ anno 1517. ſcriptæ extant, & p. 592. ubi mandatum Caroli V. anno 1519. exaratum.

Addenda ad §. XXIII. p. 43. ſeqq.

TSCHUDIUS in chron. Helvet. L. IV. p. 222. in editione, quam V. C. Jo. Rudolphus ISSELINUS Baſiliæ an. MDCC XXXIV. recudendam curavit.

Der Römiſch Künig Albrecht, als Er Vorhabens ſinen Kinden und Nachkommen dry Fürſtenthumb in diſen Landen zuzebereiten, namlich eins zu Schwaben, das ander zu Elſas, das dritte in obern Landen, ſo man ietz Schwitzer-Land nämpt, Turgöw, Ergöw, Vchtland, und Chur-Walchen begriffende, damit Er nun ſölich ſin Vorhaben ins Werk brächte, fieng Er an Stett, Veſtinen, Herrſchafften, Land und Lüt zu kouffen, oder ſonſt an ſich ze ziehen, wie Er mocht, von Gottzhüſern, Grafen, Herren, Rittern und Knechten, und trib das für und für, als lang Er lebte. In Schwaben zog Er mithin nach und nach an ſich Ratolffzell, die Statt am Vnderſee, ſo von Recht an die Richenow gehört, und die Caſt-Vogty an das Rich, bracht er an ſich und ſin Kind. Aach die Statt, ſo dem Biſchoff von Coſtentz zugehört, und die Caſt-Vogty dem Rich, zoch Er an ſine Kind. Tängen, Burg, Statt und Herrſchafft koufft Er von Herr Albrechten von Clingenberg Ritter, ders vorhin von Herr Heinrichen von Tängen Fry erkoufft hat. Heuwen, Burg, Statt und Herrſchafft koufft Er von Graf Albrechten von Haierloch. Mengen, die Statt im Burgöw, unverr von Rüdlingen, zog Er an ſich. Sigmeringen Burg, Statt und Herrſchafft an der Donow koufft Er von den Grafen von Montfort. Zur Schäre, Burg, Statt und Herrſchafft koufft Er von Graf Hugen von Montfort. Sulgen Statt uod Vogty koufft Er von Truchſäſſen von Warchthuſen; Mundrachingen die Statt koufft Er von dem von Emmerchingen. Veringen, Burg, Statt, und Graffſchafft, desglichen Rüdlingen, Statt und Herrſchafft koufft Er beyde von den Grafen von Veringen. Die Burg und Graffſchafft Wartenſtein koufft Er von Grafen von Wartenſtein; die Burg und

und Grafffchafft Fridberg koufft Er von Grafen Mangolten von Nellenburg. Die Burg zu Kruchenwiſs koufft Er von dem von Luterberg. Die Veſti Gutenſtein koufft Er von dem von Wildenſtein, iſt Lechen vom Gottzhuſs von St. Gallen. Die Hinderburg zum Buſſen koufft Er von Truchſäſſen von Warchthuſen. Nüwen Veringen die Veſti koufft Er von Grafen von Veringen. Hochen Gundelfingen Schloſs und Herrſchafft koufft Er von Burckarden und Heinrichen von Gundelfingen Fryen, die Veſti Habenburg kaufft Er von Graf Eberharden von Landow. Die Caſt-Vogty des Gottzhuſs Zwifalten entzoch Er dem Rich an ſine Kind, und nach Kunig Albrechts Tod habend ſine Kind und Nachkommen noch im Land zu Schwaben an ſich gezogen die Statt Schaffhuſen am Rhin in Cletgöw. Die Landvogty Ramensburg, die Burggrafſchafft Burgöw unverr von Ougſpurg, die Grafſchafft Hochenberg am Necker, und anders. So vil vom Land Schwaben, dannenhar Künig Albrechts Nachkommen Herren zu Oeſterreich harnach und noch ſich Furſten zu Schwaben geſchrieben.

Das ander Fürſtentbumb, ſo Künig Albrecht ſinen Kindern in Land ze Elſaſs und umbligenden Anſtoſſen zurüſtet, was zuvor Landt-Grafſchafft im Obern Elſaſs, ſo Lechen vom Stifft Strasburg ſin Erblich, darinne Enſisheim die Houptſtatt, und gar vil Dörffer und Fläcken gelegen ſind; Item Landtsburg, Schloſs, Herrſchafft und Ampt. Das Albrechts-Tal, ietz Wiler-Tal genant. Das Ampt Dattenriet im Sungöw. Landſeren Schloſs und Herrſchafft erkaufft. Sechingen Statt und Caſt-Vogty uber das Gottshuſs, und ſin Landſchafften und Stett zu Glarus, Waltzhut und anderswo, ſo an das Rich gehört, entzoch er dem Rich, und eignets ſinen Kinden. Frickgöw die Grafſchafft, ſo gen Seckingen hört, zoch er an ſich. Werre das Ampt erkoufft Er. Waltzhut die Statt Lechen von Seckingen, zog Er an ſich. Den Schwarzwald, ſo ein Theil gen Seckingen, ein Theil gen St. Bläſii gehört, zog Er an ſich. Die Caſt-Vogtey über das Gottzhuſs zu St. Blaſi, ſo dem Rich gehörig, zoch Er an ſine Kind. Krenckingen Schloſs und Herrſchafft erkoufft Er von Fryherren von Krenckingen. Desglich noch andre Rechtungen zu Elſaſs, Briſgöw, und Sungöw, ſo hie nit benämpt. Noch habend hernach ſine Kind die Herrſchafften Altkilch in Sungöw, Befort in Burgund, und im Verſatzung-Wys vom Rich die Statt Friburg im Briſgöw, und an dem Rhin Rhinfelden, Nüwenburg und Briſach an ſich gezogen.

Nun was es noch umb das dritte Furſtentbumb ze thun, ſo Künig Albrecht ſinen Kinden in Oberlanden (ietz Schwitzer-Land genant) zu zebereiten vermeint, in welchen Landen Er von rechter Erbſchafft etlich Stett, Grafſchafften, und Herrſchafften hat zu Ergöw und zu Turgöw, namlich in Ergöw die Grafſchafft Habsburg, darinn die groſs Statt Windiſch gelegen, ſo vor Ziten des Ergows Houpt-Statt geweſen, iſt ietz allein ein Dörfflin, vor ziten uff den Grund zerſtört, dannenhar Künig Albrecht und alle ſine Aldvorderen Irn Urſprung habend, in diſer Grafſchafft ligend die Stett Arow und Bruck, item von Erbe, ſo von Graf von Lenzburg und Kiburg an ſi gefallen, die Grafſchafft Baden, Statt und Schloſs, die Statt Mellingen, Bremgarten, Lenzburg, Surſee, Sempach und andre Fläcken, von Grafen von Froburg geerbt, die Statt Zofingen und andere Fläcken, Veſtinen und Dörffer in Ergöw gelegen. Item im Land zu Turgöw von Grafen von Kiburg geerbt, Zug, Statt und Ampt; Gaſtern die Herrſchafft, Kiburg Statt und Grafſchafft. Die Stett Wintertbur, Frowenveld, Dieſſenhofen, und ſunſt vil Dörfer und Fläcken.

Enumeratis vero aliis urbibus, caſtris, oppidis, prædiis, quæ Albertum cæſarem comparaſſe refert, tandem p. 224. concludit:

Also griff Künig Albrecht an allen Orten umb sich, wo er mocht, und beschatzt sine eigne, und ouch die erkoufften Lüt hochlich, mit schwären Anlagen, damit Er die Kouff, so Er tet, bezahlen möcht, welchs us siner armen Lüten Guth geschach, wie sölchs und anders obgemelt zum Teile in sinen Sünen Vrber anno Domini 1310, durch Meister Burckarten von Fricke, domahlen ihren Rechenschreiber gestellt, verzeichnet wird.

❋ ❋

DISSERTATIO III.
DE
SERENISS. DOMUS AUSTRIACÆ
ADVOCATIA PROVINCIALI
SUPERIORIS ATQUE INFERIORIS
SUEVIÆ.

PRÆFATIO.

Notum est & percelebre Præfecturæ Provincialis Sueviæ in Annalibus, veterumque Chartarum monumentis, nomen; at ignota plerisque ejus historia, nec satis perspecta ratio, frequentesque proinde de ea eruditorum errores, nec minores de Suevorum in explicandis ejusmodi argumentis negligentia querelæ. Equidem non penitus contemnenda sunt quorundam Scriptorum in nobilissimam hancce historiæ patrem studia, sed tantam ubivis invenies sententiarum & opinionum ambiguitatem, quin imo contrarietatem, ut difficile sit, distinctam exinde ideam elicere, ne dicam, solidi quid concludere. Ut igitur, illustratis hactenus hac ratione *Ducatus* & *Principatus* Suevici vicissitudinibus, etiam summa clarissimi hujus thematis obscuritas, dissipatis, quibus undique involutum est, incertitudinis nebulis, clarior aliquando evaderet, ac conterranei mei leviusculo hocce conatu ad diligentiorem ejus investigationem sollicitarentur, præsens conscripsi meletema, in cujus evolu-

lutione ea, qua fieri potuerit, perſpicuitate ita verſabor, ut ex optimis quibusque documentis, editis, ineditis, primo quidem Præfecturæ hujus nomen, diviſionem & originem, poſtea ejusdem fata, munera, ac appertinentias, & denique illius ſucceſſionem, breviter ac ſuccinctè ſim delineaturus.

§. I.

Quod igitur ad nomen *Landvogtiæ* attinet, patrii ſermonis, & ex vocabulis *Vogt*, Advocatus, Præfectus, & *Land*, provincia, ſive terra, compoſitum illud eſſe, nemo facile negaverit. Quem enim Romani Præfectum vel Præſidem provinciæ dixerunt, illum Germani *einen Landt-Vogt oder Land-Pfleger*, regionem autem, ejusmodi Advocatis commiſſam, *Terram Advocatorum, ein Land der Vœgten, oder ein Vogt-Land*, nominarunt, quæ appellatio etiam Præfecturæ cuidam Franciæ orientalis ad noſtra usque tempora permanſit. Quemadmodum autem ex hac ipſa nominis etymologia per ſe conſtat, hosce Advocatos provinciales cum Advocatis Eccleſiarum & Civitatum, *denen Kaſten-Vœgten und Reichs-Schultheiſſen*, non eſſe confundendos, ita enim horum Advocatorum Provincialium in Suevia varia olim fuerunt genera, ſollicite proinde a ſe invicem diſtinguenda. Ut enim taceam infulſam illam *Lazii* de univerſa olim Suevia abrogatis Pagis in Landvogtias diviſa fabulam, extra omnem certe dubitationis aleam poſitum eſt, & *Ergoviam*, & *Briſgoviam*, & *Turgoviam*, imo, ut Cl. *Bruckerus* nuper ſcite explicavit, & civitatem *Auguſtanam*, ſuos olim peculiares habuiſſe Advocatos Provinciales, id quod inter alia ex *Cruſii* inprimis teſtimonio patet, qui expreſſe refert, An. 1300. aut circiter ab *Alberto* Rege tres fuiſſe *Advocatos provinciales* conſtitutos, *in Suevia Comitum Württembergicum, in Briſgovia filium Domini Ochſenſteinenſis*, & trans Rhenum *in Alſatia Dominum Henricum de Lichtenberg*. Et, quamvis harum una vel altera interdum etiam una cum Præfectura Sueviæ, de qua hic nobis ſermo eſt, eidem Advocato ſimul adminiſtranda conceſſa fuerit, qua ratione An. 982. *Wernerus a Seldenecca*, & An. 1284. *Albertus Comes ab Hohenberg, Sueviam & Auguſtam Vindelicorum*, An. 1360. *Fridericus, Dux Teccenſis, Sueviam & Alſatiam*, An. 1376. *Joannes, Epiſcopus Brixenſis, Sueviam, Turgoviam, Ergoviam, & Alſatiam*, & An. 1409. *Hermannus, Comes a Sulz, Sueviam, Ergoviam, & Briſgoviam*, ſimul gubernarunt, unaquævis tamen diſtinctas ſuas habuit rationes, diſtinctos limites, & diſtincta etiam ſuo modo officia, ita tamen, ut hæc noſtra, de qua loquimur, Præfectura mater quaſi reliquarum fuerit, easdemque & dignitate, & antiquitate, & terrarum latitudine, quam longiſſime ſuperaverit, proinde etiam per excellentiam *Advocatia Provincialis Sueviæ*, cujus tamen etiam reliquæ partes fuerant, appellata, & ab *Heidero* paſſim *Archi-Præfectura* encomio inſignita.

§. II. At nec ipſa hæc, quam modo innuimus, *Archi-Præfectura* Sueviæ diſtinctione carebat, ſed ad imitationem ipſius provinciæ in duas partes diſtinguebatur, *Sueviæ* ſcilicet *ſuperioris*, quæ, ut *F. Fabri* verbis utar, contra Alpes porrigitur, & *inferioris*, quæ contra Rhenum protenditur; quapropter etiam in Annalibus & Chartis antiquis frequens *Advocatorum provincia ſuperioris Sueviæ* fit mentio, quales inprimis An. 1010. *Henricus a Weiſſenborn*, An. 1275. *Hugo Comes a Werdenberg*, An. 1333. *Henricus de Sweiningen*, An. 1347. *Joan-*

nes Henricus de Strumingen, An. 1353. *Ulricus Comes de Helffenstein*, An. 1373. *Joannes Comes a Lotheim*, & An. 1430. *Fridericus Burggravius de Nürembèrg*, prædicantur; qui, ut reliqui eorum successores, in arce Ravenspurgensi, An. 1647. a Suecis deleta, sedem suam habuerunt. Ex *inferioris* autem *Sueviæ Advocatis*, ut ingenue rem fatear, nullum hactenus inveni, hac distinctione usum; probabile tamen est, & inferiorem Sueviam peculiaribus Præsidibus fuisse rectam: unde etiam *Albertus I.* An. 1305. *Advocatis suis Provincialibus*, *Ludovicus IV.* An. 1331. *dess Reichs getreuen Land-Vægten*, & *Carolus IV. seinen und dess Reichs-Land-Vægten* in plurali numero mandarunt, quamvis non negandum, etiam superiorem Sueviam a pluribus interdum Advocatis simul rectam fuisse, qua ratione *Carolus IV.* teste *Crusio*, An. 1353. *Ulricum Comitem de Helffenstein*, & *Eberhardum Dapiferum de Waldpurg*, Præfectos provinciales Sueviæ superioris nominavit. Quamvis autem hoc argumentum hac ratione per se evidenter non concludat: clarissime tamen thesin nostram comprobat testimonium *Wenceslai*, qui An. 1379. *sein und dess Reichs beede Land-Vogteyen in Obern und Niedern Schwaben Leopoldo* Austriaco oppignoravit, quarum fines sic distinguuntur, ut superior Advocatia loca circa villam Altorffensem & versus lacum Bodamicum, inferior autem loca circa Ileram & Danubium sita, comprehendat. Qui vero utrique huic Præfecturæ simul præfuerunt, aut κατ' ἐξοχὴν *Advocati*, *Præsides*, vel *Præfecti Sueviæ* audiebant, aut *Procuratores Imperatoris universales in Suevia*, qualis jam An. 1197. occurrit *Degenhardus ab Hellenstein*, aut *Advocati Provinciales superioris atque inferioris Sueviæ*, qualis a *Carolo IV.* teste *Dattio*, *Fridericus Palatinus* constitutus fuit, & hi ob latitudinem provinciæ, causarumque dirimendarum multitudinem, plerumque sub se habuerunt suos Vicarios, *Unter-Land-Vægte*, ex quibus primns fuisse videtur *Henricus Rüeder*, Eques, qui An. 1373. floruit. Nostris autem temporibus illi, qui illustri hoc munere funguntur, *Kayserliche Land-Vagt in Ober- und Nieder-Schwaben*, eorumque Vicarii *Land-Vogtey-Verwalter*, nominantur.

§. III. Hisce præmissis, ulterius jam pergo ad originem hujus Præfecturæ, quam alii, ut aniles illas *Lyreri* nugas silentio prætercam, cum *Walzio* a Romanis, eorumque Imperatore *Valerio Probo*, alii cum *Ludewigio* a Francis, alii cum *Heidero* a reliquiis Comitatus Guelphici Altorffensis, alii cum *Schwedero* ab exstincta Ducum Hohenstauffensium Familia, alii denique cum *Lazio* a proscriptione *Joannis* Parricidæ, repetunt; at, cum jam diu ante excidium Familiæ Welphicæ & Hohenstauffensis in veteribus chartis Præsidum Sueviæ mentio injiciatur, mea quidem qualicunque sententia initia Præsidatus Suevici a Gothis, forma a Francis, incrementa autem a Guelphorum (quorum olim arx Ravenspurgensis, antiqua Advocatorum sedes, nativum domicilium fuerat,) exuviis repetenda erunt. Primus enim absque dubio, teste *Cassiodoro* & *Agathia*, *Theodoricus* Præsides provinciales in Sueviam misit, *Chlodoveus* autem ab initio Sueviam etiam per Præfectos Provinciales gubernavit; postquam vero ejus in regno successores Sueviam in Ducatum converterunt, pars quidem Provinciæ ex observatione *Schilteri* feudi jure Ducatibus cessit, quod autem reliquum erat, per Advocatos Provinciales administrabatur, ex quo, observante *Kalero*, per se patet, Ducatum & Landvogtiam Sueviæ coævas quidem, sed ratione potestatis, jurisdictionis, originis, & acquisitionis, admodum inter se distinctas fuisse dignitates. Iterum iterumque ergo errat *Heiderus*, dum Imperatores non prius de constituendis in Suevia Advocatis Provincialibus sollicitos fuisse, asserit, quam assertis Imperio juribus occasu Ducum vacuis, haberent, in quo eorum cura occupari posset.

§. IV.

§. IV. Sed pedem jam moveo ad fata hujus Advocatiæ, quæ, Ducatu Sueviæ sub stirpe Carolingica sublato, una cum hoc per satis longum temporis spatium a *Cameræ Nuntiis* recta fuit, quorum alter, uti videtur, bona, ad Ducatum Sueviæ pertinentia, alter autem bona, ad fiscum Regium spectantia, procuravit, proinde etiam, teste *Spelmanno* & *Goldasto*, haud raro *Advocati Imperiales* dicti. Ex quo autem Ducatus Sueviæ per *Conradum I.* iterum fuit instauratus, etiam Advocatia Provincialis, quam *Moserus* frustra patrimonio veterum Welphorum accenset, iterum separatas rationes habere cœpit, neque alia, post exstinctam Hohenstauffensium Familiam, illius facies fuit. Licet enim Cel. *Schwederus* cum personato illo *Burgoldensi* & Ill. *Mosero* existimet, Præfecturam Sueviæ An. 1283. in Comitiis Augustanis, una cum Ducatus Suevici Domaniis, *Rudolpho* juniori tanquam feudum regale vexilliferum a parente fuisse concessam; constat tamen ex optimorum Scriptorum testimoniis, Serenissimam domum Austriacam non feudi, sed pignoris, titulo illam acquisivisse, unde etiam, teste *Burgmeistero*, Imperator *Maximilianus II.* agnatis suis, investituram de hac Præfectura, tanquam de feudo Imperii principali, aliquando postulantibus, repulsam dedit, ex quo sponte sua corruit illud doctissimi alias *Heideri* consectarium, quod scilicet Præfecti Provinciales veterum Ducum partes sustineant, quamvis ipse cum Ill. *Ludewigio* non assequar, quare *Rudolphus I.* eo ipso, quo Sueviam ab ordinibus pro filio suo demandavit obtinuitque, non simul Imperiali autoritate vel adjunxerit Landvogtiam, vel hanc ipsam eidem pariter rogaverit, perpetuo deinceps a Principe Sueviæ exornandam atque instruendam. Quicquid autem hujus rei sit, certum tamen est, Advocatiam istam etiam exstinctis Ducibus Suevorum penes Imperium permansisse, id quod inter alia ex eo quoque patet, quod *Carolus IV.* An. 1359. civitatibus Sueviæ solennissime promiserit, *die Land-Vogtey in Schwaben niemanden mehr zu verpfænden*, quamvis filius ejus *Wenceslaus* illam haud diu post annum 1379. *Leopoldo* Austriaco oppignoraverit, a quo tempore frequentibus vicissitudinibus obnoxia, ac a variis varie dilacerata fuit; quare etiam *Fridericus III.* Imperator An. 1482. Statibus Advocatiæ vicinis turbationem jurium, & injustam occupationem bonorum, ad eandem pertinentium, teste *Ottone*, serio prohibuit, *Carolus V.* autem eam An. 1548. accedente Electorum consensu, provida cura fratri Augustissimo *Ferdinando I.* reluendam, & sub lege reluitionis perpetuo possidendam tradidit, qui deinceps An. 1560, Judicio provinciali novam Ordinationem præscripsit, & eandem una cum aliis in Suevia bonis ad posteros suos transmisit, inter quos quidem Statusque immediatos Sueviæ variæ super ejus reluitione, & Judicii provincialis abrogatione, annis præcipue 1585. & 1646. ortæ fuerunt controversiæ, a *Lunigio*, *Burgmeistero*, & *Pistorio*, latius explanatæ, & dudum in Comitiis tam universalibus, quam circularibus, agitatæ, quin imo ad solennes pacis Westphalicæ deliberationes delatæ. At, cum meum non sit, tantas componere lites, præstat judicium de iis suspendere, quam tantorum Principum controversiis imprudenter se immiscere; quare etiam bella, inter Civitates Sueviæ & Comites Würtembergicos ob jura Advocatiæ Seculo XIV. orta, & non nisi gravi ære soluto, multoque sanguine effuso, sedata, silentii peplo involvo, curiosum Lectorem ad *Nauclerum* & *Crusium* remittens.

§. V. Ceterum Præfecti illi ab initio a Regibus Gothorum, postea a Regibus Francorum, & demum a Regibus Germanorum, ex primaria gentis nobilitate immediate fuerunt constituti. Quare etiam *Degenhardus ab Hellenstein* An. 1197. *Procurator Imperatoris in Suevia*, & *Rudolphus de Homburg* An. 1362. *dess Heil. Ræm. Reichs-Pfleger in Schwaben*, imo eorum successores hodienum *Kayserl. Land-Vægte*, audiunt, quorum haud pauci apud *Magerum* & *Burgmeisterum*

ſterum Dei & Imperatoris, quemadmodum *Judices Provinciales Imperatoris & Advocati gratia*, tales ſe ſcripſerunt; qua ratione An. 1378. *Conradus Stoffer von des Rœm. Kayſers und Herzog Friederichs von Bayern alſs Land-Vogti in Schvvaben Gnaden freyer Land-Richter in der Pürſs* audit. Ex quo autem Præfectura Sueviæ certis familiis oppignorata fuit, etiam jus conſtituendi Advocatum Provincialem ſimul eis ceſſit, id quod exempla *Rudolphi Comitis ab Hohenburg* An. 1379. *Conradi Stein a Reichenſtein* An. 1384. *Hermanni Comitis a Sulz* An. 1409. aliorumque, clariſſime docent.

§. VI. Fuit autem olim ſumma horum Advocatorum, tanquam Imperatoris & Imperii in terra Suevica Vicariorum, autoritas. Quapropter etiam antiquiſſimis jam temporibus titulo *nobilium* atque *ſtrenuorum* condecorati, & non minori fere, quam Duces, loco habiti fuerunt, inſignibus etiam veteris Ducatus Suevici uſi, & a *Goldaſto* inter quatuor Advocatos Imperii relati. Quin tantus illis olim exhibitus fuit honos, ut monaſteriorum civitatumque Imperii, quibus Imperatores quam optime cupiebant, defenſio illorum patrocinio commendata fuerit, id quod, præter alia innumera exempla, inprimis monaſterii *Pfullingenſis* de anno 1296. *Denckendorffenſis* de anno 1342. & *Kœnigsbrunnenſis* anno 1384. apud *Beſoldum*, nec non civitatis *Campidunenſis* de anno 1355. & 1361. teſtantur. In civitatibus autem Imperii, eorum defenſioni commiſſis, tanta quoque illorum fuit exiſtimatio, ut *Wenceslaus* An. 1383. illis expreſſe mandaverit, *Herzog Leopolden zu Oeſterreich alſs Ihrer Majeſtat und des Reichs Land-Vogt gehorſam zu ſeyn*, quare etiam multæ ex illis Præfecto provinciali olim homagium præſtiterunt. Poſtquam autem & monaſteria & civitates illæ durius interdum a Præfectis habitæ fuerunt, ſenſim ſenſimque Imperiali autoritate illorum jugo & exactionibus, ut verba Diplomatum ſonant, fuerunt exemtæ, id quod in ſpecie, *Beſoldo* & *Burgermeiſtero* autoribus, An. 1305. Monaſterio *Bebenhuſano*, Ao. 1309. Monaſterio *Pfullingenſi*, An. 1377. *Eslingæ*, *Reutlingæ*, *Rothvvilæ*, & *Wilæ*, accidit; unde etiam eſt, quod Præfecturæ jura hodie longe arctioribus, quam jurisdictio Judicii provincialis Suevici, limitibus conſtricta ſit, eique, recte id obſervante *Schvvedero*, nulla amplius in monaſteria ac civitates Sueviæ, ceu Status Imperii, ſuperioris competat, unde etiam *Fridericus III.* apud *Dattium*, An. 1489. expreſſe declaravit, *daſs daſſelb Land zu Schvvaben und die Unterthanen darinn allein dem Rœm. Kayſser und dem H. Reich zugehœrig und untervvorffen ſeyen, und ſonſt keinen andern Herrn, dann den Kayſer hætten*, &c. Et quamvis cœnobia quædam, v. g. *Weingartenſe*, *Ovvenſe*, *Salmonis Villanum*, *Schuſſenriedenſe*, *Ochſenhuſanum*, *Münchrodenſe*, *Buxheimenſe*, *Lindavienſe*, *Lavventhalenſe*, *Baindenſe*, *Guttenzellenſe*, una cum civitatibus *Buchhornenſi*, *Wangenſi*, *Uberlingenſi*, *Biberacenſi*, *Memmingenſi*, *Kauffburana*, *Pfullendorffenſi*, *Reutlingenſi*, *Eslingenſi*, *Wilenſi*, &c. Advocatiæ Provinciali hodienum certum aliquod tributum annuum perſolvere teneantur, illud tamen non tam in ſignum ſubjectionis, quam in honorem protectionis, *vvegen deſs Schutz und Schirms und alſs eine Ehrung vvegen der Stadt-Steur und ihrer Ammann-Aembter*, ut & in recognitionem banni ſanguinis, *vvegen des Blut-Banns*, fieri ſolet, id quod *Joannes Dapifer a Waldpurg*, apud *Burgmeiſterum*, An. 1473. ipſe agnovit, & in cauſa etiam fuit, quod Status An. 1523. a *Nicolao Zieglero* ad Comitia Provincialia Altorffenſia citati, ſuaſu Fœderis Suevici non comparuerint.

§. VII. Quod autem officium horum Præfectorum provincialium ſpectat, illud in eo maxime conſiſtebat, ut cenſus & reditus Imperii Imperatoris nomine exigerent, negotiis judicialibus formam legemque præſcriberent, provinciæ

vinciæ securitati invigilarent, pacem publicam sua autoritate firmarent, Monasteriorum, Civitatum & Judæorum curam gererent, viarum publicarum securitatem persecutione latronum promoverent, vasallos imperii in officio continerent, & denique Decreta Judicialia executioni mandarent; quem in finem etiam, præter Vicarium, *den Landtvogtey - Verwalter*, Scribam, *den Land-Schreiber*, Fisci Patronum, *den Landgerichtlichen Fiscal*, aliosque officiales bene multos, *Landwaibel, Ambtleuth, Forstmeister, überreuter, Ambts-Knecht*, &c. sub se habet, dum e contrario *Judex Provincialis, der Kayserl. Land-Richter*, teste vetere quodam MSto, immediate a Regimine Oenipontano dependet, neque Advocati Provincialis jurisdictioni subjectus est, quamvis eodem cum illo loco, in villa scilicet Altorffensi commoretur, & suo modo ejus inspectioni sit obnoxius.

§. VIII. Ipsa vero Landvogtia non tantum potestatem judiciariam exercet, sed satis etiam amplum territorium in Algovia, & in illo diversa castra, pagos, villas, Serenissimæ domui Austriacæ, partim quoad proprietatem, ut v. g. *der Flecken Altorff, die Burg und Vestin ob Ravenspurg, der Lebenhoff zu Oepffingen*, partim autem tantum quoad jurisdictionem, sive altam, sive bassam, sive utramque simul, subjectas, cum omnibus regalibus, *an hoher Obrigkeit, Herrlichkeit, Gerechtigkeiten, Lehenschafften, Mannschafften, Gülten, Aembter, Ehrungen, Zoellen, Zwingen, Bænnen, Vogteyen, Vogt-Recht, Fæll, Gelæss, Frevel, Straffen, Bussen, Steuren, Forst, Wildbahn, Glaith* &c. ut verba *Wenceslai, Sigismundi & Caroli V.* apud *Lunigium* sonant, comprehendit, ex quibus etiam Præfectus provincialis per suos officiales *Ambts-Knecht und Gefæll-Einnehmer*, quorum in superiori Landvogtia 15. in inferiori autem 3. constituuntur, haud contemnendos reditus percipit, id quod inter alia ex eo præcipue patet, quod non tantum *Wencestaus* ex reditibus *Leopoldo* Austriaco annuam pensionem 6526. florenorum assignaverit, sed etiam teste vetere MSto. 2727. subditi collectabiles in Landvogtia superiore reperiantur, quorum plurimi peculiares dominos habent, sed tamen quoad jurisdictionem altam Præfecturæ provinciali subjecti sunt, ut jam honoraria, a Statibus in ea, quin imo etiam extra eam, sitis quotannis Advocatis persolvi solita, silentio prætercam. Manifestus exinde est eruditissimi alias *Schragii* error, existimantis, Præfecturam provincialem Sueviæ nihil aliud unquam fuisse, quam jus Advocatiæ, ab Imperio dependentis, minime vero territorium significare, & quicquid forte bonorum, rerum, hominum, prædiorum &c. pertinentiarum nomine cum Landvogtia ipsa, seu potestate judiciaria, ab Imperio Serenissimæ domui Austriacæ fuerit concessum, non alio jure, quam dominii utilis obtigisse, cui effato certe Literæ oppignorationis una cum quotidiana experientia e diametro contrariantur.

§. IX. Porro etiam ad Præfecturam hancce Provincialem ex sensu dictorum Diplomatum olim pertinebant, & ex parte adhuc hodie pertinent, Judicium provinciale Sueviæ. *das Frey-Kayserliche Land-Gericht in Schwaben, auf der Leutkircher Heyde und in der Gepürss*; item Advocatia Civitatum Imperialium Augustensis & Giengensis, *dess Reichs-Stædte Augspurg und Giengen*, nec non reliquarum Civitatum & Monasteriorum in limitibus ejus sitorum, *mit den anderen dess Reichs-Stædten daselbst, Clæsteren* &c. porro defensio Judæorum, quam An. 1431. in inferiori Suevia *Conradus Dominus in Weinsperg* vicario nomine exercuit, *alle Juden in Ober-und Nieder-Schwaben*, tutela hominum liberorum in campis Leutkirchensibus, *die freye Leuth auff der Leutkircher Heyde und in der Gepürss*, quorum transactiones, cum Advocatia

provinciali super diversis gravaminibus initas, *Burgmeisterus* late recenset, potestas reluendi bona Imperii in Suevia oppignorata, & denique spes succedendi in Landvogtia Suevica Imperio aperta, vulgo *Schvvaben-Leben*, item *Herzog-Leben* dicta, quorum sat magnus est numerus, & quorsum teste eodem MSto supra citato, inprimis pertinent *Waschenburg*, *Habsperg*, *Justorff*, *Widenstein*, *Unter-Sulmatingen*, *Cronburg*, *Schvvarzach*, *Erolzheim*, *Gleissenburg*, *Laupheim*, *Bussingen*, *Laubenberg*, *Eisenburg*, *Honburg*, *Grüningen*, *Graben*, *Stauffen*, *Fridingen*, *Hasenstein*, *Nieder-Marchtall*, *Hofheim*, *Rechbergshausen*, *Warthausen*, *Achburg*, *Freyberg*, *Ebenhofen*, *Stadion*, *Albervveiler*, *Webrvvag*, *Ellerbach*, *Brandenburg*, *Trauchburg*, *Vehringen*, *Sigmaringen*, *Wæbrstein*, *Rietheim*, *Blaubeuren* &c.

§. X. Tandem coronidis loco adjungam catalogum Advocatorum provincialium Sueviæ, quotquot eorum hactenus in Chartis, Diplomatibus, Annalibus, apud *Goldastum*, *Bruschium*, *Stumpfium*, *Crusium*, *Heiderum*, *Dattium*, *Besoldum*, *Petri*, *Ottonem*, *Burgmeisterum*, *Ludevvigium*, *Lehmannum*, *Kænigthofen*, *Münsterum*, *Bucelinum*, *Lunigium*, *Zeilerum*, aliosque invenire licuit, quorum nomina Chronologico ordine disposita, sunt sequentia: An. 499. Emericus, Comes Stabuli, *Sueviæ Præfectus*, A. 500. Fridilldus, *Rector provincialis in Suevia*, An. 600. Romulphus, *Comes provincialis Sueviæ*, An. 716. Sindelesius, *Alemanniæ Præfectus*, An. 718. Ottvvinus, *Præses Sueviæ*, An. 764. Syllachus, Comes Ilergoviæ, *Præfectus Sueviæ*, An. 766. Gozbertus, Præses Ranckvvilanus, *Landgravius Sueviæ*, An. 788. Gevvoldus Comes a Bussen, *Præfectus Sueviæ*, An. 994. Wernherus a Seldenecca, *Advocatus Sueviæ*, An. 1010. Henricus a Weissenhorn, *Advocatus Provinciæ superioris Sueviæ*, An. 1197. Degenhardus ab Hellenstein, *Procurator Imperatoris universalis in Suevia*, An. 1227. Conradus Pincerna a Winterstetten, *Gubernator Sueviæ*, An. 1258. Rudolphus Dux, *Advocatus Terræ in Suevia*, A. 1274. Albertus Comes ab Hohenberg, *Advocatus Terræ in Suevia*, An. 1275. Hugo Comes a Werdenberg, *Landgravius superioris Sueviæ*, An. 1296. Lutherus de Isenburg, *Advocatus provincialis Sueviæ*, An. 1300. Eberhardus Comes de Württemberg, *Præfectus provincialis Sueviæ*, An. 1309. Conradus a Winsberg, An. 1313. Ulricus de Schellenberg, An. 1320. Ulricus Comes de Montfort, An. 1333. Henricus de Schvveiningen, *Kaysser Ludvvigs und seines Sohns Herzog Steffans Land-Vogt in Obern Schvvaben*; An. 1336. Ulricus Comes de Württemberg, An. 1346. Comes a Werdenberg, An. 1347. Jo. Henricus a Struvvingen, *Unssers Herrn deß Kayssers Land-Vogt in Obern Schvvaben*, An. 1353. Ulricus Comes de Helffenstein, *superioris Sueviæ Præfectus*, An. 1354. Eberhardus Dapifer de Waldpurg, An. 1355. Ulricus Comes de Helffenstein, An. 1360. Fridericus, Dux Teccensis, *Herzog Rudolphs von Oesterreich Land-Vogt in Schvvaben und Elsaſs*, An. 1362. Rudolphus ab Homburg, *Pfleger deſs Heil. Ræm. Reichs in Schvvaben*, A. 1366. Joannes Dapifer de Waldpurg, An. 1367. Joannes, Episcopus Brixensis, *Land-Vogt in Schvvaben, Türgævv*, *Ergævv*, *und Elsaſs*, A. 1370. Fridericus, Burggravius a Nüremberg, A. 1372. Burcardus Münch a Landscron, A. 1373. Joannes Comes a Lotheim, *Land-Vogt in Obern Schvvaben*, An. 1378. Fridericus, Dux Bavariæ, A. 1379. Leopoldus, Dux Austriæ, ejusque nomine Rudolphus Comes ab Hohenburg, *Land-Vogt in Schvvaben*, A. 1380. Sigbertus, Landgravius a Leichtenberg, A. 1381. Albertus Comes de Heiligenberg, A. 1384. Conradus Stein a Reichenstein, *Herzog Leopolds zu Oesterreich Land-Vogt in Schvvaben*, An. 1385. Joannes Dapifer a Waldburg, An. 1386. Wilhelmus Fronberger, *Land-Vogt in Schvvaben*, An. 1388. Eberhardus de Freyberg, Eques, An. 1389. Erneſtus, Dux Bavariæ,

Anno

An. 1391. Wurseboy a Svvynacc, A. 1392. Petrus Losinger, Eques, An. 1397. Stephanus, Dux Bavariæ, A. 1398. Waltherus a Kœnigseck, A. 1400. Ulricus Comes ab Helffenstein, A. 1406. Joannes Comes a Werdenberg, An. 1407. Joannes Dapifer de Waldpurg, *deß Heil. Röm. Reichs Land-Vogt in Schvvaben*, A. 1409. Hermannus Comes a Sulz, *Herzog Friederichs von Oesterreich Land-Vogt in Schvvaben, Ergævv, und Breisgævv*, An. 1413. Burcardus de Mannsberg, An. 1414. Rudolphus Comes a Montfort, *deß Heil. Röm. Reichs Land-Vogt in Schvvaben*, A. 1415. Joannes Dapifer a Waldpurg, A. 1417. Stephanus, Dux Bavariæ, A. 1429. Jacobus & Eberhardus, Dapiferi de Waldpurg, *Land-Voegt in Ober- und Nieder-Schvvaben*, A. 1430. Fridericus, Burggravius de Nüremberg, *deß Heil. Röm. Reichs Land-Vogt in Obern Schvvaben*. A. 1431. Wilhelmus, Dux Bavariæ, *Kœnig Sigmunds und deß Reichs Land-Vogt in Schvvaben*, An. 1433. Eberhardus Dapifer de Waldpurg. An. 1440. Jacobus Dapifer de Waldpurg, *deß Heil. Röm. Reichs Land-Vogt in Obern und Niedern Schvvaben*, An. 1446. Georgius Dapifer a Waldpurg, An. 1452. Albertus, Dux Austriæ, ejusque nomine Lucas de Landau, Eques, An. 1453. Jacobus Dapifer de Waldpurg, *Herzog Albrechts von Oesterreich Land-Vogt in Schvvaben*, An. 1464. Joannes Dapifer de Waldpurg, *Herzog Sigismunds von Oesterreich Land-Vogt in Schvvaben*, A. 1484. Henricus de Schellenberg, A. 1486. Henricus Horber, *Herzog Sigismunds zu Oesterreich Vervveser der Landvogtey in Schvvaben*, & post eum Marquardus de Schellenberg, Eques, An. 1490. Joannes Comes de Sonnenberg, A. 1500. Jacobus a Landau, Eques, An. 1518. Nicolaus Ziegler de Bahr, ejusque nomine Reichart Speth de Sultzburg, An. 1517. Joannes de Fridingen, *Kœnig Ferdinands und Georg Truchsessens Land-Vogt in Schvvaben*, A. 1544. Georgius Gienger & Joannes Wilhelmus de Laubenberg, An. 1551. Georgius Ylsing, Eques, An. 1581. Maximilianus Baro ab Ylsing, An. 1583. Fridericus Baro ab Ylsing, An. 1589. Christophorus Jacobus Lidl, An. 1597. Georgius Fugger, Baro de Kirchberg & Weissenhorn, An. 1644. Joannes Georgius Comes a Kœnigseck, An. 1679. Antonius Eusebius Comes a Kœnigseck, A. 1691. Franciscus Maximilianus Comes a Kœnigseck, & denique ab A. 1710. modernus Illustrissimus ac Celsissimus Dominus, Carolus Sigfridus Comes de Kœnigseck in Aulendorff, &c. Heros togatus, singulari in litteras literatosque amore non minus, quam reliquis virtutibus, quæ tanto muneri conveniunt, coruscus, & proinde immortali laude dignissimus.



DISSERTATIO IV.

DE

JUDICIO PROVINCIALI CÆSAREO-SUEVICO.

§. I.

Singularis ſane eſt Archi-Ducum Auſtriæ prærogativa, qua intuitu Judiciorum Provincialium Cæſareorum Sueviæ præ aliis Principibus Imperii gaudent. Concurrunt enim hac ratione in Jurisdictione cum Statibus Imperii Circuli Suevici contra illa ſpecialiter non privilegiatis, ubi tamen nihilominus caſus reſervatos, die Ehehafften ut vocant, excipiunt locumque habere contendunt, ita, ut non tantum in ſubditos mediatos, ſed & ipſos Status, aliaque illuſtria Imperii Membra, poteſtatem Judiciariam exercendam ſibi vindicent, perſonarum quodamodo eorum, rerumque velut arbitros, ac moderatores agentes, quo ipſo Auſtriacorum Principum ſupereminentia, authoritas & potentia in Imperio ſplendidiſſime aucta & ſtabilita conſpicitur.

§. II. Dicuntur autem illa Judicia Provincialia Cæſarea, ad differentiam duorum ſummorum Imperii Judiciorum, per quæ Imperator vel ſolus, ut per Judicium Aulicum, vel una cum Statibus, ut per Cameram Imperialem, ſummam Majeſtatis jure ſibi competentem Jurisdictionem Univerſalem, per totum, qua patet, Imperium in omnes ſpecialiter non-exemptos, citra ulteriorem appellationem exercet. Per Provincialia iſta judicia autem Jurisdictio Cæſaris nomine exercetur per certos Status Imperii, qui ab Imperatore legitimo titulo id impetrarunt, in certis ſaltem Imperii Circulis vel Provinciis, in omnes, qui in illis degunt, aut bona & ſubditos habent, & ſpecialiter per privilegia non exempti ſunt, ita, ut gravatis detur appellatio ad ſumma Imperii Tribunalia, hinc hæc communiter dicuntur ſubalterna, qualia in viridi ſuo vigore etiamnum exiſtentia ſunt: Judicium Rotwilenſe das Kayſerliche Hoffgericht zu Rottweil/ quod per quatuor Imperii circulos, Auſtriacum nempe, Suevicum, Rhenanum ſuperiorem & Franconicum, Jurisdictionem exercet. De quo vid. Mauritii *Diſput. de Judic. Rotwilano.* Judicium Provinciale Burgraviatus Norinbergici, das Kayſerl. Land-Gericht des Burggrafſthums Nürnberg zu Onolzbach/ de quo extat Joach. Henrici Hagen *Diſſert. Hiſtorica de Judic. Cæſareo Provinciali Norico, qua inquirit in fontes, immunitates, jura ſolennia, dignationem atque amplitudinem ejus.* Judicium Provinciale Herbipolitanum in Franconia, das Kayſerl. Landgericht des Hertzogthums Francken zu Würtzburg/ de quo vid. dieſes Kayſerl. Land-Gerichts Ordnung zu Würtzburg gedruckt Anno 1618. Judicium Provinciale Sueviæ das Kayſerl. Land-Gericht in Ober- und Nider-Schwaben/ quod exercetur in tribus Civitatibus Imperialibus Ravenſpurg/ Wangen/ Yßni & pago im Marckflecken Altorff. Quæ Judicia veniunt nomine immediatorum Dicaſteriorum, in Inſtrum. Pac. Weſt-

phal.

phal. Cæsar. Suecico *art. 3. §. 2.* quando ibidem dicitur: *Salvis item litis pendentiis desuper in Aula Cæsarea, sive in Camera Imperiali, vel aliis Imperii immediatis aut mediatis Dicasteriis vertentibus.* Etsi autem non ignoremus, in Suevia plura dari Judicia Provincialia Cæsarea, v. g. das Kayserl. Land-Gericht zu Nellenburg / zu Ranckweil in der Grafschafft Weldkirch / &c. quæ duo pariter per Seren. Domum Austriacam exercentur, ita ut Daniel Heider, Author *actor. Lindav. fol. 163.* scribat, daß dergleichen Land-Gericht nur in Ober-Schwaben über die zehen nominatim erzehlet werden könnten / in hoc tamen, quod dictis locis exercetur, hac vice se calamus noster figit.

§. III. Judicium illud Provinciale Sueviæ nobis est Collegium Judicis Provincialis a Serenifs. Archi-Ducibus Austriæ legitime constituti, & 12. Assessorum, illi a Consulibus & Magistratu cujusque loci, ubi judicium hoc exercetur, adjunctorum, quod per districtum illi assignatum, Jurisdictionem Cæsaris nomine exercet, causas controversas omnium in districtu illo degentium Statuum & membrorum Imperii, ac eorundem subditorum, specialiter non exemptorum, prævia causæ cognitione, per judicialem sententiam definiendo, ab Imperatore, nescio quo, institutum, Archi-Ducibus Austriæ legitimo titulo acquisitum.

§. IV. Origo hujus Judicii nostri fere incerta, neque quisquam hactenus repertus est, qui eam apodictice demonstravit. Et sane ex Historia Germaniæ constat, quod cum Caroli M. ætate Ducum quorundam potestas ultra modum excrevisset, & illi Regiam fere potestatem sibi sumererent, ipse Duces hos insolescentes in Ordinem Comitum redegerit, seu Ducatus illorum in plures Comitatus diremerit, teste Lehmanno *Lib. 2. Chron. Spirens. c. 16.* Conring. *de Ducib. & Comit. Imp. th. 19.* Sub posteris autem illius Ducum Constitutionem iterum invaluisse, ac postremis Carolingorum temporibus Germaniam, in quantum eam distinxeris a terris, quas Venedi inhabitarunt, quinque habuisse Ducatus, maxima terrarum spatia complexos, nempe Bojoaricum, Franconicum, Lotharingicum, Saxonicum & Suevicum. Hertius *de Orig. & Progress. special. Rom. Germ. Imp. Rerumpubl. §. 5.* junct. Regin. *pag. 70.* ap. Pistor. *Tom. 1. Rer. Germanic.* atque tempore Conradi I. qui extincta in Ludovico IV. Puero cognominato, Carolina Familia, ab universis Principibus Regni Germaniæ an. 912. in Imperatorem & Regem Germaniæ electus est, quinque illis Ducatibus hos præfuisse Duces, Bojoarico nimirum Arnoldum malum, Franconico Eberhardum Conradi Fratrem, Lotharingico Giselbertum, Saxonico Ottonem, Suevico Burckardum, edocemur a Luitprando *de reb. Imper. & Regni L. 2. c. 7. fol. 105.* ap. Reuber. Lehmann. *Chr. Spir. L. 2. C. 16. & 47.* Struv. *S. I. P. C. 19. §. 8.* Et quidem hic ipse Conradus I. Imp. an. 917. Burkardum solenni autoritate primum Sueviæ seu Alemanniæ Ducem constituit, & Ducatum Sueviæ erexit, ante enim Suevia non per Duces, sed per Cameræ Imperialis Nuncios gubernata fuit, ut testatur Eckehardus Junior *de Casibus S. Galli Monasterii Cap. 1.* ap. Goldast. *Tom. 1. Rer. Germ. Part. 1. pag. 15.* ubi agit de Salomone Abbate S. Galli, simulque Episcopo Constantiensi, & de rebus quæ sub Rege & Imp. Conrado I. contigerunt, ac scribit: *Nondum adhuc illo tempore Suevia in Ducatum erat redacta, sed Fisco Regio peculiariter parebat, sicut hodie & Francia h. e. Orientalis Franconia. Procurabant ambas Cameræ, quos sic vocabant Nuncii. Franciam ad Alpes tum Wernberus, Sueviam autem Bertholdus & Erchinger frater.* Licet enim hi passim Sueviæ seu Alemanniæ Duces nominentur, ut Hermannus contractus quoque Burckhardum, qui sub Ludovico IV. Alemanniam rexit, & an. 911. in conventu a suis occisus scribitur,

ur, Alemanniæ seu Sueviæ Ducem nominat, revera tamen omnes non nisi Cameræ Nuncii fuerunt, quorum officium sic depinxit Joach. Vadianus de *Collegiis Monasteriisque German. Veter. L. 1. C. 3.* apud eundem Goldast. *l. c. Tom. 3. p. 25.* Cameræ Nuncii per Franciam & Alemanniam redituum Regiorum & fiscalis pecuniæ rationem exigebant, & administrabant, erantque veluti Procuratores Fisci in iis Provinciis & urbibus, quæ ad Fiscum Regium, Cameram dictum, propriè spectabant. Primus ergo Dux Sueviæ seu Alemanniæ fuit Burckardus, qui genus ex Comitibus Buchorniensibus ad Lacum Bodamicum duxit, à Conrado I. Imp. solenniter cum Sueviæ Procerum consensu an. 917. constitutus, quem Gentis suæ nobilissimum & virtutum dote probatissimum laudatus Eckehardus jun. *d. l. p. 18.* alii Scriptores Potentissimum Sueviæ Ducem vocant. Hujus Successores in Ducatu Sueviæ qui fuerint, refert Pfeffinger ad Vitriar. *Lib. 1. T. 16. pag. 310. seqq. usque ad pag. 348.* Quos inter Fridericus I. Imp. cum tribus filiis, Fridericus II. fuit, Imp. sub quorum Ducum Sueviæ Regimine jam tum Præfectura seu Landvogteja Imperialis superioris & inferioris Sueviæ (unde Judicium Provinciale Sueviæ dependet, uti non tantum tradit Author **der kurtz doch gründlichen** Information, **aus was wichtig- und standhafften Ursachen das Kayserl. Land-Gericht in Schwaben nicht** abolirt / **noch dem Hochlöbl. Ertz-Hauß** Oesterreich wieder seine uhralte erlangte / **und durch beständige** Ubung hergebrachte treffentliche **Freyheiten / der rechtlichen Austräg halber nichts neues oder beschwehrliches zugemuthet werden kan und** solle / quæ prodiit an. 1658. & Inclytæ Domus Austriacæ causam, ac Judicii hujus conservationem contra Status Circuli Suevici ejus abolitionem urgentes defendit, sed etiam agnoscit Author **der kurtz doch wohlgegründeten Gegen**-Information **auff** diejenige im **Jahr** 1658. **zu Insprugg in Druck** verfertigte **so genandte Kurtze / doch gründliche** information, **das Land-Gericht in Schwaben betreffend** / quæ excusa anno 1666. & partes Statuum Suevici Circuli tuetur. Utraque exhibetur à Lunigio **in der Grund-Fest Europäischer Potenzen Gerechtsamen** *Part. 2. Cap. 4.* una cum **der gründlichen entgegen gestellten Erinnerung über die unlängst unter dem Nahmen des Löblichen Schwäbischen Crayses** interessirten **Stände in Druck verfertigte und so titulirte Gegen**-Information **das Land-Gericht in Schwaben betreffend.** edita anno 1667.) floruit. Nam. an. 1010. Henricus de Weissenhorn jam tum gessit titulum Præfecti Imperialis in Suevia, & se vocavit Advocatum Provinciæ superioris Sueviæ Generalem. Conf. tamen Auth. **der allegirten entgegen gestellten** Information apud Lunig. *d. l. p. 45.* Qui vero post ipsum Præfecturam eandem administraverint, eique præfuerint usque ad ann. 1333. quo officio hoc functus Henricus de Schvveiningen, non constat, teste Catalogo Præfectorum Sueviæ **der Land-Vögte in Schwaben** / usque ad ann. 1597. continuato ap. Jac. Ottonem Tr. **von den Ehhaffts-Fällen** pag. 70. seqq. vid. etiam Authorem **der** allegirten **Gegen**-Information apud Lunig. *d. l. p. 24.* Hodie Illustre munus Præfecti Provincialis Sueviæ, **Kayserl. Majestät Land-Vogts in Ober- und Nider-Schwaben** / sustinet Illustrissimus Dn. Carolus Siegfridus S. R. I. Comes in Kœnigsegg & Rotenfels, Liber Baro de Aulendorff, Dominus in Stauffen, Ebenvveiler & Wald. &c. Dn. ac Mœcenas meus gratiosissimus. Nec minus inde Judicium Provinciale Sueviæ quoque viventibus ac florentibus adhucdum his Sueviæ Ducibus exercitum fuisse, apud omnes in confesso est, & testantur de eodem Acta, quod anno 1240. jam suum habuerit vigorem, antequam Conradinus ultimus Sueviæ Dux, Conradi IV. Imp. filius Friderici II. Imp. nepos, lucem vitalem aspexit, natus quippe 1252. in quo Sueviæ Duces defierunt, per infelicem & tragicum illius exitum, dum ipse ceu legitimus Pa-

tris sui Conradi IV. Imp. hæres Regnorum Siciliæ & Neapolis ac Hierosolymorum, Franconiæ insuper & Sueviæ simul Dux, avita ac paterna illa Regna injuste a Carolo Andium Duce sibi prærepta recuperaturus, cum selectis copiis in Italiam movit, a Carolo victus atque captus, una cum fido utriusque fortunæ Comite, Friderico Austriæ Styriæque Duce, ad ensem condemnatus, ac manu carnificis $\frac{\text{28 Oct.}}{\text{7. Nov.}}$ 1269. publice Neapoli capite truncatus est. Post cujus mortem Ducatus Sueviæ & totum Hohenstauffiorum patrimonium, in quo tunc & Ducatus Franconiæ, ut dictum, continebatur, durantibus interregni magni in Germania turbis, in multas partes distractum ac dilaceratum, unde vicini Principes & Comites creverunt & possessionibus aucti sunt, oppida quoque ejus Regionis & Orientalis Franconiæ complura ad dignitatem Imperii Civium evecta pristinam conditionem mutarunt. Ordinem Equestrem quoque hac occasione utroque in Ducatu se extulisse & immedietatem atque libertatem nactum esse multi tradunt, ut Besold. de *Ord. Equestri. n. 8.* Limn. *Lib. 6. Cap. 3. n. 56.* Speidel. *in Observ. voc.* Frey Reichs Ritterschafft *p.m. 328. seq.* Maurit. *ad Capit. Leop. art. 3.* Datt. *de Pac. Publ. Lib. 2. c. 3. n. 1.* quibus tamen contradicunt generos. Reinhard a Gemmingen ap. Burgmeister *in Bibliotb. Equestr. Tom. 1. pag. 558. seqq.* Caspar a Lerch. *P. 1. n. 7. 8. 9. 91. 93.* & pass *in d. Bibliotb. Equestr. d. Tomo 1.* Knipschild. *de Jurib. Nobil. L. 1. C. 8. n. 74. seq.* & alii. Etsi autem a Rudolpho Habspurgico pro diutnrno interregno finiendo an. 1273. in Imp. electo, secundo ejusdem filio Rudolpho Imperio adapertum Ducatum Sueviæ cum Statuum Imperii consensu anno 1282. collatum, ipsumque de eodem investitum esse referat Gerard. de Roo *Annal. Austr. Lib. 1. p. 34.* Sigism. a Bürcken *Lib. 1. C. 13. p. 113. seq.* minime tamen existimandum est, Ducatum Sueviæ ea amplitudine ipsi obvenisse, qua Gens Hohenstauffia eum rexerat, cum indubium sit, eundem durante infelici interregno in varias partes *discerptum* esse, quod inprimis confirmat Zeilerus in *Topograpb. Sueviæ p. 150.* hisce formalibus: Obgedachten Kayser Conrado IV. hat sein einiger Sohn/ auch Conradus, und von den Welschen/ wegen seiner Jugend/ Conradinus genandt der letzte Hertzog in Schwaben Anno 1253. succedirt/ welcher als er sich Anno 1267. nacher Italien rüstete/ alles was er in Teutschland gehabt/ entweder gantz oder gar verkaufft/ oder versetzt/ und verpfändet hat. Und da ihm zu Neaples den 28. Octobr. 1269. das Haupt abgeschlagen worden/ und also er ohne Leibes-Erben dahin gangen/ und kein Fürst von Schwaben mehr übrig gewesen/ so ward dieses ledig Fürstenthumb in viel unterschiedliche Theil zerzogen. Und ob gleich Graff Rudolph von Habspurg/ als er hernach Römischer König ward/ das Hertzogthum Schwaben seinem Sohn Rudolphen verliehen/ so ist doch solches nicht mehr/ wie zuvor/ gantz gewesen/ dann viel/ ja der mehrer Theil seiner Glieder durch Kauff/ Versetzungen/ und in mancherley andere Wege/ zum Theil in die Freyheit/ zum Theil unter andere Herrschafften schon allbereit gerathen war. Was von Rhätischen Landen bißher dem Hertzogthum Schwaben zugehört hat/ ist dieser Zeit von selbigem auch ledig worden. Quid vel quantum ergo nomine Ducatus Sueviæ, vel quas ejus reliquias Rudolphus junior a Patre feudi jure acceperit, definire non licet, ob nunquam visas investituræ literas; num nimirum sub his etiam nominatim Præfectura seu Landvogteja Suevia cum his ab ea dependentibus Judiciis Provincialibus Sueviæ comprehensa fuerit vel non? Quanquam valde probabile sit, ipsum de hac Præfectura Sueviæ una cum Judicio Provinciali inde dependente investitum esse, cum Præfectura seu Landvogteja ista comprehenderit antiqui Ducatus Sueviæ in tot partes discerpti reliquias, quas Rudolphus junior ab Imperio feudi jure recognoscendas a Patre acce-

accepit, ut tradit Author Actorum Lindaviensium pag. 199, Et licet Rudolphi junioris filius posthumus Johannes ob parricidium & crimen læsæ Majestatis, Patruum suum Albertum I. Imp. anno 1308. occidendo, patratum, bonis ac feudis his omnibus ab Henrico VII. Imp. privatus sit, simulque sine liberis anno 1313. decesserit, attamen Alberti I. Imp. filii, Patrueles illius, ab eodem Imperatore feuda amissa recuperarunt, & ex iis Albertus II. Austriacæ stirpis propagator illa in posteros suos transmisit. Nam in divisione avitarum ac paternarum ditionum inter Alberti II. tres filios Rudolphum III. Albertum III. & Leopoldum II. anno 1362. facta, hunc ultimum die Herrschafften in Schwaben / Elsaß und Helvetien accepisse, diserte scribit Sigismund von Bürcken *lib. 3. c. 8. pag. 340. 347.* & in facta an. 1406. inter Leopoldi II. Probi cognominati, quatuor superstites filios fraterna ditionum divisione, Fridericus III. nactus est Comitatum Tyrolensem cum Suevia, Burgovia, qui licet propterea, quod Johannem XXIII. (al. XXII. al. XXIV.) Pontificem Concilii Constantiensis decreto depositum clam subduxisset, ab Imperatore Sigismundo proscriptus & ditionibus suis mulctatus, ope tamen Ducis Bavariæ & Burggravii Norinbergensis mox iterum Cæsaris iram pacavit, & banno relaxato ditiones suas recuperavit. A quo vero Imperatore Landvogtheja illa Sueviæ primum constituta & a quo connexum ei Judicium Provinciale Cæsareum Sueviæ sit institutum, ex defectu Historiæ certo non licet definire. Probabile quidem est, id factum esse Seculo XII. quibus temporibus Imperatores ex Familiis Ducum Franconiæ Orientalis & Ducum Sueviæ potissimum electi rerum potiti, sed certum Authorem designare haud audemus. Quamvis enim Andreas Knichen *de Jure territorii cap. 4. n. 483.* Henricum Imp. intelligit autem procul dubio hujus nominis VI. Friderici I. Imp. filium, qui Dux Sueviæ etiam fuit, ex Hohenstaufsiorum familia, authorem esse dicat, & in ejus rei fidem alleget Thomam Lyrerum *in pervetusto suo anno 1486. impresso Chronico Sueviæ fol. 73.* quam levis tamen authoritatis, fideique sit hic scriptor, videre licet ex Authore actor. Lindav. *lit. aaa. fol. 611. seqq.* Et certum est, jam ante ætatem Henrici VI. Præfecturam vel Landvogthejam Sueviæ in vigore fuisse, verisimile ergo est & Judicium Provinciale Cæsareum jam ante ejus tempora exstitisse, exercitumque esse, cum ab illa dependeat, malumus ergo originem in dubio relinquere, quam certum authorem sine vera fide Historica designando errare.

§. V. Quo autem titulo tam Landvogtheja, quam Judicium hoc Provinciale Sueviæ ad Serenissimam Domum Austriacam pervenerit, hodieque illa hæc possideat, an titulo Cæsareæ investituræ feudalis, vel Oppignorationis Imperialis, vel utroque? de eo maxima à longinquis temporibus agitata lis est, inter Serenifs. Archi-Duces Austriæ & Status Circuli Suevici. Illi se utroque titulo niti asserunt, imo & tertium immemorialis possessionis addunt, & geminatam quidem Oppignorationem Imperialem urgent, nempe primo à Wenceslao Imp. anno 1379. Leopoldo Alberti II. filio 40000. flor. factam, (cujus Instrumentum reperitur ap. Sigism. von Bürcken *l. 3. c. 10. p. 359.* & Lunig. im R. A. *Part. Special. Part. 1. pag. 768.*) specialiter a Carolo V. 9. Sept. 1530. & à Maximiliano II. d. 28. Nov. 1571. confirmatam, & secundam ex Friderici III. Imperatoris Alberto VI. anno 1452. postea anno 1464. Sigismundo Archi-Ducibus Austriæ data licentia, interea a Sigismundo Imp. anno 1415. ab Austriacis redemptam, & Dominis nunc S. R. I. Comitibus, Truchsessiis de Waldpurg (quorum familia antiquitate & rerum gestarum magnitudine Illustris, insignibus suis prærogativis jus Serenifs. Electoris Bavariæ Vicarium, in obeunde munere Archi-Dapiferatus, per Seniorem ex Linea Wolfeggensi & Zeilensi, agendi, adnumerat) pro 6000. flor. quæ summa tamen in 13200. fl. excrevit, iterum

oppig-

oppignoratam Landvogthejam Suevicam ab ipsis Truchseffiis redimendi, atque actu a modo dicto Sigismundo Austriaco anno 1473. persolutione 13200. flor. factam reluitionem, quam summam Austriaci dicunt postea a Carolo V. cum Electorum consensu auctam 3100. fl. Baukosten/ iisque 15300. flor. accessisse ulterius 197480. flor. quos Rex Rom. Ferdinandus I. & Imperium supremo Imperii Campi Mareschallo Electori Brandenburgico debuerit, & cum consensu Electorum auff die Pfand-Schillinge der Land-Vogtey Schwaben/ Hagenau/ und Ortenau geschlagen worden/ ut constat ex Diplomatibus Caroli V. & Electorum sub *Num. 15. 16. & 17.* adjunctis der entgegen gestellten Erinnerung 2c. supra Th. praeced. 4. allegatae. Contra vero Status Circuli Suevici in dubium vocant, imo negant titulum investiturae feudalis, & validitatem oppignorationis a Wenceslao factae, tantumque admittunt oppignorationem seu potius reluitionem Ladvogtejae, Truchseffiis de Waldburg oppignoratae, ex permissione Friderici III. Imp. ab iis anno 1473. factam. Nostrum non est tantum componere litem, sed sufficiat nobis allegasse Gravamina, Protestationes & Reprotestationes utriusque partis apud Goldastum in Politischen Reichs-Händeln *Part. 25. sub Num. III.* & deductiones *th. 4.* allegatas, ex quibus partis utriusque rationes cuilibet explorare, ac libera mente librare atque expendere licet.

§. VI. Porro monendum nobis hic venit, Praefecturam seu Landvogtejam Sueviae die Land-Vogtey in Ober- und Nieder-Schwaben designare certum territorium seu certum terrae districtum in Circulo Suevico prope Civitatem Imperialem Ravenspurgum in Algoja ad Schussium amnem in valle peramoena sitam, ac Pagum dem Marck-Flecken Altorff/ quae sub se comprehendit aliquot vicos & pagos, nec non monasterium Virginum Lövventhal, in quo districtu a Serenissima Domo Austriaca constitutus Praefectus, des Durchlauchtigsten Hauses Oesterreich Land-Vogt in Ober- und Nieder-Schwaben/ qui sedem suam quondam in arce vel burgo Civitatis Ravenspurgensis, in Monte Urbi finitimo, qui sancto Vito sacer est, habuit, arce vero ista combusta, nunc vel Altorffii, ubi Archivum hujus Praefecturae asservatur, vel alibi, ubi libet, residet, cum adjunctis suis Officialibus, nempe dem Land-Vogtey Verwalter/ quo munere hodie cum laude fungitur Consultissimus Dn. de Setelin, Patritius Biberacensis, Patronus honoratiss. dem Land-Schreiber und Land-Waibel/ omnia Superioritatis territorialis Jura & omnimodam Jurisdictionem in Serenifs. Domui Austriacae & ejus nomine sibi quoque ob commissum Officium specialiter devinctos subditos, incolas & homines exercet. A qua tamen Superioritate territoriali Austriacorum nomine a Praefecto exercenda omnino exempti sunt, nec illam ullatenus agnoscunt Imperii Status vicini in Suevia, nec ipsa Serenifs. Domus Austriaca sibi eam arrogat. Ipsum autem Judicium Provinciale Caesareum Sueviae, das Kayserliche Land-Gericht in Ober- und Nieder-Schwaben jurisdictionem suam longe lateque per totam fere Sueviam, quousque se ejus extendit districtus in Ordinatione Judicii determinatus, hactenus ipso facto quotidie, in omnes specialiter per Privilegium non exemptos Status, aliaque illustria Membra Imperio immediate subjecta non minus, quam horum subditos exercet. Sicque Praefecturae illius Jura longe arctioribus limitibus ac cancellis inclusa, quam Judicii Provincialis jurisdictio, utpote quae non angustae Praefecturae ambitu conclusa & coarctata, sed laxius per universum fere Circulum Suevicum protenditur, & ubique in immediatos & mediatos non exemptos exercetur, uti hoc tam Circuli Suevici Status, quam Austriaci fatentur, illi quidem hoc quodammodo incongruum censent, hi autem adaequatam & perspicuam differentiae hujus rationem & causam assignant in *praeced. th. 4.* alle-

gatis Deductionibus, nempe quod Jurisdictio Præfecturæ Provincialis ideo tam arctis hodie inclusa sit cancellis, quia Status olim sub ea comprehensi se in libertatem asseruerint; Jurisdictio vero Judicii Provincialis in antiquo suo statu permanserit, & pristinos suos limites retinuerit. Imo & hoc notandum, quod a sententiis Præfecturæ Provincialis Sueviæ contra illius subditos latis non liceat appellare, vel ad Aulicum vel ad Camerale aut aliud Imperii Judicium, quia hæc Præfectura Provincialis Austriacis **mit allen Nutzungen / Rechten / Gerechtigkeiten** concessa, igitur sicut in aliis suis ditionibus Ipsi jus dicunt, sine licentia appellandi ab ipsorum sententiis ad Imperii Judicia, sic & in hac ipsis ab Imp. & Imperio oppignorata Præfectura Sueviæ idem sibi ex Privilegiorum suorum claro tenore vindicant. In Judicio Provinciali Cæsareo Sueviæ se per sententiam ejus gravatos existimantibus omnino datur facultas provocandi vel appellandi ad summa Imperii Judicia, ut infra dicturi sumus.

§. VII. Quod autem Knipschild *de Jurib. Nobil. lib. 3. c. 24. n. 79.* vult, alio titulo Landvogtejam Sueviæ, alio Judicium Provinciale Cæsareum Domui Austriacæ obvenisse, vix concedi poterit. Etsi enim lubentes largiamur, Præfecturam Provincialem & Judicium Provinciale Sueviæ non plane unum idemque esse, cum nosmet ipsi notabiles quasdam utriusque differentias in proxime præcedenti thesi 6. notaverimus; diversis tamen titulis, diversisque temporibus ea Austriacis acquisita esse, ut asserit Knipschild *d. l.* Præfecturam nempe seu Præsidiatum Sueviæ **die Land-Vogtey in Schwaben** ab Imperatore Wenceslao Archi-Duces Austriæ emisisse cum pacto de retrovendendo anno 1379. Judicium Provinciale vero postea a Truchsessiis de Waldpurg per oppignorationem seu per contractum pignoratitium ad Familiam Austriacam pervenisse modo anno 1473. inter quos contractus magna utique sit differentia, & inter hujus & illius acquisitionem intercedere intervallum temporis fere centum annorum, concedere haud possumus, sed cum Præfectura simul Judicium Provinciale uno eodemque titulo & tempore ad Austriacos transiisse existimamus, cum hoc nil aliud sit, quam Præsidiatus alicujus Imperii seu Præfecturæ talis Provincialis Judicium, teste ipso Knipschildio *cit. cap. 24. n. 1.* adeoque ab illa dependeat, illi hinc semper annexum fuerit, uti non id quoque tantum constanter asserit Serenifs. Domus Austriaca, sed agnoscunt etiam Status Circuli Suevici passim in supra allegatis suis Deductionibus. Dicimus igitur competere utrumque probabiliter Inclytæ Familiæ Austriacæ primo ex investitura feudali Cæsarea a Rudolpho I. Imperatore filio suo Rudolpho concessa, in Rudolphi I. Imp. posteris ab aliis Impp. continuata, deinde hunc titulum magis firmatum per Oppignorationem Imperialem, cujus conjecturam capimus ex Diplomate Caroli IV. Imp. de anno 1373. quo ipse Alberto III. & Leopoldo II. Ducibus Austriæ hoc dedit Privilegium; quod per sententiam Judicii Provincialis Sueviæ vel Alsatiæ banno notatus non debeat a banno per Cæsaris Judicium Aulicum absolvi, priusquam ei bannum relaxatum fuerit ab ipso illorum Judicio Provinciali, quod reum banno notavit. vid. Adjunct. sub N. 3. **der entgegen gestellten Erinnerung.** Ex quo quippe Caroli IV. Privilegio patet, Duces Austriæ ante oppignorationem a Wenceslao anno 1379. factam hæc Judicia Provincialia Sueviæ jam habuisse & exercuisse sub Carolo IV. anno 1373. non constat autem de alio, quam infeudationis Imperialis titulo, quo ea tunc habuerint, cui postea oppignorationis Imperialis titulus supervenit.

§. VIII. Diximus supra Judicium Provinciale Cæsareum Sueviæ exerceri in tribus Civitatibus Imperialibus **Ravenspurg / Wangen** & **Ißny /** nec non Oppido vel Pago **Altorff.** Ex his locis **Ravenspurg** est Civitas Imperialis

lis mixtæ religionis, in qua utriusque tam Catholicæ religionis quam Augustanæ Confessionis exercitium publicum publica autoritate stabilitum viget, omniaque munera publica inter cives utriusque religionis æqualiter distribuuntur. Instrum. Pac. Westph. *art. V. §. 3. & 29.* Wangen ad amnem Argen sita Catholicæ religioni, Isni vero contra Augustanæ Confessioni addicta, in qua tamen est Monasterium S. Georgii a Comitibus de Veringen exstructum Ordinis S. Benedicti, cujus Abbas votum & sessionem habet inter Abbates Scamni Suevici in Comitiis Imperii, novissimoque Recessui Imp. *de anno 1654.* subscripsit, licet ipsi gravis mota sit controversia de Exemptione ab Illustrissimis Comitibus Truchsessiis de Waldpurg, S. R. G. Imp. Dapiferis hæreditariis, ut ex scriptis utrinque editis constat. Abbatiæ hodie præest Reverendissimus & Amplissimus Dn. Alphonsus Postulatus anno 1701. ex Monasterio libero & Imperiali Weingartensi. Oppidum Altorff non procul a Ravenspurgo & Schussio amne situm, in quo antiquitus Patria, natale solum & avita sedes Principum Comitum Altorffensium fuit, nunc Serenissimæ Domui Austriacæ paret, sedemque præbet Judici ac Judicio Provinciali, & communiter confunditur cum Abbatia & Cœnobio Weingarten, dum illud in Capitulatione Imp. Leopoldi *art. 18.* Josephi *art. 17.* & Caroli VI. *art. 18.* vocatur das Weingardtische Land-Gericht/ & a Dd. qui aliquid de hoc nostro Judicio Provinciali commentantur, communiter dicitur, exerceri Judicium hoc in Civitatibus Imperialibus Ravenspurg/ Wangen & Ißni nec non Pago Altorff/ genandt Weingardten/ cum tamen Altorff & Weingardten sint loca plane distincta. Nam Altorff pagus est, ist ein Marckflecken Imperio & Jurisdictioni Domus Austriacæ subjectus, ubi ordinarie Præfectus Landvogtejæ Sueviæ der Land-Vogt in Ober-und Nider-Schwaben / aut ad minimum ejus Vicarius der Land-Vogtey Verwalter & cæteri Præfecturæ Officiales, nec non Judex Provincialis der Land-Richter degunt, Archivum itidem tam Præfecturæ quam Judicii asservatur. Weingarten vero est pulcherrimum & amplissimum Ordinis Benedictini Cœnobium Imperiale, Diœceseos Constantiensis, omnium Guelphorum Principum, & Comitum de Kœnigsegg magnifica Sepultura clarum, in medio fere pagi Altorff situm, quod ex arce Principali in Domum Dei conversum, Pietatisque & Literarum Gymnasium esse cœpit ævo Caroli M. de quo vid. Bruschius *in Chronologia Monaster. German. fol. m. 568. seqq.* ubi & de huic Cœnobio incorporata Præpositura seu cella S. Pantaleonis in Hoffen infrà Buchornam Civitatem Imperialem ad Lacum Acronium sita, Monialium olim Benedictinarum Cœnobio, nec non de Monasterio Lœvventhal seu Liebental agit. Add. Gabriel Bucelinus Ordin. S. Benedicti Monachus Theologus in Imp. Monasterio Weingartensi professus, Prior S. Joh. Baptistæ in oppido Rhætiæ superæ Veldtkirchensi, Historicus suo tempore Celeberrimus, de sacro monastico ordine strenue promeritus, qui nativam hanc religiosæ professionis suæ domum, seu dives & magnificum Weingartense Monasterium secundum antiquas Origines suas nobis latius descriptum reliquit in *Germania sua sacra Part. 2. fol. 92.* (cujus opulentiam, fructuumque ex ejus possessionibus redeuntium ubertatem colligere licet ex eo, quod proximo seculo duo insignia prædia emptionis titulo sibi comparaverit, nempe Commendam Ordinis Johannitici in oppido Veldkirch ab Ordine Melitensi 60000. flor. & Dynastiam Blumeneck a Rudolpho Comite de Sulz 150000. flor.) Cui descriptioni suæ subjungit Bucelinus catalogum Abbatum usque ad Dominicum Layman de Liebenavv, qui novissimo Recessui Imp. subscripsit. Hodie præest præpotenti huic & plurimis insignibus privilegiis dotato Monasterio Reverendissimus & Amplissimus S. R. G. Imp. Abbas Sebastianus Hillerus, Dn. ac Mœcenas meus gratiosissimus, Collegii Abbatum Suevicorum Director, & Deputatus Imperii Ordinarius ad Conven-

tus Deputatorum Imp. semper evocandus, de cujus pietate, religione & singularibus in Monasterium suum, Sueviam & Rempublicam literariam meritis, vel me tacente, loquetur magnificentissime exstructum Templum, & per tot annos prudentissime gestum S. R. G. Imp. Abbatis & Directoris munus, nec non ad instar Licæi redactum Studium Weingartense.

§. IX. Quoties in anno Judicium hoc exercendum, aut quomodo Judicis auxilio indigentibus hoc intimandum, & significandum, ut de eo certiores fiant & in omnium notitiam perveniat, quando ejus copiam habere possint, traditur in *Ordinat. Judic. Provinc. part. 2. tit. 1.* Celebratur autem designatis Juridicis Judicium, ita, ut inchoetur in via publica, hora 12, post prandium (ante prandium tamen Procuratores præsentibus duobus Assessoribus suos Recessus ad Protocollum dictent) *d. Ordin. I. P. p. 2. tit. 2.* ibi: **Wann ein Land-Richter das Land-Gericht besitzt / so soll dessen Anfang an offener Land-Straß unter dem Himmel ungefähr um 12. Uhr im Tag beschehen.** Quod hodienum adhuc observari testatur Schneider *in Processi. huj. Judic. tit. 2. n. 1.* ubi notat, quod haud procul a Curia Judex cum suis Assessoribus, quorum sex ad minimum adesse debeant, publice in Scamno considat, & ipse vel ejus Vicarius Nunciorum Supremo **dem Land-Gerichts Ober-Botten** vulgo **dem Gefäll Einzieher** quæstionem proponat: An facta præteriti Judicii publica proclamatione legitimum tempus sit Judicium Provinciale Sueviæ celebrandi, judicandique, prout Juris sit? prout hoc cautum *d. Ordin. p. 2. t. 2.* Quo facto, & prælectis a nunciorum Supremo querelis primis, **nach gelesenen ersten Klagen /** Judex cum Assessoribus se conferat in Curiam, ibi partium acta & actitata ventilentur, prævia consultatione decidantur, & sententiæ tam interlocutoriæ, quam definitivæ, convocatis Procuratoribus & partibus publice in omnium præsentia publicentur, ut patet ex *Ordin. Judic. Prov. p. 2. tit. 2.* Schneider *d. l.*

§. X. Si quis ad hoc Judicium fuerit citatus, & cum sua responsione, durante Judicio, non comparuerit pro contumace habetur & publico banno contumaciæ feritur, uti hoc eum formalitatibus suis describit Schneider *Class. 1. tit. 2. n. 4. 5. & d. cl. 1. tit. 21. n. 45.* Banniti in hoc Judicio persoluta banni taxa & præstita actori satisfactione a pœna banni liberantur *Ord. Juc. Prov. p. 2. tit. 8. vers.* **Wann aber &c.** & *tit. 9.* **Ein jeder.** Schneider *d. tit. 21. n. 52.* Si quis ultra annum & diem in banno perseveret, Censura Ecclesiastica notatur. *O. I. P. p. 2. tit.* 10. Poteftque Judex Ecclesiasticus secularem & contra secularis Ecclesiasticum pro executione sententiæ invocare. *O. I. P. p. 2. tit. 11.* Schneider *d. tit. 21. n. 62.*

§. XI. Jus in hoc Judicio Provinciali respiciendum & attendendum potissimum est illius Ordinatio præscribens modum res controversas in foro Provinciali disceptandi. Hæc est species Juris scripti, Constitutio nempe Sac. Cæs. Majestatis de personis, Jurisdictione & processu Judicii Provincialis peculiariter promulgata, **des freyen Kayserlichen Land-Gerichts in Obern- und Niedern Schwaben Ordnung /** quam Ferdinandus I. Imp. anno 1562. confici jussit & promulgavit, Maximilianus revidit, emendavit & auctam confirmavit, quæ Oeniponti typis impressa est an. 1618. ut ex proœmio patet. Ad Juris scripti hic attendendi species pertinent porro Recessus Imperii, Aurea Bulla, Capitulationes Cæsareæ, Reformationes Politicæ, Constitutiones de pace prophana & de Pace Religiosa, Pacificatio Westphalica, Jus Commune Cæsareum Justinianæum, **das gemeine beschriebene Kayserliche Recht /** quod in vim Juris com-

munis

munis tacito Imperatoris & Statuum Imperii consensu seculo decimo quarto in Germania receptum, a Judice & Assessoribus inclyti hujus Judicii tam in decidendis causis, quam decernendis Processibus jugiter observandum. Schneider *cl. 1. tit. 2. n. 22. 34. 42. 45.* Refert idem huc etiam Privilegia Statuum *n. 46.* Ubi vero Jus scriptum deficit, Judicium Provinciale in causarum eo delatarum disceptatione ac definitione ad exemplum Cameræ Imp. recte recurrit ad Jus nonscriptum, sequendo stylum Curiæ, observando consuetudinem, & attendendo observantiam. *O. I. P. p. 2. tit. 9. §.* **Wann uns auch** *& tit. 12.* Schneider *d. tit. 2. n. 69. seqq.* Blum. *in Proc. Cam. tit. 2. n. 19. seqq.*

§. XII. Quis in competentibus cuique Juris remediis in Judicium hoc Provinciale deductis legitime prosequendis ordo sit servandus, ut quisque quod sibi debetur, vel quod suum est, consequatur & obtineat, seu modum procedendi in causis ad illud delatis pro consequenda justitia & jure suo, satis clare definit ipsamet Ordinatio Judicii Provincialis, in qua præscriptus Processus ad felicius impetrandam finem, longe facilior & brevioris expeditionis esse creditur quam aliorum Dicasteriorum Processus. Respicit ille *vel rem controversam,* quæ ut plurimum est de facto, non de jure, ceu quod certum & finitum esse dicitur in *l. 2. ff. de jur. & facti ignor.* Cæsar Argylus *de legit. contradict. q. 2. n. 189.* nisi quatenus vel a prævio facto causatur & jus facto accommodandum est, vel rebus ipsis seu factis inducitur. Sic enim consuetudo materialiter considerata cum facti sit. *l. 32. ff. de LL. §. 8. Inst. de I. N. G. & Civ.* aliquando, si nimirum negetur, probatione indiget *c. 1. de Constit. in 6.* vid. Gail. *2. O. 31. n. 15. seq. vel Personas Judicium constituentes.* Hæ sunt vel principales vel minus principales. Principales sine quibus Judicium consistere non potest, tunc Judex, Actor & Reus *c. 10. X. de V. S.* Judex Judicii nostri Provincialis Sueviæ est caput, ejusdem negotia in eo expedienda dirigens, finemque sua sententia controversiis agitatis imponens, vocatur **ein frey Kayserlicher Land-Richter in Ober- und Nieder Schwaben auff Leutkircher Heyde und in der Gepürß.** Constituitur ab Archi-Ducali Domo Austriaca. Schneider *cl. 1. tit. 3. §. 13.* Knipsch. *de Jur. Nob. l. 3. c. 24. n. 7.* Cui & juramentum præstat, cujus formula extat in *O. I. P. cl. 1. t. 4.* Exercet ipse Jurisdictionem nomine Cæsaris & Archi-Ducum Austriæ. vid. formulæ in *O. I. P. pag. 77. 84. 86. 96.* & passim, ubi semper **Jch N. von Gewalt und Gnaden Röm. Kayserlichen Majestät und Fürstlichen Durchleucht als Ertz-Hertzog zu Oesterreich.** De Ejusdem Officio vid. *O. I. P. cl. 1. tit. 4.* Schneider *tit. 4.* Si infirmitate vel alio impedimento detineatur, ut præesse ipse nequeat, ejus officium interim sustinet **der Land-Vogtey Land-Schreiber/** illo etiam impedito, Civitatum Consules & Oppidi **Altorff** Ammannus, (uti hi in nupera vacantia muneris hujus per 7. circiter menses vices judicis gesserunt, quia **der Land-Vogtey-Schreiber** etiam mortuus erat) vel unus ex Assessoribus vices ejus explet, debent tamen vices ejus subituri vinculo Juramenti Archi-Ducibus Austriæ specialiter devincti esse *O. I. P. cl. 1. tit. 3.* Schneider *tit. 3. n. 16.* Et hic Judex delegatus vices Ordinarii ad interim gerens **des Land-Gerichts Statthalter** vocatur, circa quem notandum, quod in Civitate Ravenspurgensi in officio hoc alternetur, ita ut loco demortui Catholici Judicis Provincialis delegati Augustanæ Confessioni addictus substituatur, & contra, Schneider *cl. 1. tit. 6. n. 35.* licet Judex Provincialis Ordinarius semper sit Catholicæ religionis. Schneider *d. l. n. 34.* Catalogus Judicum Provincialium ab anno 1334. usque ad annum 1615. nobis exhibetur a Jacobo Ottone **im 2. Entwurff der Ehehafften Ursprung** *pag. 26. 27.* Novissime ad munus hoc summo omnium quatuor locorum **der vier Mahlstätten** applausu promotus est Consultissimus Dn. Jacobus Christophorus Straſ-

ſer, I. U. L. antea Nobilitatis in Algoja Syndicus, Patronus meus honoratiſſimus. Non requiritur ergo in hoc Judicio, ut Judex Comes, Baro vel Nobilis ſit, multo minus delegatus der Statthalter/ ſecus ac in Judicio Rothvvilano.

§. XIII. Judici in Judicio hoc noſtro adjunguntur Aſſeſſores, non ſaltem ut conſiliis ſuis Judicem adjuvent, quod olim in Republica Romana Aſſeſſorum fuit Officium *l. 1. & t. t. C. de Aſſeſſor. & Domeſt.* ſed etiam una cum Judice Judicium inſimul conſtituant, de cauſa cognoſcant, eandemque definiant, & Juſtitiam adminiſtrent; ne unius Judicis nempe arbitrio relinquatur, quod plurium requirit vota & exactius Judicium, plures ſiquidem, uti in proverbio dicitur, oculi plus vident quam oculus. Ut hinc Aſſeſſores de authoritate Judicis participent, & tanquam membra corpus Judicii forment, indeque Beyſitzer und Urtelſprecher vocantur in *O. I. P. p. 1. tit. 3.* eamque ob cauſam æque ac Ipſemet Judex ad juriſdictionis exercitium parili ſuo modo adſtringuntur juramento *O. I. P. p. 1. tit. 5.* Præſentatio ſeu Receptio Aſſeſſorum non fit a Judice Provinciali, ſed a Conſulibus & Senatu trium Civitatum Imperialium & oppidi vel pagi Altorffenſis, ubi Judicium haberi ſolet, & quilibet quidem locus Judici, quotiescunque ibi judicium exercetur, duodecim adjungere debet Aſſeſſores. *O. I. P. tit. 5. pr.* Schneider *tit. 6. n. 3.* Knipſch. *cit. c. 24. n. 7.* Si tot docti haberi nequeunt, etiam ex plebejo ordine ſumi poſſunt, modo ſint bonæ famæ, nec parti uni conſanguinitate vel affinitate conjuncti, aut alias ſuſpecti, contra hos enim excipere licet *d. tit. 5. in fin.* Schneider *d. t. 6. n. 5. 6. 63.* Civitas Ravenſpurgenſis, quia mixtæ religionis, dat numero pares Aſſeſſores ex utraque religione, reliqua loca ſuæ religioni addictos. Schneider *tit. 6. n. 33. ſeq.* Aſſeſſores libera ſua habent vota, & majoribus regulariter ſtandum. *O. I. P. p. 1. tit. 5. §. ult.* junct. *tit. 4. pr. in fin.* ubi limitatur. Salarium eorum exiguum eſt *O. I. P. p. 1. t. 5. v.* Dieſe obbenandte.

§. XIV. Cum autem in Judice præter habilitatem & integritatem imprimis ſpectanda ſit ejusdem competentia, ut nimirum habeat illam juriſdictionis ſpeciem, ad quam cauſa controverſa pertinet, quia ex defectu juriſdictionis & competentiæ Judicis oritur nullitas inſanabilis. Rec. Imp. *de anno 1654. §. 122.* Mev. *p. 1. dec. 100. n. 4.* quæ a Pragmaticis nullitas nullitatum & lepra inſanabilis dicitur. Stryck *Diſp. de facto Judicis de fact. cap. 3. n. 2. vol. 3.* paucis adhuc nobis conſideranda venit Judicii hujus jurisdictio, quæ eſt poteſtas in certa circumſcripta parte Sueviæ non tantum res contentioſas diſceptandi, ſententiaque definiendi, ſed etiam actus voluntariæ juriſdictionis expediendi, Archi-Ducibus Auſtriæ ab Imperatore & Imperio conceſſa, quam ipſi per hoc Collegium ſeu conſtitutum judicem, eique adjunctos Aſſeſſores exercent. Ex qua deſcriptione patet, I. hujus judicii juriſdictionem non univerſalem eſſe, ſe per totum Imperium, ſed particularem, ſe ſaltem per certam Sueviæ partem ſeu diſtrictum in Ord. Judicii Provincialis deſignatum extendentem, uti conſtat ex *part. ej. 1. tit. 1.* qui ſequentis tenoris: Beſchreibung des Land-Gerichts in Schwaben uhralten Gezircks / auch wie weit ſich deſſelben jurisdiction und mitlauffender Gerichts-Zwang erſtreckt. Es richtet nemlich das Land-Gericht über die Donau biß an das Würtenberg und biß an den Lech/ dem Lech nach hinauff gen Reutti an die Brucken/ darnach hinüber auff Tanheim/ auff die grauen Pündt/ zu anfang des Schweitzerlandes/ folgends gen Coſtantz/ auch herüber auff Stockach/ und von dannen ſo weit ſich der Gezirck des Schwabenlandes erſtreckt. Und hat der Land-Richter einen mitlauffenden Gerichts-Zwang und jurisdiction, auch in Krafft deſſelben

den den eingesässenen Ständen / wie bey andern Kayserlichen Land-Gerichten Herkommen und gebräuchig / zu gebieten und verbieten. Non tantum in causis civilibus, sed etiam in criminalibus competentem, vi *O. I. P. p. 1. tit. 8. p. 26. & p. 2. tit. 8. §. item* Wo jemand *seq. pag. 59.* An ergo & de crimine fractæ Pacis publicæ Judicium hoc cognoscere possit? quæritur. Et licet videri posset, quod non, quia declaratio in bannum Imperii die Reichs Acht/ quæ ejus est pœna, nonnisi ab Imperatore qua tali, vel a Camera Imperiali, vel Judicio Aulico, & quidem hodie nonnisi prævio omnium Statuum Imp. consensu Comitiali, fieri potest, vi Capitulationis moderni Augustissimi Imperatoris CAROLI VI. *art. 20.* Verior tamen est affirmativa, quia pœna hujus delicti non est sola declaratio in bannum Imperii, sed variæ illius sunt pœnæ. vid. Blum. *in Procefs. Cam. tit. 29. n. 103. seqq. ibique Deckher in Vindic.* & agi deinde etiam potest ad restitutionem bonorum ablatorum, & refectionem damni. Utut ergo non ad pœnam banni Imperialis, attamen ad aliam pœnam vel juris communis, vel Constitutionis Friderici III. vel etiam Constitutionis Maximilianeæ pœnam pecuniariam, vel ad restitutionem ablatorum bonorum, aut damni restitutionem, ob hoc crimen hic agere licebit, maxime cum actoris læsi arbitrio relictum sit, an Cameram vel Judicium Aulicum vel Judicem loci ordinarium, cum quo hoc nostrum concurrit, adire velit. Kayserlicher Land-Fried *de anno 1548. art. 14. §. 1. & ult.* Concept. Ordin. Cam. *p. 2. tit. 11. §. pen. & ult.* Confer. Carpzov. *ad Leg. Reg. German. c. 9. Sect. 10. n. 21. & in Pr. Crim. q. 36. n. 5.* II. In districtu Judicio huic pro exercenda jurisdictione assignato illud, ut modo dictum, concurrit cum Statibus Circuli Suevici specialiter non privilegiatis, & in omnes in eo comprehensas personas, (veras vel mysticas) ac causas quascunque competentem habet & exercet jurisdictionem, adeoque præventioni locus est. *O. I. P. p. 1. tit. 1. & p. 2. tit. 4. §.* Und dieweil *x.* Schneider *cl. 1. tit. 3. n. 15.* Causæ tamen minores, quarum valor infra florenum est, ibidem non recipiuntur, nisi actori justitia fuerit denegata, vel in judicio ordinario majores sumptus, quam in hoc, sint impendendi, vel si judicii hujus casus reservatos Ehehafftinen/ jurisdictionem, regalia, servitutes vel similia Jura concernant, hæ enim, licet valor earum florenum non excedat, nihilominus recipiendæ *O. I. P. p. 1. tit. 2.* III. Inde colligitur, Judicium hoc Provinciale non tantum habere Jurisdictionem contentiosam, sed etiam voluntariam, eamque in actibus voluntariæ jurisdictionis ita exercere, ut etiam avocari nequeant. *O. I. P. p. 2. tit. 7. & p. 3. tit. 13.* perinde ut Rothvvilanum, quod in eo a Camera Imperiali discrepare asserit Joh. Georg von Zimmern *de Judic. Rotbvvil. part. 2. quodlib. 1. pag. 81.* & Becker *in Synops. Jur. Publ. l. 2. c. 4. p. 8.* quod ea duntaxat, quæ sunt contentiosæ Jurisdictionis, non item quæ voluntariæ Jurisdictionis, exerceat. Cujus tamen contrarium praxis & experientia quotidiana testatur, quod utique in duobus summis Imperii Judiciis, Aulico & Camerali, etiam voluntariæ jurisdictionis causæ expediantur, teste Uffenbach *de Judic. Aulico cap. 11. in fin. pag. 110. seq.*

§. XV. Ad personas principales, sine quibus Judicium consistere haud potest, diximus præter Judicem pertinere *Actorem*, qui dicitur ab agendo, estque is, qui aliquid in Judicio petit, & prior ad illud provocat; quoad quem hic nihil est peculiare, sed admittitur omnis, qui alias de Jure communi actor esse potest, de quo vid. B. D. Lauterbach. *in Colleg. Pand. ad tit. de Judic. th. 23. seqq.* & *Reum*, qui actione pulsatur, sive a quo aliquid petitur. Reos autem fieri & conveniri in hoc Judicio posse diximus omnes, qui in districtu Judicii Provincialis Sueviæ degunt & larem fovent, contrahunt, delinquunt &c. sive mediate sive immediate Imperio sint subjecti. *O. I. P. p. 1. tit. 1.* Dissent. Knip-

Knipschild de *Jurib. Nobil. L. 3. c. 24. n. 10. seqq. Status & immediate Imperii subjectos removens*, nisi specialiter sint privilegiati vel exempti a Jurisdictione hujus Judicii. Sunt enim haud paucis Statibus & Illustribus membris Imperii contra hoc Judicium concessa Privilegia exemptionis pro se ac subditis suis, ubi si quis vel se vel subditos suos avocare velit, olim quidem moris erat, ut avocans semper Privilegium in Originali vel per copias vidimatas & novissimam Confirmationem cum literis avocatoriis produceret. Hodie constitutum est, ut si semel Privilegia vel originaliter vel in copiis vidimatis una cum novissima Confirmatione Judicio insinuata fuerint, ejusque Protocollo inserta, non opus sit ea ulterius producere, sed sufficiat illa in literis avocatoriis allegare. *O. I. P. p. 2. tit. 4.* Inter Privilegiatos eminent Electores Bavariæ ratione Mundelheim & aliorum, quæ in Suevia possident, vi *Aur. Bullæ tit. 11. Capitul. Matthiæ Imp. art. 16.* Serenissimi nostri Duces Würtembergiæ per Privilegium ab Imperatore Maximiliano I. ob singularia in Imperium merita Eberhardo I. Duci Würtembergiæ in Comitiis Wormatiensibus ann. 1495. d. 20. Augusti cum consensu Procerum Imp. concessum, quod refert Limnæus *l. 5. I. P. c. 16. n. 12.* Lunig. R. A. *Part. spec. cont. 2.* **in der vierten Abtheilung 7.** Absatz *Privil. 25. pag. 814. seq.* sunt plurimi alii Status Sueviæ ab eo exempti, partim per Privilegia, partim vi Ordinationis ipsius, ut Subditi Austriaci, etiamsi aliis tanquam Dominis directis vel hypothecariis pareant *O. I. P. 2. tit. 4. pag. 52.* Non admittuntur tamen avocationes & remissiones in casibus reservatis, vulgo **Ehehafften** dictis, qui nil aliud sunt, quam causæ ab exemptionibus exceptæ, ita, ut si vel maxime quis a jurisdictione Judicii ordinarie exemptus sit, tamen illa exemptio in reservatis hisce causis non attendatur, quorum casuum reservatorum 27. recensentur in *O. I. P. p. 2. tit. 5.* quos & refert Besold. *in Thes. Pract. voc.* **Ehehafften/** ac speciali tr. explicuit Jacob Otto, D. Com. Palat. & Reip. Ulmensis Consiliarius, qui inscribitur: **Unverfänglicher** Entwurff des freyen **Kayserlichen Land**-Gerichts Ehehafften. Addantur Kayserliche Oesterreichische Declaration wegen der Ehehafften **an das Hoch**-Stifft Augspurg de anno 1516. Caroli V. Imp. Declaration **der Land-Gerichts** Ehehafften **halber** de anno 1544. **Oesterreichischer** Vertrag zwischen **dem Land**-Gericht **und dem Stifft Kempten wegen der** remission und Ehehafftinen de anno 1545. **Kaysers** Caroli V. Declaration **wegen der** Ehehafften des Adels Ehehalten/ **Handwercks und Bauersleuthe** de anno 1524. quæ extant **im** Teutschen Corpore Juris Publici & Privati Dn. Joh. Steph. **Burgermeisters/** Consil. Cæsar. & Reip. Ulm. *Part. 2. pag. 780. seqq.* Casus hos reservatos 27. Status Circuli Suev. desiderarunt reduci ad 14. coram Commissione Cæsarea Ravenspurgi habita anno 1667. ut videre est ap. laud. D. Burgermeister *d. l. pag. 812. seq.* De resolutione & postulati impetratione autem nobis nihil constat. Num autem & contra casus hos reservatos Privilegium exemptionis dari ac impetrari queat? tam circa hoc, quam Rothvvilense Judicium, quot itidem casus tales reservatos 28. habet, controvertitur. Ipsa Judicia, & qui horum partes tuentur, ut Joh. G. **von Zimmern** *p. 2. quodl. 4. pag. 135.* Uffenbach. *c. 12. Sect. 1. subs. 2. p. 153.* negativæ inhærent, quia Rothvvilense a Maximiliano I. & II. hoc nostrum Provinciale Sueviæ a Carolo V. (vid. Caroli V. Imp. Cassation **aller** Privilegien **wieder des Land-Gerichts Ehehafften** de anno 1544. ap. Burgermeisterum *d. l. p. 783.*) ita privilegiatum, ut contra casus reservatos nullum privilegium Statibus concedi queat, cum clausulis cassatoriis, derogatoriis & irritantibus privilegia ista munita sint. Cujus contrarium tamen experientia docuit. vid. Wehner *in not. ad Reform. Rothvvit. quibus præmissa sunt Privileg. Maxim. I. & II. p. 2. tit. 5. pag. 106.* ibique allegatus Meichsnerus *tom. 1. part. 1. Decis. Camer.*

Camer. 20. pag. 425. Magnif. Dn. Præses Patronus ad cineres usque devenerandus, *in Introd. ad Jus Publ. Part. Spec. Sect. 1. cap. 14. n. 5. in fin.*

§. XVI. Personæ minus Principales seu secundariæ vel Judici vel litigantibus accedunt. Judici accedunt *Secretarii*, Land-Gerichts Schreiber/ qui negotiorum in Cancellaria Judicii Provincialis expediendorum administrationi præsunt. Hi non specialiter a Judice Provinciali constituuntur, sed qui in quatuor istis locis, ubi judicium hoc exercetur, munus eines Statt-Schreibers sustinent, eo ipso etiam hoc officio funguntur. Non enim proprius Actuarius seu Protocollista recipitur, nisi negligentiæ vel Processus ignorantiæ causa. Licet autem Secretarius Cancellariæ specialiter a Judice non constituatur, tamen eidem juramentum speciale præstare tenetur intuitu hic expediendorum, de cujus Officio agit tam *O. I. P. p. 1. tit. 6.* quam Schneider *tit.* 7. *Fiscalis*, qui causas Fiscales in judicio hoc prosequitur, & ad hoc peragendum vi *O. I. P. p. 1. tit.* 7. a Judice assumi debet ex numero Procuratorum juratorum. Hodie tamen etiam alius, qui non est Procurator, in Fiscalem eligi potest, teste experientia. Officium ejus in eo potissimum consistit, ut omnes causas Fiscales in *O. I. P. p. 2. tit. 6.* enumeratas & quicqnid in detrimentum Privilegiorum Serenissimæ Domus Austriacæ, nec non despectum Judicii Provincialis perpetratum, diligenter notet. *O. I. P. p. 1. tit.* 7. ubi & formula juramenti ab ipso præstandi habetur, ac de Salario ipsi ex sportulis judicialibus solvendo disponitur. Schneider *tit. 10. Nuntii*, quorum receptio libero Judicis Provincialis arbitrio relicta est, cui quoque præstant juramentum, quo se obstringere tenentur, ex quo simul officium eorum colligi potest. Partibus litigantibus utiles operas præstant *Advocati & Procuratores*, qui inter se differunt ratione causæ efficientis, ratione subjecti, objecti, finis & effectus, de quibus allegasse sufficiat B. D. Lauterbach. *ad tit. ff. de postuland. & tit. de Procuratorib. O. I. P. p. 1. tit. 8. &* Schneider *tit. 8. & 9.*

§. XVII. Duo adhucdum brevissimis saltem, quia labor fere ultra Disputationis limites excrevit, tangenda sunt. Unum de appellationibus, an hæ a Judicio hoc Provinciali ab his, qui se per sententiam ejusdem gravatos existimant, fieri possint ad Cameram Imperialem vel Judicium aulicum Imperatoris, an ad Austriacorum supremam Curiam, quæ Oeniponti est, faciendæ? Hoc Austriacos voluisse & in Ord. Jud. Prov. *p. 3. tit. 12.* cavisse, imo & factas appellationes ad Cameram Imp. cassatas esse, constat aus der Kayserlichen Cassation Ferdinandi III. Imp. der vom Land-Gericht in Schwaben am Kayserlichen Cammer-Gericht angenommener appellation de anno 1656. ap. Burgmeist. *part. 2.* des Teutschen *Corporis Juris pag. 814.* Statibus Circuli Suevici se enixe opponentibus, & hoc quod cogi velint, ut ad Superiorem Curiam, quæ Oeniponti est, appellent, non tantum in ipsorum, sed & in Imperatoris totiusque Imperii præjudicium, ejusque summæ jurisdictionis læsionem & suppressionem fieri, querentibus; Austriacis regerentibus & protestantibus, Serenissimæ Domus Austriacæ intentionem minime esse, nec unquam fuisse, ex Statibus Sueviæ liberis immediate Imperio subjectis Landsassios facere per judicialem cognitionem & decisionem causarum ipsos concernentium in Judicio Provinciali Suevico; aliud enim esse subditum, aliud forum sortiri, satis constare, Judicium Provinciale Sueviæ esse Cæsareum Judicium, seque nomine Imperatoris jurisdictionem in illo exercere, Statuum ergo immedietatem nullum pati detrimentum, si illic conveniantur. Utriusque partis rationes latius refert Knipschild *de Jur. Nobil. p. 3. c. 24. n. 56. seqq.* Obtinuerunt autem tandem Status Sueviæ, ut Serenissimi Archi-Duces Austriæ pro connata sibi Clementia

æquitatem postulati sui agnoverint, & Sacratissimus Imp. Leopoldus Capit. sua *art. 18.* Josephus *art. 17.* Modernus Augustiss. Imper. CAROLUS VI. *art. 18.* sponte promiserint, se appellationes Statuum tam ab hoc Judicio Provinciali Sueviæ, quam Rothvvilensi Dicasterio ad Aulam Cæsaream vel Cameram Imperialem non impedituros, imo Gloriosiss. Imp. Leopoldus etiam per speciale Rescriptum ad Directores Circuli emissum anno 1670. significavit, quod quilibet Status, qui in hoc judicio egit vel conventus est, si se per latam ibi sententiam gravatum esse censeat, integra & plena gaudere debeat libertate vel ad Aulam Cæsaream vel ad Cameram appellandi. Appellatione non interposita sententia executioni mandatur, vid. *O. I. P. p. 2. t. 12. 13. & p. 3. t. 9.* Schneider *cl. 2. tit. 2.* fere per totum. Alterum, quod adhuc tangendum est, concernit abolitionem hujus æque ac Rothvvilensis Dicasterii, quam Status in Comitiis anno 1641. vi Rec. Imp. *de anno 1641. §. 93.* in tractatibus Pacis Westph. vi Instrumenti Pac. Westph. *art. V. §. 56.* in Comitiis ann. 1653. & 1667. coram Commissione Cæsarea Ravenspurgi instituta ob varios abusus, Privilegiorum exemptionis neglectum, casuum reservatorum nimiam extensionem, & plura alia Statuum Circuli Gravamina, a Dn. Burgmeistero *in Corpore Juris Part. 2. pag. 839.* exhibita, petierunt & instanter urserunt. Archi-Duces Austriæ autem sese semper opposuerunt, urgentes se possidere hoc Judicium duplici jure & titulo, feudi nimirum & pignoris. Oppignorationes autem Imperii confirmatas & irredimibiles factas esse omnium Imperatorum a Carolo V. usque ad Carolum VI. Capitulationibus *art. 3. vel 4.* Caroli VI. *art. 1.* & Instrum. Pac. Westph. *art. V. §. 26. in fin.* & neminem feudo citra commissam culpam & feloniam privari posse, abrogationem ergo hujus judicii sine læsione Jurium Domus Austriacæ fieri non posse. 2. Frustra objici subscriptionem Domus Austriacæ in Instrumento Pacis Westph. ubi meditatio abrogationis proposita factam, nam eam meditationem rejectam fuisse ad futura Comitia, in quibus rationes suas pro conservando jure suo proponere sibi reservaverit Domus Austriaca, ex pura igitur meditatione subscripta ipsam non obligari ad renunciationem sui juris. Et hic articulus latius pro & contra tractatus est in tribus illis Deductionibus, quæ supra allegatæ *in th. 4.* Stat vero hactenus Judicium hoc nostrum immotum & inconcussum in pristino suo vigore, ac implorantibus justitiam ex bono & æquo dispensat.



DISSER-

DISSERTATIO V.

DE

SUEVIÆ TRIBUNALI

S. R. I. AUSTRIACO

Dem Kayserl. Landgericht

IN QUADRURBE.

§. I.

PAtrii juris & ſermonis nomen eſt LANDVOGTEJA *(die landvogtey)* Quem enim Latini *præfectum* aut præſidem dixere, illum Germani *vogtum.* Corrupto demum judicio medii ævi ſcriptores *advocatum* verterunt, ob litterarum viciniam. Nam *vogti* nomen *judicis* eſt: *advocati* ſparta paris. Eſt igitur *landvogt* idem, quam *præſes provinciæ; landvogteja* eadem, quam præſidis provinciæ *jurisdictio* & *poteſtas, die Landvogtey.*

§. II. Licet autem, medii ævi uſu, *landvogt* idem, quam *præſes, judex, comes provincialis:* addi tamen ſolet in *Suevia* præterea *comitis* nomen, ut vulgi ſermone audiat *comes Sueviæ provincialis*, in plurium verborum complexu, *der* GRAVLANDVOGT.

§. III. Et quemadmodum comes provincialis *der* GRAVLANDVOGT poteſtatem habet: ita *jurisdictio* LANDVOGTEJÆ eſt penes peculiarem *judicem* five *prætorem*, qui in vernacula audit: *der Kayſerliche landrichter in dem Schwäbiſchen landgericht oder der Landvogtey. Primus* eſſe ſolet *perſona illuſtris*, dignitate *comitis* plurimum conſpicua *(aus dem Herrenſtand)* ſed *alteri* ſufficit, *jura* noſſe. Qui ideo eſſe etiam poteſt ex ordine civium inferiori. *Ultimus* ſententiam fert, quam *primus* exequitur manu fortiori, ab ultimo requiſitus. Cui præterea rerum aliarum ſumma demandata eſt in *Auſtriacis* Sueviæ ditionibus, idque ab *Auſtriaca domo* atque ſparta prorſus ſingulari.

§. IV. Eſt igitur SUEVIÆ LANDVOGTIA *tribunal generale provinciæ univerſæ, inſtructum jurisdictione concurrente cum judicibus ordinariis atque jure recipiendi, ab his quoque factas provocationes.* Duo nempe ſunt, quæ penes *judicem provincialem (dem Landrichter).* Unum, quod inſtar *Cæſareorum miſſorum* omnes cauſas per Sueviæ oras univerſas ſuſcipere queat, in *prima* etiam *inſtantia*, ſitque cum omnibus judiciis & magiſtratibus in rei *judiciariæ* quadam ſocietate, ut cuique parti ſit liberum, vel coram *judice provinciali* agere vel coram *magiſtratu ordinario & ſingulari:* alterum vero, quod ſi ab in-

feriori judice justitia sit negata aut protracta, tum causa ad *judicem provincialem, den landrichter* possit devolui.

§. V. Utrumque facile est ad intelligendum è CODICE LEGUM SUEVIÆ PROVINCIALIUM (*der Schwäbischen Landgerichts - Ordnung*). Nam de *concurrente jurisdictione* judicis provincialis, cum inferiori quovis judice aut magistratu, agitur in *part. II. tit. 4.* his quidem verbis: *und dieweil in diesem* LANDGERICHT, *als einem ordentlichem mitlauffendem Gerichts-Zwang* (id est concurrente jurisdictione) *gegen den andern ordentlichen Obrigkeiten die praevention und* VORGANG DER GERICHTS-UBUNGEN *statt hat: so mögen die sachen, so also anhängig gemacht, alda ausgeführet und erörtert werden.* Hinc, quod statim additur, si *præventio* coram *judice ordinario* fuerit probata a parte, tum causa debet ad illum a *provinciali judice* remitti, neque audiri aut suscipi ab eodem. Est ergo in arbitratu *actoris* in *Suevia*, utrum judicem malit eligere *magistratum* suum? an vero *provincialem prætorem*, *den allgemeinen landrichter?* Quod si tamen elegerit alterutrum, tum causa, ubi cœpta est semel, ibi etiam debet finiri, excluso prorsus jure pœnitentiæ & mutabilitatis. Fuerat enim hoc in patrio jure omnino singulare, quod juxta territorii *judices singulares*, imperator sibi sumeret hoc, præterea judices delegare *concurrentes*, quos adpellavit *regales missos*: ut adeo *jurisdictio concurrens esset*, quaqua patuit Germania universa. Contra in Latio, ubi *jurisdictio concurrens* fuerat nonnisi rarissima, aut quod magis est credibile, patrio sensu *(ein ordentlich mitlauffender Gerichts-Zwang*) exulaverat prorsus in Romanis provinciis. Nam alia longe ratio est *jurisdictionis cumulativæ*, quod, Cæsare aut ejus vicario præsente, quiescere videbatur jurisdictio magistratuum sive officialium, uti definite Paulus in *l. 58. judicium D. de judiciis*, si quidem voluerint ipsi causas dijudicare. Quod nostris moribus tum est inconcinnum; si alicui *jurisdictionis* concessa *proprietas*, quasi *dominium*, quod plerumque fit jure beneficiario sive *feudali*. Tum enim *jurisdictio patrimonialis* concessa *privative*, non cumulative. Inde causæ a jurisdictionis domino nequeunt vel avocari vel ad eundem deferri saltu. Quantum scilicet abest, imperatori fas esse, in territoriis principum jurisdictionem exercere, *ossibus territorii* adfixam *privative*. Paulo igitur aliter in Suevia, ubi judicis provincialis (*des landrichters*) jurisdictio est perpetuo ac ubivis cum ordinariis magistratibus concurrens. Quale exemplum vix alibi inveneris per universam Germaniam.

§. VI. Quamvis de *appellationibus* nihil in CODICE LEGUM deprehendatur, cum hæ devolvantur a Sueviæ ordinibus & magistratibus ad IMPERIALE TRIBUNAL ROTHWEILENSE, quod ideo *curia appellationis audit*, cui nihil commune cum LANDVOGTIA, cum hujus sit jurisdictio *concurrens;* reperitur tamen illud, quod, si judices ordinarii vel *justitiam negent* parti, vel *protrahant* vel minus latam sententiam exequantur, tum quidem via pateat ad nostram landvogtiam. Ita enim in *parte II. tit. 5. von den landgerichts-ehehafftinnen*, clare definitur, fundamentum esse *landvogtiæ* jurisdictionem: *Wann dem Kläger Rechts verholfen, und der Antworter der gefallnen Urthel nicht nachkäme, so wäre ihm vom Landgericht zur Execution zu verhelfen.* Porro: *Wann einem das Recht kundtlich versaget oder verzogen wird.*

§. VII. FINES jurisdictionis LANDVOGTIÆ nostræ patent per SUEVIAM universam. Descripti in CODICE LEGUM *part. 1. tit. 1.* limites his nominibus ac verbis: *Erstlich richtet das Landgericht über die* DONAU, *biss an das Land* WüRTENBERG, *und biss an den* LECH. *Dem Lech nach hinauf*

gen

gen REITTI *an die Brüggen. Darnach binüber auf* TANNHAIM *an die* GRAUENBüNDT *zu Anfang des Schweizerlandes. Folgends gen* CONSTANZ. *Auch berüber auf* STOCKACH. *Und von dannen so weit sich der* GEZüRCK *des* SCHWABENLANDES *erstreckt. Und bat der Landrichter einen* MITLAUFFENDEN GERICHTS-ZWANG *und jurisdictionem concurrentem. Auch in krafft derselben, den eingesessenen Ständen zu gebietben und zu verbietbeu. Gleich bey andern* KAYSERLICHEN LANDGERICHTEN *berbommen.* Unde facile intelligendum est, quas habeat ditiones tribunal hoc provinciale in suo complexu. Disputant quidem WURTENBERGICI juris interpretes, utrum formula, *biss an das Land Würtenberg*, sit accipienda, ut includat ducatum, an vero excludat eundem. Qua de re egit *Dn. præs. de prærogativis Würtenbergicis sect. II. c. 2. §. 8. lit. xx.* † *p. 68.* Uti vero *Würtenbergicus dux* ab hoc tribunali *Landvogtiæ* privilegio est tutus, ita dubitare nemo potest, eundem majora subinde accepisse incrementa, ut adeo novum hic dubium emergat, num *leges finales* landvogtiæ intelligi debeant de temporibus vetustis, an vero nouellis hujus ævi.

§. VIII. Licet autem tam late pateant per *Sueviam* universam *Landvogtiæ* nostræ *leges finales* ac limites; est tamen singulare illud, quod non nisi in quatuor *urbium* campis aut curiis, sibi admodum vicinarum, *judicium* hoc *provinciale* possit institui, exerceri, dari ac reddi. Scilicet in tribus S. R. I. addictis unice civitatibus, RAVENSBURGÆ; WANGÆ; ISNÆ; & in Austriaci principatus oppido ALTDORFIÆ. Nam hujus nomen vetustate ita est obliteratum, ut vulgi usu malint illud ab ejus *coenobio* adpellare WEINGARTEN, quam principe voce uti, ALTDORF. Sede illa *Guelficorum* principum, quorum fortunæ & virtutes in nostri ævi BRITANNIARUM MONARCHA superant vere omnium mortalium inde ab orbe condito sortem. Verba CODICIS LEGUM *part. 1. tit. 5.* sunt hæc: *die Landgericht sollen, wie von Alters berkommen, und es auch dieser Zeit im Gebrauch, in den folgenden dreyen* REICHS-STÆDTEN, 1) RAVENSBURG, 2) WANGEN, *und* 3) YSNI, *und dann in dem Flecken* ALTDORF, *genannt* WEINGARTEN, *gebalten werden.* QUADRURBEM inclusimus & delineavimus ideo in tabella, quam suspendimus in opusculi latere primo. Neque enim QUADRURBIS verbum, disputatum alias inter viros eruditos, a nostro instituto habuimus alienum: quoniam reddi hoc judicium nequit in aliis Sueviæ oppidis, maximis licet & celeberrimis; ut adeo QUADRURBIS (*) finibus adfixum esse videatur.

§. IX.

(*) Non est, quod offendat te verbi insolentia. Nam ita de hac voce nomenclator antiquus & doctus *Sext. Pomp.* FESTUS de verborum significatione: QUADRURBEM *Athenas Attius adpellavit, quod scilicet ex quatuor urbibus in unam domicilia contulerunt, 1) Braurone 2) Eleusine 3) Piræo 4) Sunio.* Ridet ideo & exsibilat SCIOPPIUS Tullium, quod *lib. VII. epist. 3. ad Atticum*, nesciverit *Piræum* esse urbis Atheniensis partem aut in numeris oppidorum. Quare male hac formula usus sit: *Ire in Piræum*, cum urbis ergo, in particula fuerit omittenda. Refellit hac occasine Festum VOSSIUS *in Grammat. lib. VII. c. 42. p. 147.* quasi nesciverit, *quatuor* Atticæ civitates τετράπολιν, id est, quadrurbem audire, quod illis tum constiterit *1) Oenoë 2) Probalintho 3) Tricorytho 4) Marathone.* Sed cum idem decennio ante notaverit in Festo MEURSIUS *de fortunis Athenensium cap. 3. p. 17.* primus illud debere videtur ultimo. Verum uti grave mihi est, fidem detrahere Festo: ita putaverim, non alienum a veritate, & *Atticam,*

§. IX. Cum itaque QUADRURBS sit definita lege in *judicio* hoc *provinciali* exercendo, noli hærere, quod alia tamen loca quoque eidem tribunali olim fuerint adsignata in libellis. Est enim principio hoc quondam testatum satis, quod judicium provinciale Suevïæ celebratum *auf der Leutkircher Heide*. Quod ibidem sub dio institutum ac redditum sit haud dubie. Verum ex quo LEUTKIRCHÆ, in urbe imperiali, florente adhuc, cives desiderati, patria jura docti, ut essent in tribunali *adsessores*; hic locus commutatus est cum oppidulo ISNA. Testis est *Ernest.* GOCKELIUS *de jurisdict. art. 4. §. 2. p. 29. Isnam* (judicium provinciale) *translatum 1512. ob defectum adsessorum Leutkirchanorum, quæ civitas, auf der leutkircher heide, olim judicium celebrabat*. Idem forte contigit cum locis istius viciniæ aliis *Nellenburgo*, *Ranchweiler*, *Frauenfelda*, ceteris. Nam etiam his locis alicubi olim tributa habiti *provincialis judicii* hujus celebritas. Hodie porro, errare huc illuc non licet, cum QUADRURBS definita nunc nominibus ac locis publica lege.

§. X. Cum vero hoc *tribunal* sit *provinciale*, commune Sueviæ universæ, illud potest omnino requiri, quapropter sit illius officina ac diribitorium adfixum soli QUADRURBI? Crediderim datum hoc esse gratiæ ac honori LANDVOGTII sive præsidis Sueviæ provincialis, qui sedem quondam habuit in istius oræ vicinia ac monte, qui *Ravensburgo* contiguus instructusque olim castro ac arce, quam nominarunt *die* BURGHALDEN; *den* BURGBERG. Licet autem *arx landvogtii* perierit olim incendio, nomen tamen juraque, *landvogtio* addicta, retinet adhuc. Qui mons etiam dicitur *S. Viti*, a templi, quod hodieque ibidem superest, tutelari. Ad hoc enim adscendere & visere solent, sacrorum & reliquarum ergo, homines pontificii etiamnunc. Taceo, quod ab hoc *landvogtio* sive *comite provinciali Ravensburgum* nomen creditur ferre, quasi GRAVENSBURGUM & infra montem patens longe planities GRAVENAU sive, ut barbaries omnia miscet, *Travenau*. Imo socerum Caroli M. Suevorum ducem, *Hildebrandum*, (Childebrandum) patrem *Hildegardis* habitavisse ibidem & rexisse Sueviam, sermone hominum celebratur & inde confectorum annalium. Qua de re plenius *Guelfici historiographi*, quos in gratiam majorum suorum alere solet MAGNÆ BRITANNIÆ MONARCHA. Quod cum ita sit, mirum non est, Sueviæ *sedem principem* hic fuisse, & QUADRURBI vicinæ datum honorem *sacri tribunalis*, quo conferre se debuerant partes litigatrices.

§. XI. Sed operæ pretium est, agere de *tetrapoli* sive *quadrurbe forensi* sigillatim. *Primum* huic tribunali *forum* instruitur RAVENSBURGÆ, in memoriam atque honorem pristinæ sedis principalis, quod modo diximus in segmento præcedente. Succedit huic *alterum* WANGÆ, quæ civitas se pariter commendat vetustate, a *Vangonibus*, quod dicunt, denominata, *Imperio* non minus addicta sine domino intermedio. Distat vix unico *milliari* a Ravensburga, indeque haud dubie *fori* jure fruitur in Suevicæ provinciæ tribunali. Sequitur

---

ticam & *Athenas* celebrare nomine *quadrurbis*. Quis enim perhibuerit, quatuor *Athenarum* urbes vel Festum vel Attium finxisse gratis & retenfuisse earundem nomina? Deinde *Piraeum* oppidum postumque fuisse, Athenis adjunctum clausumque muro ac moenibus, illud quidem nemini potest esse ignotum. Quid quod non frustra sit venerabilis BEDÆ conjectura; *Athenas* ideo in *plurali*, in singulari vero *Athenam* nunquam dici, quod plurium urbium una compages. Sed de his cursim & extra oleas. Cum nobis satis sit, quadrurbem & provinciam dici posse et tribunal, quatuor urbibus solenne tantum.

quitur tertio loco ISNA, imperialis urbs, cognominata ab *Isna* flumine præterlabente. Ut adeo non opus sit conjecturis inanibus ab *Iside* dea aut *ferrifodinis*, in vernacula *Eisen*. Forum landvogtiæ tum demum accepisse *Isnam*, postquam *Leutkircha*, civitas imperialis, esse cepit impar dandis adsessoribus judicii, patria jura doctis; illud quidem est, quod scripsimus *§. 9*. Claudit demum *quadrurbem* ALTDORFIA, alio, sacri scilicet collegii nomine adpellata *Weingarten: verbo* enim hic differt, non *re* ipsa. Verum vulgi usu, ALTDORFIÆ adpellatio exolevit, quam nescit ille, adsuetus sacri tantum collegii nomini WEINGARTEN adhuc. Quod omnino dolendum & incusanda ævi posterioris incuria. Nam *Sueviæ* dynastæ antiquissimi *Guelficæ* stirpis *Altdorfiæ* fixerant sedes, unde, usu veteris ævi, comites dicti ALTDORFENSES. Qui etiam locus a *vetustate* accepit nomen, auditque ideo in vernacula *Altdorf*, id est, villa *vetusta*. Licet autem *Altdorfia* neque in numeris sit civitatum imperialium, neque urbis aut oppidi ferat nomen, mereatur tamen locum in QUADRURBE FORENSI. Principio enim elucet hoc castrum vetustate, deinde Sueviæ dynastarum veterrimorum fuit sedes, tum hodieque plures Sueviæ magnates & familiæ illustres hic locum fixere: præterea domicilium colit hodieque ibidem cum *graulandvogtius*, præses provincialis, tum Austriacarum Sueviæ ditionum præfectus supremus, *der Ammann.* Ut adeo plures caussæ sint, quare *fori provincialis* honor *Altdorfiæ* sive *Weingartæ* nequeat invideri. Licet, cum tria priora loca *imperiales urbes* sint, *Altdorfia* contra *Austriacis* pareat acquiescatque nomine *villæ, eines Markfleckens.* Cui, præter mœnia ac muros, nihil fere deest ad rationes civitatis. In scriptoribus *Brunsuicensibus* de *Altdorfia* & *Weingarta* finitimo sacro collegio scriptores collecti ac editi singulares.

§. XII. Noli tamen, existimes, quotidie hæc PRÆTORIA SUEVIÆ provincialia patere partibus. Nam in QUADRURBE singulis quidem *menstruis* spatiis solent aperiri. *Diebus* quidem, quorum nomina in annuis *fastis* signare solent sigillatim atque typis exprimere, ut constent tempora universis Sueviæ incolis litigatoribus. Ita enim CODEX LEGUM habet *part. II. tit. 1. p. 43.* *die landgericht sollen durch ein jeden Landrichter angesetzt, auch durch ihn die Zeit derselben benennet, und auf jedem landgericht (weil zu handeln gemeinlich nur allein eine, und nemlich die erste ladung ausgehet, und sich die nachgehende termin von landgericht zu landgericht, nach und nach erstrecken) das nechstfolgend landgericht, durch den landgerichts-botten jedesmahls ausgerufft werden. Und damit über das solches landgericht hinführo menniglich bewust, auch zu verhütung nachtheils und schadens kundtbar gemacht, sollen die, immassen die hofgericht zu Rotweil, auf gewisse täg bestimmt, und eines jeden Iahres besonder in truck gegeben werden. Doch dass dieselben zu vier wochen angesetzt, und an jeder der benannten vier malstätten jedes Iahrs nit über zwölff landgericht gehalten werden. Es wäre denn, dass unversehener dingen sachen fürfielen, allda periculum in mora, und die Sachen bis zum nechsten landgericht ohne sondern nachtheil und schaden sich nit vvohl auffschieben liessen. Alsdann nach gutachten eines landrichters auf der partheyen begehren, ein gericht versammlet, und die notbvvendigkeit verrichtet vverden mag. Derohalben ein jeder landrichter sich, vor benennung solcher landgerichts-tage, mit jeden obrigkeiten, in den vier malstätten, bequemer und geraumter rechts-tag, zu haltung solcher landgericht vergleichen und fürnehmen. Die folgend, vor oder in eingang des neuen Iahrs auf einen bogen pappier samtlich drucken lassen, und nit desto vveniger von des gemainen manns vvegen, der die landgericht besuchet, und etvvann des lesens nit berichtet, obberührter gebrauch, mit ausschreibung derselben landgericht gehalten vverden. Damit also männiglich vvissen möge, auf vvelchem tag oder zeit*

im

im gantzen Iahr landgericht seyn, und die partheyen nicht mit kosten und unstatten dieselben erfahren dörffen. Welches dann auch darzu dienstlich, da die Partheyen auf ihrer gegentheil für-und einbringen bedacht, zug und tag bis zum andern Laudgericht nehmen. Hactenus verba legis provincialis.

§. XIII. Uti *fora judiciaque* Græciæ & Latii exercebantur sub dio, ita etiam *Sueviæ* hoc *tribunal provinciale* non sub tecto vel in ædibus instituendum, verum in vicino quoque campo *quadrurbis* ad regiam viam. Partim, ut tangerentur judices aliquo numinis sensu, solis ac cœli conspectu; partim, ut populo universo pateret aditus ad audiendum & cognoscendum, qua trutina & lance uterentur antistites tribunalis in reddendo jure & causis atque casibus decidendis. Vult hoc ac præcipit ipse legislator in CODICIS *part. II. tit. 2. p. 45. Wann ein landrichter das landgericht besitzt, so soll desselben anfang an* OFFENER LANDSTRASSEN *unter dem* HIMMEL, *ungefährlich um XII. Uhr geschehen.* Uti vero tempestas adversa multoties molestias adfert non leves *judicibus* sub dio, sic exemplo Græciæ & Latii, tum se illi recipere possunt in *basilicas* & *curias* urbis, ibique judicia exercere & causas audire ac definire litigiosas. Ceteroquin *judici* est nefas, pristinos mores migrare; relinquere campos ob teneritatem, mollitiem, tædia vetustatis, morositatem, cetera sine causa gravi & ratione. In simili argumento cum responderit hanc causam ORDO jureconsultorum FRIDERICIANÆ, reddimus responsum juris in *num. 1.* adpendice.

§. XIV. In tempore aperiendi tribunalis illud est admodum singulare: *quod esse debeat meridies atque XII. hora*, destinata ceteroquin prandio. Ita enim legislator *part. II. tit. 2. ungefährlich um XII. solle des landgerichts anfang geschehen am tag. Alsdann soll der landgerichtsbothe einen urthelsprecher zum fürsprechen erfordern. Denn soll anfangs der landrichter oder sein Statthalter* (*vicarius*) *erfragen: ob es zeit? tage? stunde? sey, dass er das landgericht besitzen und richten möge?* Nam Romæ prætor conscenderat tribunal hora III. a solis ortu, finiebatque meridie & prandio. Pomeridiana IV. multoties quoque judicum instituti consessus. Germani autem matutinas horas tantummodo dederant rei judiciariæ; ut etiam leges inde acciperent nomen audirentque *edicta matutina*, MORGENSPRACHE. Haud dubie, ne quid, post tempora prandii, fieret ab ebriis minus recte. Nam Germanorum hæc vitia olim jam notavit TACITUS *de M. G. c. 22.* quod poculis indulgeant effuse. Unde igitur temporum hæc metamorphosis & conversio? ut *judicium provinciale* pateat nonnisi post XII. horam, plenum meridiem. Excusant eam viri curiales, quod ante meridiem instruantur litigatorum nomina, causæ. Deinde ex longinquis locis veniant plures, qui tam diu expectandi. Neutrum satisfacit. Nam possent dies judiciarii facilius adaugeri, quam trahi ad vesperam. Sed mores semel constitutos nolunt forsitan judices migrare.

§. XV. Fuerant *prætoribus* in provinciis, per Latii jura, viri consiliarii & adsessores, quorum suffragia ipsis omnino fuerant attendenda. Eodem instituto *landvogtiæ* sive judicii provincialis omne punctum non fert JUDEX SOLUS aut prætor provincialis, *der Landrichter.* Nam ut potestas & auctoritas ejus temperetur paulo & adducatur, adjungendi eidem ADSESSORES XII. requirendi a senatoribus urbis illius, ad quam *judicium* habendum & exercendum. Ut adeo *quadrurbis* forenses adsessores toties differant, quoties in civitate variat tribunal. Qui vocari omnes debent & prætorio ultra dimidiam ejus numeri partem adesse. Verba LEGISLATORIS *part. I. tit. 5. p. 8.* sunt, quæ sequuntur:

Und

Und sollen BURGERMEISTER *und* RATH *einer jeden der dreyen* REICHS-STAEDTE, *insonderheit aber auch* AMMANN *und* RATH *des flecken* ALTDORF, *wie bißhero geschehen, so viel* URTHELSPRECHER *(adsessores) verordnen, damit iedes landgericht mit XII. urthelsprechern ersetzt werde.* Qui adsessores senatui tantum jurant, non prætori, quod suffragia dare & ferre sententias velint, juri conformes, procul habitis amoris aut odii causis. Admonentur præterea consules & senatores cujusque urbis, ubi aperiendum tribunal, ut tales adsessores nominent, qui legum patriæ sint periti. Quorum deinceps suffragia neque corrigere neque negligere potest prætor, teneturque potius stare majori suffragiorum parte. Quod si dissenserint numero æquali, prætoris est solius eligere, quod sequatur, instar Romani dictatoris. In his plura sunt, quæ notam merentur. *Primo* XII. numerus judicum ac testium ita solet vulgo defendi, quod judicium ejus servatoris sit CHRISTI, qui ideo XII. testes adsciverit doctrinæ & integritatis suæ, APOSTOLOS. Quod admodum inane, cum ex hoc prætorio non salus pendeat orbis. *Deinde* cum PRÆSIDIS PROVINCIALIS *des Landrichters* jurisdictio ab imperatore, dubitaveris omnino, qui sint in consortio hic ejus subditi, iique nominati a magistratu cujusque urbis, non a præside aut prætore ipso. Quasi scilicet hoc tribunal sit instar *judicii mixti*, ab imperatore & subditis constituti, quasi uterque in quadam jurisdictionis societate. Quicquid sit, his moribus vixit vere Germania universa, quod *prætor* nullus sine *adsessoribus*, ne unum egeris facile in transversum. Imo in adsessoribus boni viri arbitrium satis est. Ut in his locis & in *pago* NELETIZI sive *Gibichensteinensi* sigillatim etiam *ultimi supplicii judicia* formant constituuntque *prætor provincialis* & *adsessores (der Landrichter und XII. Schöpfen.)* Qui omnes & singuli in classe rusticorum & ruricolarum *(aus dem gemeinen Bauer-Stand.)* Quapropter in *Suevico* hoc *judicio provinciali* ab institutis & moribus est alienum nihil, quod ADSESSORES habeat comites prætor provincialis *opifices & infimi* ordinis *cives (gemeine Handwercks- und Burgers- Leute)* natos ad stivam, nulla jura & leges doctos. Unde vero hi rerum abusus? Olim cum ex æquo & bono causæ compositæ & decisæ, ut cuique suggessit consilium & ratio, non spernendi fuerant adsessores indocti. Quos autem nauseant omnino nostra tempora, postquam *Romana jura* obligant judices & partes ex generali *receptu*, ut inde nequeat recedi latum unguem. Quapropter parum aut nihil proficiet nunc judicii adsessor, jurisprudentiæ Romanæ prorsus ignarus. Et est etiam illud indultum *provinciali prætori (dem Landrichter)* ut adsessores hos cerebrinos, quoties suffragentur contra leges, corrigat reducatque in viam. Ut adeo plerosque ducere magis videatur cæcos, quam trahere in suas partes philosophando & utendo ratione ac lege. Verum utut hos morbos nostri tribunalis palpaveris manu, spernunt tamen medicas manus. Ne quid pristini moris noveтur; ne litterati nomina expungant ex matricula hujus consilii cives, viros bonos & honestos, licet ignaros rerum; ne adaugeantur impensæ, cum recusent homines docti operas unius diei pro VI. vel XII. crucigeris, cetera. Ita enim LEGISLATOR *part. I. tit. 5. Diese 3.* MAHLSTÆTTE *und der Flecken Altdorf sollen an das Landgericht ihre Geschickte, Verständige, und der Landgerichten Processen und Gebräuchen wohlerfahrne* BüRGER *senden, welchem iedem, aus besondern Gnaden und keiner Schuldigkeit, iedes Landgericht* VI. KREUZER *und der iedem, so auch Vormittag dem Protocolliren abwartet;* XII. KREUZER *aus des Landgerichts Gefällen gegeben werden sollen.* Indignissima summa, si nostri ævi opes spectes. Suffecerat olim quoque opifici *grossus* vel *denuarius* pro operis unius diei. Sed cum creverit post & audaucta sit merces opificiaria, hodie octuplicata minimum: seculi injuria est, doctorum virorum & judicum honoraria relinqui pristino loco, censu, numero. Et vero est hoc cum in hujus tribunalis,

tum in aliis omnibus ævi vetustioris notandum; quod *summa sportularum* & *multarum* vilior longe sit, quam hodie tulerint rerum pretia. Ut adeo adaugeri merito queant, instar *vectigalium*, ex hac causa tantum.

§. XVI. Actum de judice & decurionibus, scabinis adsessoribus; sequuntur personæ administræ, *adparitores* Suevicæ *landvogtiæ*. Primus est in his SCRIBA (*der Landgerichts-Schreiber*,) quem nostro ævo dicimus *secretarium*. Eligit hunc ex *quadrurbe* illa civitas, ubi tribunal solet institui & aperiri, quæ etiam ei dicit formulam jurisjurandi in officio recte administrando, præsente tamen *provinciali prætore*. Ut adeo *scribæ quatuor*, quorum neuter potest vagari extra oleas & falcem mittere in alterius civitatis messem & fori pomœria. Definitur officium *scribæ provincialis part. I. tit. 6.* Cujus summa est hæc: *scriptura ejus habeat publicam fidem; referat ipse in libellum acta dictaque in consilio ac consessu; quem tamen custodiat fide sincera; manifestet nemini, quam prætori & judicio & quoties id fuerit jussus, etiam partibus; epistolas, libellos, litteraria quæque documenta forensia habeat ipse in promptu, digerat, compingat, reponatque in tabularia; nihil tamen componat decidatque clam, prætore insalutato; ordinet idem sportulas & taxam, curetque, ne peccet inter parum & nimium ullatenus*, cetera. Sequitur ADVOCATUS FISCI. Cujus munus definitum *in* CODICE LEGUM *part. I. tit. 7.* ita fere: *ex advocatis hujus tribunalis prætor provincialis eligat unum, qui sustineat jura* FISCI *vivatque sportulis. Quoties enim aliquis impegerit adversus leges, jura, dignitatem landvogtiæ, toties ab eodem vocari potest in jus. Qui præterea etiam curare debet sedulo, ne Austriacæ domus, in Suevia maxime, honor, potestas, auctoritas convellatur.* Hunc excipiunt ACCENSI ac viatores *die* LANDGERICHTS-BOTTEN. Quos latino hoc nomine adpellare licet ideo, quoniam officium eorundem inprimis versatur in *acciendo* & *vocando* partes ad tribunal. Hos constituit suo arbitratu *provincialis prætor* iterumque dimittit. Est eorum, vocare partes; perferre epistolas, *Ladung, Verkündigung, Verbiets-Brief*; easdem juris ordine offerre; exigere sportulas, *von ieder meilen 1. schilling und bey den gemainden von ieder hausräuchin 1. schilling*; alere vicarios (*ihre afterknecht oder afterbotben*) si ipsi minus suffecerint rebus expediendis; referre acta gestaque in litteras; frui in itineribus publico conductu & securitate; custodire & curare *regestra, klagbücher, bottenbüchsen* & quæ sunt reliqua, descripta plenius *in der landger. ordn. part. I. tit. 9.* Demum in gratiam partium delecti ad tribunal hoc provinciale PROCURATORES, pro arbitratu *prætoris* (*des landrichters*) solius; qui ab iisdem etiam accipit formulam *jurisjurandi*, potestque illos, si minus digni, iterum dimittere & destituere munere. Differunt ipsi *ab advocatis*, qui jura suggerunt, cum eorundem versetur sparta in eo, ut causas in foro orent. Præcipuum est, ut instructi sint *mandatis* partium, ne judicium eludatur. Quo fine accipiunt mandatum vel ore vel litteris vel in judicio vel extra illud. Ita enim habetur *in der landger. ordn. part. I. tit. 8. sollen die procuratores* (*anwälde*) *so bald sie auf den zweyen landgerichten zu* WANGEN *und* YSNI *kommen, dem gerichtschreiber alle gewälte* (mandata) *in die* GEWALTS-BüCHER *einschreiben. Aber an den 2. landgerichten zu* RAVENSBURG *und* ALTDORF *einen Landrichter solche in sein* GEWALTBUCH *angeben. Wann die partheyen selbsten vors landgericht kommen, und ihre gewält übergeben, die sollen die an* HAND *und* STAB *eines Landrichters übergeben, und die procuratores von* HAND *und* STAB *empfangen.* Præterea actorum gestorumque scribere & habere debent diaria. *Sollen, wann sie nit schrifftlich procediren, in ein besonder buch und protocoll, das sie darzu machen und haben sollen, ordentlich ihre sachen einschreiben.* Quæ sequuntur, facile suppleri possunt ex jure communi. Uti vero per Latii quondam jura difficilius uti licuit in foro opera

man-

mandatarii vel *procuratoris;* sic contra moribus hodiernis a parte qualibet, illa maxime, quæ non versatur in re judiciaria (*der nicht zur justiz verpflichtet*) desideratur, ne ipse litiget, sed opera tantum procuratoris aut mandatarii. Quod ex eo demum tempore consultum esse videbatur, ex quo Romana jura, ex receptu, in foris regnant, difficiliora, quam ut homines jurisprudentiæ imperiti in judiciis intelligere queant, quid conducat causæ suæ, quidque obsit.

§. XVII. Licet autem *prætoris provincialis jurisdictio omnes Sueviæ universæ ordines* tangat: Sunt tamen plures eorundem, qui illi se subduxerunt privilegio Cæsaris & Austriacæ domus. Nam utrique hic conspirent ideo, ne indulgentia primi eripiat ultimo jus quæsitum. Igitur illud vult LEX PROVINCIALIS, *si quidem rite docuerit* PRIVILEGIUM EXEMTIONIS *pars*, quod eam dimittere debeat prætor provincialis de suæ jurisdictionis matricula. Quod magis est, AUSTRIACÆ ditiones Suevicæ *omnes* habentur declaranturque, ipso jure, exemtæ a jurisdictione *Sueviæ landvogtiæ* sive judicio provinciali (*dem kayserlichen schwäbischen landgericht*) licet sit hoc prorsus imperiale. Verba *part. II. tit. 4.* sunt hæc: *Wiewohlen von alter und weit über menschen gedencken am* LANDGERICHT BRAEUCHIG *gewest, welcher hoch oder nieders stands, ihne selbsten oder die seine von landgericht abfordern wollen, dass derselbig iedes mahls seine habende* KAYSERLICHE *oder* KOENIGLICHE FREYHEITEN *in originali oder glaubwürdige* VIDIMUS *davon, sambt jüngster Kays. und Königlicher confirmation mit einer* SCHRIFFTLICHEN ABFORDERUNG *vor landtgericht, durch einen* URTHELSPRECHER *landgerichts fürlege, und der remission, ausserhalb hernach bestimmten* EHEHAFFTINNEN, *rechtlich erfolgt, mit diesem anhang und erkändtniss: dass dem kläger, seinem anwald, oder wen er ungefährlich mit ihme bringt, oder schickt, ein frey sicher* GLAIT *inner* VIERZEHEN TAGEN *den nechsten nach solcher remission, zu hauss und hof überschickt werde, und auf sein erfordern und begehren vor dem richter, dahin er remittirt ist, ein frey unverdingt und unverlengt recht inner* SECHS WOCHEN DREYEN TAGEN, *den nechsten nach solcher seiner erforderung gedeyen und wiederfahren: so wollen wir doch allen hohen und niedern Ständen, dem adel,* STÆDTEN *und* COMMUNEN *zu gnaden und gueten, damit die ihre freyheiten nit so vielfaltig über land schicken müssen, hiemit, so viel an uns gnädig zugeben haben: dass nun hinführo obberührte* STÆNDE, ADEL, STÆTT *und* COMMUN, *welche* PRIVILEGIA *haben, solche ihre privilegien, mit jüngster confirmation in* ORIGINALI *oder* GLAUBWüRDIGEM TRANSSUMPT, *samt letzter confirmation eines Röm. Kayser oder Königs entweders durch bewehrte* IMMATRICULIRTE KAYS. NOTARIOS *und zweyen gezeugen, oder aber die geschworne* LANDGERICHTS-PROCURATORES *vor sitzendem landgericht,* ALLEIN *einmal, an allen* VIER MAHLSTÆTTEN *landgerichts (neben einer schrifftlichen abforderung, so auf selbiges landgericht sie oder iemand derselben untertbanen citirt werden) vor landgericht offentlich und solenniter fürlegen, bey welcher beschener insinuation es ein landrichter, mit diesem geding: dass die diesem löbl. landgericht an seinen befreyten* EHEHAFFTSFÆLLEN, PRIVILEGIEN *und freyheiten, altem herkommen und gebrauch, wie auch zuforderist der* RöM. KAYS. MAJ. *dem* HOCHLOEBLICHSTEN HAUS OESTEREICH *und sonst männiglichen an seiner obrigkeit, recht und gerechtigkeiten unvergriffen und unschädlich verbleiben lassen solle, solche freyheiten und jüngste confirmationes an den* VIER MAHLSTÆTTEN *landgerichts, durch die gerichtschreiber in ein* EIGEN BUCH, *so sie darüber halten, auf der* PARTHEYEN KOSTEN *ordentlich eingeschrieben, und mit dem landrichter alles fleiss gegen den* ORIGINALIEN *collationiret werden sollen. Darnach zu iedem* LANDGERICHT, *als offt sie oder die ihren citiret wer-*

werden, mögen sie allda ihre schrifftliche abforderungen, darinnen sie sich auf ihr zuvor am landgericht fürbrachte und protocollirte freyheiten und confirmationen ziehen, und zu weisen begebren, durch erlaubte fürsprechen oder anwäld fürbringen, auf welche schrifftl. abforderung die REMISSION (*ausserhalb der landgerichte* EHEHAFFTINNEN) *mit dem anhang und erkanntniss, wie vor gemeldt, beschehen soll. Und wann sich darüber klæger wiederum vor landgericht beschvvert, dass ihme zu bestimmter Zeit das* GLAIT *nit zu kommen, oder aber* RECHT *versagt, verzogen, und der remission gemæss, als* UNVERDINGT *nit gehalten, sich auch solches erfünde, so soll die sach ferner nit remittirt, sondern vor landgericht behalten vverden.*

§. XVII. Utut vero PRIVILEGIA EXEMTIONIS attendantur omnino in *landvogtia*, solent tamen limites eorundem contrahi nomine numerisque multiplicatis *causarum & casuum reservatorum* (*der so genannten* EHEHAFFTEN) In quibus privilegii & *exemtionis* nulla vis; quin ideo in *provinciali* hoc *judicio* omnes Sueviæ ordines oporteat comparere, respondere litemque intentatam finire. Habet PONTIFEX in jure dicundo sua RESERVATA, non communia ideo aliis antistitibus & episcopis. Etiam RESERVATA porro jura sunt CÆSARI, quæ sibi jure vindicat præcipui in territoriis principum ac ordinum imperii. PRÆTOR itaque PROVINCIALIS pariter utitur RESERVATIS causis quibusdam, quæ suæ jurisdictionis, etiamsi ceteroquin principes & ordines SUEVIÆ in causis & casibus vulgaribus aliis se subduxerint *prætoriæ* huic *jurisdictioni*. Illud ponit rem hanc in ambiguo. Nam ordines desiderant exiguntque *normam*, ad quam exigi debeant *reservatorum* (*der ehehafften*) numeri & rationes. Hac enim deficiente, perhibent, vel *prætorem provincialem* vel illius *principem* calculos reservatorum proferre & adaugere posse pro lubitu, cum maxima licet injuria illorum, qui *privilegiis Cæsareis* atque *Austriacis* adversus *prætorium* Sueviæ *provinciale* sint muniti. Non igitur litium harum erit exitus aut finis. Quod judice careant litigatores, quænam causæ aut casus nomen tueri queant *reservatorum* vel minus? Accipe sententiam, quam nos fovemus universim. Adeundum est tum imperiale tribunal, privilegiis *exemtionum curatis* nequicquam, si vel justitia protracta vel negata; si violata imperialis judicii auctoritas & securitas; si favor insignis personæ aut causæ. Sub hoc enim complexu putaverim omnia genera reservatorum (*dtr ehehafften*) posse comprehendi ac contineri. Dabimus illa hic per summam ex *part. II. tit. 5.* suntque hæc, quæ sequuntur. 1) Si quis offenderit aut *læserit* judicii *accensum* (*einen landgerichtsbothen*) 2) vel partem *euntem* ad tribunal provinciale 3) si quis *proscriptus* 4) si violaverit *conductum* 5) victor causæ destituatur *executore* 6) justitia alicui vel *negata* vel *protracta* 7) evocetur *proscriptus* anno, mense ac die, 8) injuria adfectum tribunal provinciale verbis, litteris, factis 9) quis renuntiaverit omnibus suis *privilegiis* 10) *receperit* a provinciali judicio proscriptos 11) actorem impediat, quo minus reum proscriptum irretiat vinculis 12) *possessio* impedita, quam indulserat judicium provinciale in bonis proscripti 13) causæ *continentia* & vicinitas 14) *spolii* causa aliqua 15) crimina atrociora (*die freischfælle*) homicidium, incendium, rapina, stuprum violentum, quibus post addita furta & homicidia culposa 16) causæ injuriæ gravioris 17) contumeliæ, vulnera, ictus 18) causa tangat judicii provincialis jura, mulctas, census, sportulas, cetera 19) crimen commissum in loco judicii provincialis 20) violatus illius conductus 21) aufugerit ex aresto aut fefellerit fidem datam coram tribunali 22) debitum *taxæ* provincialis judicii 23) debitum consistat in mercede famulorum, ruricolarum, opificum 24) causa minus *dividenda* 25) judex requisitus *exequi recuset* condemnatum in judicio provinciali 26) transegerit coram judicio provinciali,

vincali, post transactioni non satisfecerit 27) non exceperit de fori incompetentia, sed rogando moram aut tacendo jurisdictionem prorogaverit. Atque in nulla harum omnium caussarum & casuum locus est EXEMTIONIS PRIVILEGIIS: quoniam in illis *clausula* semper est intelligenda; *salvis Reservatis (bis auf die ehehafften.)* Quod si indulgentia uberior, GENERALE judicii hujus PRIVILEGIUM est hoc: *eximi posse ordinum neminem in causis reservatis, & si quidem aliquis ita exemtus, fore id ipso jure nullum.* Verum ille rigor in CAPITULATIONE *art. XVIII.* est quodammodo temperatus.

§. XIX. Non satis est, jurisdictionem contentiosam esse landvogtiæ & *casus reservatos*, etiam illa expediuntur in eadem, quæ *voluntariæ* jurisdictionis. Ita enim *part. II. tit. 7. Demnach biß dahero an unserm landgericht in Schwaben, neben obberührten rechts-sachen* (contentiosa jurisdictio) *auch andere mehr handlungen, als* 1) VERZüCHT 2) HEYRATHS-BRIEF 3) MORGENGAB 4) VERWEISUNGEN 5) TESTAMENTEN 6) DONATIONEN 7) KAUFFSFERTIGUNG 8) BEVöGTUNG *der minderjährigen kinder* 9) CURATORIA 10) EMANCIPATIONES 11) INSINUATIONES 12) CONFIRMATIONES 13) EXEMPLATIONES 14) VIDIMUS, *und dergleichen actus* VOLUNTARIÆ JURISDICTIONIS, *von hohen und niedern, ehlichen und ledigen ständes, manns- und weibs-personen fürgenommen, gesucht, tractirt und erkannt worden, so soll dasselbig auch noch fürhas allda männiglich zu thun, wie von alters hero vergundt, und zugelassen seyn, und allerdings rechtlicher ordnung und herkommen nach, krafft und macht haben.*

§. XX. Illud in hoc judicio provinciali est fulminis instar, quo illico feriuntur partes CONTUMACES; ut proscribantur, vel ut formula nostri ævi utor, DECLARENTUR IN BANNUM (*daß sie in die acht und aberacht gethan oder geachtet werden.*) Idque ex levissima, quod stupeas omnino, caussa. Quod si enim litis summa *duos aureos* attingat, parsque rite citata neque compareat in judicii consessu, neque veniam roget aut liberet se ex contumacia ob caussam, tum statim percuti solet BANNI seu *proscriptionis* fulmine. Uti vero BANNI (*die acht*) in patrio jure multiplicis significatus, ita omnino est opus, ut quid sibi hæ *diræ* velint in *landvogtia*, explicemus. *Saxonicis* moribus BANNUM est vel INFERIUS (*die schlechte oder unteracht*) vel SUPERIUS (*die oberacht.*) Primo est propterea opus, ne quid in pœnis irrogandis *præcipitetur*. Ideoque contumax, si habitus pro confesso & convicto, percuti solet *banno* (*er wird in die unteracht gethan.*) Ut totius anni spatium habeat deinceps, intra quod contumaciam *purgare*, requirere *salvum conductum* & se defendere queat toties, quoties opus, quo demum, si meruerit, absolvatur. Verum enim vero *annuo* spatio, post primum & *inferius bannum* exacto, actor accusatorque iterum judicem implorat, ut nunc demum *reiterare* BANNUM velit, quod ideo audit vel *aberacht* (novatum bannum) vel *oberacht* (bannum superius aut majus.) Atque tum *bona adnotata* addicuntur *fisco*, estque in arbitratu cujusque, *bannito* injicere *vincula* & ad judicem remittere, ut luat in corpore vitaque, quod debet. Tristius *banni* verbum est in sensu imperiali, ubi bona proscripti statim addicuntur fisco armaturque quisque mortalium ad vitam *bannito* eripiendam. Intermedia quasi via itur in *landvogtia*. Quod si enim *ter citatus* non comparuerit in tertio *consessu* judicii provincialis, tum surgente prætore devovetur *banno*. Ita enim *landger. ordn. part. II. tit. 2. auf die dritte klage* (scilicet in tertio menstruo consessu judicii provincialis) *sollen der kläger procuratores warten biß zu des* LANDRICHTERS RICHTERLICHEN AUFSTAND: *kämen die beklagten*

klagten nicht, sollen sie in deß LANDGERICHTS-ACHT *verrufft vverden, mit diesen vvorten: Alle die auf das landgericht geladen, denen rechten* UNGEHORSAM *erschienen sind; die verkünd er in die* ACHT *und die sich auf recht generdiget, in* ABERACHT. VERBEUT *sie sammet und sonders ihren* FREUNDEN *und* ERLAUB *sie den klagern und ihren* FEINDEN *und sonsten aller männiglichen. Wo dann* WEIBSPERSONEN *darinnen vvären, so vverden dieselbe auch in acht und aberacht erkennt, doch mit dem anhang: nemlich denselben an ihren leiben unverletzlich.* Prima igitur vice *promulgatur* BANNUM in judicio adversus contumacem absentem: quod si in *sequenti consessu* iterum sit absens, *iteratur bannum* (*die* ABERACHT) ubi simul scribuntur litteræ ad magistratum (*verbieths-brief.*) In quibus *bannum* perscribitur, addito mandato, porro *bannitum* non tolerare in loco (*denselben auszubiethen und mit ihme keine gemeinsame zu haben.*) Si magistratus pareat minus foveatque *bannitum*, etiam ille solet his diris devoveri. Memoriæ etiam causa MATRICULÆ PROSCRIPTORUM (*dem aachts-buch*) solet nomen *banniti* atro calamo inscribi. Inde querelæ *in der landgr. ordn. part. II. tit. 9. pag. 73. Wann uns glaubvvürdig fürkommet, vvie etvvann* EDEL *und andere personen eine sehr grosse anzahl in der aacht und aberaacht und etliche in vielen aachten und aberaachten gesprochen und eingeschrieben vvorden, und so in derselben aacht freventlich verharren, ob sie gleich zu zeiten ihre kläger zu frieden stellen, bleiben sie undeliret und unausgelöschet in denen aachtsbüchern. Daraus dann dieses unsers freyen* LANDGERICHTS OBERM KAYSERLICHEM GERICHTS ZWANG, *der uns gebühret, merklicher nachtheil, schimpf und verkleinerung erfolget.* Est igitur hoc singulare, quod ille, qui BANNO tenetur anno & die (*der über jahr und tag in der aacht oder aberaacht bleibet*) debeat relegari & remitti ad prætorem provincialem. Sed, quod majus est, solet tum etiam *episcopus* CONSTANTIENSIS requiri, ut ita *proscriptum* interdicat quoque *usu sacrorum*. Clare & definite *die* LANDGER. ORDN. *part. II. tit. 10. p. 74. vvelcher ein* JAHR, *ein* MONATH, *ein* TAG, *oder mehr in aacht gevvesen ist, und der kläger anruffbriefe* (litteras supplices) *an die geistliche gericht des* BISTHUMS, *darinnen der* AACHTER *sitzen und dahin das langericht zu richten hatt, erfordert, die solle ihme der landrichter geben. So vvürde derselbe geistliche richter ihn, vvie von alters herkommen, auf die aacht in (kirchen)* BANN *thuen und fürbaß mit bannen vvider ihn procediren. Biß dem kläger ein genügen geschehen. Und der geistliche vvird ihn nicht absolviren, biß er aus der aacht kommen.* Contra si quis ab episcopo sacris interdictus manserit contumax anno mense & die, tum prætor provincialis, si ab episcopo fuerit imploratus & requisitus, eundem debet proscribere. Ita enim *part. II. tit. 11. p. 75.* habetur: *Deßgleichen vvann die geistlichen richter der* BISCHTHUME, *dahin das landgericht zu richten hat, dasselbig mit ihren besiegelten brieffen anruffen, und darinnen vermelden, daß einer ein* JAHR, *ein* MONATH, *ein* TAG, *und mehr in* BANNEN *gevvesen sey, und fordern, daß man mit dem landgericht dem geistlichen gericht zu hülffe komme, so soll man solche requisitiones, so bey dem* LANDGERICHT *supplicatoria und* ANRUFF-BRIEF *genannt vverden, auf dem landgericht offentlich verlesen, und soll der landrichter darauf vvas darum recht sey, fragen, und die urtheiler zu ihme mit* AACHT *und* ANLAITUNG *richten. Auf das soll man ihn in die* AACHT *schreiben, und dem kläger* AACHT-VERBIETS- *und* ANLEIT-BRIEF *geben. Doch darff man darum dem gebannten nit verkünden, und vver also in die acht kommt, auf anruffen der geistlichen richter, und von* BANN *vvegen, den soll der landrichter nit erlassen, er bringe dann brief von dem geistlichen richter, daß er aus bann gelassen sey, und hab auch dabey des klagers vvillen.* Usus hoc docet quotidianus, quod *excommunicatio* post annum, mensem & diem secum trahat *proscriptionem*; ut *præscriptio*, post hæc tem-

tempora, *excommunicationem.* Sed ab ultimis diris ordines evangelici immunes. Qui ideo primas quoque tantopere non ſolent extimeſcere.

§. XXI. *Proſcriptione* facta iterato, *der aberacht*, ſcribi ſolent litteræ *inhibitoriæ* VERBIETHS-BRIEF, quæ mitti ſolent per nuntios *die botben oder afterknechte* ad magiſtratum loci illius, ubi proſcripti alias fuerat domicilium. Eo fine, ne proſcriptus porro toleretur aut ſit in tutela vel conſortio honeſtorum virorum. Hoc ſi factum eſt, ſequitur *indicatio bonorum* proſcripti facienda prætori provinciali, ut ſequatur ejus auctoritare *adnotatio* in loco rei ſitæ, ſignificatione facta etiam illius magiſtratui. Formula indulgentiæ judicialis ad notandum bona, eſt quidem *in der* LANDGER. ORDN. *part. II. tit. 12. Ich N. von gevvalt und gnaden Römiſcher Kayſerlicher Majeſtæt und Fürſtl. Durchl. als Ertzherzogen zu Oeſterreich, thue kundt aller manniglichen, daſs vor mir und offenem verbanntem landgericht, als ich das heut dato des briefs zu N. an offner freyer Kayſerl. reichs-ſtraſs beſeſſen hat, erſchienen iſt N. und lieſs durch ſeinen erlaubten fürſprecher, einen urthelſprecher bemeldts landgerichts darthun, vvie daſs N. ſein offner verſchriebner aächter vväre, deſs er mit dem achtbrief, den er auch darlegte, und verleſen lieſs, bevvieſen hat. Bat und begehrt demnach anlaitung, umb ſein ausſtehende ſchuld, ſo ihme ernannter N. ſchuldig, auch um alle koſten und ſchæden, ſo bishero auferloffen vværen, und noch hinführo hinauf ervvachſen vvurden, auf alle und iede ſein haab und gütern, liegende und fahrende, klein und groſs, pfenning und pfennigs vverth, vvas er ietzo hat, und hinführo überkommt, nichts davon ausgenommen, und ſetzt das auch hiemit zu recht, ob ihme icht billig auch ſolche anlaitung erkennet vvürde. Alſo auf mein umfrag, erkanten die urthelſprecher zu recht, ſeytemahlen mit den beſiegelten aachtbrieſen bevvieſen, daſs gedachter N ein offner verſchriebner aachter vvære; daſs demnach ernannten N. auf die obbeſtimten haab und guter geanlait, und nach dem geſchvvornen landgerichts-knecht von mir, als landrichtern, gebotten vverden ſolte, ſolche anlaitung gedachtem ächter, dergleichen der gerichts-obrigkeit der enden zu hauſe und hof zu verkunden, und zu vollziehung, vvie recht iſt, doch den ætern beſſern briefen, rechten und gerechtigkeiten unſchadlich. Deſs vvard auch gedachtem N. auf ſein erfordern, dieſe gerichts-urkundt mit des landgerichts inſiegel beſiegelt gegeben, am N. tag.* Facta *adnotatione der anlaitin*, idque juſſu prætoris provincialis per nuntium vel accenſum juratum, debet illa *ter* coram tribunali proponi, & auctoritate *judiciali* toties corroborari, formula ſingulari *in der* LANDGER. ORDN. *part. II. tit. 12. p. 80. 81.* Ubi clauſula: *daſs er den* ERSTEN, ANDERN *und* DRITTEN *gerichtstag die* ANLAITUNG ERSTANDEN *hatt, und ihme deſſen des gerichts urkund, auf ſein begehren mit des landgerichts ſiegel beſiegelt gegeben.* Poſtea iterum adit *judicium* actor, requiritque factæ *adnotationis* EVICTIONEM (*die gevvöhr*) von minus TER in triplici conſeſſu. Unde ſequitur *ſententia* quoque *triplex*, formula quidem hac: *Ward erkannt, ſeytemahlen er N. auf die* ANLAITIN DREY *offene gerichtstag nach einander beſeſſen und erſtanden hatt &c. und als niemand verantvvortet, vvard ſein N. vveiter verfahren, ſeines rechtens mit urthel erkannt: daſs er den* ERSTEN, ANDERN, DRITTEN *offen rechtstag der* BESITZUNG *und* INNHABUNG *auf die* ANLAITIN *erſtanden und beſeſſen hatt. Und ihme deſſen deſs landgerichts urkund gegeben.* Neque dum tamen actori *poſſeſſio corporalis* eſt rerum proſcripti: inde opus porro, ut *novo libello* requirat a *judicio provinciali* etiam hanc formulam ſententiæ, qua eam conſequitur, dicitur *der* ERFOLGUNGS-BRIEF debetque concipi verbis, quæ ſequuntur: *Ich N. von gevvalt und gnaden Römiſcher Kayſerlicher Majeſtæt und Fürſtl. Durchl. zu Oeſterreich thue kund: nachdem von N. die 1) acht auf des* AACHTERS *haab und gut erſtanden; 2) ſol-*

2) *solche auch* ANGELAIT; *folgends* 3) *die nützliche* GEWEHR *und auch iezo* 4) *die* INNHABUNG *auf dem allem erstanden, besessen und ersessen hat: also bath N. und begehrte, ihn* 5) *in die bestimmte Guter mit urthel* EINZUSETZEN *und ihme hieruber* SCHIRMER *zu geben. Dessen vvar dieser* ERFOLGUNGS-BRIEF *mit urtheil erkannt.* Adduntur simul litteræ tutelares ad magistratum loci rei sitæ, ut actorem ejus deinceps dominum & possessorem & ipsi agnoscant tueanturque adversus quemcunque. Idque mandato & auctoritate Suevicæ Landvogtiæ, imperiali & principali *Austriaca.* Formula tutelaris epistolæ *des* SCHIRM-BRIEFES non minus concepta est verbis *in der landger. ordn. part. II. tit. 12. p. 87. Ich N, von gevvalt und gnaden Röm. Kayserl. Maj. &c. thue kundt dass N. von N. in* 1) AACHT *dess landgerichts gebracht. Und nachfolgends auf dessen güter* 2) ANLAITIN *erlangt. Die nützliche* 3) GEWOEHR; *desgleichen die* 4) BESITZUNG *und* INNHABUNG *erstanden, besessen und ersessen. Ist durch die urthelsprecher ferner heute erkannt: dass N. die güter zu seinen handen nehmen, nutzen, niessen, verleihen, angreiffen, versetzen, verkauffen, oder ihme und seinen erben die selbsten behalten und damit handeln thun und lassen mag, als mit andern seinen eignen gütern itzt und zukünfftigen zeiten, ohne alles vvidertbailen und absprechen allermanniglichs. Und dass ihme desshalben* 5) SCHIRMER *gegeben vverden sollen, nach innhalt dess* 6) ERFOLGUNGS-BRIEFS *auch hierüber ausgangen. Und dem allemnach so seyn N. hiemit* SCIRMER *erkennt und gegeben vvorden von gerichts und rechts vvegen. Auch von Kayserlicher Maj. und Fürstl. Durchl. geben ich euch allen und einen ieden insonderbeit, vvelche durch diesen brief ersuchet vverden, dass ihr bemeldten N. in die güter einsetzet, vestiglich und getreulich schützet und schirmet, auch dabey handhabet, dass er daran* HAEBIG *seye. Wann thaten ihr das nicht, es vverde darinnen euch gerichtet nach landgerichts-recht.* Quod si moras deinceps nectant illi *tutelares* (*die* SCHIRMER) arctioribus mandatis ac pœnis coercentur. Quæ immissio, verbo curiali etiam dicitur, ex *secundo decreto.*

§. XXII. Si lateat debitor alia causa, quam ob *proscriptionem*, creditor, si quidem docuerit & probaverit debitum, alio ritu solet in bona derelicta ex secundo decreto immitti. Nam *landvogtia* jubet accensum, ut se conferat in locum rei sitæ, atque ibi *campana motu* veluti debitorem, aut creditores alios vocet, citetque ad respondendum causam. Qui si non comparuerit, creditor in judicio provinciali requirit *die anlaitin*, consequiturque immissionem demum eo modo, quem statim describimus in §. præcedente. Formula citationis hujus (*der* BELEUTUNG *der güter*) pariter præscriptis verbis habetur *in der landger. ordn. part. II. tit. 15. p. 96. 97. Ich von gevvalt und gnaden ihrer* KAYSERLICHEN MAI. *und Fürstl.* DURCHL. *Ertzherzog zu Oesterreich*, BELEUTH *in krafft und vermög derohalben ergangener urthel N. auf N. hauss, hof, acker, wiesen, garten, holtz, feld, wein, früchten, im kasten oder auf dem feld, item auf allen seinen haussrath, samt allen seinen liegenden und fahrenden, aignen und lehn gütern, nichts nit darvon ausgenommen, noch hindan gesetzt, ob sich iemand derselben, in* ERBS, KAUFFS *oder ander weise angenommen, und ihme sein zuspruch und schuldgerechtigkeit, mit den kosten, so viel ihme allhier von diesem Kayserlichen* LANDGERICHT *und* URTHEL *erkennt, wieder bezahlung thun wolte, oder sonsten einreden zu haben vermaint: daß er dann solches biß zum landgericht thue, so zu N. seyn und gehalten wird, auf N. nechstkommende, und so lang diese* BELEUTUNG *nach landgerichts recht, ihren fürgang haben würde, thue und fürbringe, wann ihme N. solche beleuthung unter berürtes landgerichts aufgedruckten* INNSIEGEL, *wie obvermeldt, mit urthel erkennt ist*, cetera. Inde sequitur formula *mandati*, quo instruendus est accen-

cen-

cenſus ad *citationis ſolennia* peragenda. *Ich N. gebeuth dir N. meinem* LANDGERICHTS-KNECHT, *daß du die* BELEUTHUNG, *ſo N. auf N. haab und güter, liegend und fahrend,* LEHEN *und* AIGEN, KLAIN *und* GROSS, *nichtzig davon ausgenommen, noch hindan geſetzt, wie ſich gebührt, verichteſt, und vollendeſt. Ob ſich jemands derſelben in erbs-kaufs-oder ander weiß annehmen, und ihme um ſein zuſpruch und ſchuldgerechtigkeit mit den koſten, ſo viel ihme allhie vor dieſem* KAYSERLICHEN LANDGERICHT *mit* URTHEL *erkennt werden, wieder bezahlung thun wolt, oder ſonſt einreden zu haben vermaint, daſs er dann ſolches thue und vorbringe, bis zum nechſten landgericht, ſo zu N. ſeyn und gehalten wird, auf N. tag nechſtkünfftig, wann ihme N. ſolche* BELEUTHUNG *unter berührts landgerichts aufgetrucktem Innſiegel erkennet und beſiegelt gegeben*, cetera. Accenſus ſi devenerit ad locum rei, peracturus ceremoniam *der* BELEUTHUNG *der güter*, convocat magiſtratum & populum, prælegit deinde *mandati* (*der beleuthung*) formulam adfigitque eandem valvis templi. Poſt movere jubet in templo *campanam*, quo actus ille reddatur eo ſignificantior. Quod omne praceptum *in der* LANDGER. ORDN. *part. II. tit. 12. p. 97. denſelben brief ſollen die geſchwohrnen landgerichts-bothen der enden, da die* BELEUTEN *güter gelegen, verkünden und überantworten, und von ihnen begehren, daſs ſie eine gantze gemaind derſelben end zuſammen beruffen. Alsdann ſoll ihnen die* BELAITUNG *offentlich vorgeleſen, und darauf von dem landgerichts-boten an die* KIRCHEN, *oder andere gewöhnliche ort, darin ſich gebührt, aufgeſchlagen werden. Und der landgerichts-bot den meſsner oder kirchwart ein* GLOGGEN LEUTEN *laſſen, auf daſs die gemaindt, die nit gar beyſammen, ſich noch weiter beſammlen möge, damit manniglich, ſo zu den* BELEUTHEN GÜTERN *forderung hatte, die auf dem landgericht des* NECHSTEN, *oder andern hernach folgenden* ACHT *landgerichten anzeigen und fürbringen möge. Käme dann iemands auf ſolchen landgerichten, der ſich als innhaber der güeter rechtlich anzaigte, und es kundtbar gemacht, ſo ſoll auf des begehrten thail erfordern ſolche* BELEUTHUNG *ab- und erkennt werden, daſs der* BELEUTHER *güetter mit ladung, oder vor ſeinem ſtab und gericht, darunter er geſeſſen, um ſein ſpruch und forderung erſuchen und fürgenommen, auf ſolche landgerichts-ladung, (womit* EHEHAFFTIN *landgerichts fürkommen) ſoll die abforderung auf freyheit Sag ſtatt haben.*

§. XXIII. Reliqua hujus *fori provincialis* ſunt momenti levioris, adeoque contrahenda in epitome. Nam *principio* in omni cauſa hic *citatione* opus eſt *trina* (*ieder beklagter hatt biſs zum dritten landgericht aufzug.*) Quoniam tertia demum peremtoria. Et tum citatur ſub pœna *banni* (*bey der* AACHT.)

§. XXIV. Cauſæ *minoris* momenti expediuntur verbis, graviores tantum libellis ac litteris. Imo ſi litis æſtimatio infra *florenum*, illa non eſt hujus tribunalis. *landger. ordn. part. I. tit. 2. p. 2. doch ſollen an dieſem landgericht die klain und geringfügige forderungen, ſo die den werth eines* GULDEN *hauptguts nicht belauffen, nicht angenommen werden.* Niſi juſtitia parti ſit negata alibi; niſi cauſæ reſervatæ (*die ehehafftin betreffen*); niſi non locus ſit æſtimationi, in re non tam lucri, quam favoris ſingularis. Utpote cenſu, ſervitutibus, dignitatis aut famæ cauſis.

§. XXV. Forma libellorum eſſe ac concipi debet in hoc tribunali per *ſegmenta* ſive *articulos*. Ita enim LANDGER. ORDN. *part. III. tit. 1. p. 104. Soll auch der klæger, nach getbaner kriegsbeveſtigung, da er zuvor ſein klag nicht*

ARTICULIRT *vorbracht*, *und dieselbe nachgehends* ARTICULIREN *vvolte*, *solche positiones quotiret zu übergeben*, *oder vvo zuvor seine klage* ARTICULIRET *und* QUOTIRET, *dieselbe an statt der* ARTICKEL *zu repetiren*. *Darauf der antvvorter* (reus) GLAUB *oder nicht glaub vvahr seyn*, *ohne anhang*, *zu antvvorten schuldig*. Nisi exceptiones eidem sint generis alius.

§. XXVI. Libellorum etiam numeri sunt definiti atque indulti cuique parti tres 1) actio 2) exceptio 3) replica 4) duplica 5) triplica 6) quadruplica. Ne peccetur in infinitudine. Post probationem per instrumenta aut testes, quatuor sufficere videntur, sub clausula: ne tamen quid novi deinceps. Nisi documenta noviter reperta.

§. XXVII. Cum executionis remedium sufficiens *bannum*, *die* AACHT: non opus est satisdationibus *der tröstungen*. Nisi pars *forensis*, extra limites constituta landvogtiæ.

§. XXVIII. Omnes EXCEPTIONES proferendæ simul, præsertim dilatoriæ, nisi post demum cognitæ fuerint, quod parti non creditur, nisi adfirmet hoc fide, quam debet huic tribunali; *dass er solches an dem* GERICHTS-STAB *bethenre*.

§. XXIX. Feriati dies sint DEO ac *divis* sacri. *Part. III. tit. 5. p. 109. An diesem landgericht sollen die christlichen gebannten feyertag*, *die zur ehre* GOTTES *und seiner lieben heyligen gehalten*, *noch vvas gerichtlichen gehandelt vverden*.

§. XXX. Si TESTIBUS opus est aliunde, habet hoc tribunal illud singulare, ut cujusque testis vel magistratum possit *requirere* ad eum audiendum, vel instruere mandatis COMMISSARIOS litteris *compassus*, qui in territorio alieno testes citare & audire queunt, judice ordinario prætereito. Quod magis est, landvogtiæ jura etiam sunt hæc: quod *testes ipsos* possint evocare sub pœna banni: *der landrichter mag solche zeugen bey poen der aacht kundschafft zu geben*, *compelliren*. LANDGER. ORDN. *part. III. tit.* 7. *p.* 110. Ita tamen, ut pars *producens* solvat testibus honorarium *einem gemainen zeugen*, *so in loco der malstatt*, *vier batzen*, *und alle tage dem fussgehenden* 7. *batzen*, *und reitenden* 10. *batzen*.

§. XXXI. SENTENTIAS quidem ferunt PRÆTOR & ADSESSORES (*der landrichter und urthelsprecher*.) Est tamen, si causa forte gravior in eorundem arbitratu, transmittere acta descripta ante, ad *jureconsultos* vel singulos vel ordinem eorundem universum. Non ergo *transmissio actorum* est in partium arbitratu, sed in manu judicis. Quod est magis: si reddita acta cum tali *responso prudentum*, ante publicationem *prætor* & *adsessores* perlegunt illud. Quod tum demum, si illis ita videatur, partibus indicant corroborantque *sententia* vi. Dicitur hoc *in der landger. ordn. part. III. tit. 8. in allen hochvvichtigen sachen*, *darinnen die partheyen schrifftlich nach rath der gelehrten procediren*, *mœgen die urthelsprecher*, *urthel zu geben bedacht nehmen*, *und da sie zu sprechen nit geschikt*, *sollen sie bey den gelehrten zu berathschlagen*, *auf ihre aydt erkennen*. *Folgendts samt dem landrichter darob und daran seyn*, *dass dieselbe acta aufs fürderlichist und ehist*, *durch den landgerichtschreiber geleutert*, *und samt dem darzu gehörigen protocoll ausgezogen*, *dem landrichter alsbald überantworten*, *der alsdann dieselbe acta einem gelehrten*, *und des landgerichts gebrauch erfahrnen zu* berath-

berathschlagen, zustellen, oder überschicken solle. In welchem der landrichter fein fleissiges aufmercken haben solle, damit die gelehrte, und der practic vvohlerfahrne unpartheyische consultores pro justitia vor andern gebraucht, auch die sachen dermassen unter ihnen ausgetheilt, damit dieselben durch sie gefürdert, und nit aufgezogen vverden. Und so die gelehrten ihre Rathschläg begriffen, sollen sie dieselben unter ihrem handzaichen und sigill bevvahrt und verschlossen dem landrichter zusenden. Der dann solchen rathschlag hinter ihme keins vvegs liegen lassen, noch denselben behalten soll, sonder auf das nechst landgericht darnach ladung zu empfahung der urthel aussenden, und auf solches landgericht den rathschlag fürbringen, in beyseyn der urthelsprecher eröffnen, und ihnen vor der publication verlesen lassen. Jedoch mögen in verlesung solcher rathschläg die allegationes und anzaig der rechtstellen, samt andern lateinischen einführungen, zu gevvinnung der zeit, umbgangen vverden. Und im fall dass der landrichter und die urthelsprechere ihnen solchen rathschlag, auch concept der urthel gefallen lassen vvürden, soll demnach von den partheyen, vvas den rechts-gelehrten, cantzley, procuratorn, und landgerichts-botten, für ihre besoldungen, salaria und verdienst zu geben gebührt, zu gleichem thail erlegt und bezahlt, und alsdann erst ihnen die urthel geoeffnet und publiciret, auch hinführo diese ordnung in solchen als vvichtigen articuln, allerdings gehalten, und darvvider ohne beschaids erholung nit geschritten. Befehlendt alles ernsts befehlende, das hinführo den partheyen, so vvohl von dem end- als bey-urthel, auf begehren besiegelt abschrifften, oder urkund gefolgt, und ertheilt vverden sollen.

§. XXXII. EXECUTIO restat rerum *judicatarum*. Uti vero hæc in aliis tribunalibus est difficilis quandoque, ita in nostro tribunali est facillima. Nam pars condemnata, nisi paruerit, *proscribitur*, id est, ejicitur suo domicilio; notatur infamia; excluditur honestorum virorum consortio; bona ejus annotantur; imo etiam interdicitur ille sacris. Quod supra §. 20. 21. est expositum plenius. Agitur sigillatim de executione LANDVOGTIÆ *part. III. tit. 9. p. 117. sq.*

§. XXXIII. Illud est debitoribus indultum, qui satisfacere nequeunt suis creditoribus, ut asylum quærant *in* CESSIONE OMNIUM BONORUM. Nam *part. III. tit. 10. p. 119.* clare dicitur, quod *cessio bonorum* sit Suevici juris, non privilegii. *Wann ein schuldner, er sey mann- oder vveibs-person, vves standes oder vvesens*, EDEL *oder* UNEDEL, *vor landgericht* BONIS ZU CEDIREN *vorhabens, vvie es dann einem ieden* REGULARITER ERLAUBET, *so vvird erfordert, dass der schuldner sich rund erkläre.* Nam requisita, quæ sequuntur, juris sunt civilis Romani. Ut adeo repetere hæc, non sit opus.

§. XXXIV. Cum rigidum hoc judicium sit, jure meritoque animadverti solet in temerarios & frivolos litigatores. Non sufficit, uti usu forensi hodie satis est, parti restituere impensas. Præterea requiritur illud, ut temerario litigatori a judice dictetur mulcta. Neque parti tantum temere causatæ restituantur expensæ, verum etiam solvatur ei tantum, quantum satis est illi quotidie ad victum & cultum. LANDG. ORDN. *part. III. tit. 11. p. 123. solle die* GERICHTS-KOSTEN *tragen; auch sonsten* STRAFFE *erlegen; und der parthey* ZEHRUNG *30. kreutzer einem reitenden, und 20. kreutzer einem zu fuss gebendem dess tages gelegt und bezahlet vverden.*

§. XXXV. Difficillimum in hoc tribunali est problema juris illud: ***num appellatio ad suprema S. R. I. tribunalia fieri debeat; an vero ad Austriacum regimen***

men Oeniponti? Sunt jureconsulti, qui causam responderunt, ex utraque parte. Imo *camera imperialis*, solicita de proferendis suæ jurisdictionis limitibus, detulit *adpellationibus*, a Sueviæ landvogtia factis omnino. Deinde cum A. BULLA *tit. VIII. & XI.* privilegium de *non adpellando* indulserit *electoribus* tantum, neque Austriacum extra *Austriæ* limites proferendum. Præsertim cum PORUSSIÆ REGIS exemplnm doceat, juxta *Brandenburgicum* marchionatum *electoralem*, in aliis provinciis locum esse adpellationibus. Quapropter eo minus dubitari de illis possit in *Sueviæ landvogtia*, quod *prætor provincialis* non tam Austriæ archiducis vicarium agat, quam *comitis provincialis Sueviæ*, *des* GRAVLANDVOGTS. Neque *Austriaci* de *non adpellando* privilegii favor major esse queat, quam *archiprincipis electoris*. Accedere, quod ipsi Austriæ archiduces ideo noluerint, ad hoc *tribunal provinciale* a reliquis Sueviæ ditionibus suis provocari: ne illi plus justo dare viderentur. Clare *in part. II. tit. 4. pag. 52. So viel die* OESTERREICHISCHE LEHEN, *und unsere* EIGENTHUMS UNTERTHANEN *in* SCHWABEN *betrifft, dieselbe, in krafft Oesterreichischen privilegien*, (adversus jurisdictionem concurrentem) *fürnehmlich abfordern und die remissiones* (id est immunitatem a provocatione ad landvogtiam) *begehren sollen. Auf welchen falle, da keine* EHEHAFFTIN *mit unterlauffen würde, der* REMISSION *statt zu geben.* Idem repetitur & inculcatur uberius *part. III. tit. 12. pag. 128.* Cum igitur ipsi Austriaci duces vela contrahant landvogtiæ, non esse, quare hæc expandi debeant justo magis, ut suprema S. R. I. tribunalia declinent. Demum exempla plura, in JUDICIO CAMERALI *des Reichs Cammergericht* præsertim, adesse, unde usus doceri queat, quod causæ in landvogtia ventilatæ eo, remedio adpellationis, fuerint devolutæ. De quibus ROSENKORB *in praxi forensi c. 108.* ZINZERLING *de adpellat. thes. 69. lit. g.* GYLMANNUS *tom. 3. symphorem. p. 173. 241. 242.* & *tom. 1. part. 2. tit. 17. p. 321.* idemque *tom. VI. c. 2. 8. Joh. Francisc.* BALTHASAR, Bojoariæ jureconsultus, *de judiciis S. R. I. membr. VII. n.* 7. quibus addi potest SCHNEIDER *in processu judicii Sueviæ provincialis class. III. tit. 4. n. 36.* BESOLDUS *de adpellat. c. 2. n. 19.* Verum enimvero Austriaca domus sustinet hodieque illud, quod adpellatio a judicio hoc provinciali fieri queat nonnisi OENIPONTUM, ad regimen Austriacum & innexarum provinciarum. Definit hoc ipsum *die* LANDGER. ORDN. *part. III. tit. 12.* qui est de *adpellationibus* sigillatim. Verba ejus tituli sunt, quæ sequuntur: *der punct der* ADPELLATION *stehet allein einem* LANDRICHTER *und gar mit nichten den* URTHELSPRECHERN *landgerichts zu.* Nam uti adsessores cives sunt *quadrurbis*, vere imperiales: ita sibi omnino metuit Austriaca domus, ne hi potius suffragentur pro adpellationibus ad CAMERAM IMPERIALEM indulgendis. Quapropter causam *adpellationis* vendicat soli prætori, adsessoribus exclusis. *Der* LANDRICHTER *soll auch keine adpellation an das* KAYSERLICHE CAMMERGERICHT *annehmen.* Sed quare nulla hic mentio JUDICII IMPERIALIS AULICI, quod hodie declinant ex eadem causa? Condita LEX an. 1561. quo tempore AULICI JUDICII dubiæ natales. Hinc *pag. 128.* brevi post: *solle vveder an einen* RÖM. KAYSER *oder* KÖNIG, *noch das* REICHS CAMMERGERICHT *appelliret, suppliciret, noch kein vvegerung bey dem reich und desselben* CAMMERGERICHT *angenommen vverden, bey pœn 1000. marck lœttigs goldes.* Fit ergo hic mentio Cæsaris & imperii, id est, COMITIORUM atque CAMERÆ: non AULICI tribunalis. *Sondern allein für einen regierenden* ERTZ-HERTZOGEN *zu Oesterreich und desselben Fürstliches Cammergericht gen* YNSPRUGG. *Als nechsten und immediaten* LANDES-FURSTEN *und des freyen landgerichts in Schvvaben* OBER-RICHTER. *Von gemainen rechtinn, gebrauchs und des hauses Oesterreich sonderlichen vvohlhergebrachten freyheiten, Kayserl. erklärungen, verordnungen und gebothen vvegen.*

wegen. Dahin auch solche adpellationes und SONST AN KEIN ORT *gehœrig. Wir wollen ordnen und setzen auch, dass unser landrichter den partheyen, so an das* KAYS. KAMMERGERICHT *adpelliren, die acta und apostolos nit geben noch mittheilen solle. Sondern er solle, unverhindert solcher angezogener* CAMMER-GERICHTS-PROCESS, *fürder in angefangenen rechten handlen und procediren.* Additur tamen definite summa adpellabilis QUINQUAGINTA CORONA-RIORUM. *Und sollen die adpellations-sachen an unser Oesterreichisch appellation-gericht (oder vorder Oesterreichisch Cammergericht zu Ynsprugg) und unter 50.* CRONEN *hauptguts berühren nicht zugelassen seyn. Ausgenommen die sachen, welche keine gewisse achtung* (æstimationem) *leiden.* Addito, quoties visum fuerit prætori, præstando JURAMENTO ADPELLATIONIS. Unde facile est ad intelligendum, causas recusandæ adpellationis ad suprema tribunalia imperii. Nam principio dici potest, quod *privilegium de non adpellando* indultum sit Austriacis ad parcendum *principum* honorem, ne ille lacesseretur in eo, si sententia illius vocaretur in dubium, vel ob partium studia vel juris imperitiam. Quod utrumque *judicio principali* est indignissimum. Cum vero eadem sit principis ejusdem persona, sive judicet qua *Austriæ archidux* sive qua *dominus Sueviæ landvogtiæ;* inconcinnum fore prorsus, parcere nunc principis iterumque ejus non parcere. Intelliget AUSTRIACA AUGUSTISSIMA domus exemplo hoc suomet, quam grave & iniquum sit, BRANDEBURGICI ARCHIPRINCIPIS privilegium de non adpellando curari ac coli in sola *marchia;* in aliis provinciis, illius dominio subjectis, illud negligi & postmitti. Si nefas, a Leopoldo adpellari in Austria, est nefas fieri idem in Suevia. Nam privilegium tale non *provinciæ* datum, sed *principi.* Et quis dixerit, subditos archiprincipatus electoralis vilioris sortis esse, ob negatas adpellationes, quam alios in simplici principatu, territorio aut dynastia? Et hæ privilegii angustiæ sunt prorsus sine exemplo. Quoniam illud universim est verum, quod ubicunque princeps instructus est privilegio de non adpellando, ibi adpellationes cessant non in una aut alia provincia, sed in singulis ac universis, addictis imperio ejusdem. Doceri id potest facile exemplis *Bojariæ Brunsuicensium* atque *Würtenbergicorum* subditorum, qui omnes causæ Austriacæ in eo patrocinantur, quod exulent adpellationes apud illos cum in pristinis, tum in provinciis illis, quæ post demum accesserunt principibus, privilegio de non adpellando munitis, incremento singulari. Taceo, quod LANDVOGTIUS sive *prætor Sueviæ provincialis* Cæsaris agat vicarium, quod tribunal illius sit imperiale, etiam ideo adpellationibus non indulgendum. Instar præfecti prætorii *l. 1. ff. 1. de officio præf. præt.* aut judicis magnifici *l. 37. C. de adpell.* a quorum sententiis adpellare, pariter nefas. Quod cum ita sit, causas omnino habet Austriaca domus, *quare ab hoc Sueviæ tribunali partibus non indulgeat adpellationes ad suprema S. R. I. judicia & curiam imperialem.* Neque obest illi, quod tamen *exempla* sint ex adverso, causarum, ad *cameram* inprimis, inde devolutarum. Nam, tale quid *jure* factum esse, frustra adfirmatur. Neque est aliquid novi, *cameram imperialem,* si quidem eidem licuerit in propria causa judicium ferre, peccare in nimio atque tangi studio limitum jurisdictionis ampliandorum. Quod vero subduxerit Austriaca domus Sueviæ ditiones suas huic tribunali, illud non est hujus oleæ. Cum ponendum hoc omnino in *Austriæ* archiducum arbitratu, qui sibi suisque dare modos possunt & nominare vias, quas in re judiciaria subsequantur. Mentionem hujus litis etiam fecere LYMNEUS *lib. V. juris pub. c. 2.* MYLERUS *ad A. Bullam part. II. differt. 2. c. 11. §. 6.* & plenius dn. præses in A. BULLA ILLUSTRATA *tit. VIII.* atque *XI,* ubi de argumento adpellationis singularia prorsus.

§. XXXVI. Ceterum Sueviæ ordines hoc tribunal SUEVIÆ LANDVOGTIÆ irretortis oculis inde a temporibus antiquissimis intuiti sunt, ut demum *juris publici quæstio* esset singularis: NUM SUEVIÆ LANDVOGTIA MEREATUR EXPUNGI OMNINO AC TOLLI? In pacificatione *Osnabrugensi* illud actum sedulo, ut eo permoverentur pacificatores, ad cogendum Austriacam domum, quo SUEVICÆ LANDVOGTIÆ mitteret nuntium. Iisdem etiam telis impetitum tum fuerat TRIBUNAL ROTHWEILENSE, quod a nostro prorsus alienum. Prodierunt ideo *duo* LIBELLI, quorum unus LANDVOGTIAM voluit SUBLATAM, alter vero TUITUS est eandem *apologia* singulari. Uterque est impressus *typis* nostri ævi in forma intermedia, qui facile potest evolvi. Argumenta illorum, qui LANDVOGTIAM, ut ulcus Sueviæ voluerant eradicari, fuerant hæc fere: *Principio* esse hoc in *Suevia* sine exemplo ullo, quod sibi in territoriis immediatorem S. R. I. ordinum aliquis adroget jurisdictionem *concurrentem*. Tempore *Carolingorum* talia in usu fuisse, qui in provinciis omnibus suos aluerint habuerintque MISSOS, hoc fine, ut subditi vel coram *illis* potuerint litigare vel coram judice *ordinario*. Verum *postcarolingica* tempora exigere mores alios, in quibus ordines S. R. I. consecuti sint *jurisdictionem* in suos privative, ut exulet omnino *concurrens* Cæsaris *jurisdictio* in Germania universa. REPONO, esse omnino vera hæc, sed cum *Suevi* hoc tribunal *landvogtiæ* semel agnoverint, porro nefas esse, illud declinare & neglígere. Deinde urgent, etiam in FRANCONIA ejus generis fuisse *landvogtias*, quibus ab imperatore inauguratus sit olim COMES HOHENLOICUS, qui tamen seculi moribus cesserint, quod velit unius teritorii non nisi dominum ac judicem unum. REPONO, quemque obligari suo pacto & facto; quo *Austriaca* domus se nunquam obstrinxit ad *landvogtiam* derelinquendam. Quod si alii hæc postmiserint jura, illud damno esse non posse Austriacis. *Præterea* concurrentem hanc *landvogtiæ jurisdictionem*, ut insolitam, ita perniciosissimam esse ordinibus, partibus, ipsis S. R. I. supremis tribunalibus. Nam parere ordinariis magistratibus contemtum & despectum; subditos abstrahere ab officiis; litigatoribus facessere negotium; imo destituere cum *imperialem* curiam, tum *cameram* adpellatione; turbare quoque leges ipsas & statuta, quæ in tot Sueviæ territoriolis differant admodum, quorum omnium *prætor provincialis* habere nequeat curatam notitiam. *Repono*, ea, quæ juris sunt, destruenda non esse ex rationibus consilii, decori, commodi. Illud satis esse, quod Austriaca domus, utendo suo jure & jurisdictione, nemini faciat injuriam. Deinde partibus litigatricibus id gratum valde, quod deligere queant ex duobus judicibus illum, qui eis optimus videatur. S. R. I. tribunalia quæ obmovere queant, huc parum facere, cum tangat jura tertii. Verum in *statutis* observandis, nisi prætor provincialis (*der landrichter*) suffecerit, eidem possunt aurem vellicare in hoc argumento XII. consiliarii adsessores. Qui ideo patrii moris debent habere peritiam singularem. Res alias levioris momenti prætereo. Sane *pacificatores Osnabrugenses 1648.* rem hanc reliquerunt in medio, commendaruntque eandem comitiis. Est, enim INSTR. PAC. OSNABRUG. *art. V. §. 56.* his verbis conceptus: *Denique cum etiam de abolendis* 1) CURIA IMPERIALI ROTWILÆ. 2) JUDICIIS PROVINCIALIBUS SUEVIÆ *& aliis hinc inde per imperium hactenus usitatis, mentio injecta fuerit resque hæc gravioris visa sit momenti: de his quoque ulterior deliberatio ad proxima* COMITIA *remissa esto.* Sed pleraque horum, quæ sic remissa sunt, remissa intelligi debent ad kalendas Græcas, judice legato comitiali, admodum illustri teste HENNINGESIO *ad h. l. pag. 794.*

§. XXXVII.

§. XXXVII. Propterea pagus SUEVIÆ universus multoties instituit repetiitque querelas ac preces de hoc *judicio provinciali* demum tollendo & interdicendo publica imperii lege. Inde ejus apologia prodiit: *Deduction und information, daſs dem hauſs* OESTERREICH *durch abolition deſs* SCHWÆBISCHEN LANDGERICHTS *wider ihre privilegia nichtes zugemuthet werden kan*, Oeniponti 1659. in 4t. Contra ab ordinibus edita: *Gravamina adversus Sueviæ judicium provinciale Austriacum*, pro illo abolendo 1666. in 4t. Quorum libellorum momenta singularia requiri possunt ex §. præcedente. Anno certe 1658. cum *Sueviæ ordines* serio rursus ursissent argumentum idem in consessu ELECTORUM *Francofurti*, permovere hi demum S. R. I. condidatum LEOPOLDUM, lenissimi ac optimi ingenii principem, ut non solum spem faceret tollendorum abusuum, sed etiam ab hoc tribunali indulgeret ADPELLATIONES ad CURIAM IMPERIALEM & CAMERAM. Imo ipse agnosceret casuum *reservatorum (der ehehafften)* numeros adauctos plus justo. Formula ideo conceptis verbis addita CAPITULATIONIS *artic. XVIII. Als auch von Churfürsten, Fürsten und Ständen so wohl wider das Kayserl. hofgericht zu Rothweil, als das* WEINGARTISCHE *und andere landgerichte in Schwaben* (Ravensburgæ, Wangæ, Isnæ) *allerhand groſſe beschwerung vorkommen* (de quibus in §. præcedente;) *auf unterschiedlichen* REICHS CONVENTEN *angebracht und geklagt: dahero auch im friedens-schluſs* (Art. V. §. 56.) *deren abolition halben allbereit veranlaſſung geschehen; so wollen wir, biſs solchen würcklich aus dem grund abgeholffen und von der* ABOLITION *erstberührter hof und landgerichte auf dem nechsten reichs-tage ein gewiſſes statuiret werde, ohnfehlbarlich daran seyn, daſs die eine zeithero wider die alte hof- und landgerichts-ordnung extendirte* EHEHAFFTS-FÆLLE *abgethan, und die dabey sich befindende excessus und abusus (zu welcher erkundigung wir ohninteressirte reichsständ ehestens deputiren wollen) forderlichst aufgehebet, sonderlich aber Churfürsten und Stände bey ihren dawider erlangten* EXEMTIONS-PRIVILEGIEN, *ungeachtet solche cassiret zu seyn vorgewendet werden möchte* (Nam §. 17. dictum, privilegia data fuisse huic judicio adversus privilegia) *handgehabt werden. Und nechst deme iedem gravirten frey stehen solle, von mehr erwehnten hof- und landgerichten entweder* AD AULAM CÆSAREAM *oder ans* KAYSERLICHE *und das* REICHS-CAMMERGERICHT *zu Speier, ohne einige unsere widerred und hinderung zu* ADPELLIREN. *In alle wege aber wollen wir der Curfürsten und ihrer unterthanen auch anderer von alters hergebrachter* EXEMTION *von vorberührten Rothweilischen und andern gerichten bey ihren kräfften erhalten, und sie dawider nicht turbiren, noch beschwehren laſſen.* Omnia hæc terse significanterque. Verum caruere tamen consilia fere successu. Quod teste comitiali plenæ fidei scimus HENNINGESIO *ad Instr. Pac. art. V. §. 56.* Hinc diu post an. 1690. eadem verbis pene iisdem repetita sunt in *capitulatione* JOSEPHINA *artic. XVII.* Nisi quod præterea sit additum hoc; MOGUNTINO *archiprincipi* electori hanc curam demandandam, cogendi concilium ordinum S. R. I. de hoc judicio emendando vertendoque in statum meliorem. Jacuit res iterum usque ad *electionem augustalem* CAROLI VI. anno 1711. Tum enim Sueviæ pagus Francofurtum legatos misit instruxitque eos hoc mandato: ut, si fieri posset, nunc demum hoc *judicium provinciale* tolleretur e medio, deleretur que illius memoria. Verum uti augustissimus tum imperii candidatus principio statim consessui electorali fecit spem deditque fidem, per internuntium suum primarii ordinis legatum, nolle se a *formula imperii*, cui FRATER gloriosissimæ memoriæ subscripsisset, latum unguem discedere, si quidem DEI NUMEN vellet, ut eligeretur ejus in imperio successor: ita enim NOVEMVIRI PRINCIPES recusarunt, legem ejus duriorem reddere. Inde ARTICULUS XVIII. ex Josephina desumtus ac descriptus est in

CA-

CAROLINA verbatim, etiam in cura hac demendata rursus curiæ Moguntinæ: *Und folches* (de visitatione & emendatione provincialis judicii sermo est) *an die* CHURMEINZISCHE *Cantzley, um dass von dannen denen übrigen dess H. R. R. Churfürsten, Fürsten und Ständen davon nachricht gegeben werden möge, notificiren wollen.* Sed negotio huic manus neque dum admotæ. Imo, quod magis est, solent exempla ORDINATIONIS PROVINCIALIS recudi etiamnunc sub titulo pristino, *dess freyen Kayserlichen* LANDGERICHTS *in obern und niedern* SCHWABEN, ORDNUNG, *Oeniponti* apud Danielem *Paur* 1618. in 4to. Ubi & *adpellationes* prohibitæ ad suprema S. R. I. tribunalia & pristini *reservatorum casuum* numeri ac nomina, licet ex lege publica, *capitulationis* ARTIC. XVIII. utrumque fuisset expungendum & emendandum & nunc & olim. Ceterum clare & definite FERDINANDUS I. imperator, in constitutione an 1562. præmissa *codici legum* Sueviæ *landvogtiæ*, quod has dederit Suevis non qua imperator; verum qua princeps, ut formula habet, *aus landsfürstlichen macht, vollkommenheit auf uns und unsre erben.* Cæsare digna vox, Germaniæ principibus salva omnino legislatoria jura sine Cæsaris intercessu & auctoritate.

§. XXXVIII. Ad extremum operæ etiam pretium illud est, ut indagemus in hujus JUDICII PROVINCIALIS sive *landvogtiæ* originem eamque ultimam. Mallem hic discere, quam docere. Liceat vero in rebus adeo vetustis & ambiguis uti opinionibus & conjecturis. SUEVIA, tertia quondam Germaniæ magnæ pars, principio in *segreges familias* divisa, REGIBUS paruit sive uni sive, pro ditionum multitudine, pluribus. Horum auctoritas se exeruit in bello maxime, TACITUS *de M. G. c.* 7. Nam, *qui* JURA *per pagos vicosque redderent, electi* PRINCIPES *in comitiis.* CENTENI *singulis ex plebe* COMITES *adsunt.* Igitur *duo judicum* genera fuere tum. Unum eorum, qui *concurrentem jurisdictionem* habuere per Sueviæ pagos & vicos universim (*einen mitlauffenden gerichts-Zwang*) alterum eorum, qui *præfecti* singulis *centenis* sigillatim, instar judicis aut *magistratus ordinarii* ac proprii cuique loco. Illi nostro *principes* audiunt, hi autem *comites.* Illi electi e *proceribus* & nobilitate, hi e *plebe.* Illos nominarunt *comitia*, hos *incolæ* loci cujusque, cetera. Quod omne si mecum expenderim, opinor illos cum nostro præside provinciali (*dem landrichter*) omnino conferendos, hos vero cum judicibus & *magistratibus singularibus*, loco cuique propriis. Sed anno CCCCXCVI. FRANCORUM rex CLODOVÆUS regnum SUEVORUM evertit, redegitque Sueviam in formam FRANCICÆ PROVINCIÆ. Nam in *Tolbiacensi* (*Zülich* in Coloniæ Agripinensium finibus) clade rege Suevorum occiso, hoc destituti populi superstites vel fugam dederunt *Helvetiam* Italiamque versus, a *Gothorum* rege Theodorico in tutelam recepti, vel quod in hodierna Suevia *Neccarique* ac *Mœni* fluviorum viciniis contigit, victoribus Francis obsequium ac subjectionem jurarunt. Quæ historia optime intelligitur ex epistola Theodorici regis ad victorem Chodovæum, quam nobis servavit CASSIODORUS *lib. II. ep.* 41. Nomen Sueviæ regis prostrati & devicti silent istius ævi historici, quod etiam desiderat cultissimus VALESIUS *lib. VI. rer. Franc. p.* 256. ubi nomen ex Eugepio restituere vult GIBULDI, licet titubanter. Fueritne caussa belli perfidia *Suevorum*, Francis addictorum fœdere? vel Chlodovæi insatiabilis habendi cupido? vel clericorum artes ad Suevos paganos adducendum ad fidem & formulam CHRISTI? incertum. Nam perhibent, victori *Chlodovæo* (Ludovico, Luduino, Luthovicio, omnia hæc synonyma, quæ differunt in barbari ævi diversis dialectis) tum ostentum sacræ crucis prævolasse, atque hanc victoriam divinasse. FRANCICA igitur FORMULA

MULA SUEVIÆ in jure dicundo fuerat haud dubie hæc: *ut quidem cuique loco essent proprii magistratus, sed præterea Franciæ reges alerent in Suevia* DUCES, *sive præfectos ac prætores provinciæ, quorum jurisdictio concurrens per* SUEVIAM UNIVERSAM, *juxta ordinarios cujusque loci magistratus.* Non opus est testibus hic singularibus. Nam in mores tum iverat Franco-Galliæ universim, ut provinciæ omnes regerentur pace belloque per nominatos & constitutos DUCES: Quorum munera, dignitatem, potestatem, jurisdictionem officiaque descripsit *Ant. Did.* ALTESERRA in opere utilissimo *de ducibus provinciarum.* Etiam inde a temporibus fere *Chlodovaei 496.* SUEVIÆ DUCUM catalogos descripsere *Goldastus, Obrechtus, Pfeffingerus, Bucelinus,* ut taceam Sueviæ scriptores vulgares & fabulosos, præsertim in vernacula. Uti vero DUCIS tum significatus fuerat, usu Franco-Galliæ universæ talis, ut notaret regalem *administrum, officialem, vicarium,* qui provinciam regeret, non proprio jure, verum *administratorio* tantum; ita insolentia, instar pestis, invasit corripuitque DUCUM animos, quaquaversum patuere Franco-Gallicæ provinciæ, ut sibi, quod *administratorio* nomine habuere, adrogarent *jure proprio,* seque *dominos* magis exhiberent, quam *officiales* & *administros* regum. Ad hanc INSANIAM DUCUM corrigendam & retundendam Franciæ reges alios officiales *miserunt* in provincias, quos *cameræ nuntios*, id est, *regalis fisci missos* adpellarunt, qui DUCES & observarent & denuntiarent, si quidem plus justo sibi sumerent. Præsertim in Suevia opus fuerat medica manu, quo ibi major ducum insania & rabies fuerat, ut Merovingicis regibus, dominis suis, facesserent negotium, cogerentque eos ad arma corripienda adversus SUEVIÆ DUCES REBELLES multoties. Factum hoc fuerat ab an. 687. maxime, ex quo tempore scilicet Francicorum regum dominium auctoritas, & proditus in annalibus stupor & ignavia. Gravis locus est ERCHANBERTI (*), qui huic conversioni adfert insigne lumen. Ex hoc itaque attenuata & concisa DUCUM SUEVIÆ auctoritas, atque *cameræ nuntiis* plurimum fuit datum. Qui ideo eodem sæpius nomine cum *ducibus* compellantur commiscenturque a scriptoribus horum discriminum ignaris.

§. XXXIX. Sed TERTIA SUEVIÆ CONVERSIO sequitur, CAROLI M. optimum consilium hoc: ut DUCUM EXTINGUERETUR nomen & munus infestum Francico regno & effrene ac licentiosum, proiectumque ad nihil non audendum & sibi adrogandum. Igitur abhorruit ipse a SUEVIÆ DUCE non minus, quam olim Romani ab invidioso verbo *regis,* ob tristem & tragicam *Tarquinii superbi* memoriam. Imo cum majores Caroli M. & ipsi DUCUM in Franco-Gallia spartam exornavissent atque sumpsissent tanta sensim incrementa, quæ demum evasere in potentatum, quo rex CHILDERICUS, cujus administri fuerant, regno exutus & privatus est; *diademate, sceptro, purpura, throno* & *regno Franco-Galliæ* delatis demum PIPINO, patri illius an. 751. certe ideo tantum non regicidii reo, nisi prosperi iniquissimi consilii eventus ac fortunæ judicia mortalium egissent in transversum, ut vitia ejus palliata adpellarent virtutem: facile fuit ad providendum & præsentiendum eidem; cavendum esse reipublicæ ab his ulceribus, ut adeo *DUCIS* & administri *REBELLIS* nomen habe-

(*) *In rerum Francic. Freheri tom. I. p. 168.* Cujus verba judiciaque de hoc argumento prodita, sunt hæc: *an. 687.* PIPINUS *suscepit principatum. Hinc* Suavos, Bavivvarcos, Toringos, Saxones, *crebris irruptionibus suæ ditioni subjugavit. Hæ enim gentes & aliæ plurimæ, multis sudoribus acquisitæ,* FRANCORUM *summo obtemperabant imperio: sed propter* DESIDIAM REGUM *& bella civilia,* LEGITIMAM DOMINATIONEM DESERENTES, *singuli in proprio solo armis* LIBERTATEM *moliebantur defendere.*

haberet instar synonymorum, odissetque illud angue magis. In *SUEVIA* igitur inde ab an. 768. *DUCIS* nomen inauditum porro sublatumque: ejus loco *CAMERÆ NUNTIIS*, id est, fisci regalis substitutis administratoribus. Qui haud dubie pariter *simultaneam jurisdictionem* cum ordinariis magistratibus habuerunt. Nam clare ac definite dicitur, communi scriptorum consensu, quod *SUEVIÆ summam* omnemque habuerint curam. Retinuit enim illos a perfidia ac insolentia hoc, quod eorundem essent duo & plures, ne omne momentum penderet ab imperio unius, ut olim, *ducis*.

§. XL. Licet vero aliquo tempore deinceps se continuerint sub *Carolingicis* Germaniæ *REGIBUS* intra muneris sui limites, post tamen quam *ARNULPHUS* suffragio magis populi Germanici, quam lege stricta ad regnum pervenisset; deinde *LUDOVICUS infans* sequeretur non alio, quam patrio jure: hi ipsi *cameræ nuntii* adfectarunt paulo SUEVIÆ dominatum, adpellati ideo DUCES passim a scriptoribus *uova anastasi*. Nam uti in aliis tum provinciis; sic in Suevia quoque vicarii *administratores* sibi plus juris adrogarunt. Hoc quidem tegumento, quasi stirps Carolingica, *legitima* quidem, in CAROLO *Crasso* extincta, & filius Carolomanni *naturalis* ARNULFUS ejusque filius LUDOVICUS ex indulgentia populi magis, quam jure haberent regnum. Sunt notissima fratrum ERCHANGERI atque BERCHTOLDI cameræ nuntiorum hoc nomine ab historicis notata crimina & supplicia, quæ capite luerunt An. 917. sub *electitio* rege Germaniæ novello CUNRADO primo. Quam conversionem describit plenius EKARDUS *monachus S. Galli*, vere quidem, sed judicio minus recto; quod caussam neque intellexerit neque indicaverit hujus adrogationis. Quæ alia non fuit, quam hæc. Quod *Carolingica* stirpe jam prorsus extincta, FORMULAM GERMANICI REGNI migravissent populi, ad quos ideo rediisset summa rerum indeque *potentatus*, non aliis, quam his *cameræ nuntiis* deferendus. Sane quo jure *Otto*, Saxoniæ administrator, sibi omne imperium in *Saxonia* sumpsit; eodem sibi idem in *Suevia* adrogaverunt hi fratres, cameræ nuntii. Quod docuit postea eventus. Nam utroque capite truncato, non ideo *Suevi* hoc dedere CUNRADO regi electitio, ut illis iterum præficeret *cameræ nuntios* sive administratores vicarios. *Dominum* sui territorii *proprium* requisivere, jure cum aliis Germaniæ provinciis communi, qui idem sibi sumpserant impune. Quod cum intellexisset demum CUNRADUS I. rex, pariter indulsit SUEVIS, adpellavitque novum *ducem* BURCHARDUM, qui ante, *Suevici populi* arbitratu, *potentissimus Sueviæ princeps* fuit, quam an. 918. pace novi regis CUNRADI nomen accepisset SUEVIÆ DUCIS. Nobis historia sufficit ad publica Sueviæ jura intelligenda & indicanda, licet scriptores, glaucomate *pristinæ* Sueviæ *formulæ Carolingicæ* occupati, obductique, misceant omnia turbentque. Nam ex hoc demum tempore SUEVIÆ DUCES rerum *domini* facti sunt jure ac merito, haudquaquam, ut ante, *officiales* & administratores. Quod facile est ad intelligendum, dummodo attenderimus factis rebusque gestis DUCUM ex hoc tempore. Unde constabit luce meridiana clarius, eosdem exercuisse, suo arbitratu, *belli* ac *pacis* jura, cum iisque cetera REGALIA omnia, id est, SUEVIÆ SUPERIORITATEM, ac potentatum, sine ullo regis Germaniæ intercessu aut injuria. Ibimus per summam & pleraque ostendemus indice digito, quæ deinceps quilibet facile adaugebit corroborabitque testium ac monumentorum idoneis nominibus ac numeris.

§. XLI. *Principio* notationem meretur, quare SUEVI porro recusaverint NUNTIUM *cameræ*, requisiverint autem DUCEM; quodnam inter *primum* nomen & *alterum* discrimen? Prodit arcanum EKKEHARDUS *de casib. S. Gal-*

S. Galli c. 1. his verbis: *nondum adhuc illo tempore* SUEVIA *in* DUCATUM *redacta: sed fisco* REGIO *peculiariter parebat, sicut hodie & FRANCIA. Procurabant ambas cameræ, quos sic vocabant, nuntii.* Quot verba, tot juris publici lumina. *Primo* FISCI docet discrimina dicitque olim *Sueviæ fiscum* Cæsaris fuisse, post *ducis*. In fisci autem juribus nomina *vectigalium, monetarum, metallorum, mulctarum, tributorum, domaniorum* omnis generis. Quæ cum olim fuissent *imperatoris* solius, nunc illa sint solius *ducis* sive principis territorialis Sueviæ. Deinde confert pristinum *Sueviæ* statum cum *Francia* Rhenensi, quæ etiam tunc permansit in *Cæsaris domanio* idque *peculiariter*. Aliis nempe provinciis instructis *duce* ac *domino* rerum peculiari. Porro *cameræ nuntios* definit regalium redituum receptores. Quorum munus jamnunc cesset, postquam *Sueviæ reditus* cedant *principi* ac *duci Sueviæ*, uti quondam imperatori. Num vero sui ita oblitus fuerat Cunradus I. rex, ut se imperiumque destitueret totius provinciæ reditibus, commodis, tributis? Nefas est, credere hoc de principe, tantopere attento ad rem alias. Igitur non ipse hæc otia & commoda fecit SUEVIÆ DUCI; sed Sueviæ populi, stirpe Carolidarum extincta, voluerant peculiarem sibi dominum, principem, ducem. Atque hoc est, quod scriptores tum de hoc duce Burkhardo, tum de aliis habent: *eundem Sueviæ principum* (id est primi ordinis statuum provincialium) *adsensu statutum primum ducem.* Verba sunt EKKEHARDI *c. 2.* Idem, sed clarius de BERTHOLDO II. An. 1092. quod *principes Alemanniæ unanimiter convenerint, sibique ducem totius Sueviæ constituerint*, declarant *fragmentum* ANONYMI *præmissi Alberto Argentoratensi* apud *Urstisium*, BERTHOLDUS *Constantiensis* aliique. Addit, fide tabularii, qua scripsit, HARTMANNUS *in annalib. Heremi p. 31. 32.* quod Sueviæ populi ante non potuerint pacari, quam illis daretur DUX ac princeps peculiaris Burkardus. Quapropter recte *Sueviæ populos* incusat *Petrus ab* ANDLO, quod, extinctis Hohenstauffiis, neglexerint *sibi eligere ducem.* Quoniam hunc ipsi nominare potuerint, non expectare debuerint demum a Cæsare & imperio eundem. Quid? quod RUDOLPHUS I. imperator neque hoc sibi adrogaverit, vel reliquias & lacinias parvas *domaniorum* ducis Sueviæ extincti, CUNRADINI, filio suo conferre, nisi ordinum imperii arbitratu & decreto. Uti igitur Germaniæ regis vel imperatoris olim fuerat, *Sueviæ administratores* dare pro lubitu: sic constituere *duces* seu *principes Sueviæ*, rerum dominos, nequibant, nisi Sueviæ ordines, salva tamen *inauguratione* eorundem, a Cæsare peragenda. Pergimus ad SUEVICI POTENTATUS insigniores effectus inde ab an. 917. Fuerat olim penes Cæsarem aut Germaniæ regem, Sueviæ administratoribus *bella* imperare; procurare *pacem*; pangere *foedera*; imperare *tributa* rerum hominumque. Verum ab an. 917. id est a tempore stirpis *Carolingicæ* extinctæ & Sueviæ *imperialis* conversæ *in ducalem*, primi statim DUCIS elucent omnia hæc jura, insignium exemplorum cumulis. Movit ipse cum EXERCITU SUO, non imperiali, suoque *arbitratu solo*, non ita jubente aut volente demum Germaniæ *rege Henrico* aucupe, adversus *Burgundos* & iterum, in horum societate, in *Italiam*: FOEDERA cum primis nunc pepigit nunc rupit, ut libuit ita licuit: PACEM nunc dedit, nunc accepit, ut fortuna fuit, nulla lege aliena obstrictus. Otium perderem, si nominarem testes, cum historia loquatur. Præterea, quod magis est, ipse etiam cum HENRICO *aucupe* conseruit manum. Quem is ut *hostem* habuit devicitque, non punivit ut *rebellem* aut *perduellem*, aut capite truncavit, instar utriusque cameræ quondam nuntii. Clare WITTEKINDUS *lib. I. p. 637. ad an. 920. Henricus, rex factus, perrexit cum omni comitatu suo ad pugnandum contra* BURKARDUM, *Alemanniæ ducem. Ita cum esset bellator intolerabilis* (non proditor perduellis,) *sentiebat tamen, quia valde prudens erat, congressionem regis sustinere non posse* (nullam perduellionis pœnam metuebat)

tradidit ſemet ipſum ei (uti vaſallus ac princeps clientelaris, non ut ſervus aut reus criminis) *cum univerſis urbibus & populo SUO.* Inde rei argumentum certiſſimum, populum *Sueviæ ducis* fuiſſe, non *regis.* Imo, quod eventus docuit, *BURKARDUS Suevia potentatu* nequicquam deſtitutus eſt ideo: verum id tantummodo voluit *novus rex*, ut illi juraret clientelam ac fidem; *reliqua omnia ducalia* & *regalia jura*, formula ea, quam ſupra nobis dedit *EKEHARDUS*, ſibi retineret etiam deinceps. Quapropter bella illius, quæ poſt duxit an. 924. cum in *Burgundia*, tum in *Italia* teſtatiſſima ſunt hiſtoricis. Imo, licet noluerint *epiſcopi* & ſacri *antiſtites*, uti in aliis Germaniæ provinciis, ita quoque in *Suevia* parere *ducibus*; ſacri muneris intuitu maxime; quod crediderunt, etiam deinceps ſe ideo pendere ab imperatore imperioque. Aliter tamen *Burkardus*, qui *Sueviæ* ſuæ territorium tam arcte *clauſum* ſibique proprium eſſe voluit, ut ſacros antiſtites nominaret ipſe, quibus tamen, ut Cæſari fidem quoque darent, indulgeret; indiceret illis tributa, & ſervitia militaria depoſceret ab eis *territorii princeps.* Exempla deſcribunt *EKEHARDUS* cap. V. *HEPIDANUS* ad an. 925. *HARTMANNUS in vita S. Wiboradæ lib. I. c. 25.* Et licet hoc ducis imperium, militarium impenſarum ergo, minus eſſet ad cleri palatum, juris tamen publici ratio non debet pendere aut turbari inanibus illius fabellis. Sufficiant hæc de *origine juris territorialis* in Sueviæ ducatu ſcripſiſſe & arguiſſe per epitomen. Quod cum ita ſit, nullus dubito adfirmare: *SUEVIÆ LANDVOGTIAM*, ſi quidem fuerit tum, in manibus fuiſſe *ducis* ſolius, non *Cæſaris* aut imperii (*). Perſtitit in hac *FORMULA SUEVIA* ſemper deinceps, ad quam exigi poſt omnino debent acta geſtaque deſcripta in hiſtoriis. Imo in viciſſitudinibus omnibus, quibus Suevia concuſſa ſæpe & agitata poſteris temporibus, difficile fuerit alias, æquum ab iniquo diſtinguere, niſi lydius hic lapis & *FORMULA SUEVIÆ* in manibus & oculis ſit: a qua *norma* quicquid abit, illud injuſtum & præter juris ordinem, definitum ita ab anno 917. an annum 1268.

§. XLII. Quemadmodum vero *SUEVIA tribus & dimidio* ſeculis perſtitit hoc ſchemate & formula peculiaris in *Germania archiprincipatus*: ita eodem etiam jure gaviſa eſt, quam *SEX* alii, *Bojoaria, Saxonia, Francia, Thuringia, Vendia, Bohemia,* quibus Germanici imperii abſolutum ſyſtema. Nam ille pariter clauſi territorii juribus tutus, cujus imperio ſubjecti Sueviæ *comites, dynaſtæ, civitates* (**). In *comitiis Sueviæ* collegio adſcripta fuit S. R. I. *ELECTORATUUM; DUCES* ejus non minus inter S. R. I. *ELECTORES.* Et quoties imperator, ſolenni ritu, inſtituit *conventum*, in quo illi, exemplo *Caroli M.* cui tum *reges* ad manus, *officia curialia* exhibuere archiprincipes, toties in his quoque claſſibus & numeris fuit *SUEVIÆ dux*, qui nunc *cellæ* præfuit, nunc *culinæ*, iterumque *equis* aut *ſupellectili* imperiali, ut ſcilicet eo tempore, quo munera hæc nondum provinciis adfixa, unum eorundem detulit ei vel ætas vel fortuna

(*) Eſt etiam ſententia hæc rerum Suevicarum peritiſſimi viri, HEIDERI in actis *Lindavienſibus* p. 578. & clarius p. 199. *Wie dann die landvogtey die reliquias deſs gantzen herzogthums Schwaben zuſammen gefaſſet.* De aliis diſcriminibus infra.

(**) Quod exempla docent. In *comitibus* quidem, etiam *palatinis*, indicavit nobis BESOLDUS *in monaſt. Bebenhuſano* pag. 358. *Tubingenſem*, qui an. 1187. ideo Sueviæ ducis FRIDERICI rogavit habuitque conſenſum. HALAM *Suevicam* vero civitatem, ſalinis divitem, an. 1231. SUAM dicit *Henricus Sueviæ* dux, donatque Denckendorfenſi coenobio *unius patellæ ſalis* ibi proprietatem, ut habet *idem* p. 465.

tuna vel fors. Verum enimvero *CONRADINO*, ultimo *Sueviæ duce* an. 1268. capite truncato, quæ tragoedia scriptoribus est testatissima: *Sueviæ ordines* discedere in partes maluerunt, quam de novo *PRINCIPE* ac *DUCE* eligendo in consilium coire. Scilicet cum in tempora *interregni* & vacantis imperii incidisset is casus funestus, e re singulis est visum sacris *antistitibus, comitibus, dynastis, civitatibus*, agere deinceps sine principe ac lege, suique juris esse, neque porro subjici imperio *ducis*. Viderat hoc *RUDOLPHUS I.* novus imperator. Qui cum desperaret, Sueviæ ordines universos redigere sub imperium *ducis* unius, demum an. 1282. illud egit, ut *domanialia* Sueviæ ducis prædia (*die Hertzoglichen aemter oder cammer-güter,*) auctoritate decretoque comitiali Augustano, filio secundo genito *RUDOLPHO* conferrentur, instar *feudorum vacantium* vel *apertorum* imperio. Et licet ejus filius *JOANNES* parricida iterum exciderit hac ditione an. 1308. Henricus VII. tamen *Austriacis* agnatis largitus est beneficium *investituræ* simultaneæ ac mutuæ, ut *Sueviæ principatus* Austriacis pariter innecteretur. Sunt quidem vulgares scriptores, etiam synchroni, qui Austriacorum in *Suevia* jura adpellatione dignantur Suevici *ducatus*. Sed errant, nisi ducatum posueris in ducatu. Quo sensu *WURTZBURGENSIS* hodie antistes & principes *NORIBERGENSES* olim, audivere *FRANCONIÆ DUCES*, quod ditionem in Franconia possiderent principe non indignam. Quapropter abstinere etiam solent ipsi imperatores Austriaci a verbo *DUCIS*, contenti nomine *principis Sueviæ*.

§. XLIII. Uti vero non memini vestigii alicujus LANDVOGTIÆ IMPERIALIS, *dess Kayserlichen landgerichts* sub SUEVIÆ DUCIBUS, quibus *comites* paruerunt, cum iisque etiam provinciæ illius judicia omnia: ita extincto DUCATU, *judicii imperialis* in hac provincia fit mentio passim. Nam *an. 1305.* ALBERTUS I. imperator in privilegiis, *Babenhusano* cœnobio indultis eximit illud, ut verba diplomatis habent, *a dominatu, jurisdictione, auctoritate & jugo* ADVOCATORUM NOSTRORUM PROVINCIALIUM *omniumque nostræ majestatis officialium.* Quod *Christ.* BESOLDUS *in docum. rediviv. pag. 397. 398.* jure fidenterque accipit *von den Kayserlichen landvögten in Schwaben.* Quorum tamen isto tempore plures nominantur, *comes Wirtenbergicus* in *Suevia*: dynasta de *Ochsenstein* in *Brisgoia*: Henricus de *Liechtenberg* in *Alsatia*, si fides est CRUSIO *part. III. lib. 3. c. 15.* Quibus *Oetingensem* comitem quarto loco addit MULZIUS in jure publico. Sane in vernacula LUDOVICUS IV. imperator an. 1331. mandat in Suevia, *dess reichs getreuen* LANDVOEGTEN, *vogten*, cetera. Et CAROLUS IV. an. 1347. formula utitur ad Suevos eadem: *gebiethen allen unsern und des* REICHS LANDVOEGTEN, *vogten, amtleuten* & qui sequuntur deinceps. Qui libelli extant in *docum. rediviv. monaster. in ducatu Würtenbergico* pag. 739. 743. 748. Ubi etiam p. 568. ad an. 1362. fragmentum occurrit, in quo præses ille provincialis Sueviæ audit *der landpfleger des Römischen Reichs in Schwaben.* Unde esse licet certus, imperiale hoc tribunal in Suevia floruisse inde a temporibus extincti ducatus. Si conjecturis uti licuerit, forte ideo instituit *prætores provinciales* ibidem eodem illo tempore sive RUDOLFUS I. sive ALBERTUS I. ne tot territoriolorum domicelli, in metuendis inde diffidiis, *judice imperiali* destituerentur (*). Quæ etiam tum forte in FRANCONIA causæ, quare idem

 RUDOL-

(*) Hoc etiam opinatur HEIDERUS *in actis Lindau. pag. 381. die landvogtey wäre zur zeit der Herzoge in Schwaben nicht in rerum natura gewesen, sondern erst nach abgang Conradini aufkommen.* Iste quidem auctor recte distinguit

RUDOFUS I. imperator demandaverit ejus generis spartam BURGGRAVIO Noribergensi per Franconiam universam (*das Kayserliche landgericht in Francken*), cujus tribunal hodie *Onoldi.*

XLIV. Verum enimvero quicquid causæ, illud egomet vix adsequor ulla ratione, *quare Rudolfus I. eo ipso, quo SUEVIAM rogavit ab ordinibus pro filio suo RUDOLFO obtinuitque an. 1282. decreto comitiali; non simul quoque vel adjunxerit LANDVOGTIAM, vel hanc eidem pariter demandaverit perpetuo deinceps a principe Sueviæ exornandam & instruendam?* Difficilis apud me fides esset, nisi hæc *diplomate* corroborata, quod nullatenus in dubium potest vocari. Nam Sueviæ hanc landvogtiam, sive tribunal provinciale (*das Kayserliche Landgericht*) acceptam ferunt Austriaci demum *WENCESLAO* imperatori & quidem *pignoris*, aut potius *emtionis* jure cum pacto, eandem *reluendi*, quoties videretur e re imperatoris, aut Germanici imperii. Exhibebimus contractus tabulam in ultima margine, cujus summa est fere hæc. Principio *WENCESLAUS* imperator agnoscit, quod in ære sit *Leopoldi* Austriaci ducis 40000. aureorum, Florentinæ monetæ. Deinde illius fidem officiaque extollit, exhibita cum illi, tum parenti. Hinc *utramque landvogtiam Sueviæ* utriusque *superioris* & *inferioris* pignoris lege eidem defert. Additque census imperiales 6526. florenorum annuatim accipiendos ex urbibus *Augusta* & *Gienga*. Præterea feudorum, si quidem imperio fuerint aperta redditaque vacua, per Sueviam omnem largitur spem succedendi Austriacis. Porro potestatem tribuit iisdem simul reluendi, quicquid in Suevia oppignoratum fuerit, ab imperatoribus imperioque. Tum nefas sit, reluere landvogtiam, nisi ipsi imperatori & quæ reliqua. Datum munitumque *sigillo regali* FRANCOFURTI an. MCCCLXXIX.

§. XLV. Sunt autem in his aliqua, quæ exigunt lumen. Nam uti nihil hic de *provinciali judicio*, verum de duplici Sueviæ utriusque *landvogtia* solum, ita requiri potest, num hæc illud teneat sub suo complexu? Nam constat quidem hoc usu, quod *duplex* in Suevia munus & *duo* ejus alantur ab Austriaca domo *administri;* quorum unus audit *der* GRAVLANDVOGT, alter vero *der* LANDRICHTER, quæ discrimina plurimis verbis indicata §. 2. 3. superius. Et sane in *Wenceslaviano* contractu nulla mentio *judicii*. Verum enimvero cum in CODICE HARUM LEGUM constitutio præfixa cum FERDINAODI I. an. 1562. tum archiducis *MAXIMILIANI* an. 1618. atque in *prima* utriusque verbi fiat mentio, *als ietziger innhaber der LANDVOGTEY und LANDGERICHTES*, instar synonymorum; in altera fines addantur *in OBERN und NIEDERN SCHWABEN;* deinde eaedem leges his verbis promiscue utantur; *LANDGERICHT* & *LANDVOGTEY* sine ullo rerum aut munerum indicato discrimine; post idem privilegium Wenceslavianum de *judicio provinciali* accipiant; dicatque *landvogtiæ* partem singularem *Ernestus GOCKELIUS de jurisdict. art. IV. §. 2. p. 29.* jureconsultus Suevus: non dubito, diploma quoque accipere de *provinciali judicio*. Num vero fides danda HEIDERO *in act. Lindau. p. 578.* qui *LANDVOGTIAM* valde distinguit a provinciali judicio (*dem LANDGERICHT*) atque primam tribuit privilegio Wenceslai pag. 437. (*); alte-

stinguit inter *præsidem* Sueviæ *dem landvogt*, atque prætorem *dem landrichter*. Quoniam primo cum jurisdictione nihil est commune, sed tamen est utriusque una causa, ætas, ratio, origo, auctoritas.

(*) Heideri verba p. 578. sunt, *dass man bald hiernechst angefangen, nicht allein den*

alterum juribus *ducis* aut principis Sueviæ? quod alibi turbat miſcetque iterum? Mea ſententia Wenceslavianum privilegium *duo capita* habet: *Unum* quod cenſus, reditus, eminentiam & auctoritatem reſpicit Cæſaris vicariam in Suevia; *alterum*, quod abſolvitur jure dicundo. Utrumque verbum habuit meruitque *landvogti* aut *landvogtiæ*. Verum Auſtriaca domus diviſit hæc munera & jura, indeque etiam diſtinxit nomina, ut primus vere *landvogt* adpellaretur ſeu *gravlandvogt*, alter acquieſceret verbo *prætoris* audiretque *landrichter*, & munus illius *das Kayſerliche landgericht*, vel in vetuſtiori ac latiori ſenſu, *die landvogtey*. Addo, quod *Graulandvogt*, præter res *imperiales*, curet etiam *principales*, conjunctas nunc in eadem domo Auguſtali. Qui vero in laudato diplomate *duæ landvogtiæ* numeratæ (*unſer und des Reichs* BAIDE *landvodteyen*) inveniuntur? Putaverim reſpici ad *duas* Sueviæ ejusdem oras & tractus, *ſuperiorem* & *inferiorem*. Neque negaverim, munus ideo hoc inter plures fuiſſe olim diviſum non minus. *Præterea*, quod de reditibus imperialibus Sueviæ, ſigillatim expectandis e civitatibus AUGUSTA & GIENGA additur, illud non eſt hujus loci & argumenti. Licet *Gravlandvogtius* ejus generis cenſibus, decimis fructibus aliis per Sueviam hodieque gaudere videatur. *Porro* licet *reluendi* jura integra imperatori imperioque reſervata in diplomate, nulla tamen inde pericula Auſtriacis. Non ſolum, quod leges etiam in reluitionibus abhorreant a temporis infinitudine, & is contractus non tam pignoris ſit, quam dominii translati, ſed quoniam *quadraginta millia aureorum* ſumma fuerat, æuo Wenceslaviano; quæ in auri pretio hodierno adſurgeret ad myriades. *Tum* cenſus etiam JUDÆORUM (*der leibzoll der Juden*) adſignatur Auſtriacis in contractu eodem. Unde facile patet, Sueviæ ordinibus Cæſarem hæc jura in dubium vocaviſſe, ſtatuendi aliquid de *Judæis*. Qui tamen hodie pari gaudent hic jure cum aliis ordinibus aliarum Germaniæ provinciarum. Si Würtenbergico olim comiti Judæos habere ſubjectos ideo non licuit, *hodie* non lubet, quamvis liceat. Addidimus tandem diplomatis *ſigillum*, delineatum in ære, ſculptum perita manu. In dextro latere *aquila imperialis* conſpicua, verum *ſimplex*. *Dn. præſes* nuperrime in *tom. VII. reliquiarum in adpend. de aquila bicipite* §. 19. p. 571. quod WENCESLAUS imperator primus *bicipite aquila* ſit uſus in ſigillis ſive *imperiali* ſive, ut opinabilius, *Brandenburgica*. En! vero CAROLI VI. etiam *bicipitem aquilam*, ſigillo inſculptam oſtenti inſtar, in FUGGERI *ſpeculo Auſtr. lib. III. c. 9.* ubi non ſolum duæ aquilæ comparent, telamones, ſed etiam in dextri lateris ſcuto *aquila biceps*. Acceptiſſima imago, dummodo ſincera non fallax. Hactenus certe refero eam inter pictoris, aut chalcographi offucias & pigmenta. Quod ſi errorem aliquis eripuerit, gratiſſimam mihi fecerit rem. Tum enim habuerim novo argumento, quod in *tom. VII. reliquiar.* §. 18. p. 570. primus vidi ab ſcripſi, BICIPITEM AQUILAM BRANDENBURGICAM originem fuiſſe cauſam IMPERIALIS, adſcitam & donatam demum architolii jure ab imperatoribus Brandeburgicis.

---

den LANDRICHTER *in* SCHWABEN, *qui tamen in adminiſtranda* TOTI PROVINCIÆ *juſtitia, comitis antiqui perſonam repreſentat* & CÆSAREUS *immediate judex audit, ad differentiam des* LANDVOGTES, *qui* DUCIS *ſive principis* SUEVIÆ *partes ſeu reliquias ſuſtinere videtur. Neque ingerit ſe litibus provincialibus, multo minus adpellationis judicem agit, eben mit ſolchen nahmen zu vociren oder anzudeuten.* Rancidus & incultus ſermo, non conſtans ſibi neque cohærens ordine. Res ipſa non melior Nam LANDVOGTIAM *imperialem* eſſe, p. 437. 438. agnovit, dum adſumpſit de illa Wenceslavianum privilegium. Ergo fruſtra hanc facit nunc *ducalem* aut principalem.

ADPEN-

ADPENDIX
MONUMENTORUM, FACIENTIUM AD TRIBUNAL SUEVIÆ PROVINCIALE.

NUM. I.

RESponſum juris: NUM FAS SIT JUDICI, MIGRARE FORI MORES ET VETUSTATEM, ſeculi Senſu, horridulos, incultos & inanes; ſigillatim in judicio ſub dio habendo, dem WROGER-GERICHT, ordinis Iċtorum FRIDERICIANÆ menſe FEBR. an. MDCC XXIV.

ALs derſelbe uns eine facti ſpeciem nebſt drey Fragen und einem volumine actorum zugeſchicket, demnach &c. Hat die Stadt H. dieſervvegen klage erhoben, daſs das gevvöhnliche WROGER-GERICHT nicht an der ſonſt gevvöhnlichen Stelle, MALSTATT und mallo eines STEINES bey der *wind-mühlen*, vor dem ſüder-thor, als in der ſtadt *Weichbild* gelegen; ſondern andersvvo bey dem *Feldvogt* und auf des *amts Schöningen gerichts-zwang* gehalten vvorden. Dagegen die Hochf. cammer vermeinet, daſs an dieſer änderung vvenig gelegen, ſolche inter res arbitrii gehore, mit hin die klage als vom zaune gebrochen, aus dem grund der exception: tua non intereſt, vvieder zurück gegeben vverden ſolle. Und denn ſolches a judice nicht attendiret; man ſich auf ſeiten der Hochf. cammer gefallen laſſen müſſen, mit ſchrifften abzuvvechſeln. Da gleichvvohl die duplic ſchrift der *cammer* von dem *Hoffgericht* nicht angenommen, ſondern mit dem bedeuten vviederum zurük gegeben vvorden, daſs ſolche vorhero von aller anzüglichkeit zu ſaubern. Solchem nach derſelbe über nachſolgende ſragen, vvas diſsfals rechtens, von uns belehret ſeyn vvill. Und zvvar anſangs:

Ob das hofgericht ſchuldig, die duplic ſchrifft unverändert wieder ad acta zu nehmen?

Ob es nun vvohl ſcheinen mögte, daſs in dergleichen ſchrifften die ſatyræ von injuriis zu unterſcheiden, und der erſten halben keine ſchrifft ab actis zu removiren; nachgehends kläger zu derſelben durch ihre actionem de lana caprina ſelbſten anlaſs gegeben; vveil dergleichen proceſs ohne noth und nutzen ex ærario Civitatis geführet vvürde; ferner allenfals die ſchrifft bey den actis zu laſſen, und darüber, vvie vveit ſich der concipient darinnen vergangen, rechtliche erkäntnüſs einzuhohlen; abſonderlich da der concipient factum cameræ zu juſtificiren ſuche; vvelchem hierunter um ſo viel mehr nachzuſehen: Dievveilen aber anfangs zu der quæſtionirten duplic ſchrifft und derſelben bittern und unbeſcheidenen expreſſionen kläger keinen andern anlaſs, als vvelche die rechte erfordern, gegeben; nachgehends der lis desvvegen nicht de lana caprina zu achten, vveil die Stadt ein merklichcs intereſſe dabey, theils daſs ſelbige dem amte *Schöningen* hierunter nicht zur ungebühr und vvieder das herkommen nachgeſetzet, und ſo vvie zur *amts-ſtadt* mit der zeit gemachet vverde; da doch die ſtädte vor denen ämtern, denen landes-gevvohnheiten nach, den vorzug haben; theils auch daſs die delinquirende bürger nicht nöthig, auſſer ihrem vveichbild, ſich citiren und beſtraffen zu laſſen; vielmehr die *amts-bauren* ins H. *weichbild* citiret vverden mögen; endlich der landesbrauch und das herkommen in teutſchen gerichten alſo beſchaffen, daſs mann ſelbige ohne nothdringende urſache nicht zu verändern;

da

da sich nun die stadt H. von undencklichen jahren her in quasi possessione befunden, dass das WROGEN-GERICHT auf ihrer fluhr gehalten, sie auch dabey ferner geschützet, und durch unzeitliche veränderung nicht verschmähet vverden muss; Bey vvelchen umständen, da der cammer advocat nomine eines vornehmen collegii geschrieben, er die sache billig ernsthaffter und bescheidener tractiren, und die lächerliche und theils injurieuse expressiones von *Schöppenstadt* und andern vveglassen sollen; andernfals nichtes erfolgen kann, als dass künfftig aus einem processe zvvey vverden; auch dem Landes-Fürsten daran gelegen, dass die *ämter* so vvohl, als städte in ihren *rechten* und *würden* conserviret vverden; Bey vvelchen umständen denn obige einvvürffe leichtlich vvegfallen, und dem collegio nicht zu verdencken, dass es die schrifft zur säuberung von aller anzüglichkeit vvieder zurük gegeben:

Als halten vvir nicht dafür, dass die quæstionirte duplica unverändert vvieder ad acta zu nehmen.

Zvveytens vvird gefraget:

Ob kläger das gezelt und zubehör zu produciren schuldig?

Ob nun vvohl der advocatus cameræ dadurch vielleicht diesen nuzen sich zu schaffen suchet, dass die controvers sich in ein *gelächter* vervvandele; vveil derselbe das *gezelt* vor dem WROGEN-RICHTER so seltsam beschreibet, dass es von vielen stücken auf eine unförmliche vveise zusammen geflicket, auch mit einem *weberbaum* aufgezogen vverde; der stein auch mit koth und mist zugeschüttet, vvelches vor dem *land-richter* oder WROGEN-RICHTER vvenig ehre gebe, vvenn er sein tribunal auf einem so saubern stein gründen solle:

Dievveilen aber hieselbst die frage gar nicht darüber, ob die stadt H. bessere anstalt zur *gerichts-stelle* zu machen; sondern ob die gerichts-stelle auf H. *weichbild* allezeit gevvesen, und ob die H. schuldig, den ort ändern zulassen, und durch ihre *glocken* nach der *schöningischen* flur das gericht einzuleiten; nachgehends das letztere von beklagten selbsten nicht geleugnet vverden mag, ausser einem actu, in vvelchem, da die stadt H. aus besondern ursachen freyvvillig nachgegeben, solches gar nicht als ein precarium auf andere zeiten und fälle auszuziehen: als halten vvir dafür, dass die H. nicht schuldig, das unformliche gezelt und zubehör zu produciren.

Drittens vvird gefraget:

Ob nicht durch die angelegte constitution vom 31. Mart. 1711. die sub & obreptitie erhaltene resolution vom 29. Jun. 1707. wieder aufgehoben?

Ob es nun vvohl scheinen mögte, dass gleichvvohl die letztere constitutio 1711. deutlich in dem mund führete, dass die WROGEN-GERICHT, *land-* oder *rügengerichte*, vviederum in eine neue verfassung gebracht, und zu gevvinnung der zeit und erspahrung der unkosten, *zwey* oder *drey ämter* zusammen gezogen vverden sollen; da denn nothvvendig das sonst gevvohnliche mallum oder MAHLSTÆTT verändert oder gemindert vverden müssen:

Dievveilen aber das erstere rescriptum 1707. singulare ist, vvelches der stadt H. das mallum judicii hujus vvortlich zuspricht; da hingegen das andere nur in verbis generalibus abgefasset, bey vvelchem umstand jenes diesem in hoc casu vorzuziehen; Nachgehends das letztere nicht von *städten*, sondern *ämtern* redet, da der princeps freyere hände, als in dem ersteren; ferner dergleichen zusammenziehung hieselbst nicht einmahl geschehen; über dieses vvenn solches iemand in seinem jure quæsito und mallo præjudiciren sollen, der leidende theil darunter vorhero gehöret, und post causæ cognitionem, solches abgefasset vverden sollen, andernfals die præsumtio pro principe, quod inaudito nolit jus auferre:

Als halten vvir nicht dafür, dass das erstere rescript de an. 1707. durch die letztere constitution albereits aufgehoben vvorden V. R. W. Datum mense FEBR. 1724.

NUM. II.

Constitutio FERDINANDI I. Cæsaris de novo JURIS CODICE in Sueviæ LANDVOGTIA facto an. MDLXII.

WIr FERDINAND *von Gottes genaden*, *erwählter* Röm. KAYSER, *zu allen zeiten mehrer des reichs*, *in Germanien*, *zu Hungarn*, *Böheim*, *Dalmatien*, *Croatien*, *Slavonien König*, *Infant in Hispanien*, *Ertzhertzog zu Oesterreich*, *Hertzog zu Burgundt*, *Steyr*, *Kärnten*, *Crain und Würtemberg*, *Grafe zu Tyrol* &c. Bekennen und thuen kundt männigklichen, für uns, unsere erben, und nachkommende, innhaber unsers LANDGERICHTS IN SCHWABEN. Nachdem alle *recht*, *gesatz* und *ordnungen*, umb gemeinen friedens, auch pflantzung vvillen guter zucht, tugend und ehrbarkeit fürgenommen, und geordnet seynd, und sich zu erhaltung derselben vvol gebührt, die in guten gleichen verstand zu bringen, damit niemand ursach geben vverde, das unrecht unter dem schein des rechten zu decken, und solch heylsam recht und ordnungen zu übertretten, daraus dann das höchst unrecht, und endliche zerrittung der gesätz, auch unordentlich sträfflich leben, der obern und unterthanen, fürnemblich aber hohe belaydigung des Allmächtigen erfolgt Wann vvir nun solches in unserm *Kayserl. gemüth* zu mehrmahlen betrachtet, haben vvir aus auferlegtem Ampt, und als ietziger INNHABER DER LANDVOGTEY *und* LANDGERICHTS *in* SCHWABEN gnädigst und vätterlichen bedacht, allen mängeln, missverstand, und andern unrichtigkeiten, mit zeitigen rath zu begegnen, und denselben durch gebürliche vveg, sonderlich mit auffrichtung und beschreibung einer ordentlichen LANDSORDNUNG so viel möglich abzuhelffen. Derovvegen vvir dann durch unsere sondern hierzu *deputierte räthe*, *die desselben unsers landgerichts-freyheiten und gebrauch wol erfahren*, und vvissendt seyn, dasselb kurtz verschiner zeit, alles fleiss *visitieren*, *reformieren*, *auch darüber ein* LANDGERICHTS-ORDNUNG vergreiffen lassen. Welche vvir folgends ferner mit unsern trefflichen *räthen* mit allem gnädigem fleiss *ersehen*, *erwogen*, und in etlichen Articuln *gebessert* und erklärt, und folgends in hienachgestelter formb, mit zeitigem rath, rechten vvissen, und aus LANDSFURSTLICHER MACHT, vollkommenheit, auf unser und unsern erben, auch nachkommenden innhabern dieses landtgerichts vvolgefallen, gnädiglich bevvilliget, reformiert, erläutert, bestättigt und publicieret haben. *Geben* auff unserm Königlichen *Schloss zu* PRAAG den andern tag monats *Julii*, anno *fünffzehenhundert* und im *zway* und *sechzigisten*, unserer *reiche* dem Römischen im *zway* und *dreyssigisten*, und der andern im *sechs* und *dreyssigisten*.

NUM. III.

WENCESLAI imperatoris diploma, quo SUEVIÆ LANDVOGTIAM utramque oppignerat pro 40000. aureis LEOPOLDO AUSTRIÆ duci, salvo jure reluendi, an. MCCCLXXIX.

WIr WENTZLAU *von Gottes genaden Römischer* KüNIG, *zu allen zeiten meherer des reichs und Künig zu Böehaimb*, bekhennen und thuen khundt offenndlich mit diesem brieff allen denen, die ihn sehen oder hören lesen: dass vvir uns güetlich verainet und verricht haben, mit dem hochgebohrnen LEOBOLDO, hertzog zu OESTERREICH, unnserm lieben Ohaimb und Fürsten, also, dass vvir ihm und seinen erben, durch der gethreuen *dienst* vvillen, die er unnserm VATTERN seeligen Kaiser CARLEN, *unns* und dem *hail. reich*, offt unverdrossen-

droffenlich gethan hat, und noch thuen soll und mag, in khünnfftigen Zeiten, von rechter und redlicher schue'dt schuldig sein und gelten sollen *viertzig tausent gulden von Florennts*, guet von *golt*, und *schvver* von *gevvicht*. Dafue vvir ihm und seinen erben veesetzet und verpfenndt haben, in eechtee *pfanndtvveiss* versetzen und *verpfenden*, in craefft diss *brieffes*, *unser* und des REICHS BAIDE LANNDTVOGTAYEN in *obern* und *niedern* Schvvaben, darzue haben vvie ihm empfohlen AUGSPURG und GIENGEN, die er mit denselben *landvogteyen* inne haben soll, als hernach geschreiben steht. Und haben ihme darzu bevveiset und beschieden *sechstausennt fünffhundert* und *sechs* und *zvvaintsig gulden*, die er *yegliches yahrs* daselbst aufheben sol, mit allen stückhen, articuln und puncten, als hernach begriffen ist. Also dass er dieselben LANNDTVOGTEYEN in *obern* und in *niedern Schvvaben*, mit den ehegenanntten stätten *Augspurg* und *Gienngen*, und mit den andern des *reichsstätten* daselbst, *clöstern*, *tafern* und *leutten*, mit allen *vvürden*, *ehren*, *rechten*, *korngült*, *getraydt*, und andern zugehörden, als annder LANDTVOEGT die bishee innen gehabt haben, nutzen, nüeffen und besitzen sol und mag, als vvie selbs. Und vvas ee daeinnen thuet, das sol gantz und steet beleiben, ohn alle vvidereed. Auch sollen vvir ime dee gült und dee nutz nicht mindee machen, noch die iemanndts annders verschickhen, die ietzt *lödig* seindt, oder ob unns füebas in den ehegenanndten *landtvogteyen icht gült von iemanndt lödig* vvüed, die vvir vormals verschickht und veeschriben hetten, die sollen ihm folgen und gefallen. Wir haben ihm auch die besonder gnad gethan, vväe es sach, dass unns und dem eeich in denselben LANDTVOGTEYEN in *obern* und *niedern Schvvaben* von *rittermässigen leutten*, *bürgern* oder anndern *armen leutten*, die LEHENGUET haben von *uns* und dem *reich*, icht LOEDIG vvurd, odee an *uns* und das *reich* gefüel oder *gefallen* solte; das haben vvie *ime* und seinen *erben* evvigklichen *verliehen*, und veeleihen ihnen das mit crafft dis *brieffs* zu haben und zu besitzen in allee der mass, als sie die gehabt und besessen haben, von denen sy unns LOEDIG vvorden seindt, ohn geveede. Auch sol der vorgenannte Heezog LEOBOLDT, unnsee liebee *obaimb*, und seine *erben*, die ehegenannten LANDTVOGTEYEN in *obern* und *niedern Schvvaben*, mit den *stätten*, als darvor geschrieben steht, innen haben und besitzen, und die niemandt zu *lösen* geben. Wie sollen auch niemand gestatten noch günnen, dass die von ihnen *gelöst* vveeden; es vväre dann, dass *vvir selb*, odee *unnser nachkhommen* an dem eeich, die von ihnen mit unnser selbs *pfenning* und zu unsern hanndan *lödigen* und *lösen* vvolten, ohn geverde. Und vvann vvie dan die obgenannten BAID LANDVOGTEYEN, mit sambt den STÆDTEN, also von Im und seinen erben *gelödiget* und *gelöst* haben, umb die voegeschreiben *summa* gelts, so soll er und sein eeben, unns und dem reich dieselben LANDTVOGTEYEN, mit sambt den *stätten* güetlich abtheetten und lödig lassen, ohn all vvideered und ohngeverd. Auch sol der vorgenannt *Hertzog* LEOBOLD und seine *erben* alle JUDEN innen haben in *obern* und *nidern Schvvaben*, und in den obgenannten *stätten* mit allen zinsen, rechten, so ee die bass genüssen mag, und vvas ee odee seine erben der genüessendt, dasselb sol *er* oder seine *erben*, unns und dem eeich *halbes* eaichen und antvvorten, und den andern *halben tail* sol er und seine erben aufheben, und zu ihren nutz vvenden und kheren, nach ihrem vvillen. Wär auch, dass dee ehegenannt *Hertzog* LEOBOLDT unsee *obaimb* und seine erben oder UNDERLANDTVOGT in *obern* und *niedern Schvvaben* gen unns icht besagt oder beschuldigt vvurden, darumb sollen vvir sy güetlich zu eed setzen, und sy gelich verhören, und ihnen ihres rechten gunnen von des *reichs* vvegen; doch jedermann an seinen rechten unschädlich. Auch sollen vvie ihm alle JAHR, vor sanct *Martinstag*, als bezeiten umb gevvondliche steuer und *gült*, QUITTBRIEF geben, dass sy daran unnseethalben icht gesaumbt vverden. Auch günnen und erlauben dem ehegenannten *Hertzog* LEOBOLDEN, unnserm *obaimb* und seinen *erben*, vvas vesten, güetter, odee gült, in den ehegenannten LANDTVOGTEYEN, in *obern* und *nidern Schvvaben*, von uns odee unsern voeforderen Römischen Kaisern oder Khünigen in PFANDTWEIS versetzt vvären, dass sy die *losen* mügen, vvelche sie vvöllen, und sol damit ee und seine erben dieselben *Vessten* und *guetter*, die sy also abgelost haben, innenhaben, und der genüessen ohn abschlag, als lang untz dass vvir oder unser nachkhommen an dem *reich* die *erlödigen* und *erlösen*, umb also viel gelts, als die versetzt vvaren, dass er oder seine erben khundtlichen mit den brieffen be-

bevveisen müegen, die über dieselben PFANDTSCHAFFT von uns oder unsern vorfordern geben seindt. Wär auch, dass unser VATTER selig, Kaiser KARL, in den obgeschriebnen *landvogteyen* yemanden icht gulden oder Juden *verpfändet* oder *verschrieben hett*, das vvir nicht vviderrueffen möchten; der oder dieselben sollen dabey beleiben, ohn alle hindernuss, nach laut solcher brieff, die sy von unserm *vattern* seligen haben. Mit urkhundt dits *briefs*, *versieglet* mit unser KUN. MAJ. INNSIEGEL. Der geben ist zu FRANCKFORT auf dem MAIN nach Christi gebuert *dreyzehenhundert jahr*, darnach in dem *neun und siebentzigisten jahr*, an dem negsten freytag nach St. Matthias tag, des hailigen *zvvölffpotten*, unsers *reichs* des *Böehaimischen* in dem *sechzehenden*, und des *Römischen* in dem *dritten* yahr.

❋ ❋

DISSERTATIO VI.

SIVE

Rechtliches Bedencken Von dem Kayserlichen Land-Gericht in Schwaben.

QUÆSTIO I.

Was es vor Alters mit denen Judiciis provincialibus Imperatorum in Imperio vor eine Bewandniß gehabt/ wie dieselbe erst aufgekommen/ wie lang gewährt/ und wie sie wieder abgekommen/ oder wo noch dergleichen zu finden/ und was dieselbe modernis temporibus vor autoritatem haben?

§. I.

Vom Ursprung der Kayserl. und Königl. Land-Gerichte zu urtheilen/ so ist von den Zeiten an des Kayser Carls des Grossen kein Zweiffel/ daß die Kayser und Könige der Francken und Teutschen (krafft ihres höchsten Gewalts/ und Obrigkeitlichen hohen Ambts und Rechtens/ Recht und Gerechtigkeit zu ertheilen/ auch deswegen Land und Leute mit gewissen Gerichten zuversehen) hin und wieder im teutschen Reich Land-Richter gesetzt/ durch welche an statt und im Nahmen des Kaysers oder Königes die Gerichte jedes Orts gehalten worden/ die damahls Placita malli, zu teutsch Dinge geheissen: Sie aber die Land-Richter wurden auch Land-Grafen/ Co-

Comites provinciales genennet/ denn die meisten Land-Gerichte den Grafen anvertrauet wurden; Wiewohl auch vor und nach höchstgemeldten Kayser Carln Hertzoge gewesen/ als in Bayern/ in Schwaben und Elsaß/ welche die Land-Gerichte ebenfals geübet/ nicht in eigenem/ sondern in Kayser- oder Königl. Nahmen.

§. II. Diese Land-Gerichte waren vormals zweyerley/ einige waren allgemein durch eine gantze Provinz, und über den gemeinen Staat derselben/ andere aber besondere und der Unterthanen Streit-Sachen betreffende; Jene haben die nachkommen Land-Täge und Crayß-Täge geheissen/ diese Land-geding/ Vogtding/ diese ließ Kayser Carl dem überwundenen Sachsen-Lande/ jene aber nicht anders als auf gewisse masse/ wie in dessen capitulari de partibus Saxoniæ enthalten/ §. fin. Interdiximus, ut omnes Saxones generaliter conventus publicos nec faciant, nisi forte Missus noster de verbo nostro eos congregare fecerit, sed unusquisque Comes in suo ministerio placita & justitias faciat. Dahero dieser Kayser der Provinz Sachsen keinen Hertzog vorsetzte/ dem Wittekind den Titel eines Hertzoges/ neben einem gewissen Theil Landes gönnete/ im übrigen Graf Trutmannen über das gantze Land setzte/ ut resideat in curte ad campos in mallo publico ad universorum causas audiendas, vel recta judicia terminanda, isque Advocatum omnium Presbyterorum in tota Saxonia fideliter agat, wie die Worte des Kayserlichen præcepti pro Trutmanno Comite anno 778. lauten.

§. III. Nachdem aber bey denen nachkommenden/ insonderheit denen Sächsischen und Schwäbischen Kaysern/ die Hertzogthümer und Graffschafften erblich verliehen/ oder gar eigenthümlich überlassen/ und dardurch die Landes-Fürstl. und Landes-herrliche Obrigkeit denen Reichs-Ständen eingeraumt worden/ so haben zwar die Reichs-Stände das Recht in ihrem Lande Gerichte nach ihrem gutbefinden anzustellen/ zugleich überkommen. Es sind aber der Stände ihre Land-Gerichte keine Kayserliche mehr/ noch unmittelbar des Reichs geblieben/ sondern Lands-Fürstl. Gräfl. und mittelbare Gerichte/ davon an die Reichs-Gerichte appellirt worden.

§. IV. Jedoch sind in solchen vererbeten Fürstenthümern und Graffschafften unterschiedene unmittelbare Stände und Unterthanen verblieben/ und vorbehalten worden/ als insonderheit die unmittelbare Reichs-Ritterschafft/ gewisse Städte und Flecken/ welche dem Kayserl. Hofe und Reichs-Gerichten unmittelbar unterworffen gewesen. Die Römischen Kayser aber vormahls keinen gewissen und beständigen Sitz an einem Ort im Reich/ neben ihrem Hofgericht oder Reichs-Hofrath besessen/ sondern bald hier bald dar die Lande besuchet/ Sachen selbst verhört und erörtert/ gleichwol aber denen Reichs-Ständen und unmittelbaren Unterthanen schwer fallen wollen/ dem Kayserl. Hofe allezeit nachzuziehen/ und mit grossem Kosten dem billichen Vorzug der allgemeinen Reichs-Berathschlagungen abzuwarten/ und also schleuniger Handhabung der Gerechtigkeit weniger sich zu erfreuen/ als die mittelbaren Fürstl. oder Gräfl. Unterthanen hatten; diesemnach haben Kayser und Könige im teutschen Reich zu Behuff und Trost der unmittelbar vorbehaltenen Stände und Glieder des Reichs/ abermahls Kayserliche und unmittelbare Land-Gerichte/ in dieser oder jener Provinz und Crayse/ angestellt/ und durch dazu bestellte Land-Richter oder Land-Vögte die Justitz ertheilt. Welche aber wohl hier und dort auch auf die mittelbaren Unterthanen nicht ohne der Stände beschwerden mögen extendiret worden seyn;

vid. Goldast. P. I. Rer. Alem. p. 106. Und eben von diesen Kayserl. Land-Gerichten in unterschiedenen Crayßen/ ist allhier die Frage/ und von ihrem eigentlichen Ursprunge/ welcher dann nicht eher entstehen können/ als nachdem die Fürstenthümer und Graffschafften erblich vergeben worden.

§. V. Dergleichen Kayserl. Land-Gerichte sind heutiges Tages annoch in Ubung/ als im Hertzogthum Bayern zu Ur- oder Auerbach/ welches als es im Jahr 1406. wieder den Dechant und dem Dom-Capitul zu Bamberg ein Urthel gesprochen/ und die causa ad Cæsarem gelangt/ hat Kayser Rupertus solches annullirt. Ferner ist das Kayserl. Land-Gericht des Burggrafthums Nürnberg in Francken/ so denen Herren Burggrafen zu Nürnberg/ als erblichen Richtern desselben gegeben/ an des Kaysers statt in Person oder durch einen erbaren Ritter/ dasselbe zu besitzen zugelassen worden. Limnæus J. P. §. 7. in Addit. T. I. Weiter ist in Francken das Kayserl. Land-Gerichte zu Würtzburg/ davon Gylmann. Tom. VI. Symph. c. 8. p. 149. Im Elsaß das Kayserl. Land-Gericht zu Hagenau/ davon Gylman. T. III. f. 275. Vid. Comm. ad J. Feud. Aleman. c. 18. 5. so aber durch den Westphälischen Frieden der Cron Franckreich abgetreten worden/ vom Kayser/ dem Reich und Hause Oesterreich. In Schwaben das Kayserl. Land-Gericht so zu Ißny oder Weingarten gehalten wird/ davon folgend ein mehrers.

§. VI. Dieser Land-Gerichte Autorität/ weil sie von Kays. Majestät ihren Ursprung und Nahmen haben/ solten wie andere hohe Kayserl. Reichs-Gerichte/ von hohem Ansehen und Gültigkeit nicht unbillig seyn. Es scheinet aber/ daß selbige dahero sonderlich gefallen seyn/ und in Abgang hier und dort gekommen/ daß was daselbst erkannt worden/ vom Kayserl. Hofe hat können wieder vernichtet und aufgehoben werden/ wie oben bey dem Kayserl. Land-Gerichte zu Auerbach gewesen; Ferner daß sie von dem Kayser an ein und andern Reichsständ als erbliche Land-Richter sind verliehen worden. Auch daß der Land-Richter nur einen mitlauffenden Gerichts-Zwang und Jurisdiction denen eingesessenen Ständen zu gebiethen und zu verbiethen gehabt. Landt-Gerichts Ord. in Schwaben/ Besold. Th. Pract. Land-Gericht in S. Wie nicht weniger/ daß sie auch als Unterpfande versetzet worden/ und was dergleichen Ursachen mehr mögen gewesen seyn/ derowegen auf den Westphälischen Friedens-Tractaten/ und dem anno 1654. darauf gehaltenen Reichs-Tage von gäntzlicher Aufhebung deroselben ist gehandelt worden. Instr. Pac. Westph. V. §. 56. fin. Worauf denn auch an dem folgenden Wahltag an. 1658. des H. R. Reichs-Stände dem Churf. Collegio gewisse monita communia ad capitulationem futuram übergeben/ darinn ad Art. 15. ausdrücklich enthalten: „Als sollen nunmehro und inskünfftig Chur-Fürsten/ Fürsten und Stände „samt dero angehörigen des Kayserl. Hofgerichts zu Rotweil/ wie auch des „Weingartischen und anderer Land-Gericht in Schwaben befreyet/ ermeldte „Judicia aufgehebt/ auch Churfürsten/ Fürsten und Stände samt den übrigen „zu pariren nicht schuldig seyn. Grund-Veste des H. R. R. P. 3. c. 3. Limnæus J. P. T. V. Addit. L. 9. c. 3.

QUÆSTIO II.

Wie inspecie das Land-Gericht in Schwaben/ und wenn es aufgerichtet/ und wie dessen Sitz nacher Altdorf/ genannt

Wein-

Weingarten/ stabiliret worden / da doch dieser Ort sedes Guelphorum gewesen/ und diese Herren zu selbiger Zeit so Souverain gewesen/ daß sie Imperatorem und Imperium nicht anders als comiter colirt?

§. VII. De illius abolitione apud eos, qui de hoc Judicio scripserunt, nihil se reperire potuisse scribit nuperrime Jacobus Blumius *in Process. Camerali tit. 30. §. 42.* Videamus tamen annon rem expeditam dare possimus, advocatis in subsidium tum Imperii nostri constitutionibus, tum Historia Germanica, ac sententiis etiam in Camera latis. In collectione Sententiarum Cameralium Seileri extat sententia lata 18. Decembris Anno 1495. ejusdem qui initium Cameræ Imperiali dedit, qua decernitur Westphalici Judicii sententiam nullam executionem mereri. Sed in haud dubie intelligendum de hujusmodi Sententia, quæ legibus Imperii & Reformationibus Sigismundi, Friderici III. & Maximiliani Imperatorum, non congruebat. Cœteroquin eodem anno approbata adhuc erant hujusmodi Judicia, & sublati saltem abusus Reformatione Maximiliani. Sequenti seculo Engelbertus Werlichius Chronico Augustano *part. 2. cap. 1. fol. 16.* scribit quæ subjicimus. **Das Westphälische Gericht hat biß zu Käyser Maximiliani I. Zeit durch gantz Teutschland gewehret. Da es aber nachmahls in Mißbrauch geriethe/ und eine Tyranney daraus wurde/ begunte man es das verbothene Westphälische Gericht zu heissen/ und ist eben durch gemeldten Käyser Maximilian mit einem öffentlichen Decret im Jahr Christi 1512. auff dem Reichs-Tag zu Cölln gäntzlich abgeschafft worden.** Quod si ita est, ut nobis quidem valde probabile videtur, mirum, nullum ejus legis in Recessibus Imperii esse vestigium, certo judicio supinæ negligentiæ illius, qui codicem Recessuum & constitutionum Imperii adeo imperfectum nobis dedit. Interim ut fidem habeamus Werlichio, persuademur sententia Cameræ Imperialis apud Seilerum 9. Februarii Anni 1512. ubi Processus Westphalici, ut vetiti, irriti pronunciantur. Et 12. Decembris anni 1515. pronunciatum est de Processibus Westphalicis abolendis. Rediisse tamen Scabinos hos ad pristinum morem ac jus dixisse adhuc anno 1555. de causis nonnullis, certo colligi posse videtur ex ordinatione Camerali *part. 2. art. 20.* ubi disponitur de causis Fiscalibus; Item **als der heimlichen Gericht und Frey-Schöpffen zu Westphalen halben/ in etlichen Reichs-Abschieden/ sondere** Constitutiones, **wie es derhalben gehalten werden soll/ auffgerichtet/ auch mit zehen Marck Goldes und andern Poenen verpoenet seyn/ soll der Käyserliche** Fiscal **jederzeit/ so wider dieselben wissentlich gehandelt/ die verwürckte** pœn, **so zum halben Theil dem Käyserlichen** Fisco **zugehörig/ einzuziehen schuldig seyn.** Hodie Judicii hujus Westphalici, ne in ipsa quidem Westphalia requirentibus luculenta aliqua vestigia, nisi quod in Ordinat. Provinciali Episcopatus Monasteriensis *part. 3. tit. 3.* ejus adhuc mentio est, se offerunt, nec ideo plura addimus, nisi quod nuperrime *Loccenius in Lexico Juris Sueo Gothici* vocem Femt vel **Fämt** Ostregothis significare antiquissima lingua judicium observat. Unde aliquis non inepte collegerit esse, quod hoc judicium Saxonibus **Fehmet** appellatum fuisse Rolvinckius observavit; atque isto etiam argumento inter alia colligi posse videtur ejus antiquitas.

§. VIII. Inter Judicia, quæ hodieque Germania agnoscit, *Judicium Aulicum* præcipuo loco est, quicquid etiam contra sentire viedeatur Hippolytus a Lapide *de Ratione status part. 1. cap. 10. pag. 152. vers. Nam communiter.* Et responderunt dissentientibus Stamlerus de Reservatis. *§. 36. num. 12. & Dn. Tabor in Dissert. de Execut. Rei Judicatæ th. 48.* adde Dillingenses in *Compositione Pacis;* quamvis horum non omnia in ista etiam Disputatione nostra facere velimus. Judicii hujus originem non ab ætate Ferdinandi I. sed a tempore memoriam hominum excedente repetit Ferdinandus III. Imperator. Judicem supremum habet Imperatorem. Præter hunc Præsidem & Assessores, non computato præside, Septendecim, ex Ordinationis definitione, quamvis nostra ætate

plures

plures receptos fuisse dubio vacet. Illi pars Equestris ordinis sunt, pars Juris peritia & Cæsaris approbatione hunc locum obtinuerunt, omnes vel Pontificiam vel Lutheranam Religionem professi, nisi quod horum saltem sex hactenus admittere voluerit Imperator. Pertinent huc causæ omnes, de quibus Camera pronunciare potest, ita ut præventioni locus sit: præter has autem & aliæ, ad quas Cameræ Jurisdictio non extenditur, quales sunt Statuum Imperii causæ Criminales. Limn. *Annot. ad Capitul. Matthiæ Imp. ad art. 23.* ad verba **vor niemand anders.** Si Electorum aliquis actor vel reus sit in Causa novorum telonioram *dict. art. 23. Capit. Matthiæ* ibique *Limnæus art. 22. Capit. Ferd. II. art. 25. Capit. Ferd. III. art. 24. Capit. Ferd. IV. Leopoldi;* quod an etiam ad vetera telonia ita extendi possit, ut nec de iis Camera Jus dicere queat, & ad casus, in quibus a Mandato incipere licet? [qui exprimuntur *part. 2. tit. 23. Ord. Cameralis*] nuperrime graviter disceptatum scimus inter Serenissimum Electorem Palatinum, & Fratres d'Annoni, quorum merces, ob fraudatum vectigal, sine sententia declaratoria fisco addictæ fuerant. Causæ Italicæ huc etiam pertinent, ut & quæ Feuda Regalia concernunt, Concessiones, interpretationes nonnullæ ac Confirmationes Privilegiorum, Lites de sessione vel præcedentia Statuum. Vid. Limn. *Tom. I. addit. ad l. 4. c. 9. n. 103.* Locus ordinarius Vienna, ac processus hodie ratio illa observanda, quam præscribunt Judicii Aulici & Cameræ ordinatio. Sententias in hoc Judicio latas, ut executioni, si ulla ratione fieri possit, mandentur, summa cura annititur Imperator, manifestis ætatis nostræ in causa **Liechtenstein** contra **Ost-Frießland/ Bischoff Münster** contra **Münster/** & **Chur Maintz** contra **Erfordt** & aliarum causarum judiciis. Cætera quæ huc spectant, repeti possunt ex dissertatione Jurispublici *de Judicio Aulico* nuper in Academia hac habita.

§. IX. De *Judicio Cameræ* constituendo, occasione imprimis pacis publicæ conservandæ, jam ante annum 1495. deliberatum, quin imo si Barthio *tom. 1. sentent. Cameralium in præf. verf. ne autem*, & Notatori ad Roding. *Pandectas Camerales tit. 2. num. 2.* credimus, jam antiquiori tempore exercebatur quandoque Judicium Imperii sub nomine **des Kammer-Gerichts/** quamvis non semper nec continuo, sed certis tantummodo temporibus, & quidem in Comitiis plerumque celebraretur. At anno deinceps 1495. Maximilianus una cum Imperio Ordinibus Judicium hoc Francofurti ad Mœnum constituit 31. Octobris, quo Juramentum ipsi Maximiliano Imperatori præstiterunt primi Assessores. Primus Senatus (Audientiam vulgo vocant) habitus est 3. Novembris vide *Barth. d. l.* & Autorem Anonymum in *Annotatis de Personis Cameralibus ad annum 1495.* Francofurto, deinde Wormatiam, hinc Noribergam, tunc Augustam Vindelicorum, Ratisbonam, ac Eslingam quoque, tandem anno 1527. Spiram deferri cœpit, qui locus illi ut perpetuus assignatus Recessu Augustano anni 1530. §. **Dazu meinen und wollen wir/ daß nun hinfür unser Kammer-Gericht stets zu Speyr bleiblich seyn und gehalten/ und sonst nirgend anders wohin verändert werden soll/ es geschehe dann mit Unsern auch Churfürsten/ Fürsten und Stände wissen.** Causam quare locus certus assignatus sit Cameræ exponit ipse Imperator, quod viri idonei & eruditi propter frequentes mutationes refugerent operam suam impendere Judicio huic, **R. A. zu Augspurg/** anno 1530. §. Item **daß.** Quia tamen de hoc loco, ut nimis remoto, inferioris Saxoniæ Status ac alii conquesti reperiuntur, & quod belli tempore ei securitas pene omnis, utpote non admodum munito, desit, factum est, ut in conventu Osnabrugensi ac Monasteriensi de Judicio hoc ad alium, universis Imperii Statibus commodiorem locum transferendum deliberatum sit. Estque res illa, quod expediri tum non potuerit, rejecta in proxima Comitia. At in Recessu Comi-

Comitiorum anni 1654. §. 161. Als auch bey allgemeinen. Legitur, quod Ordines Imperii, dum ea de re deliberant in Comitiis, repererint, eam fieri hactenus non posse: daß/ ipsa verba sunt, berührte translation noch zur Zeit nicht thunlich.

§. X. Plurima & rariora, ac vulgo eruditorum incomperta fortassis essent, quæ de Judicio hoc augustissimo literis mandare possemus. Sed quando instituti nostri ratio id modo non patitur, sufficiat admonuisse, pleraque quæ ad hoc Judicium spectant, contineri ordinatione Camerali, in der Cammer-Gerichts-Ordnung. Est autem illa non una. Prima quæ hodieque extat in volumine Recessuum Imperii vulgaro, est anni 1495. Secunda est anni 1496. quam in volumine Recessuum Moguntino frustra requirat aliquis. Reperitur autem apud Goldastum Reichssatzungen *pag.* 209. *& seqq.* Secutæ aliæ, donec Carolus V. anno 1548. novam ordinationem componi jussit. R. A. zu Augspurg. §. Und nachdem wir. eam deinceps autem anno 1555. promulgavit, estque illa, qua in Imperio hactenus utimur. Accesserunt mox per Recessus Imperii circa Cameralia negotia non exiguæ mutationes, quibusdam per Deputationum & Visitationum Recessus in melius correctis, remotis aliis, nonnullis explicatis per communia decreta Gemeine Bescheid/ & Cameræ consulta. Quæ ne aberrarent amplius dispersa a corpore Cameralis Ordinationis, Rudolphus II. Judici Cameræ & Assessoribus id negotii dedit, ut omnia in unum, novæ ordinationis titulo colligerent, quæ deinceps Imperatoris & Statuum consensu probata, typis describenda traderetur. R. A. de anno 1598. §. Wir sind auch. 69. & seqq. Est vero id etiam ab illis præstitum, & conscripta Ordinatio talis, quæ hodieque extat nomine eines Concepts der Käyserlichen Kammer-Gerichts-Ordnung/ quæ tempore Matthiæ Imperatoris Anno 1613. etiam eidem ac Ordinibus Imperii oblata, nondum tamen hactenus confirmata est. Interim brevi, *additis quæ* deinceps accesserunt, exspectamus novam & perfectiorem Cameræ Ordinationem, quod recessu ultimo Anni 1654. §. 128. disposita sint ea de re quæ subjicimus, das Anno 1613. begriffenes/ und unter wehrenden Reichs-Tag vorgebrachtes/ von uns und den Ständen biß anhero noch nicht zur Vollnkommenheit gebrachtes Concept der neuen Kammer-Gerichts-Ordnung/ soll bey nechstkünfftiger Visitation von den Visitatoribus mit Zuziehung und Vernehmung der Assessoren, wie auch etlicher erfahrner Kammer-Gerichts-Procuratorn und Advocaten berathschlaget/ revidiret/ zugleich alles dasjenige/ was allhie verglichen und verordnet/ eingetragen/ und das gantze Werck præparatorie mit Gutachten also eingerichtet werden/ daß man es auf nechstkünfftigen prorogirten Reichs-Tag völlig erledigen könne. Ac præstitit hic bono publico jam nuper egregiam operam Jacobus Blumius, editione nova des Concepts der Kammer-Gerichts-Ordnung/ cui illa fere omnia, quæ requirit Imperator & Status, adjecit. Ejusdem collectione edita habemus communia decreta, die gemeine Bescheide/ antehac admodum desiderata, & ad praxin Cameræ recte intelligendam apprime tamen facientia. Hæc hactenus de superioris & hujus seculi Judiciis Germaniæ, præter Rothvvilense illud de quo imprimis agere destinavimus, aliis.

CAPUT II.

§. I. *Rothwilense Judicium* de quo agere instituimus, Germanis interdum das Rothweilisch Hoff-Gericht/ vid. Wehn. & Speidelium voce Rothweilisch Hof-Gericht: plerumque das Käyserl. Hof-Gericht zu Roth-

weil appellatur, vid. der Römischen Käyserl. Maj. Hof-Gerichts-Ordnung zu Rothweil. Des Käysers und des Heiligen Reichs Hof-Gericht zu Rothweil. in diplom. Maximil. apud Gylmannum *Symph. tom. 6. c. 8. ∫. 2. f. 187.* Vocatur etiam des Käysers Stuhl zu Rothweil/ aliquando der freye Stuhl zu Rothweil/ R. A. zu Wormbs anno 1521. Est etiam ubi simpliciter dicatur das Rothweilische Gericht/ R. A. zu Regenspurg anni 1532. Sortitur autem id nominis ab urbe Rothvvila, loco ubi haberi consuevit, civitate Imperiali ultra Danubium, ad sinistram Nicri partem, non procul ab utriusque fluvii fontibus sita; quamvis etiam Ulmæ alioquin Judicium hoc fuisse referat Felix Faber. *lib. 22. de Suevia cap. 4. pag. 258.* Est autem *Rothwila*, vel ut Walafridus Strabo Abbas Augiensis de *Miraculis Beati Galli Confessoris lib. 2. cap. 8.* apud Goldastum *tom. 1. Scriptorum rerum Alamannicarum* appellat, *Rotenwila*, non Erytropolis, ut imperite reddidit Henricus Glareanus, recte eo nomine castigatus a Melchiore Heiminsfeldio Goldasto in *Annotationibus ad tom. 2. Scriptorum Rerum Alamannicarum, pag. 5. in fine*, sed Bulevopolis Raathstadt/ quasi βουλευτήριον τῆς βασιλείας, Rota, Raath/ quæ hodie Camera. Hinc decisiones Rotæ hodie Italis frequentatæ, & Rotuli Rodel/ ex quibus sententiæ Judicum recitabantur, Ciceroni *in Verrem lib. 3. tabula publicæ, periculaque Magistratuum.*

∫. II. Descriptionem Judicii hujus apud Autores Jurispublici frustra aliquis requisiverit, si excipias Paurmeisterum, & qui ex illo suam desumpsit Justum Sinoldt cognomento Schützen *Collegii Publ. vol. 2. Disp. 2. th. ult. lit. a.* Paurmeisterus de *Jurisdictione Imperii Romani lib. 2. c. 7.* Rothvvilense Judicium describendum putat, *Collegium Judicum, qui loco Cæsaris in districtu Rothwilano Jurisdictionem exercent.* Sed ista descriptio, præterquam quod ex Assessoribus Judices facit, qualis ibi non est nisi unus Comes a Sultz, & qui vice ipsius fungitur, rem non explicat: cum qui quærit, quid sit Judicium Rothvvilense, perinde ignoret, vel ignorare possit, quis sit districtus, vel quod territorium, in quo Jus dicunt Judices Rothvvilenses. Adeoque Circulum in definiendo vel describendo committere videtur, qui Judicium Rothvvilense per territorium Rothvvillensis Judicii describit, cum territorium illud idem sit cum eo, in quo Judicium hoc Jurisdictionem exercet. Putamus commodius describi: *Collegium Judicis & Assessorum, qui Rothwilæ, loco Cæsaris, per certas Germaniæ provincias Jurisdictionem exercent.*

∫. III. Joachimus Vadianus, Consul Sanct Gallensis, vir antiquitatis omnis peritissimus, *de Collegiis Monasteriisque Germaniæ veteribus lib. 1. p. 35.* postquam de missis Francorum veterum eorumque potestate nonnulla dixisset, quodque illis licuerit, aliorum Ordinum dicta factaque cognoscere, & ad Imperatorem referre, si quid in legis, vel instituta, vel a Duce, vel Comite, vel Episcopo, vel Abbate commissum fuisset, ac aliquoties singulis annis causis cognoscendis præsidere, addit: *Quorum omnium hodie certa vestigia extant in Judicio illo publico apud Rothwilam, cui fere Comes præsidet, sed finibus tamen Jurisdictionis latius quam veteri pro more prorogatis. Pauciorem enim in numerum contractis veteribus cognitionibus, limites conventuum proferri fuit necesse, quum paucis jam in locis ageretur, quod pluribus antea fuisset actum.* In locum ergo Missorum in Imperio nostro illos successisse voluit, de quorum officio nonnulla notavit Hermannus Conringius *Disputatione de Judiciis Reipubl. Germanicæ.* Goldastus eam antiquitatem hujus Judicii esse autumat, ut 700. annis fuisse ante Cameram Spirensem, pronunciare non vereatur in *notis ad Chartam Ernusti Cancellarii Ludovici Imperatoris.* Id sibi isto argumento persuadet,

quia

quia Chartæ huic, quæ continet memoriam beneficii Ludovici Regis, quo is ad preces Purucharti (legendum haud dubie Burchardi) Comitis, servum quendam manumittit, adjicitur, id factum *anno 906. indict. 8. anno Regni H. Ludovici, in Rothwila, feliciter*. Chartam illam exhibet Goldastus *tom. 2. scriptorum Alamannicorum part. 1. n. 6.* & ante illum Franciscus Guilimannus *rerum Helveticarum lib. 2. cap. 11. pag. 239.* Sed Regias manumissiones servorum in Cameris solum aut Curiis Regiis factas, non probavit, nec probare unquam poterit Goldastus, quod rectissime observat autor Anonymus (qui creditur esse Daniel Heiderus Reipubl. Lindaviensis Syndicus) **der gründlichen Ausführung der Reichs-Stadt Lindau / die unversehens abgelöste Reichs-Pfandschafften betreffend.** p. 566. Docere illud Goldastum poterat, quem ipse edidit Ioachimus Vadianus *lib. 2.* tractatus *de Collegiis pag.* 77. ubi lege Francorum Ripuaria, duplicem manumissionem esse monet, alteram quæ domini & ejus vicarii consensu coram Rege fiebat, alteram quæ locum habebat in Ecclesia, præsente Episcopo, vel Presbyteris & Diaconis, in populi conspectu, quo celebrior esset facti memoria. Quibus addit tertium modum, sequioris ævi, quo facultas illa etiam privatim ad Dominos relata est.

§. IV. Non relinquitur autem magnus ambigendi locus de tempore & causa instituti Dicasterii istius, cum supersint authentica, quæ id luculenter ostendant, documenta. Res autem ita se habet: Conradus Sueviæ Dux, dissidentibus post Henrici V. fata circa Electionem Imperatoris Electoribus, a pluribus eorum electus, cum reliqui in Lotharium Saxonem consensissent, gravia cum Lothario bella gessit. Cum armis prævaluisset Lotharius, se contulit in arcem Hochbergensem, urbi Rothvvillensi vicinam. Comes arcis, cum videret fieri non posse, ut arx ista persequentis Conradum Imperatoris Lotharii impetum sustineret, Conrado suasit, ut in urbem Rothvvillensem fortiorem se conferret, neque esse, quod de Civium Rothvvillensium fide dubitaret. Ejus Consilium secutus Conradus, in urbem pervenit; oppugnati ideo Rothvvillenses a Lothario, obsessionem strenue per annum & quod excurrit, tolerarunt, sed & deinceps ipsi auxilia præstiterunt. Wehner. *Comment. ad Ord. Rothwill. in præf.* Fuit ista causa, quare gratitudinis ergo, cum Imperio deinceps tranquille præesset Imperator iste, anno 1146. reliquis privilegiis Civitatis etiam Aulicum illud Judicium addiderit. Mandatarii Comitis de Sultz & Civitatis Rothvvillensis id hunc in modum in Comitiis Imperii anno 1653. Statibus Imperii exponunt. **Zuförderst /** ajunt, **geben viel unterschiedliche Käyserlich Freyheits-Brieffe / so theils** Original **vorhanden / und auff Begehren fürzulegen / zu erkennen / als vor 500. Jahren / zwischen weiland Königen Conrad dem dritten dieses Nahmens / und Hertzog** Lothario **von Sachsen / im Reich schwere Krieg geführet / endlich nach langer Belägerung der Stadt Rothweil / alldaselbsten Fried gemacht / und das Römische Reich wieder im vorigen Ruhstand gesetzet worden; Und dann seligst gedachter König Conrad / die Käyserliche Regierung angetreten / haben Seine Käyserl. Maj. der Stadt Rothweil / umb ihrer bewiesenen standhafften Treu und erlittenen überaus grossen Schadens und** ruin, pro recompensa, ex singulari Cæsarea gratia, **dero eigenthümlichen Käyserlichen Hof-Gericht / umb so ansehnlicher Verdiensten und mehr ander Ehehafften Ursachen willen / diese besondere Gnad /** loco remunerationis **gethan / und berührt Hof-Gericht in ermeldte Stadt Rothweil ewiglich daselbsten zu bleibeu /** (sunt formalia fundationis) **ursprünglich erhebt /** transferirt **und verordnet.** Et Originalis Institutionis sub Imperatore Conrado III. de anno 1146. hæc verba iidem recensent. **Nachdem Käyser Conrad der dritte / allen seinen Widerwärtigen durch Hülff deren von Rothweil glücklich obgesieget / hat er deren von Roth-**

weil ihme bewiesenen getreuen Diensten nicht vergessen wollen / sondern dieweil sie von seinetwegen / nicht allein Ihr Gut / sondern auch ihr Leib und Leben dargestreckt / auch ihr Blut vergossen haben / darumb er ihnen und allen ihren Nachkommen zu ewigen Gedächtniß der vorgeschriebenen Gutthat / für sich und alle ihre Nachkommen Römischer Käyser und Königen eine solche Gab und Freyheit gegeben / also daß vielernandt Käyserl. Hof-Gericht bey ihnen zu Rothweil ewiglich seyn und bleiben / und das nechst und würdigst Gericht seyn solt / nach dem Hof-Gericht / daß ein Römischer Käyser oder König in seinem Kayserl. oder Königl. Hof hätte / als wenn es noch an dem Käyserl. Hof gehalten würde. Unde patet error Matthiæ Stephani *de Jurisd. lib. 2. part. 1. cap. 3.* Limnæi *Jurispublici lib. 9. cap. 3. n. 2.* Beckeri *in Synopsi Jurispubl. cap. 4. pag. 114.* Speidelii *in speculo, voce* Rothweilisch Hof-Gericht / & aliorum, qui originem ejus in sequentem annum 1147. remittunt, inducti forte in errorem, quod eo anno ordinatio Judicii hujus prima promulgata sit. Imperatores deinde alii, Carolus IV. Rupertus, Sigismundus, Albertus Secundus, Fridericus III. Maximilianus I. Carolus V. Maximilianus II. Matthias, Ferdinandus II. & III. hæc privilegia confirmarunt, idque adjectis clausulis in præteritum & futurum cassatoriis, derogatoriis, & irritantibus: vid. kurtzen Begriff zu Handhab der Römischen Käyserl. Majestät uhralten Kayserl. Hof-Gerichts zu Rothweil.

§. V. Dicasterium hoc solius Cæsaris, non etiam Imperii universi esse, nemine quod sciam dissentiente, uno ore tradunt Publici Juris scriptores, qui de eo aliquid attingunt, Wehnerus *in observat, voce* Rothweilisch Hof-Gericht. Speidelius *in speculo ibidem*, Becker *Synopsi Juris publici cap. 4. n. 9.* Limnæus *Tom. 1. addit. ad Jus publicum ad lib. 9. cap. 3. num. 8.* Schutz *Collegii publici de Statu Rei Romanæ vol. 2. disp. 2. thes. 8. lit. a.* Caspar Leipold *de concurrentia Jurisdictionis in Imperio Romano Germanico quæst. 8. in princip.* Unde etiam esse judicant, quod Ordo Processus Judicio huic præscriptus, dicatur in ipsa Inscriptione, der Römischen Kayserlichen Majestät Hof-Gerichts-Ordnung zu Rothweil. & in Recessu Wormatiensi Anni 1521. Judicium hoc vocetur, Unser (Imperatoris) Stuhl zu Rothweil. adde Memoriale exhibitum in Comitiis Anno 1653. à Comitis de Sultz & Rothwvilensium mandatariis, apud Limnæum *tom. 2. addit. ad lib. 9. cap. 3. in fine.* Ubi ajunt, mehr berührt uhralt Kayserlich Hof-Gericht gehört jeweils regierenden Römischen Kaysern eigenthümlich und allein zu / und nicht zugleich toti Imperio. Et sunt in eam sententiam in Reformatione Maximiliani *part. 2. tit. 5. in princip.* manifesta verba, quibus asserit Maximilianus, daß das Hof-Gericht zu Rothweil Uns als Römischen Kayser ohne Mittel zuständig. Unde in Instrumento Pacis Cæsareo-Suecico art. 5. §. 20. vocatur, *Curia Imperialis Rotwilæ.* Atque ideo soli Cæsari a Comitibus Sultzensibus servitia feudalia deberi vult Wehnerus *d. l.* ac Imperatorem solum formam & ordinem Judicio præscribere docet *Reform. Maximiliani part. 1. tit. 1. §.* und nachdem *versic* und nach Gelegenheit. *& part. 3. tit. ult. §. ult.* isque solus Judicem confirmat, *Reformat. tit. 1. in princip.* Stephan. *de Jurib. lib. 2. part. 1. cap. 3. n. 23.* quemadmodum & solus illud condidit, & fundavit, Rechlinger. *in discursu de Monarchia th. 110.* ac excessus Personarum Judicii solus corrigit, illudque visitat, *Reform. part. 3. tit. 20.* R. A. zu Speyer. *Anni 1570. §.* Nachdem 72. Leipold. *de concurrentia quæst. 8. in princ.* & Stephani *d. l.* Unde facile liquet erroneum esse, quod scribit Becker *in Synopsi Juris Publici cap. 4. num. 9.* a Cameræ visitatoribus Judicium hoc visitari. Quamvis enim negari nequeat, Recessu Ratisbonensi anni 1532. tit. Rothweilisch Gericht betref-

betreffend / constitutum, Reformationem Judicii hujus Judici & Assessoribus Rothvvilensibus mandatum, Visitatoribus Cameræ deinceps, ut emendetur, transmittendam esse; id tamen peculiari Cæsaris consensu & mandato, ad preces Statuum Imperii factum, manifesto apparet ex verbis quæ ibi leguntur: Haben uns Chur-Fürsten/ Fürsten und Stände gebeten/ & deinceps, Welchen Visitatorn wir hiemit genugsamen Gewalt gegeben/ quomodo & interpretatur Paurmeister de *Jurisdict. lib. 2. cap. 7. num. 7. num. 8.* & Speidelius in speculo *voce* Rothweilisch Hof-Gericht. Intelligendum tamen, quod diximus, solius Imperatoris esse hoc Judicium, eo fere modo, quo propria sunt & aliis Principibus in territoriis suis Judicia, & ut discrimen appareat inter hoc Judicium & Cameræ, quod est ab Imperatore & Ordinibus constitutum, & ab utrisque Assessores accipit, & nomine tam Imperatoris quam Imperii judicat, cæteroquin ipse Imperator in *Reformat. part. 1. tit. 1. ait.* Das Hof-Gericht und Hof-Richter-Ampt zu Rothweil von uns/ Imperatore, und dem heiligen Reich zu Lehen rühren. & expeditum est appellari posse ab hoc Judicio ad Cameram, Capit. Leopoldi Imp. art. 18. R. A. zu Speyer 1570. §. und nachdem uns 72. qua de re pluribus deinceps agemus. Sed & non raro in Comitiis generalibus & Conventibus Imperii aliis de hoc Judicio deliberatum & definitum aliquid fuit. vid. R. A. zu Regenspurg Anno 1532. tit. Rothweilisch Gericht betreffend. R. A. zu Speyer. 1570. §. und nachdem. 72. Instrum. Pacis Cæsareo Suecic. §. *5. sect. 20. vers. Visitatio Consilii* in fine. Et Comes de Sultz aliquid amplius matriculæ inferre propter munus Judicis, quod Jure feudi habet, dicitur, im kurtzen Begriff zu handhab der Römischen Kayserl. Majestat uhralten Kayserl. Hof-Gerichts zu Rothweil. §. 5. Unde non immerito aliquis dubitaverit, an recte rescripserit Wehnerus, quo alioquin nemo JCtorum nostrorum, qui quidem literis aliquid prodiderunt, exactius Judicii hujus naturam compertam habuisse videtur, Comitem *Sultzensem* soli Cæsari debere servitia feudalia, siquidem illa loquendi ratione excludere voluerit Imperium.

§. VI. Judex vel Præses Judicii Rothvvilensis perpetuus est Comes Sultzensis, ein Graf von Sultz/ cui hodieque ista dignitas in feudum conceditur, die Grafen von Sultz tragen umb treuer Verdienste willen/ im Nahmen und an statt iedes regierenden Römischen Käysers/ das Hof-Richter- oder Präsidenten-Ampt/ und haben solches zu immerwährenden Lehen/ wie solches die Gräflich-Sultzische Lehen-Brieffe/ von einem Käyser auf den andern ihres mehrern ausführlichen Inhalts bezeugen. Unde concludunt iidem Deputati, in kurtzem Bericht zu Handhabung des Hof-Gerichts n. 4. Jurisdictionem in feudum concessam absque feloniæ culpa, nec diminui nec adimi posse, ex Rosenthalio & allegatis *cap. 10. concl. 11. n. 1. 9. & 12.* tanto magis, quod eo nomine, ut ex actis matriculæ constare volunt, aliquid solvat in publicos Imperii usus. Assessores ejus olim duodecim nobiles, militari & equestri dignitate, creabantur, *Webner, Comment. ad Reform. Rothwill. in proœm. lit. f.* Deinceps tredecim ex arbitrio Senatus Rothvvilensis, ex ordine eorum lecti erant, *Paurmeister de Jurisd. lib. 2. cap. 7.* Reformatione tamen Maximiliani II. effectum est, ut licet & hodie ex Senatu isto eligi possint, antequam tamen a Judice & reliquis Assessoribus examinati sint, non recipiantur, *dict. Reform. tit. 1. §. fin.*

§. VII. Jurisdictionem Rothvvilensium hujusmodi Judicum per totam Germaniam latissimam, sed circumscriptive, non realiter territorio inesse, dicit quidem Zasius *in l. Jus dicentis 1. ff. de Jurisdictione.* Res tamen aliter se

 habet

habet, nec ad universum Imperium, quemadmodum Judicii Aulici, & Cameræ Imperialis, sed ejus partem (Maximilianus I. in privilegio 1496. Rothvvillensibus concesso vocat Circulum, einen Circkel/) pertinet, in qua Aulam Cæsaream repræsentat. Unde esse volunt, quod non simpliciter das Kayserl. Hof-Gericht/ sed das Kayserl. Hof-Gericht zu Rothweil dicitur. Wehner. in observ. Pract. voce Rothweilisch Hof-Gericht/ & qui ex illo, quæ de Judicio hoc notavit, pleraque desumpsit, Paurmeister *de Jurisd. lib. 2. c. 7.* Quid territorio illo contineatur, recensetur in Maximiliani I. Confirmatione Privilegii Rothvvillensis in initio, & Maximiliani II. Reform. Rothvvillensi. Incipit autem von Rothweil biß an die Fürst/ und an das Gebirge innerhalb Ober-Elsaß/ und hie dißhalben dem Gebirg am Rhein ab und ab biß Cölln/ und nicht fürab/ und hie disseit halb dem Rhein/ wiederheraus gen Franckfurth/ und als weit Francken-Land gehet/ biß an den Thüringer Wald/ und in Francken und Schweinfelden (fortassis Schwanfeldt in Franconia) biß an das Bayerland/ und hie dißhalb Bayern/ Enther biß gen Augspurg an den Lech/ und nicht über den Lech/ und vor dem Gebirg Enther/ was vor dem Gebirg in Schwaben zu biß gen Chur/ und was in demselben Strich und Craiß umbher ligt/ biß gen Appenzell/ gen Schweitzen/ gen Lucern und gen Bern/ und gen Freyburg in Jchtland/ und denselben Kraiß umbher biß gen Welschen-Neuenburg/ und dannen einher biß gen Bruntrut/ gen Mümpelgart/ und nicht füro/ und daselbst wieder herein biß an den Furst/ und an das Gebirg innerhalben Ober-Elsaß/ und an alle End/ so zwischen den vorgeschriebenen Kraisen von einem an den andern ligend/ weit/ lang/ breit/ als sie dann solchen Circkel dermassen neben andern alten Geschichten/ in des gemeldten Hof-Gerichts zu Rothweil Gerichts- und Rechts-Buch geschrieben. Unde non difficulter colligitur a Jurisdictione hac, si verba Privilegii & Reformationis sequamur, non eximendum circulum Austriacum, quod non nulli faciunt, nec Franconicum, (cujus nullam tamen mentionem facit Sconbornerus, sed Circulis, Austriaco, Suevico & Rhenano, Jurisdictionem ejus circumscribit *Polit. lib. 5. cap. 21.*) Meminimus tamen commemorasse nobis vicinos Rothvvilensium urbi Ictos, usu & moribus obtinuisse, ut vel nullæ causæ, vel rarissime ex Circulo Austriaco ad Tribunal Rothvvilense deferantur, cujus fortassis ista causa est, quod Viennæ, propinquiori & ipsis commodiori loco, Judicium Aulicum der Reichs-Hof-Rath habeatur, ad quod alioquin appellari potest a Rothvvilensium sententiis. Ad reliquos autem Circulos, præter *Austriacum, Suevicum, Rhenanum & Franconicum,* ac in specie, ad Bavaricum, Saxonicum utrumque, Westphalicum, ac Burgundicum, Jurisdictio Rothvvilensium non extenditur, *dicta Reform. part. 2. tit. 2.* Quin & illud liquidum est, ne hos quidem Circulos integros, sed partes tantum eorum complecti. vid. post Wehnerum in observ. *voce* Rothweilisch Hof-Gericht/ & Paurmeister. *de Jurisd. Imperii Romani lib. 2. cap. 7. num. 12.* Caspar Leypold. *de concurrentia Jurisdictionis quæst. 8,*

§. VIII. In isto districtu Dicasterium hoc ordinariam habet Jurisdictionem, Reform. Rothvvil. *part. 2. tit. 5. in princip.* ibi: über alle die/ so in obbestimmten Unsers Kayserlichen Hof-Gerichts Bezirck gesessen/ordinariam Jurisdictionem empfangen/ und dieselbe in allen und jeden Sachen gegen männiglich exercirt/ & ibi Wehner. Autor. *decis. seu præjudiciorum Cam. Imperialis, qui supplementi loco adjectus tomo tertio Symphorem. Gylmanni, voce* Rothweilisch Gericht. Paurmeister. *d. l. num. 3.* Stephani *num. 23.* Cumque Magistratibus ordinariis ita concurrit, ut si speciali privilegio tuti non sint, vel

se

se justo tempore ad jus administrandum non offerant, aut exemptionis ac privilegia non legitime allegent, Judicium hoc prævenire Ordinarios loci, vel in subsidium etiam cumulative, ut vocant, Jurisdictionem exercere possit; *Autor, decis. d. l.* Wehner *in notis dict. part. 2. tit. 1. fol. 71. & seqq.* vide imprimis Deputatos Comitiis de Sultz & Rothvvilensium ad Comitia anni 1653. ubi ajunt in Memoriali §. Zuförderst: daß es mit ordentlichen Gerichts-Zwang/ ansehnlichen Bezirck/und sonderlichen Freyheiten/ also gnädigst versehen und begabt/ daß dasselbige ordinariam & concurrentem Jurisdictionem mit und gegen allen Ständen und Obrigkeiten/ so in diesem Bezirck gesessen/ in allen und ieden Sachen/ ohne Eintrag oder Hinderung männigliches habe. Cæterum an etiam cum Judicio Aulico dem Käyserlichen Reichs-Hof-Rath/ aut Camera, concurrentem Jurisdictionem habeat? paulo exactius nobis dispiciendum est. Illud omni dubio vacat, utrumque quod nominavimus, Imperiale Judicium, & de causis appellationum a Curiis inferioribus in districtu Rothvvilano cognoscere, cum ad utrumque illud ab hujusmodi Curiis appellari possit, adeoque isto respectu illis concurrentiam cum Rothvvilensi judicio aliquis fortassis tribuerit, quod & facit apud Arumæum *tom. 1: Discurs. de Jure publico* Leypoldt. *de concurrentia quæst. 8. Sic autem Camera,* ait, *cum Judicio Aulico Rothwillano in ejus districtu quoad appellationes ab inferioribus Curiis concurrit, ut ea quodammodo quoque superior sit, ut ab hoc ad illam tam ab interlocutoriis quam definitivis appellari possit; Recess. Imperii Anno 70. Spirā.* §. Und demnach dann vorkommen. *Gylman. tom. 3. Symph. fol. 470. num. 7. Ord. 2. tit. 1. Et Camera in possessione sit inbibendi Rothwilensibus. Gylman. dict. tom. 3. fol. 309. Gail. 1. obs. 40. num. 4. & obs. 130. num. 8. non quidem indistincte in omnibus gravaminibus.* Quæ ipsa, propter concurrentem Judicii Aulici cum Camera Jurisdictionem, etiam de illo, ex mente Leypoldi dicenda fuerint. Unde porro necessaria consequentia, ex mente Leypoldi, deducitur, etiam Judicium Rothvvilense, in causis saltem aliquibus, concurrere cum Judicio Aulico & Camera. Concurrentia enim illa, ut vocant, mutuum respectum & relationem inducit, ratione concurrentium Judicum, cum tam hic cum isto, quam iste vice versa cum hoc concurrat. Est enim concurrentia Jurisdictionis, ut ipse Leypoldus describit *in princip. dissert. de concurrentia Jurisdictionis ab Imperio Romano-Germanico: publica cognoscendi de causis potestas, pluribus ac cuilibet in solidum, ac ut singulis competens, vi cujus unus a parte actrice primum aditus, alterum concurrentem, citatione reo insinuata, deque ejus executione Judici seu ejus Actuario relatione facta, atque ab eo ad acta relata, præveniendo, solus, excluso altero, causam cognoscere, definire, ac executioni tradere potest, nec aliter post legitimam præventionem, citra vitium turbationis, ullo modo, nisi data prævenientis negligentia, se ulterius de causa præventa intromittere valet.* Atque ipsos Rothvvillenses Judices aliquando prætendisse, se concurrentem cum Judicio Aulico & Camera Jurisdictionem habere, idque vigore cujusdam privilegii apud Gylmannum legere est, Symphor. *tom. 2. part. 3. tit. 15. ad suppl. quintum pag. 283.* Verum enim vero, cum constet Imperatorem causas Rothvvilla avocare posse, Wehner *in notis ad Reform. tit. 4. fol. 87.* & Camera non obstantibus privilegiis Rothvvillensis Tribunalis, quæ ipsi olim opponebantur, in possessione decernendi processus maneat; rectius, concurrere cum duobus his superioribus Judiciis Tribunal Rothvvilense negamus, ejusque sententiæ Wehnerum in notis ad Reform. Rothvvill. *part. 2. tit. 5. fol. 104.* & Gylmannum *Symph. tom. 2. part. 3. tit. 15.* adstipulatores habemus.

§. IX.

§. IX. Exercetur Jurisdictio Judicii hujus in Personas ejus districtu comprehensas, nullo Status vel conditionis discrimine, sive Principes, Comites, Barones, Nobiles, Civitates, Cives, aut Rustici sint, tam mares, quam fœminas: Reform. Rothvvil. *part. 2. tit. 5.* ibique *Webnerus.* Nec interest, Christiani sint, an Judæi. Reform. Rothvvil. *dict. tit. 5. §. 17.* nisi speciale privilegium, vel consuetudinem, præscriptionem, ordinationem, pactum vel transactionem, aliquis qua eximatur ostendat. Eximuntur autem hujusmodi privilegiis *Electores* Bullæ Aureæ cap. 11. excepto solo casu denegatæ Justitiæ, *dict. cap. 11.* & Wehner. Comment. in Reform. *fol. 87. & fol. 108. Domus Austriaca: vid. Privil. Caroli V. quod apud Gylmann. legitur tom. 6. Symphor. pag. 26. & seqq. Episcopus Argentinensis*, ejusque subditi. Wehner. *fol. 48. Episcopus Bambergensis*, Gylman. *Symph. tom. 6. cap. 2. p. 41. secundum edit. Francof. anni 1630. Dux Juliacensis*, apud eundem Gylmannum *Symph. tom. 6. pag. 88.* ubi id ad subditos & officiales privilegio anni 1580. expresse extendi additur. *Dux Lotharingiæ*, is enim privilegio Imperatorio etiam a Cameræ Imperialis Judicio exemptus est. Mynsing. 5. *observat. 58. n. 1.* & mandatum est Judici & Assessoribus Cameræ & Judicii Rothvvilensis, ne Duci Lotharingiæ, contra factam inter Imperium & ipsum transactionem molesti sint. Cæteroquin enim & Princeps Imperii est, & membrum Circuli Rhenani, ut apparet ex R. A. zu Nürnberg 1523. ac Imperium ejusque Jurisdictionem eatenus agnoscit, ut ad usus publicos pecuniam conferat, Constitutionibus de Pace publica obnoxius sit, ac feudi jure ditiones ab Imperio habeat, Gylman. *Symph. tom. 6. cap. 2. pag. 34. Comites Palatini Bipontini ac Comites Veldentiæ.* Gylm. *dict. tom. pag. 94. Principes Wurtenbergenses*, eorumque subditi, Gylman. *d. l. cap. 6. pag. 94.* Atque qui perlustrare diligenser voluerit privilegia Statuum, in quibus recensendis multus est toto isto tomo tertio Gylmannus, vel potius Paulus Matthias Wehnerus, qui isto volumine tomos quinque, quos collegerat Adrianus Gylmannus, auxit, is reperiet etiam Ordinem Equitum Sancti Johannes, die Johanniter Herren und Ritter/ Ordinem Teutonicum, den Teutschen Orden/ Abbatem Sancti Blasii im Schwartzwald/ das Gottes-Hauß und Probstey zum heiligen Creutz zu Augspurg. Comites de Castell/ Comites zu Nieder Eyßenburg und Grensau. Barones de Freundsberg/ die Herren Fugger. Comites de Hanau & Lichtenberg. Comites Mompelgartenses, cum Dominiis Horburg und Reichenweiler. Comites de Hohen-Zollern/ Frey-Herrn von Justingen. Comites von Leiningen und Tagsburg. Comites von Manderschied zu Blanckenheimb. Comites zu Schwartzenburg/ Herren zu Hohen Landsberg. Comites von Sultz & Barones von Schwende/ ab hoc Judicio exemptos esse. Illud mirari subit, qua Knipschild *de Juribus & privilegiis Civit. Imp. lib. 2. cap. 33. num. 249.* inter exemptos ab hac Jurisdictione nominet Ducem Brabantiæ, cum constet illum ad horum quatuor Circulorum aliquem non pertinere.

§. X. Ex *Civitatibus* Exemptione a Judicio hoc gaudent, *Norimberga, Augusta Vindelicorum, Eslinga, Fridburgum, Gelnhausen, Halla-Suevorum, Landau, Memminga, Reutlinga, Oppenheim, Schweinfurt, Argentoratum, Ulma-Suevorum, ejusque ditiones Helfenstein, Geislingen & Albeck, ut & Winsheimum;* quas collegit ex dicto *tomo sexto Symphor.* Knipschild. *de Juribus & Privilegiis Civitatum Imperialium, lib. 2. cap. 33. n. 250.* Addit ipse Aquisgranum, Aach; sed errore haud dubie insigni, cum ista civitas Imperii itidem ad quatuor Circulorum aliquem, in quibus Jus dicit Rothvvilense Judicium, non pertineat. Nobiles privilegio a Jurisdictione hac immunes istos recenset Wehnerus in notis ad

ad Reform. Rothvvil. *part. 2. tit. 4. fol. 81.* Wallard/ Zinerdt/ Westernach/ Fleckenstein/ Grumbach/ Rippenburg zu Schwiebertingen und Grundsheim/ Rechberg/ Rathsambhausen/ zum Stein / Schönburg / Stotzingen / Speth/ quibus addi possunt die von Closen/ die Thumben von Neuburg/ Werdnau/ Remchingen / & haud dubie alii, quibus hoc beneficium datum nobis nondum innotescere potuit. Atque hinc, propter tantam exemptorum multitudinem, quorum tamen alii aliis magis exempti sunt, videtur illud natum, quod in Comitiis anni 1653. in Memoriali suo, Rothvvillenses ajunt, daß alle und jede Stände des außgezeichneten Bezircks mit exemptiv-Freyheiten versehen. Helvetii jam antehac pacto a Juridictione Rothvvilensi excepti sunt, Wehner. *in notis ad Reformat. Rothwilens. part. 2. tit. 1. fol. 73.*

§. XI. Qui ita exempti sunt, interdum tamen foro suo renunciant. Quod si subditi faciant, an eo Domino præjudicium afferant? quæsitum est in causa Bürgermeister und Rath der Stadt M. contra I. &c. Pro interesse, auch Schultheiß und Gericht zu S. Reos & Appellantes. Argumenta, quibus utraque pars causam suam defendit, reperire est apud Gylmannum *tom. 1. Symph. part. 2. tit. IV. Vot. 6.* ubi pro Domino sententiam dicit Referens, quod Privilegium exemptionis contineat non solum favorem exempti, sed & favorem ipsius superioris, quo casu expediti Juris est, renunciationem in præjudicium tertii fieri non posse. Exemptionis tamen Privilegium non ad omnes causas spectat, sed excipiuntur nonnullæ, quæ vocantur Ehehafften. Wehner. *Reform. fol. 105.* describit Ehehafften/ quod sint, *casus reservati Rothwilensibus in suo judicio ventilandi, quos ad avocationem Statuum privilegiatorum non remittunt.* Quorum dijudicatio, non impediente exemptionis privilegio, nihilominus ad Judicium Rothvvilense pertinet; Das Hof-Gericht/ scribunt in sæpe allegato Memoriali Rothvvilenses, ist à prima fundatione privilegirt/ daß die von Römischen Kaysern und Königen den Ständen mittheilende exemptiones auf die Ehehaffts-Fälle nicht extendirt/ noch verstanden werden sollen/ massen solche erste fundation und Privilegium von allen hernach gefolgten Römischen Kaysern und Königen/etiam eum clausulis cassatoris, derogatoriis & irritantibus, allergnädigst confirmirt; adde *Webner. in Observ. Practicis voce* Ehehafften. ubi scribit, diese Ehehafften zu Rothweil werden/ ungeachtet wider dasselbe ausgebrachten Freyheiten/ gerechtfertiget/ erörtert/ und auf abfordern nicht remittirt/ noch gewiesen/ vide *Reform. Rothwil. part. 2. tit. 5. in princip. fol. 28. B.* Privilegium *Maximiliani I. de anno 1496.* Gylman. *Symphor. tom. 4. part. 1. vot. 35.* ubi additur, etiamsi privilegium exemptionis in genere omnes causas, quæ vel corpus vel bona subditorum concernunt, includat, illud tamen per speciale posterius, Rothvvilensibus anno 1496. cum generali clausula derogandi concessum, restringi ad cæteras causas, quæ nomine Ehehafften veniunt, quod adductis *Juris & Dd.* locis Referens ibi probare contendit. Qui vero casus sint qui nomine Ehehafften veniunt, sequenti capite pluribus exponitur. Hic saltem illam addimus quæstionem, *an privilegia etiam contra* Ehehafften *concedi possint, ac eximi aliqui ex iis, qui territorio isto, in quo Jus dicit Rothwilense Dicasterium, continentur, ut ne quidem in causis* Ehehafften *concernentibus ibi conveniri queant?* Rothvvilenses existimare videntur, hujusmodi privilegia concedi non posse. Ita enim loquuntur in Memoriali, cujus sæpe mentionem fecimus: Die Acta Visitationis und darauf cum privilegio Cæsareo ins Reich publicirte reformirte Ordnung/ geben klar und laut zu erkennen/ daß die Exemptiones Statuum a Dicasterio, nonnisi salvis casibus reservatis, vulgo Ehehafften zu verstehen: Sintemal alle und jede Stände des außgezeichneten Bezircks/ mit exemptions-Freyheiten verse-

hen/ hingegen aber das Hof-Gericht a prima fundatione privilegirt / daß die von Römischen Kaysern und Königen/ etiam cum clausulis derogatoriis & irritantibus, allergnädigst confirmirt/ auch theils dero dawider gegebene Freyheiten/ auf erfolgte bessere information und Bericht der Sachen/ von selbsten revocirt und cassirt worden. Wie in specie Carolus IV. & Fridericus III. Imperatores gethan. Et videtur hæc sententia probari Privilegio *Maximiliani I. quod extat apud Gylmannum tom. 6. Symphor. cap. 8. & Limnæum lib. 9. cap. 3. §. Item* so möchte. & Reformat. Rothvvilensi *part. 2. tit. 5. in princip.* Accedit quod jam inde ab anno 1401. duplici Jure, Privilegii & Feudi, hoc Judicium concessum sit Comitibus de Sultz & Rothvvilensibus, ut ostendit Correferens apud Gylmannum *tom. 2. Symphor. part. 2. vot. 3. num. 20.* Privilegium autem remuneratorium concessum subdito, absque causa Princeps revocare non possit, Gabriel *lib. 3. de Jure quæsito non tollendo concl. 7. n. 2.* quod etiam de eo, quo Jurisdictio conceditur, verum existimat Referens apud Gylmannum *n. 3.* saltem eatenus, ut digna compensatio subdito danda vel facienda sit, Gabriel *ibid. concl. 2. n. 25.* Id vero dubio omni vacat, Feudalem concessionem sine causa revocari non posse. *t. F. 21.* Docet tamen experientia, exceptos esse etiam ab his causis aliquos & recenset Wehnerus, qui privilegio etiam contra Ehehafften tuti sint, *Electores*, *Domum Austriacam*, *excepta tamen causa denegatæ justitiæ*, *& Episcopum Argentinensem ejusque subditos*: quibus Speidelius voce Rothweilisch Hof-Gericht adjungit etiam *Ducem Wurtembergensem*. Domini Camerales non satis de hac quæstione convenire videntur. Apud Gylmannum *tom. 2. part. 2. vot. 3.* Correferens, *memini*, ait, *in causa Episcopi Argentinensis, me Referente disputatum, ubi nisi antiquius fuisset Privilegium Episcopi contra* Ehehafften/ *novissimo privilegio Maximiliani, quod Rothwilensibus dederat, ne nimirum valeant privilegia in futurum contra* Ehehafften/ *succubuisse Episcopus.* Ast apud Johannem Meichsnerum *lib. 1. novissimarum decis. Cameræ Imperialis decis. 20. n. 5.* Referens, *ex privilegiis*, ait, *appellantis a Carolo IV. Imperatore concessis, & ab hoc moderno confirmatis & auctis, expresse constat, Imperatores voluisse etiam in causis* der Ehehafften *derogare privilegio Rotbwilensi, ne Episcopi subditi ullatenus ibi conveniri possint, cum etiam expressam mentionem faciat Curiæ Rotbwilanæ, ejusque privilegiorum specifice reservatorum. Cum ergo de Imperatoris privilegium hoc concedentis mente constet, quæ in privilegiis potissimum consideranda, Rom. cons. 29. cap. quanto de Privileg.* ipse concludit, *Posterius Privilegium derogare priori, siquidem ejus speciatim mentio fiat, Rom. cons. 327. Cast. vol. 1. cons. 357. n. 1.* & ideo, *per Episcopi privilegia priori Rotbwilensi esse derogatum.* Nos licet malimus hanc controversiam aliorum decisioni relinquere, si tamen quid sentiamus exponendum fuerit, posteriori subscribimus. Imperator enim in Jurisdictionalibus ex legitima causa non suo solum, sed & aliorum Imperatorum privilegio derogare potest, vid. Grammaticum *decis. 46. n. 2. & 3.* Gabriel *l. 3. de Jure quæsito concl. 6. n. 22. & concl. 7. n. 7.* Gylmannum *tom. 4. Symph. part. 1. vot. 33.* Atque hoc fieri posse, excepto tamen casu denegatæ justitiæ, pluribus docet Wehner. *in notis ad Reform. part. 2. tit. 5.* Rechlinger *in discursu de Monarchia th. 114.* Speidelius voce Rothweilisch Hof-Gericht.

CAPUT III.

§. I. AD Dicasterium hoc referuntur causæ territorii, quo definitur Jurisdictio illius. Unde *part. 2. tit. 5.* Reformationis Rothvvillensis dicitur: Daß solches über alle die/ so in obbestimmten Unsers Kayserlichen

Hof-

Hof-Gerichts Bezirck gesessen/ ordinariam Jurisdictionem empfangen/ und dieselbe in allen und ieden Sachen gegen männiglichen exercirt. Stephani *de Jurisdict. lib.* 2. *cap.* 3. *part.* 1. *num.* 23. in fine, & Tobias Paurmeister *de Jurisdict. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 13. Quod tamen, ut omni fere concessa jurisdictioni tralatitium est, intelligitur, nisi ipsis verbis Privilegiorum ac Ordinationis, vel aliis legibus, consuetudine ac præscriptione legitima, causæ quædam reperiantur exceptæ. Paurmeister d. l. adde Wehnerum *in notis ad Reform. part.* 2. *tit.* 1. *fol.* 72. Unde consequens est, non solum eo spectare illas, quæ sunt Jurisdictionis, quam contentiosam appellat Marcianus JCtus in *l.* 2. *ff. de Officio Proconsulis.* quæque in invitos redditur, sed etiam quæ tantum in volentes, & secundum voluntatem eorum exercetur, quamque ibidem voluntariam nominat. vid. Reform. Rothvvilens. *part.* 2. *tit.* 6. & ibi Wehnerum in notis. Paurmeister *d. cap.* 7. *num.* 10. nec civiles solum, sed & Criminales, arg. Reform. Rothvvil. *part.* 2. *tit.* 5. *§.* 13. Rothweil. alte Hof-Gerichts-Ordnung/ *part.* 6 *tit.* 2. Sunt qui prærer voluntariam & contentiosam, tertiam Jurisdictionem comminiscantur, ipsi mixtam vocant, qua ita Jus reddit Magistratus, ut aliquid officii sui extra litem & Judicium contentiosum, in causis, non semper a voluntate eorum quibus jus redditur dependentibus, disponat, ad quam referunt Tutoris constitutionem, edictalis bonorum possessionis dationem, interpositionem decreti circa transactionem de alimentis testamento relictis, de alienatione prædiorum minoris, ac in manumissione, quæ fit in minore 20. annis, & arrogatione demum impuberis. vid. *Donell.* 17. *Comment.* 8. & Suthold *Dissert. de Jurisd. aphorism.* 352. sed istam quidem mixtam Jurisdictionem & Marcianus ignorat, & meliores JCti recte rejiciunt, neque est quod adeo de ea hic multum solliciti simus.

§. II. Arque ita huc recte referuntur causæ civiles contentiosæ Jurisdictionis, velut I. *hæreditatum*, ratione quarum etiam Nobiles immediatos ibi conveniri posse testatur Wehnerus *in notis part.* 2. *tit.* 5. *fol.* 127. Knipschild *de Juribus & privilegiis Civitatum Imperialum lib.* 2. *cap.* 33. *num.* 234. II. *Debitorum*, Schuldsachen/ in quibus Nobiles tam mediati quam immediati, & alii Status ibi etiam conveniuntur, nisi privilegium obstet. Reformat. Rothvvil. *part.* 2. *tit.* 5. *§.* 24. & ibi Wehner, Actor. decis. sive præjudiciorum Cameralium *apud Gylmannum Symph.* 3. *verb. Civitas Imperialis. fol.* 75. *in fine. Pensionum & Censuum*, Wehner. *in notis part.* 2. *tit.* 5. *in fin. fol.* 133. Meichsner. *tom.* 3. *decis.* 17. Gylman. *Symphor. tom.* 5. *voto* 4. *in princ. Decimarum*, Gylman. *dict. tom.* 5. *voto* 5. Wehner. *in notis ad part.* 2. *tit.* 5. *fol.* 133. *Pignorationum*, Meichsner. *tom.* 2. *lib.* 1. *decis. fol.* 855. *Arrestis*. Gylman. *tom.* 5. *vot.* 1. *fol.* 1. *Turbationum & Spolii*, Reform. *part.* 2. *tit.* 5. *§.* 25. & 26. & ibi Wehner. *Causa turbatæ vel mutatæ religionis*, propter quas etiam Fiscalis agere potest. Wehner. *d. l. f.* 133. Deinde huc quoque pertinent actus voluntariæ Jurisdictionis, quales sunt: *Adoptio, Emancipatio, Manumissio, Donationum ac Testamentorum Insinuatio & oblatio, Renunciatio, pacta dotalia, Edictalis bonorum possessio, quæ sine causæ cognitione, sine lite & contentione, volenti & petenti datur.* Sed & huc referentur *transactiones super alimentis in testamento relictis, Arrogationes Impuberum, prædiorum, quæ minorum sunt, alienationes, Uniones Prolium, & Insinuationes hypothecarum rerum immobilium*; Reform. Rothvvil. *part.* 2. *tit.* 6. *& ibi Wehnerus.* Quinimo etiam *causæ Criminales* hic judicantur, Reform. Rothvv. *part.* 2. *tit.* 5. *§.* 13. Paurmeister *d. l. n.* 13. ut sunt, *homicidia, latrocinia, incendia, furta, diffidationes.* vid. Rothweilisch alte Hof-Gerichts-Ordnung/ *part.* 6. *tit.* 2. De causis quoque fractæ Pacis non tantum in Curia Rothvvilensi agitur, sed etiam violatores Pacis publicæ in bannum declarari pos-

sunt. Reform. Rothvvil. *dicta part. 2. tit. 5. §. 13.* & ibi *Wehnerus.* Knipschild. *d. l. n. 242.*

§. III. Et in his quidem contentiosæ Jurisdictionis Civilibus & Criminalibus causis, illi qui exemptionem non ostendunt ibi conveniuntur. Cæteroquin causæ istæ eo non pertinent, nisi fortasse causarum reservatarum, **der Ehehafften/** aliqua sit, aut privilegio exemptionis aliquis renunciaverit, *arg. l. penult. C. de pactis.* Si tamen specialiter & diserte hoc fecerit; generalis enim renunciatio non sufficit; nec subditus sit, qui sine Domini consensu fori privilegio renunciaverit, vid. Wehner. *d. l. fol.* 28. & Reinking *in enarrat. l. fin. tit. 3. lib. 2. C. n. 33. & seq.* Exemptiones vero hæ, ut evocationi causarum locum faciant, requiritur I. ut privilegia exemptionum Judicio Rothvvillensi a privilegiatis exhibeantur, vel authentica, vel eorum exempla, quæ fidem mereri possint. Privileg. *Maximil. in Princ.* de Reform. *part. 2. tit. 4. & ibi Wehner. in notis.* Meichsner. *tom. 3. Decis. Cam. 31. n. 27. fol. 996. & seqq.* nisi fortassis antea exhibita sint, & Judicii Annalibus inserta, aut alioquin Judicibus his manifesta. Wehner. *dict. Privil. Maximiliani I.* Meichsner. *d. l.* Unde Electorum Privilegia, utpote Bullæ Aureæ inserta, & minime incomperta, insinuatione non egent. *dict. privil. Maximil.* vid. Reform. *d. l.* Leypold. *de concurrentia Jurisdictionis quæst. 8.* Antiqua ordinatio etiam id requirebat, ut privilegium Imperator, qui Imperio tempore litis motæ præerat, confirmasset, *part. 3. tit. 1.* id quod etiam observat Wehner. *in not. d. tit. 4. in princip. fol. 79.* sed cum privilegia morte concedentis non extinguantur, *arg. cap. fin. X. de precario, & cap. 7. de officio & potestate Judicis delegati in 6to.* Enenckel *tr. de Privilegiis lib. 3. cap. 2. num. 4. & seqq.* pronum inde est colligere, confirmationem Successoris non necessitatis, sed consilii & utilitatis esse. Enenckel. *lib. 3. c. IX.* Surdus *Cons. 419. num. 6.* Buxtorfius *ad Bullam Auream thes. 57. lit. D.* Verior est tertia observatio Wehneri, requiri ut avocatio fiat justo & legitimo tempore, & quidem ante, non post litis contestationem. Wehner. *part. 2. tit. 5. §. 1. fol. 109.* Præterea receptum est, ut Dominus non tantum justitiam offerat & administret, sed etiam salvum conductum, **sicheres Geleit/** actori concedat, Refor. *Roth. part. 2. d. tit. 4.* non tamen ut justitiæ eo ipso illum eximat, sed saltem contra vim securum præstet, *arg.* **R. A. zu Speyer** *de anno 1570.* §. **Wir wollen auch.** 72. Denais. *juris Cameral. tit. Salvus Conductus. 276. n. 5.* Formulas salvi Conductus, & Avocationum, addere instituti nostri non est, & leguntur illæ apud Wehner. *fol. 88. & 98.*

§. IV. Hæc exemptionis tamen privilegia, etiamsi illis inserantur verba, **umb was Sachen das wäre/** non comprehendunt casus reservatos, **die Ehehafften.** Meichsner. *tom. 3. decis. 31. n. 4. fol. 992.* Gylman. *tom. 4. part. 1. vot. 37. fol. 312.* De quibus hoc loco paulo diligentius nobis disserendum est. Vocabulum autem **Ehehafften** ex eorum numero est, quæ plura significant. Jure Saxonico sunt legitima impedimenta, **redliche Ursachen/ Ehehaffte Noth/** quæ excusant a contumacia. Jure enim Saxonum, quando quis citatus non comparet, & contumax declaratur, non statim causa cecidisse pronunciatur, sed clausula additur, si se legitime impeditum non probaverit, post alios Benedict. Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 1. Constit. 9. definit. 3. 4. & 5.* sunt hujusmodi præcipue quatuor genera, *Captivitas, Ægritudo, Peregrinatio, Expeditio Publica & Servitium Imperii*, quamvis his accedunt & alia, velut *Exceptio loci non tuti, vis fluminis, tempestatis &c.* vid. Carpzov. *d. l. defin. 7.* Et hoc sensu etiam in veteri Ordin. Rothvv. *part. 9. tit. 3. 4. & 5. fol. 270. & seqq.* usurpatur, **ubi Ehehafften sunt, Kranckheit/ Gefängniß/ Belagerung in einem Schloß 2c.**

Als

Aſt alio etiam ſenſu in Judicio Rothvvilenſi ſunt caſus reſervati & Privilegiati, qui ad avocationem Statuum exemptorum non remittuntur. Enatæ occaſione hujusmodi cauſarum graves ſæpe in Imperio ſunt querelæ, extendentibus vocabuli ſignificationem Judicibus Rothvvilenſibus. vid. adhuc nuper *Capit. Leopoldi Imper. art. 18.* ibi: die eine zeitlang wider die alte Hof- und Land-Gerichts-Ordnung extendirte Ehehafftsfälle. reſtringentibus contra Judicio illi ſub hac conditione obnoxiis. Idcirco conſtitutum eſſe Receſſu Comitiorum Spirenſium anno 1570. §. 72. daß niemand wieder habende eximirende Privilegien/ da ihnen (Rothvvilenſibus) dieſelben einmahl inſinuirt/ oder ſonſten bewuſt ſeyn/ citirt/ und ſonderlich das Wort Ehehafft weiters/ in ſpecie waſerley Sachen darunter begriffen/ declarirt werden ſoll. Quod & factum deinceps anno 1571. quo Commiſſarii Imperatoris, Henricus Comes a Furſtenberg & Dr. Johannes Nervius, juſſu Imperatoris, inſtituta viſitatione, & perceptis gravaminibus Statuum, & privilegiis Judicii hujus, ordinationem antiquam renovarunt, quam & anno 1572. perfecerunt, ac publicarunt. (Rudingerus 2. *Obſerv. Juris Cameralis*, *Obſerv. 10.* publicationem male in ſequentem annum refert.) In iſta nova Reformatione Ordinationis Rothvvilenſis caſus reſervatos, die Ehehafften *part. 2. cap. 5.* peculiariter annotarunt; Atque in Camera deciſum deinceps, nullos caſus pro reſervatis, Ehehafften/ habendos, niſi qui in iſta expreſſi habentur, quomodo judicatum in cauſa Augſpurg contra Ständen. Gylman. vel potius *Autbor. deciſ. Camer. apud eundem tom. 3. Symphor.* verbo Ehehafften/ Wehnerus *in Obſerv. Practicis* voce Ehehafften/ Johannes Rudinger. 1. *Obſerv. 10.* Ante iſtam definitionem peti poterant caſus hi ex privilegio Maximiliani I. anni 1496. Rothvvilenſibus conceſſo, ubi tamen non niſi 14. qui primo loco in Reformatione exprimuntur, recenſentur, & imprimis ex tranſactione Ducis Wurtembergenſis, & Judicii Rothvvilenſis, cujus inſcriptio, Hertzog Ulrich zu Würtenberg pro Intereſſe und Gemeine zu Wachlingen contra Conrad Mocker/ & ibi enim, quæ ſint Ehehafften perſpicue enumerati, ſenſiſſe Dnn. Camerales, non difficulter aliquis ex Autore *deciſionum vel prajudiciorum Cameralium p. 114.* collegerit.

§. V. Enumerantur illæ Reformat. *part. 2. tit. 5.* ita, ut ſingulis ſectionibus ejus tituli, ſinguli caſus contineantur, ad 28. usque. Nam §. 29. deinde monentur Procuratores & litigantes, ne in allegatione der Ehehafften fraudem committant, & inde ſumptus & diſputationes inanes excitent. §. 30. vero Electoribus Jura & Privilegia ſecundum Auream Bullam reſervantur. Sunt autem caſus iſti. *1. Si quis in bannum declaratus ſit, idque manifeſtis probationibus liquidum ſit.* Welcher ein offner verſchriebener Aechter/ oder ein Banniger iſt/ und ſolches mit genugſamen Brieffen oder Uhrkunden auf ihn bracht/ oder ſonſt kündlich gemacht wird. *2. Si quis ratione litis, cujus ergo in judicium vocatus eſt, beneficio exemptionis, quo gaudere alioquin poterat, literis ſigillo ſuo probatis, renunciaverit. 3. Si facta remiſſione, Actori intra legitimum tempus jus non reddatur, vel ſalvus conductus denegetur, aut non tranſmittatur, aut tranſmiſſus violetur, aut reus ſententiæ parere nolit. 4. Si quis proſcriptos contra prohibitionem Rotwilenſis Judicii recipiat, nec dimittere velit; niſi eosdem recipiendi facultas ex privilegio Imperatorio ei ſit. 5. Si res in hoc Dicaſterio judicata ſit. 6. Si contra* Ehehafften *aliquis deliquerit*, ejus dijudicatio ſpectat ad judicium hoc. *7. Si quis injuriis Judicium Rotbwilenſe, ac Perſonas, quæ id conſtituunt, afficiat, aut contra ejus privilegia & jura conſuetudine & uſu valida, aliquid tentet. 8. Si quis Nuntios, Judicii Rotbwilenſis Decreta & Citationes exequentes, violet. 9. Si quis illis qui in Curia Rothwilenſi lites ſuas proſequuntur, vim inferat, illos capiat, vel a lite deſiſtere cogat. 10. Si alicui contra* pre-

proscriptum, in alterius territorio deprehensum, Justitiam imploranti, ea denegetur. 11. *Si quis per fraudem contra ordinationem, & receptum morem Judicii Rothwilensis egerit.* 12. *Si de injuriis gravioribus agatur, modo tamen non civilis actio eo nomine intentetur,* tunc enim non sunt Ehehafften/ quomodo decisum in Camera in causa Straßburg contra Rothweil anno 1538. 7. Februarii, & in causis Bischoff zu Straßburg/ contra Hofmann. Augspurg contra Juden Johensi. Item Augspurg contra Innich/ Juden zu Nürnberg; ac ita conclusum frequenti Senatu 15. Januarii 1564. 13. *Si quis alterum homicidii, latrocinii, incendii, furti, fractæ Pacis, rapinæ vel diffidationis reum agat.* 14. *Si Judicium Provinciale, quod Circulo Rothwilensi comprehenditur, jurisdictionis suæ terminos excedat.* 15. *Si quis contumaciæ causa proscriptus, a banno ea conditione liberatus sit, ut adversario coram judicio Rothwilensi respondeat.* 16. *Causæ Fiscales quæ contra judicium Rothwilense &* Ehehafften *faciunt.* 17. *Si contra Judæum actio instituta sit.* 18. *Si Judex Ecclesiasticus Judicii Rothwilensis opem ad banni executionem imploret.* 19. *Si is cui concredita executio eam facere detrectet.* 20. *Si judicio Rothwilensi ab Imperatoribus Romanis injuncta sit Protectio & conservatio Privilegii aliquibus concessi, illique conservatorium exhibeant, & sibi contra Privilegium molestiam inferri conquerantur.* 21. *Si inter Nobiles immediatos Imperii de hæreditate controversia sit.* 22. *Si causa sit denegatæ vel protractæ Justitiæ.* 23. *Si quis stipulata manu, aut addito Jurejurando coram Magistratu, ejusque locum tenente, solutionem promiserit, nec tamen quod promisit præstare velit.* 24. *Si quis coram Judicio hoc debitum confiteatur, ac solutionem promittat, eaque promissio acceptata in Judicii acta referatur, promissis tamen deinde stare nolit.* 25. *Vox* gewaltsam *inter* Ehehafften *eo casu solum computatur, si quis ab alio, ejusque subditis, aut ministris, ipso jubente, violenter, destinato consilio, vel dolo malo, vel ratione corporis, vel bonorum, lædatur.* 26. *Si quis per vim possessione sua privetur.* 27. *Si possessor bonorum controversorum per Edictum (in Reformatione vocatur* Beleutung) *citetur, & remissio, absque nominatione possessoris bonorum, petatur.* 28. *Si agatur de expensis litis aut pro salario, mercede, vel Taxa Cancellariæ Judicii Rothwilensis, aut Advocatorum.* Contra hos casus reservatos tamen, ut antea monuimus, excepto casu denegatæ justitiæ, privilegia impetrari possunt, & impetrarunt etiam nonnulli, quos nominavimus. Causæ Privilegia Imperialia concernentes, si de ipsorum substantia controversia sit, vel Jus Principis contingant, huc non pertinent, Wehner. *in notis ad Reform. part. 2. tit. 4. fol. 85. in f. & fol. 126.* Autor decis. Cameralium apud *Gylmannum Symph. tom. 3. verbo* Rothweilisch Gericht *in fine*, ut nec causæ *Matrimoniales, & Spirituales aliæ*, quod tamen ad quem modum intelligendum sit, explicatur *th. 17. Exercitationis Jurispubl. de Judicio Aulico, hic habitæ.* Causæ Feudales, de quibus Pares Curiæ judicant, recte itidem excipiuntur *arg. 2. F. 20. & 2. F. 39.* Cumque etiam de Jure ac legibus ferendis, deque Ordine Judiciorum, nihil Collegio huic reperiatur permissum Reformatione Maximiliani, id totum Cæsari merito reservatum censetur. Stephan. *de Jurisd. lib. 2. part. 1. c. 3. n. 23.* & Speidelius in *Speculo d. l.* Quinimo hoc expresse sancitur *Reformat. Maximil. II. part. 3. tit. ult. §. fin.*

CAPUT IV.

§. I. Monuimus jam antea, Dicasterium hoc concessum Rothvvilensibus, ut fidem illorum remuneraretur Imperator Conradus, atque ideo id penes eos perpetuo esse voluerunt Imperatores. Sie seyn/ verba sunt Privilegii

vilegii Maximiliani I. von Weyl. König Ruprechten und Siegmunden / Unsern Vorfahren am Reich / nach Inhalt besonder gemachten Freyheit-Brieffe / die sie durchgläubliche Urkund und vidimus fürbrachten / löblichen versehen und begnadiget / daß Unser und des Reichs Hof-Gericht ewiglich bey ihnen zu Rothweil bleiben / und sie / wie vor alter herkommen seyn / halten. Idque confirmat illis ibidem, so lang Bürgermeister / Rath und Bürger zu Rothweil / und ihre Nachkommen daselbst / als getreue gehorsame Unterthanen bey Uns / Unsern Nachkommen Röm. Kaysern und Königen und dem Heil. Reich Gehorsame halten: Constituit quidem Imperator Conradus etiam, ut habent verba fundationis, esse hoc Tribunal post Aulicum Imperatoris Judicium dignitate proximum, daß es das nechst und würdigst Gericht seyn solt nach dem Hof-Gericht / das ein Römischer Kayser oder König in seinem Kayserl. oder Königl. Hof hätte / als wenn es noch an dem Kayserl. Hof gehalten würde. Et Rothvvilenses anno 1496. in literis supplicibus illud appellant, das oberste Gericht in Teutschland. Sed recte notat Wehnerus in Observat. Practicis, voce Rothweilisch Hof-Gericht / huic præcellentiæ Maximilianum Imperatorem derogasse, & Cameram Spirensem ei præposuisse, ita ut hodie post aulam Cæsaris proximus locus Cameræ, & tertius Dicasterio Rothvvilensi debeatur. vid. proœm. Maximil. ad Reform. Rothvvilensem. Sane Cameræ Judicium in Ord. Camerali *part. 1. tit. 3. in princ.* vocatur das oberst und letzt Gericht im Reich / & nuper in R. A. zu Regenspurg *anni 1654.* ab Imperatore & Statibus appellatur Unser höchstes Gericht. §. Als auch / 161.

§. II. Ordinationes, secundem quas Rothvvilenses Jus reddunt, duæ editæ sunt, quæ quidem nobis innotuerunt. Una quæ hodie vocatur antiqua, Rothweilisch alt Hof-Gerichts Ordnung. Altera, quæ recentior est, & inscribitur Reformatio Rothvvilensis. Posterior illa hodieque in usu est, tempore Maximiliani II. [cum id desiderassent Ordines Imperii in Comitiis anni 1570.] anno 1572. per Commissarios Imperatoris, Henricum Comitem Fürstenbergium & Dr. Johannem Nervium, ex antiqua Ordinatione maximam partem, additis tamen quæ deesse, & explicatis quæ obscura videbantur, confecta ac in Imperio promulgata. Eam pro norma habent Judex & Assessores Rothvvilenses, idque se facturos solenni juramento promittunt. Vid. Memoriale Deputatorum §. Solch frey uhralt ꝛc. Extant in illam Commentarii Pauli Matthiæ Wehneri, quibus quanta sit in ipsa etiam Imperii Aula autoritas, eo argumento colligere est, quod Besoldus Thesauro Practico, voce Rothweilisch Gericht / commemorat, cum nostra ætate S. Cæsarea Majestas, certis quibusdam personis, Reformationem hujus Dicasterii commisisset, jussisse ea Commentaria quasi loco manuductionis ipsis esse debere.

§. III. De Processu Tribunalis illius extat publica in Recessu Imperii Spirensi anni 1570. querela §. Und nachdem 72. ubi reprehenditur, daß kein ordentlicher Proceß daselbst mehrertheils gehalten werde. Aliis tamen Processus Rothvvilensis longe promptior ac brevior Cameræ Processu est, Reformat. Rothvvilensi *in proœm.* quamvis stylus ejus in plerisque cum usitata Cameræ procedendi ratione conveniat. Leypoldt *de concurrentia Jurisdictionis cap. 8.* Explicatur autem fere omnis processus illius modus in ipsa Ordinatione, quæ causa est, ut hic sufficiat tanto parcius, quæ eo spectant, & saltem præcipua capita attigisse. Causæ huc deferuntur, vel in prima, ut vocant, vel secunda instantia, quod Practici barbare appellant, *deferri per viam simplicis querelæ*, vel *per viam Appellationis*. Potest enim a Tribunalibus inferioribus ad

ad Curiam Rothvvilensem appellari, Simlerus in *descriptione Helvetiæ fol. 124.* Wehner. *in notis ad Reform. part. 3. tit. 17. fol. 185. in fine.* Reconventiones etiam, si ante litis contestationem instituantur, locum habent. Reform. Rothvvil. *part. 3. tit. 12.* Ruland. *de Commiss. part. 4. lib. 8. cap. 7. num. 16.* ubi monet etiam reconventioni post litis contestationem aliquando locum esse, *Ordin. Camer. part. 3. tit. 3.* Wehner. *ad d. tit. 12. fol. 171.*

§. IV. De avocatione ejusque modo jam præcedente capite quædam delibavimus. Hic illud saltem addimus, si Privilegiati Rothvvilam citentur, ac ibi conveniantur, illos ibi privilegium exemptionis opponere, sin autem eorum subditi, Jus avocandi habere, & remissionem petere, Reform. Rothvvil. *part. 2. tit. 4.* & ibi Wehner. *fol. 79. vers. & qui ita.* Subditi ergo Ordinum Imperii privilegio munitorum, citati comparere debent, saltem ut privilegii mentionem faciant. *arg. l. 2. & ibi Dd. ff. de in Jus vocando.* Dn. Mylerus *in addit. ad Rumelin. A. B. part. 2. Dissert. 1. concl. 6.* Diversa tamec ratio est, qua Actores & alii Status subditos suos avocant; illi per schedulas apertas, quod privilegia illorum, utpote Bullæ Aureæ inserta manifesta sint; hi vero solenniori ritu ac literis, quibus privilegia vel authentica, vel eorum descriptiones fide dignæ includuntur, promittunt autem, se actori & salvum conductum lubentes concedere, & jus ac justitiam intra sex septimanas & tres dies administrare velle, nisi aliud prolixius temporis spatium privilegium illis indulgeat. Reform. Rothvvil. *part. 3. tit. 1.* Leypoldt *de concurrentia Jurisd. cap. 8.* An autem avocationi locus sit vel secus? Rothvvilense Tribunal cognoscit. Reform. Rothvvil. *part. 2. tit. 4. vers.* **da aber deß Kläger.** Quod si justo tempore non sit facta avocatio, illa denegatur, ac parte post trinam citationem nihilominus contumace existente, sequitur demum contumaciæ declaratio, & præmisso edicto (Reformatio vocat **Beleutung**) decernentur **Achts- und Anleit-Brieff/** & Processus Executoriales, **erlangt Recht und Schirm-Brieff.** vide post Gylmannum & Meichsnerum, Leypoldt *d. l.* Post banni declarationem insinuatio privilegiorum & avocatio frustra, ad effectum impediendi Jurisdictionem Rothvvilensem, in illa quidem causa in qua decretum bannum est, fieri solet. Gylmann. *tom. 4. Symphor. part. 1. vot. 35. num. 12.* ubi additur sententia Dnn. Cameralium *in causa T. contra Episc. C.* Quod si remissio desiderata inique denegetur, ad Cameram provocari potest, ubi facta simul fide maturæ insinuationis Privilegii, inhibitio adversus Rothvvilense Judicium decernitur. Ord. Rothvvil. *part. 2. tit. 4.* Leypoldt *d. l.* cujus illam ibi rationem addit, sed ex Autore non satis idoneo, quod Rothvvilani faciles sint ad pronunciandum se competentes: quod suo loco relinquimus. Sententiæ verbis paucissimis concipiuntur. vid. apud Meichsnerum sententiam latam 15. Aprilis Anno 72. ubi remissionem propterea negant, quod casus reservatus sit. **Dieweil die Sach/** verba sententiæ sunt, Injuri, **und also sonderbahre Ehehafften betreffen thut/ so weiset man sie nicht.** Si a sententia non appelletur, ea transit in rem judicatam, & Executioni mandatur. Reform. Rothvvil. *part. 2. tit. 19. & part. 3. tit. 18.* quæ committi consuevit Statibus Imperii, & aliis quoque qui obsequium Judicio debent. Author *decis. vel præjudiciorum Cameræ, verb. sententia interlocutoria.* Wehner. *add. Reform. part. 2. tit. 5. §. 19.* nisi justæ causæ sint, quæ excusent eum, cui commendatur executio, utpote, si ei in quem facienda est executio, viribus æqualis non sit. *Ord. Cam. part. 3. tit. 48. §.* **und also/** aut si sententia nulla sit, *arg. l. 4. §. 6. ff. de Re Judicata.* Qui in bannum a Judicibus his declaratur, is ne quidem ab ipso Imperatore invito Actore absolvi potest; vid. privilegium Maximil. de anno 1496. ibi: **Wer auch an denselben Unsern und des Reichs Hof-Gericht geachtet worden/ daß sie weder Wir/ noch Unser Nachkommen Römische Käyser/ oder**

oder Könige/ von derselben Acht nicht absolviren/ oder deren erledigen sollen/ dann mit des Klägers Willen.

§. V. Appellatur a Judicio Rothvvilensi ad Cameram, R. A. zu Speyer *de anno 1570. §.* Und nachdem Uns fürkommen 72. ibi: daher auch viel Appellationes an Unser Käyserlich Kammer-Gericht erwachsen/ auch die Proceß und Urtheil vielmal cassirt werden. Reform. Rothvvil. *part. 3. tit. 17.* Et Capit. Leopold. Imp. *art. 18.* ubi ista leguntur: einem jeden gravirten soll frey stehen/ von mehrerwehnten Hof-Gericht entweder ad aulam Cæsaream, oder ans Käyserlich und des Reichs Kammer-Gericht zu Speyer/ ohne einige Unsere Widerrede oder Hinderung zu appelliren. *Gail. 1. Observ. 40. n. 4.* ubi *quotidie ad Cameram a Judicio Rothwilensi appellari* scribit. vide ejus exempla apud Meichsnerum *lib. 1. decis. Cam. Decis. 20.* Gylmannum *Symph. tom. 2. part. 2. vot. 3.* adde Wehner. *tom. 6. Symph. apud Gylmannum cap. 8. n. 2.* & passim. Et Camera Imperialis est in possessione inhibendi contra Judices Rothvvilenses, ac sæpe inhibitio decernitur, ne ad executionem & viam facti irreparabilem procedant. Wehner. *in not. ad Reform. Rothwill. part. 1. tit. 1. fol. 4. in fin.* Author. Decis. Cam. apud Gylmannum *tom. 3. verbo* Rothweil. Quod si hæc appellatio a sententia definitiva ejusque vim habente interponatur, etiamsi Camerales inhibitionem non decreverint, Rothvvilense tamen Judicium ultra non procedit. dict. *tit. 17. §. penult.* Blumius *Process. Camerali tit. 45. n. 15.* In appellationibus autem a simplici interlocutoria interpositis procedere permittitur, usque donec inhibitionis decretum insinuetur. *d. tit.* & Blumius *d. l.* Nec ad Cameram solum, sed propter concurrentem ejus cum Judicio Aulico, dem Reichs-Hofrath/ jurisdictionem, etiam ad illud a Judicio hoc appellatur, Blumius *d. l. n. 26.* quod & diserte confirmat *art. 18.* Capit. Leopoldi Imp. Imo ad hoc solum, propter denegatam vel protractam Justitiam, nullitatem admissam, & Judicis recusationem, pertinere cognitionem, quod Imperator, quoad appellationem, in qua Camera cum eo concurrit, saltem suo juri renunciaverit, renunciatio autem stricti juris sit, strictamque interpretationem recipiat, existimat Wehner. in Observat. voce Rothweilisch Hof-Gericht/ quem sequitur Blumius *Processu Camerali tit. 45. n. 22.* De Sigillo quo Tribunal hoc utitur, tempore Interregni, Vicariatus vulgo vocant, vid. Hoppingk *de Jure Sigill. c. 5. n. 58.*

§. VI. Superest, ut desinamus circa ea, quæ de Abolitione Dicasterii hujus acta in Imperio sunt. Frequentes fuisse Ordinum Imperii contra Tribunal hoc querelas, jam antea monuimus, quod imprimis prætextu der Ehehafften eo vocarentur causæ, quæ minime pertinerent; sed & huic malo medelam afferre tentasse Maximilianum II. Imperatorem, nova Reformatione Ordinationis antiquæ edita; & tum quidem visum negotium hoc esse compositum, explicato vocabulo illo. Cæterum non multo post repetitæ Statuum querelæ, ac effectum adeo est, ut insererentur Capitulationi Matthiæ Imperatoris, quod hactenus factum non erat, *art. 16.* quæ addimus: Nachdem die Chur-Fürsten des Reichs ꝛc. nicht allein in Krafft der gülden Bull/ sondern auch durch andere hohe Privilegia, vor allen frembden/ zuforderst aber dem Rothweilischen Gericht/ so wol für sich als ihre Unterthanen und Zugewandten befreyet seyn: Nichts desto weniger aber durch desselben Hof-Gerichts-Proceß/ ie zuweilen dero Unterthanen molestirt werden/ wollen in alle Weg versehen/ daß solches bey gedachten Hof-Gericht abgestellt/ und da hinfüro eines oder andern der Chur-Fürsten Unterthanen und Zugewandten mit dergleichen Proceß fernere molestation geschehe/ daß sie nicht allein die Proceß nicht

annehmen sollen/ sondern auch die Chur-Fürsten diejenige/ so über Verwarnung der Insinuation solcher Proceß nicht müßig gehen wollen/ mit straffen ansehen mögen und sollen. Idem repetit Capit. *Ferdinandi II. art. 14. & Ferdinandi III. art. 17.* Atque ista gravamina in Comitiis Ratisbonensibus anni 1641. §. übrige übergebene Memorialia, ibi, als in specie das Käyserl. Hof-Gericht zu Rothweil ꝛc. repetita constat. Instrumento deinde Pacis Cæs. Suecico ista constituta sunt *circa finem art. 5. §. 20. Denique cum etiam de abolendis curia Imperiali Rotbwilæ, Judiciis Provincialibus Sueviæ, & aliis hinc inde per imperium hactenus usitatis, mentio injecta fuerit, resque hæc gravioris visi sit momenti, de his quoque ulterior deliberatio ad proxima Comitia remissa esto.* Et est ejus rei etiam mentio in Capit. Ferdinandi IV. *art. 15.* verba sunt: Als auch von Chur-Fürsten/ Fürsten und Ständen schon von langen Jahren hero/ so wol wider das Kayserliche Hof-Gericht zu Rothweil als das Weingartische und andere Landgerichte in Schwaben allerhand grosse Beschwerd vorkommen/ auf unterschiedlichen hiebevorigen Reichs-Conventen angebracht und geklagt/ dahero auch im Friedenschluß deren abolition halber allbereit Veranlassung geschehen/ so wollen Wir/ auf den Fall/ auf den ietzt instehenden Reichstag (als dahin es im ermeldten Friedenschluß verwiesen) kein beständiger Schluß darinnen gefaßt/ oder von der ietzigen Käyserl. Majestät und Liebd. die Besserung nicht verschaffet werden solte/ künfftig unfehlbarlich daran seyn/ daß solchen der Ständen Beschwerden würcklich aus dem Grund abgeholffen werde/ unterdessen aber der Chur-Fürsten und ihren Unterthanen von Alters hergebrachte Exemption von vorberührten Rothweilischen Gericht/ bey ihren Kräfften in allewege erhalten/ und dawider nicht turbiren noch beschweren lassen.

§. VII. Cæterum cum istis Comitiis anno 1653. in consessu Principum ante electionem Regis Romanorum, urgeretur abolitio Judicii Rothvvilensis, eoque nomine res collegio Electorali commendaretur, Comes Sultzensis & Senatus Rothvvilensis, per Deputatos suos peculiari libello, ipsi Memoriale vocant, Ordinibus exposuerunt, in Instrumento Pacis Cæsareo Suecico art. 8. §. Tam in universalibus &c. *Liberis Imperii Civitatibus non minus quam cæteris Statibus manere intacta privilegia, Regalia, Jura:* nec existimandum ideo, modo de causa exacte constitisset, Paciscentes & Imperii Ordines, Comiti Sultzensi aut Civitati Rothvvilensi propter benemerita concessa privilegia & donationes adempturos, imprimis quod eo nomine Matriculæ Imperiali quid amplius tam Comes quam Civitas inferat, ac ille Feudum etiam perpetuum, dignitatem Judicis ac Præsidis acceperit: & pugnare demum cum naturali ratione, si Imperator dum sua Statibus Jura confirmat, propriorum jacturam faciat: quod fieri ajunt, si judicium hoc, utpote Imperatoris proprium, intercidat. Addunt, se magna religione observare Reformationem ultimam, nec juris dicendi facultatem de causis, quæ ibi non exprimuntur, sibi vindicare. vid. Memoriale illud apud Limnæum *in addit. tom. 2. ad lib. 9. cap. 3. in fin.* & Speidelium voce Rothweilisch Hof-Gericht. Post illa tempora ibi Jus ad hunc usque diem dicitur. Anno tamen 1658. mense Aprili, Status Imperii in monitis ad Capitulationem Leopoldi art. 15. inseri petunt ista: Es sollen nunmehr und ins künfftig/ Chur-Fürsten und Stände/ samt dero Angehörigen/ des Käyserlichen Hof-Gerichts zu Rothweil/ wie auch des Weingartischen und anderer Land-Gericht in Schwaben befreyet/ ermeldte judicia aufgehoben/ auch Chur-Fürsten und Stände samt den Ihrigen zu pariren nicht schuldig seyn. Et Status Evangelici ad eundem articulum desiderant, daß diesem beschwerlichen

chen Wesen/ vermittelst desselben gäntzlicher abolition, würcklich und aus dem Grund abgeholffen werde. Inde est quod Leopoldi Imp. Capit. *art. 18.* postquam nonnulla ad eum modum, quo illa in Ferd. IV. Capitulatione leguntur, repetiisset, porro in hanc sententiam pergit: Wir wollen immittelst/ biß solchen der Ständen Beschwerden würcklich aus dem Grund abgeholffen/ und von der abolition erst berührter Hof- und Land-Gerichten auf den nechsten Reichs-Tag ein gewisses statuirt werde/ offenbahrlich daran seyn/ daß die eine zeithero wider die alte Hof- und Land-Gerichts-Ordnung extendirte Ehehaffts-Fälle abgethan/ und die dabey sich befindende excessus und abusus, zu welcher Erkündigung Wir ohninteressirte Reichs-Stände ehest deputiren wollen/ förderlichst aufgehebt/ sonderlich aber Chur-Fürsten und Stände bey ihren dawider erlangten Exemptions-Privilegien/ ohngeachtet solche cassirt zu seyn vorgewendet werden möchte/ handgehabet werden. In illis, quæ hodieque durant Comitiis, nobis non innotuit aliquid amplius de abolitione illius actum, nisi quod in scripto, quod sub nomine der Erinnerungen/ nach welchen die ietzige Käyserliche Capitulation zu einer gewissen und beständigen Wahl-Capitulation nach Inhalt des Friedenschlusses einzurichten/ extat in Diarii Europæi parte 11. ad mensem Februarium anno 1664. Capitulationis articulum 18. Versiculum. So wollen Wir. ita concipiendum existimant Autores Monitorum: Es sollen Chur-Fürsten und Stände samt dero Angehörigen oberwehnten Käyserl. Hof-Gerichts zu Rothweil/ wie auch des Weingartischen und anderer Land-Gericht in Schwaben befreyet/ ermeldte Justitien aufgehoben/ auch Chur-Fürsten und Stände samt den ihrigen zu pariren nicht schuldig seyn. Id tandem adjicimus, intercedere Rothvvilensibus solenne cum Helvetiis fœdus, sancitum anno 1463. & renovatum Anno 1519. quo promittunt Helvetii, si judicium illud, excepto casu, quo Rothvvilenses ob denegatum Jus & Justitiam eo se indignos reddiderint, illis aliquis auferre conetur, quod ipsi eosdem contra omnes injurias & impetus quorumcunque defendere velint. vid. Wehner. *in princ. Comment. ad Ord. Rothwil.*

Unde, an abolitio ista penitus in expedito sit? Prudentiorum Judicio relinquimus.



DISSERTATIO VIII.

DE

JUDICIO CURIÆ IMPERIALIS ROTTWILENSI.

§. I.

ORigo Judicii Rottvvilensis a GOLDASTO septingentis annis Judicio Camerali antiquior perhibetur, ab aliis vero (quæ communis fere est opinio) ad Authorem Conradum III. Rom. Regem, qui ante Fridericum I. floruit, & quidem ad an. 1146. aut 1147. refertur, & ad documenta partim originalia, partim alia, in publicis adeo Comitiis provocatur, quibus id probari possit. (*a*) GOLDASTI opinionem dudum refutavit Assessor Cameræ Imperialis MAURITIUS. (*b*) Altera vero, cum nonnulla in Narratione ista occurrant dubia, quorum nec Otto Frisingensis Episcopus, Conradi III. & Friderici I. res gestas accurate consignans Scriptor, nec alii Scriptores coævi meminerunt, præterea etiam originalia illa Documenta institutionis, ad quæ Rottvvilenses provocarunt, lucem hactenus fugerint, paucis hic trutinanda erit. Si, quæ a GOLDASTO publicata est Ordinatio Judicii Rottvvilensis, (*c*) nomine *originalis seu primævæ institutionis* mactatur, debile sane hæc Rottvvilensium causæ dabit patrocinium; prout id infra §. 4. deducetur. In præsentiarum hoc solum præmitto, si quid unquam, a GOLDASTO publicatum, dubiæ censeri debeat fidei, id esse hanc Conradi III. ordinationem. Porro cum alia nobis documenta Sæculi XII. & XIII. prodant, Duces Sueviæ in Suevia *Curias* celebrasse, placita egisse, & Judicia, nec unum semper locum ad hoc elegisse, sed vel Ulmæ, vel alibi sedem, Aulam & Curiam suam fixisse; nullatenus id cum prætensa fundatione Rottvvilensis Judicii componi potest. Neque verosimile est, in eodem Ducatu duo Curiæ fuisse judicia, Cæsaris alterum, alterum vero Ducis; omnino vero improbabile, Conradum III. in familiæ Ducalis Staufficæ, unde originem habebat, detrimentum & incommodum Judicium ordinasse, cum ipsis Ducibus in Jurisdictione concurrens.

(*a*) Vid. MAURITII Dissert. *de Judicio Rottwilens.* cap. II. §. IV.

(*b*) Ibid. §. 3. (*c*) Part. II. *der Reichssatzungen* pag. 6. *seqq.*

§. II. Verosimilior itaque videtur opinio, quæ sub medium Sæculi XIII. aut sub Conrado IV. Rege Romanorum, aut Conradino Duce Sueviæ, aut potius illis extinctis, Judicium Rottvvilense esse natum & nomine Judicii *Imperialis* Curiæ honoratum dixerit. Cessant enim ea, quæ de Ducum Sueviæ Curiis diximus, hoc ipso, cum non amplius Dux superesset. Ducatus ille, ac pleraque cætera feuda gentis Hohenstaufficæ ad Imperium ceu aperta recidebant; Jurisdictio itaque olim per Duces Hohenstauffîcos exercita, per ipsosmet erat exercenda Imperatores, aut substitutos Judices eorum, non quidem qua Impera-

rato-

ratorum, sed Ducum Sueviæ vice judicaturos. Natum hinc nomen *Imperialis tribunalis;* Quod cum antea, ut omnia Curiarum Judicia in provinciis, esset mobile, (*a*) certo tandem loco fixum fuit.

(*a*) Ita legitur in Charta Friderici Ducis Sueviæ de an. 1185. apud P. HERGOTT T. II. *Geneal. Habspurg.* pag. 196. eundem Ducem *in loco qui dicitur Kunigsstuhl cum universis Principibus totius Sueviæ publicum placitum habuisse & judicia exercuisse &c.* In transactione civitatis Ulmensis cum Advocatis suis, Comitibus de Dillingen de an. 1255. apud D. SENCKENBERG Fascic. II. Meditat. pag. 385. & Authorem *Hist. Diplom. Norimb.* pag. 130. ubi: *Primum quidem est, quando Imperator, Rex aut Dux Sueviæ Curiam Ulmæ celebraturus est &c.*

§. III. Nec obstat huic opinioni Ordinatio Conradi III. de Judicio Rottvvilensi; illam enim haud genuinum esse partum, multa convincunt. I. Quod stylo Germanico concepta, eoque recentissimo. II. Quod enarret P. I. Tit. II. Judici supremo incumbere, ut Judicium hoc exerceat, prout olim moris fuerit, quod cum nova institutione haud conciliabitur. III. Frequenter leges Romanas alleget, ex illisque cantet, quæ tamen Sæculo XII. in Germania nondum aut saltem parum erant cognitæ. IV. Nimis accurata sit & prolixa, quod illis temporibus barbaris & impolitis haud convenit. V. Carcat die & consule. VI. Neque omnia conveniant cum documentis Sæculi XIV. ex hoc Judicio profectis, ut infra patebit. Conferatur PFEFFINGER ad VITRIARII *Institutiones Jur. Publ.* T. IV. pag. 690.

§. IV. Itaque origo illius Judicii potiori jure a Judicio Curiæ Ducum Staufficorum derivabitur, eatenus, ut sicut illi hoc exercendi potestate sunt gavisi, ita post eorum extinctionem Imperatores Regesque Romanorum, in locum Ducum succedentes, eandem Jurisdictionem continuarint exercere; neque enim hi leguntur posthæc alios de isto Ducatu reinfeudasse, neque illam jurisdicundi potestatem ita in alios transtulisse, ut proprio hi eandem exercuerint nomine; Imo in contrarium extant præjudicia & exempla, quod Reges Imperatoresque nonnunquam Principes, Ducatus Suevici jura sibi vendicantes, coercuerint, & uti titulo; ita & juribus abstinere jusserint; Qua igitur potestate olim Duces Hohenstauffici fuerunt præditi, ea & pollebat hoc *Judicium Curiæ* extinctis Ducibus; Ducum autem Germaniæ mediæ officium præcipue consistebat in belli pacisque cura in suâ provincia excolenda, & quæ ex hoc principio fluunt, juribus compescendi Principes, id est, Comites, Barones &c. comprovinciales pacis inimicos, extirpandi procerum lites, ordinandi judicia, ut in illis prompta & æqua administraretur justitia & id genus alia. Et quia Duces, æque ac Imperatores Imperium, provincias suas circuibant, placita, curias, sive judicia exercentes, ita & illis non minus ac Imperatoribus, in aliquem suæ provinciæ locum venientibus & Curiam figentibus, ordinarii judicis suspendebatur jurisdictio; Hinc enata illa concurrentia cum Judicibus inferioribus aut statibus provincialibus. Profecto non in sola Suevia, sed & alibi hoc juris fuisse dicetur infra.

§. V. Fuit itaque Judicium hoc Rottvvilense nonnisi *Tribunal* Ducum Staufficorum *aulicum*, & reipsa Provinciale, id est, ad certam vel certas Imperii Provincias restrictum, quo respectu ab Imperatoribus etiam non semel nomine *eines Land-Gerichts* compellatum legimus; Certo tamen respectu sublimius erat Judiciis provincialibus, eo quod hæc multiplicia subinde in Ducatibus essent,

 unum

unum vero Ducalis Curiæ Tribunal, cui illa suberant. Multo autem excellentius illud Suevicum, quia Familia Hohenstauffica non solum Suevico, sed & Alsatico, Franconicoque Ducatibus superbiebat.

§. VI. Horum igitur Ducatum intuitu determinandi sunt proprie limites Jurisdictionis illius, nec ultra protendendi. Non fert institutum, terminos territorii sive Jurisdictionis Rottvvilensis, prout in Maximiliani I. Confirmatione Privilegii Rottvvilensis & Maximiliani II. Reformatione Rottvvilensi describuntur, hic contemplari; nihilo tamen minus verosimile est, ex hac doctrina de tribus hisce Ducatibus (a) illos illustrari posse.

(a) Quibus ab aliis Austriacus accensetur.

§. VII. Factum tamen arbitror, plus æquo protendisse hoc Judicium jurisdictionis terrorem, prout id Sæculo XIV. exeunte & Sæculo XV. in omnibus fere judiciis provincialibus attentatum esse docent Historiæ, & reformationes judiciorum Cæsareorum in Provinciis, præcipue Westphalicorum; Nomen scilicet & titulus Imperatoris, quod in fronte suorum decretorum præfigebant ejusmodi judices, eos ita reddebat audaces, ut suo pede se metiri, & intra jurisdictionis suæ terminos se continere obliti, velut Imperatorem repræsentantes toti se imperare Imperio crederent. Hinc factum, ut in extremis Germaniæ finibus degentes Imperii ordines contra Judicia Cæsarea sibi de privilegiis de non evocando prospexerint.

§. VIII. Quod si vero potestatem hujusce judicii ratione Ducatuum Suevici ac Franconici uti & Alsatiæ consideremus, non erit, ut illam admiremur. Quæ Judicio Rothvvilensi competunt jura, ea olim Judiciis Curiæ cæterorum Ducum Germaniæ non minus competierunt, & in quibusdam terris hodienum competunt, ubi Judicia Curiæ *die Hofgerichter* cum cæteris judiciis inferioribus terræ seu provinciæ concurrentem exercent jurisdictionem. Curias celebrare ac placita provincialia, Ducum uti & eorum, qui Ducatus regalibus erant investiti, fuisse prærogativam, facile demonstrari posset; Sæculo vero XIII. & seqq. cum partim Ducatus fatalis interregni tempore dissolverentur, & vix superesset, quin nexu tali aut vi aut aliis modis se liberaret, partim Imperatores jurium, Ducibus olim competentium, alios etiam Principes, imo & Comites facerent participes, enata fuerunt tot Judicia Curiæ, quot ferme Principatus & Comitatus. Imo & ex Judicii Curiæ Rottvvilensis jurisdicendi potestate in hæc tempora conservata doctrinam de veteribus Germaniæ Ducibus satis intricatam illustrari posse crediderim.

§. IX. Quemadmodum itaque post Ducum Sueviæ Familiam in Conradino Anno 1268. extinctam, potestatem Ducalem ad Imperatores rediisse supra dixi; nec tamen illa postea alteri Principi in feudum concessa fuit; Ita deinceps aut ipsimet Imperatores judicium hoc exercuerunt, aut per alios substitutos judices illud exerceri curarunt. Quando Comites Sultzenses hæreditarii Judices Curiæ Rottvvilensis facti sint, non ita clarum est. Illud tamen in documentis fide dignis (quæ fortassis omnium erunt antiquissima) reperio Hermannum Comitem Sultzensem sub an. 1300. isto munere functum esse (a). An vero feudi titulo id habuerit, ambigendum est, saltem post hunc Hermannum occurrunt alii Judices Rottvvilenses (b), qui se non subjudices Sultzensium, sed judices vice Imperatorum appellant; Imo etiam ipsimet Imperatores (c), ad

ad Carolum IV. fere, subinde Judicio Rottvvilæ præsederunt, ex quo colligi videtur, nondum Jurisdictionem Sultzensium fuisse feudi titulo (d) acquisitam.

(a) Vid. HERGOTT. T. II. *Geneal. Habspurg.* pag. 583. seqq. ubi: *Dem Edlen und Erwürdigen Herren Graven H. von Sultze des Romischen Kuniges Hofrichtere, oder Swer an finer Statt fizzet &c.*

(b) In citato hoc documento apud HERGOTTUM occurrit 1.) *Fridericus Dux Austriæ* Patris sui, Regis Alberti, nomine præsidens. 2.) *Comes Hermannus de Salts.* 3.) *Nicolaus de Wartenfelst.* Anno 1336. occurrit ceu Justitiarius Rottvvilensis Ludovici IV. Imp. *Erckingerus Aigel de Valckenstein.* Ibidem pag. 658. Conf. PFEFFINGER ad VITRIARII J. P. T. IV. pag. 692. ubi: *Conradus de Wartenberg.*

(c) Exemplum de LUDOVICO IV. Imp. extat apud laudatum P. HERGOTT pag. 659. quamvis, quod mirum, charta illius non Sigillo Judicii, sed Cæsareo munita sit.

(d) Sub Wenceslao tamen jam Subjudices vice Sultzensium claruerunt. Ita apud HERGOTTUM l. c. pag. 740. ad an. 1382. præsto est *Oswald de Wartenberg ein Frye Hofrichter an Statb und in Nammen Grafen Rudolphs von Sultz von mines gnadigen Herren des Römischen Kinigs Wenzeslaues Gewalt an finer Statb uff finen Hof zu Rotwil &c.*

§. XI. Hodie Principes Schvvartzenbergici (non Schvvartzburgici, ut quidam tradunt) hæreditariorum judicum officio funguntur, successerunt enim Sultzensibus, & eorum titulis etiam honorantur. Assessores olim erant *Herren und Ritter*, ut ex formulis decretorum judicialium discimus; de Dominis tamen nihil prætensa Conradi III. Constitutio disponit. Hodie ex Senatu Rottvvilensis civitatis XIII. Viri Jurium periti eliguntur abs judice. Jurisdictionis ejus termini in Reformatione Maximiliani II. sunt descripti, eamque exercet per circulos Austriacum, Suevicum, Franconicum & Rhenanum. Ratione causarum etsi quis exemptus, reservatæ tamen censentur quædam, *die Ebehafften* vulgo dictæ. Quænam illæ sint, vid. in Dissertatione MAURITII *de Judicio Rottvilensi*, apud Cl. D. PFEFFINGERUM ad VITRIARIUM T. IV. pag. 700. seqq. ibique citatos, ubi & de concurrentia illius non modo cum Magistratibus Ordinariis, sed & cum Judicio Cæsaris Aulico & Camera Imperiali plura legi possunt; Appellatur ab eodem vel ad Aulam Cæsaris vel ad Cameram Imperialem. Sæculo superiori Ordines Imperii abolitionem hujus Judicii nonnunquam postularunt, utpote quod statuum superioritati territoriali quodammodo obstare, aut effectus ejusdem impedire videbatur. Hodie adhuc Imperatores in Capitulationibus promittunt, se procuraturos, ut in puncto abolitionis in Comitiis certi quid propediem statuatur, & interea provisuros, ne casus reservati contra tenorem ordinationum extendantur, abusus vero & excessus tollantur.



DISSER-

DISSERTATIO IX.
EPISTOLARIS
DE
ÆTATE JURIS ILLIUS ANTIQUI GERMANICI
QUOD VULGO VOCATUR
SPECULUM SUEVICUM.

SCio Te, Vir illuſtris! Germaniæ noſtræ antiquitatibus haud leviter delectari, ac imprimis, quod jus illud antiquum Germanicum, vulgo Speculum Suevicum dictum, attinet, curioſiſſimum eſſe. Vidi enim apud Te, quod apud alium neminem, tres inſignes ejusdem Speculi Suevici Codices, manu exaratos; quorum præſertim unus in membrana antiquiſſimus eſt, adeo ut & Codici illi decantatiſſimo Ambroſiano, quo Lambecius *Bibl. Cæſar. lib. 2. pag. 825.* vix alium ejus generis ullum, vel antiquiorem, vel magis authenticum reperiri exiſtimavit, palmam præripere videatur. Hinc cum mihi non admodum nuper in Bibliotheca Illuſtriſſimi Domini Comitis FERDIN. AB HARRACH Conſiliarii Cæſareo-Aulici Codicem inſpicere contigerit ejusdem Speculi Suevici, qui quidem adeo antiquus non eſt, utpote ſupra finem ſæculi XV. vix aſcendens: ſed qui in ipſa prima pagina Juris Feudalis duo perquam notabilia continet, in aliis Codicibus non æque extantia; arbitror, me Tibi rem minime ingratam facturum eſſe, ſi ea Tecum paucis communicaverim.

Aggredior itaque primum, quod eſt de ætate ipſius Speculi, ſeu quonam tempore Jus hocce noſtrum compilatum fuerit? De quo inter viros doctiſſimos hucusque adeo variatum fuit, ut in nulla re alia magis. Sunt, qui illud ſatis antiquum faciunt, & jam ſub Imp. Ottone IV. anno 1208. ritu ſolenni in Comitiis Norimbergenſibus promulgatum eſſe propugnant. Quos inter præcipuus eſt Jo. Schilterus *in Codice juris feudalis Alamannici præfat. §. 15.* Sunt porro, qui media quaſi via incedentes id ipſum referunt ad tempora Friderici II. item ad Interregnum magnum; nec non ad Rudolphum I. Habſpurgicum. Quo referendus eſt Lambecius *dict. Bibl. Caſ. lib. 2. pag. 827.* itemque Schannatus *in præf. collect. Script. & Document. Hiſtoric.* Sunt denique & quidem plerique, qui dictum Speculum Suevicum non niſi Sæculo Decimo quarto conſcriptum eſſe admittunt. Horum anteſignanus eſt Herm. Conringius *in Tr. de Orig. Jur. Germ. cap. 30.* Licet ipſe antea in alio tractatu *de Scriptoribus XVII. ſæcul.* hoc ipſum Speculum jam ſæculo XII. extremo conſcriptum eſſe aſſe-

asseruisset. Qua in varietate diffidentium Sententiarum, cum Joannes Bergerus probe videret, hinc inde non nisi levibus conjecturis certari, cordate fatetur *in præf. collat. Jur. Aleman.* ancipitem esse hanc de re cogitandi curam, forsitan tamen aliquid certius allaturum, qui collatis inter se, quotquot extant, exemplis scriptis, periculum faceret, utrum ex antiquissima scriptura notisque aliis de ætate libri conjici posset.

Jam vero, quod ita hactenus nec quoad sæculum satis expediri potuit, id nunc per præstantissimum Codicem Harrachianum etiam quoad ipsum annum in propatulo est. In eo enim in ipsa prima pagina Juris Feudalis, cum exacto prologo regula ponitur generalis: quod *clerici, fœminæ, agricolæ, item qui non sunt Sendberleutte, & ex legitimo Thoro, stirpeque equestri prognati, jure feudi careant;* disertis terminis subjicitur: *Sicut postea explicabimus anno post nativitatem Christi millesimo ducentesimo octuagesimo secundo, quo hic Liber scriptus est:* **Pfaffen weib und gepaurn** (sunt formalia textus) **und alle die nicht Sendberleutte seyn/ und alle zuchind/ und alle die nicht von rechter Ritter art geporn sin/ die sullen alle Lehenrechtens darben/ als vill als wir hernach bescheiden/ nach Christi geburt ist die gewisse Zahl tausend jar/ zwai hundert jar/ und zwai und achtzig jar/ da diß buch geschriben ward.** Quid clarius, quid apertius hac expressa anni designatione? Sane legimus in aliis etiam Codicibus hanc ipsam periodum, imo & anni designationem, sed demto *numero minore,* una cum eo, quod *illo anno liber scriptus sit,* hoc modo: **Als vill als wir hernach bescheident nach Christi geburt ist die gewisse Zahl tausend Jar.** Quod ipsum vero cum sequenti periodo: **darnach get das Sibent tausend an/ daein muß die Welt zergan/ aber wenne GOtt will/** adeo sensum invertit, ut nemini hucusque in mentem venerit, heic annum compilati Speculi nostri designatum fuisse. Quin imo si etiam quis hoc forte fortuna conjecisset, quomodo quæso sublatum numerum minorem restituisset?

Sed dices: forsan hic ipse *numerus minor,* quodque *liber eo anno scriptus sit,* cum in aliis omnibus Codicibus desideretur, in nostro additamentum Copistæ est, ut proinde potius annum descriptionis hujus Codicis, quam compilationis ipsius Speculi significet? At repono, scripturam Codicis nostri nequaquam adeo antiquam esse, ut ad annum designatum millesimum ducentesimum octuagesimum secundum referri possit, quod ex ipsis literis earumque ductu satis superque colligitur. Quin imo Privilegia Civitati Neostadiensi in Austria ab Imp. Friderico III. concessa, quæ eadem manu Codici in fine adnectuntur, liquidum argumentum sunt, ejusdem descriptionem supra medium sæculi XV. ascendere certe non posse; quoniam ipsum Imperatorem non nisi ad dictum medium sæculi XV. vixisse constat. Si instes: forte Codex noster a tali antiquiore Codice descriptus est, cui annus designatus erat descriptionis, non compilationis? Replico, ne hoc quidem supponi posse; siquidem integra anni designatio, prout habetur in Codice nostro, adeo inhæret ipsi contextui, ut cum eo perfectum integerrimumque sensum constituat; quod si vero mutiletur, prout mutilata est in omnibus aliis Codicibus, eundem sensum omnino turbet, adeo quidem, ut Schilterus in versione sua totam periodum alieno loco positam esse crediderit. Unde liquere puto, annum designatum non posse censeri a copista ut annum descriptionis, sed omnino ab ipso compilatore ut annum compilationis insertum fuisse. Si enim a copista adjectus esset, nec adeo cum contextu cohæreret, nec certe rejectus posset sensum turbare, sed faceret primævum nativumque sensum potius redire.

Ad hæc observatur in jure nostro ceu singularissimum, quod *in lib. provinc. cap. de Regis Electione* quartus Electoratus sæcularis non Regi Bohemiæ, sed Duci Bavariæ tribuatur: **Der Hertzog von Baiern hat die vierte Stime an der Chur/ und ist des Reichs Schenke/ und solle dem Könige dem Ersten Becher tragen.** Atqui hoc ipsum cum anno nostro designato mirum in modum conspirat. Sciendum quippe est, anno millesimo ducentesimo septuagesimo quinto, (ut id docemur ex diplomate Imp. Rudolphi I. quod extat *in Gold. const. Imp. tom. 1. fol. 311.*) Henricum Ducem Bavariæ ex duobus actibus, quibus interfuerat tempore magni Interregni tum electioni Richardi Regis, tum Rudolphi I. dictum Electoratum ac Pincernatus officium in possessorio Sententia Imperiali obtinuisse adversus Regem Bohemiæ Ottocarum. Anno vero subsecuto millesimo ducentesimo nonagesimo (ut id æque liquet ex alio diplomate *in dict. const. tom. 2. fol. 85.*) eundem Electoratum, ac Pincernatus officium in petitorio sententia itidem Imperiali adjudicatum fuisse Regi Bohemiæ Wenceslao Ottocari filio, addita simul declaratione, hoc jus ejus æque progenitoribus Abavis, Atavis, Proavis, Avis pure plenissime competiisse. Quibus positis quid concordantius esse potest, quam tempore intermedio, in quod recte annus designatus millesimus ducentesimus octuagesimus secundus incidit, Jus nostrum compilatum fuisse? Id enim ipsissimum tempus est, quo aliter fieri non potuit, quam ut compilator juris dictum Electoratum juxta priorem sententiam Duci Bavariæ adscriberet. Nec obest, quod tamen dentur Codices, in quibus Rex Bohemiæ ponitur in dicto Electoratu, & Pincernatus officio, qualis est, unde Meichsnerus suam adornavit editionem. Hoc enim tribuendum est Librariis, quorum quidam adeo scrupulosi non erant, quin post latam pro Rege Bohemiæ sententiam in describendis Codicibus locum illum immutassent.

Nihil itaque dubitandum est de anno nostro designaro. Quapropter ad alterum progredior, quod nobis itidem sistit præstantissimus Codex Harrachianus. Id versatur circa vocabulum *Semperleutte*, quod in jure nostro semel iterumque usurpatur, deque cujus intellectu Viri doctissimi hactenus non magis, ac de ætate ipsius Speculi convenire potuerunt. *Goldastus in rationali const. Imp. pag. 79.* (inquit Limnæus tom. 1. J. P. addit lib. 4. cap. 5. n. 26.) *scribit* **Sempermanne/** *bodie fortassis diceremus* **Sendthermannen/** *quod est, si interpreteris viros probos, & moderatos vitæ pariter, & fidei minime suspectæ, quorum testimonium erat irrefragabile, & omni exceptione majus. Vadianus in MS. de abbatia S. Galli fol. 138. & fol. 390. (ut legimus* **in der Lindauischen Ausführung** *pag. 589.)* **halt darfür/ Sempermann sey einer der von seinen Fürsten auf all sein Land gefreyet ist/ zu wohnen/ wo er will/ zu Latein** *exemptus*, **das ist/ der seinen freyen Zug hat/ ohn alle Beschwärde/ er sitze wo er wolle in eines Herrn Landschaft/ also daß zu seinen ligenden und fahrenden Gut kein Landtherr einige Gerechtigkeit/ weder Fähl noch gelåß/ noch erbschaft zu erforderen.** *Author autem* **gedachter gründlichen Ausführung** *d. l.* **Setzet die Semperleut in den sibenden und letzten grad des Herschilts/ daß also am Standt diese unter der Ritterschaft die unterste wåren.** *Ego arbitror* (addit Limnæus) *Goldasti explicationem veram esse, nec tamen falsas reliquas. Nec enim insolitum est, unius Vocabuli varios esse significatus. Potest itaque vox semper aliquando notare integritatem famæ, aliquando statum honoris, aliquando Conditionem privilegiatam.*

Schilterus porro rem aliter explicat *in commentario suo ad Jus Feudale Alemannicum:* ubi quidem cap. 1. §. 18. non nisi de Vocabulo Semperfrey agit, sed mox sequenti §. 25. id ipsum etiam de Vocula Semperleutte intelli-

gendum

gendum esse statuit. Docet autem τὸ semper in Vocabulo Semperfrey (ac proinde etiam in Vocula Semperleutte) idem esse ac Sendbar; quippe a quo per corruptionem derivatum sit. Sendbar vero componi a *Sent*, quod sit Synodus, & *Bar*, quod sit Capax, ac proinde significare Synodi capacem, seu qui in Synodis, Conventionibus, seu Placitis jure suffragii gaudeat. Quo posito sicut τὰς Semperfreye statuit esse Barones, Comites, Principesque, qui in Comitiis Imperii jus suffragii immediatum habebant; ita τὰς Semperleutte censet esse honoratiores de plebe, qui in Synodis ac placitis Scultetorum adsidere poterant, eaque ratione τὰς Semperleutte, ceu homines de plebe a jure feudi saltem nobili perpetuo excludit. Qua de causa & particulam illam negativam, qua in jure nostro dicitur, quod, qui *non* utitur clypeo militari septimo, is jure feudi careat, wer nicht mit den Sibenden Herschilte zu thun habe/ der soll lehenrechtens darben/ contra omnium Codicum fidem, in versione expungere nihil dubitavit, sensu sic reddito: *quicunque septimo clypeo militari utitur, jure feudi careto.*

Enimvero Codex noster Harrachianus id quidem mirifice confirmat, quod Schilterus sola conjectura ingeniose assecutus est, nimirum τὸ Semper in Vocabulo Semperleutte idem esse ac *sendbar*; siquidem in hoc nostro Codice non, ut in omnibus aliis legimus, *Semperleutte*, sed recte *Sindberleutte*; idque in ipsa prima pagina repetitis vicibus, primum cum dicit, quod *Sendberleutte septimum clypeum teneant*: Sendberleut führend den Sibenden Herschilt; Deinde cum agit de his, qui juris feudi incapaces sunt: Pfaffen/ und weib/ und gepaurn/ und alle die nicht Sendberleute Sein ꝛc. Sullen alle lehenrechtens darben. Verum quod ipsius Vocabuli significatum attinet, seu quinam jure veteri Sendberleutte fuerint? Res longe aliter ex Codice nostro deducitur, quam ex Sententia Schilteri ob defectum Codicum integræ lectionis hucusque obtinuit. Nam ubi alii Codices non nisi hoc habent: *Reges ita constituerunt, quod, qui non utitur clypeo militari septimo, is jure feudi careat.* Die Kunige hant es also gesetzet/ wer nicht mit den Sibenden Herschilt zu thuen habe/ der soll Lehenrechtens darben; excepta editione Meichsneriana, quæ paulo auctior sic habet: Wer nicht von Ritterlicher art ist/ mit den Sibenden Herschilt nicht zu thuen haben/ der soll auch Lehenrecht manglen; quod autem nec integrum, nec commodum sensum constituit. In Codice nostro, qui integritate sua pollet, sic legimus: *Reges ita constituerunt, quod, qui ex genere Equestri natus non est, septimo clypeo militari non utatur: & de eo, qui in septimo clypeo non degit, quod omni quoque jure feudi careat.* Die Kunige habent so gesetzet/ wer nicht gebohrn sey von Ritterlicher art/ daß der nicht mit den Sibenden Herschilt zu tun habe/ von dem/ wer in den Sibenden Herschilt nicht Wert/ der soll auch alles Lehenrechtens darben. Ex qua integra lectione jam nemo non perspicit liquido, τὰς Sendberleutte (qui in mox præcedentibus septimum clypeum militarem tenere dicuntur: die Sendberleutte führent den Sibenden Herschilde) minime fuisse homines plebeios, (ut Schilterus docet, & communis post eum sententia) sed Nobiles equestris generis. Die von Ritterlicher art gebohren waren. Nec etiam puto, fore quemquam, qui in hac nostra lectione particulam illam negativam cum Schiltero expungere præsumpserit, quandoquidem jam bis expungenda esset, quam duplicem vim inferre Codici nec ipse Schilterus ausus fuisset.

Constat igitur τὰς Sendberleutte equestris generis fuisse. Sed propius ad eorundem significatum accedendum est; Siquidem non una erat Jure nostro Suevico hominum equestris generis conditio. Alii quippe dicuntur *Ministeriales*:

riales: **Die Dienstmanne/** qui nimirum ex stirpe equestri cuidam Principi mancipati erant, & quod plerumque fieri solebat, apud eundem officium aliquod obibant, ut Cameriatus, Pincernatus, Dapiferatus, vel aliud quodcunque. De quibus, si libet, latius videri potest Auctor **der Lindauischen Ausführung** pag. 590. & seq. Item novissime clariss. Estor *per tot Comment. de Ministerialibus.* Alii porro sunt *Milites:* **Die Ritter/** qui scilicet itidem ex stirpe equestri nati, ad militiam actuali creatione promoti erant, **die zu Ritter geschlagen waren.** Nam sicut nemo nisi ex stirpe equestre prognatus ad militiam jure veteri aspirare poterat, ita nec ullus nascebatur miles ex quibuscunque equestribus parentibus, sed demum actuali eaque solenni creatione talis fiebat. Quo faciunt, quæ Schilterus longa serie adducit *in dict. Comment.* §. 22. Alii denique sunt, qui ex genere quidem equestri natales trahebant, ipsi vero necdum actuales milites erant, nec Ministeriales. Hi in diplomatibus dicuntur, *Militares, Clientes, Armigeri, Infanciones &c.* **Knechte/ Knappen/ Wappener/ Edling** **rc.** Nos inquit Knipschildius *in tr. de Nobilitate c. 1. n. 38.* eos vocaremus **Rittermässige/** id est, quod capacitatem haberent milites fieri. **Daß sie zu Ritter geschlagen werden konten.** De quibus præter dict. Knipschildium videri potest Schilterus *l. c.* quique ibidem allegantur.

Itaque, qui ex his recensitis tribus classibus hominum equestris generis ad censum τῶν Sendberleutte referendi sint, videamus. *Ministeriales* eo certe referre non possumus, quoniam isti in ipso Speculo nostro Suevico a Sendberleutte diserte distinguntur, adeo quidem, ut sicuti Ministeriales sextum clypeum militarem obtinere dicantur, ita Sendberleutte non nisi septimum. **Dienstmanne führent den Sechsten Herschilt/ Sendberleutte den Sibenden.** *Milites* similiter nemo recte dixerit sub Sendberleutte intelligendos esse, siquidem hi in diplomatibus pari passu cum Ministerialibus ambulare observantur, imo quandoque etiam illis præponuntur. Quare non magis ac illi in censum τῶν Sendberleutte venire poterunt. Reliquum ergo est, ut tertiam classem, natos nimirum ex genere equestri, sed qui necdum actuales Milites, nec Ministeriales erant, sub significatu τῶν Sendberleutte accipiamus; Ac proinde eos ipsos antiquitus τῶν Sendberleutte fuisse dicemus, qui in diplomatibus audiunt *Militares, Clientes, Armigeri, Infanciones.* **Knechte/ Knappen/ Wappener/ Edling/** quosque nos cum Knipschildio uno nomine vocaremus **Rittermässige/** seu militiæ capaces.

Et sane conspirat primo cum hac acceptione τῶν Sendberleutte ipsa nominis Etymologia. Sendbar enim planissimo suo significatu sonat missionis capacem, seu qui mitti potest, a vocula **Senden/** quod est mittere, & **bar/** quod est capax. Jam si subintelligas ad militiam, prout omnia in jure feudali ad militiam explicari debent, habes militiæ capacem seu qui ad militiam mitti potest, ac proinde recte talem, qui stirpis quidem equestris est, sed necdum actualis Miles, nec Ministerialis. Dico qui *stirpis equestris* est, nam ut supra jam diximus, antiquitus nemini nisi ex genere equestri, seu nobili ad militiam aditus patebat. Quam in rem plurimæ extant Principum constitutiones, quas inter & illa est Wenceslai Imp. de anno 1389. allegata a Limnæo *I. P. lib. 7. cap. 63.* **Es soll sich niemand zum Krieg reisig machen/ noch seyn/ er seye dan zu dem Wappen gebohren.** Dico deinde *qui necdum actualis Miles, nec Ministerialis est.* Siquidem actuales Milites, & Ministeriales non tam militiæ capaces, quam in ipsa militia constituti censendi sunt; Milites quidem in sensu proprio: Ministeriales vero in improprio, quatenus nimirum ministerium militiæ æquiparatur.

Secun-

Secundo posita hac ipsa acceptione τῶν Senderberleutte commode etiam explicari potest, quomodo & qua ratione in jure nostro clypeus quoad capacitatem feudi dubius dicatur. **Als Lutzel so man weiß von keiner Wahrheit wen die Sibend Welt ein End hat / als Lutzel kan man wissen / ob der Sibende Herschildt lehenrecht muge han / oder nicht?** Capacitas nimirum militiæ, & natales ipsis videbantur tribuere jus feudi, contra vero, quod actuales milites non essent, videbatur ipsis hoc jus denegare; quoniam feuda ex primæva sua institutione non nisi propter actualem militiam concedebantur. Hinc cum ab initio, ubi principiorum nostrorum solemus esse tenaciores, omnino obtinuerit *negativa*, tractu vero temporis, quo omnia degenerant, paulatim invaluerit *affirmativa*, prout etiam *Jure Longobardico lib. 2. tit. 10.* Valvasini seu minores Valvasores antiquo quidem usu consuetudinem feudi nullam habuisse dicuntur, hodie vero eodem jure uti in Curia Mediolanensi, quo & Valvasores: Nemo non videt, medio tempore eorum clypeum quodammodo *dubium* extitisse? Constat enim in consuetudine ab uno contrario non mox venuri ad alterum.

Tertio denique, invenio inter privilegia Civitatis Vindobonensis, quæ hoc ipso Codice continentur, duo diplomata, rem, ut mihi videtur, plane decidentia. Primum est Imperatoris Rudolphi I. alterum Alberti I. ejus filii. In priori post alia dicit Rudolphus: **Wir geben auch gentzlich von sundern gnaden den ehe genanten purgern / daz si sich frewn Ritterleichs Rechtens/ Rittermäzzige Läwt an zeugnusse ze tragen / und Kriegung ze thun / und lehen ze empfahen / und ze haben / und auch lehen ze leihen / und in ißleichen andern rechtlichen werichen ze üben.** In posteriori vero, quod est prioris confirmatorium, Albertus ibidem sic: **Wir verleihen auch von besunderlichen gnaden / daß si sich vrewn Sentmäzziges Rechtes / und Sentmäzziger gestalt ze bringen gezeugnusse / Chlage ze tun / lehen ze nemen / und ze haben / und lehen ze leihen / und an anderen ißleichen häftigen geschäften ze tun.** En quod Rudolphus dicit **Rittermäßig** / id Albertus reddit per **Sentmässig** additis iisdem juris effectibus. Ex quo ni totus fallor manifestum est, τὰς **Sentmässige/** seu **Sentberleutte** (quis enim dubitaverit hæc duo esse synonima) antiquitus eosdem fuisse ac τὰς **Rittermässige;** prout antea deduximus.

His puto significatum Vocabuli *Semperleutte*, seu rectius *Sendberleutte* non minus ac supra ætatem Speculi Suevici satis in aperto esse. Quapropter ne Te diutius detineam Vir Illustris! qui aliis negotiis es occupatissimus, Epistolæ meæ finem impono; hoc solum adhuc monens, quæ hucusque diximus de Vocabulo *Sendberleutte*, non etiam trahi debere ad Vocabulum *Semperfrey*, prout Schilterus utriusque Vocabuli eandem docet esse derivationem. Nam sicut significatum τῦ *Sendber* nequaquam quadrat ad *Semperfrey*, utpote de quo *jus Provinc.* **Es heissent eines Semperfreyen / das sind die Freyherrn als Fürsten die andern Freyherrn ze man habent;** ita etiam ipse Codex noster Harrachianus apertissimam in eo differentiam injicit, quod nunquam scribat *Sendberfrey*, prout *Sendberleutte*, sed constanter *Semperfrey;* unde diversam esse horum Vocabulorum rationem, nemo non animadvertit.

DISSERTATIO X.

DE COMMENTO SPECULI SUEVICI NEC NON JURIS SUEVICI SEU ALEMANNICI.

§. I.

SI qua diuturni moris aut possessionis vis esset, ne lites erroribus, a longo ævo regnantibus, moverentur: desperatum aggredi videri possem opus, dum, quæ SPECULI nec non JURIS provincialis & feudalis SUEVICI vel *Alemannici* nomine dudum venire solet, compilationem falso ita appellari, neque jus quoddam Suevicum vel Alemannicum complecti, demonstratum dare instituo. Tanto enim eruditorum concentu, inde ultra speculi spatium, ipsi hoc nomen, postquam GOLDASTUS id novo quodam ausu protruserat in publicum, vel inditum vel relictum est, ut qui de ejus veritate dubitasse videantur, paucos, qui id aperte in controversiam vocaverit, noverim ego quidem neminem. Neque ipse HARPPRECHTUS, acerrimus hujus compilationis censor, quique in prolixa illa, quam eidem scripsit, dica, nihil fecerat reliqui, quo ejus fidem, usum atque pretium omne deprimeret, tantopere originem nomenque *Suevicum* impugnat, quam, ne id *publica* autoritate collectum aut usu unquam receptum esse, credatur, contendit; (*a*) eumque in finem potius contra titulum Kayserl. und Königl. Landrecht/ quem quædam exemplaria referunt, disputat. (*b*) Sunt quidem magni nominis viri, qui paulo propius ad verum de his libris sentiunt, dum comprehensa in iis jurium capita *pluribus* Germaniæ populis communia fuisse, asserunt: sed dum nihilominus, protensam hanc ultra *Sueviæ* limites auctoritatem nunc ex jure quodam viciniæ atque receptu, a reliquis facto; nunc ex singulari Suevici populi dignatione, quæ eidem, post illatum ducali Hohenstauffiorum domui augustale nomen, obtigerat, deriuare solent, intactam, imo sartam tectamque relinquunt sententiam; pertinere hanc compilationem, *origine* sua, ad *Suevicam* provinciam, eamque ob causam recte appellari juris *Suevici* seu *Alemannici* nomine. Attamen veritatis interest, ne falsis appellationibus veram rerum indolem obfuscari patiamur, vel abscondi; & pluribus imposuisse errandique causam fuisse, in varii

(*a*) HARPPRECHT de *non usu speculi Suevici cap. IV.* §. 8. 9. 10.

(*b*) *ibid.* §. 11. *sqq.*

varii generis disquisitionibus, hanc Suevici vel Alemannici nominis usurpationem, non uno exemplo, comprobari potest. Qua de re non inutilem forte suscepisse, censebimur, operam, dum eliminare hoc *Suevici* juris speculique *Suevici* figmentum, atque nativam librorum, quibus id nominis hodie inditum est, faciem atque indolem exponere in lucem, in animum induximus.

§. II. Usi fuere ab antiquo *Alemanni* legibus *propriis;* quæ, subacto a Francis populo, sub THEODORICO rege, latino idiomate primum in scripta relatæ, atque deinde aliquoties auctæ correctæque sunt. Edidit eas HEROLDUS, atque denuo GOLDASTUS, postea LINDENBROGIUS, alii. Neque illud quicquam dubii habet, extincto Francico regno, Alemannos, sub *Germanicis* regibus agentes, propria jura, ex pristinis illis legibus magnam partem servata, atque consuetudinibus, postea natis, aucta, diu tenuisse. Sed de his hic loci nobis sermonem non esse, quilibet facile intelligit. Agimus de libris, qui Seculo XIII. exeunte, vernacula lingua, compilari cœperunt, quique hodie sub titulo **des Schwabenspiegels** nec non **des Schwäbischen Land- und Lehnrechts**/ circumferuntur. Hos jura Suevica seu Alemannica continere, negandum putamus, sive ab origine ea dicta velis, sive a valore atque usu, ad hunc populum unquam restricto. Nam utroque respectu jura, a populo certo, nomen adipisci solent. Nec ipsum compilatorem id unquam instituisse censemus, ut Suevici seu Alemannici populi jura traderet, ut potius, novioris demum ævi commento, & ubi dudum perscripti & in manibus hominum versati essent libri sub genuino sub titulo, afficta eisdem esse *Suevica* nomina, primo quidem speculi Suevici, tum plane juris provincialis & feudalis Suevici vel Alemannici, haud improbabilibus nobis persuadeamus argumentis.

§. III. Primum quidem & præcipuum, quo ad amplectendam hanc sententiam inducimur, momentum faciunt CODICUM MANUSCRIPTORUM, quotquot vel ex descriptione aliorum novimus, vel ipsis oculis nostris subjectos vidimus, tituli, in quorum nullo Suevici vel Alemannici populi aut volam aut vestigium deprehendimus. Quod ut luculentius pateat, dabimus hic quorundam recensum. Prodeat primo loco *membranaceus* ille *codex*, ex *Ambrosiano* castro in *bibliothecam Augustam Vindobonensem* delatus, quem describit LAMBECIUS *bibl. Vindobon. lib. II. c. 108. n. CXL. p. 825.* & quo vix alium ejus generis ullum vel antiquiorem, vel magis authenticum reperiri existimat, quoniam eo, inde ab Imp. Rudolphi I. temporibus usque ad Imp. Maximilianum I. plerique omnes principes Austriaci propriis manibus atque oculis usi sint. At hic nullos alios titulos habet, quam quod incipiat liber hac formula: **Hie hebet sich an dat Lantrecht Bouck.** Deinde, ubi capita juris feudalis sequuntur, id designetur hac epigraphe: **Hie hebet sich an daz Lehenbuche.** Cæterum quanquam HARPPRECHTUS in *tract. de non usu speculi Suevici* c. IX. §. 2. LAMBECIUM, nimis laute de hoc codice statuentem, non immerito carpere videatur; tamen, quod ad nostrum institutum pertinet, confirmat exactissima, quam Harpprechtus itidem αὐτοπτης dedit, descriptio ea, quæ de titulis hujus codicis diximus.

§. IV. Est in eadem *bibliotheca Augusta* Vindobonensi alius *codex papyraceus*, quem recenset LAMBECIUS *cit. l. n. CXLI.* nec non HARPPRECHTUS *cit. l. c. IX. §. 3.* Sed exulat in hoc æque ac altero, *Suevici* vel *Alemannici* nominis mentio; ut potius in principio statim libri deprehendatur index, sub hoc rubro: **Ein Register des Recht Buchs;** deinde capitulis feudalibus,

fine omni alio titulo, iterum præfixus sit index, cum hoc lemmate: **das Register des Lehenrechts.**

§. V. *Codicem* illum *Francofurthensem*, in monasterio Carmelitarum olim asservatum, & Heidelbergæ scriptum an. MCCCCLXXIV. quo GOLDASTO uti licuit, nihil habere in epigraphe, quod vel *speculum Suevicum* vel jus Suevicum aut Alemannicum referat, sed potius generali titulo **das Buch der Kayserlichen Recht** insigniri, ipse Goldastus testis est, in *præfat.* **der Reichs-Satzungen** ibi: **ob es aber dieser Schwabenspiegel sey/ ist nicht wohl zu errathen: dann weder im gedruckten Exemplar/ noch im Manuscript/ so ich von dem Ehrwürdigen Herrn Johann von Müntzenberg/ Priorn des Carmeliter Closters zu Franckfurth am Mayn/ zu** conferiren **empfangen/ einige Anzeigung nicht vorhanden. Allein zeigt der Scribent zu End des Manuscripts an/ daß er** an. 1474. **solch Buch/ das Buch der Kayserlichen Recht genannt/ habe zu Heidelberg/ mit sammt der guldenen Bulle/ abgeschrieben und** collationiret.

§. VI. Nec tres illos *codices Argentinenses*, quorum SCHILTERUS in *præfatione ad jus feud. Alem. §. XIX.* meminit, nec *quartum* illum, qui eidem ex *bibliotheca* HORTLEDERIANA acquisitus fuerat; nec denique JUNGIANUM, (c) quo itidem Schilterus usus fuit, in editione juris feudalis, quicquam habere in titulo, quod ad solam *Sueviam* restricta illa jura demonstret, inde colligo, quod Schilterus id taciturus non fuisset, quem infra ad vindicandum illis nomen Alemannicum, e longinquo nimis petitis argumentis uti videbimus. Imo codicem suum juris provincialis hanc solummodo rubricam habere: **Hie hebet sich an des säligen König Carls Landrechtbuch** ipse prodit *§. VIII. cit. præf.* sicut & de libro juris feudalis, quod Alemannicum salutare ipsi placuit, non dissimulat, id in codice *manuscripto Argentinensi* majore, hoc solummodo titulo exhiberi: **Hie hebet an das edel und das rechte Lehenbuch das zu Nürnberg wart gemacht.** Quæ certe epigraphe excludit plane restrictionem ad *Suevos* vel *Alemannos;* cum si verum esset, Noribergæ in *comitiis* hæc jura statuta fuisse, haberi possent, hoc ipso argumento, pro juribus Germaniæ *communibus.*

§. VII. Edidit SCHANNATUS an. MDCCXXV. **in der Sammlung alter historischer Schrifften /** librum juris provincialis sive **des Landrechts** ex codice *manuscripto* INGOLSTADIENSI. Habentur in hujus capite non nisi sequentia: **Hie hebet sich an das Landrecht Puch und lerret/ wie man ein iglich Sach richten schol nach dem Rechten /** atque tantum abest, ut quicquam in hujus inscriptione deprehendatur, quod ad vindicandam hanc jurium farraginem *Suevicæ* genti vel provinciæ facere possit; ut peritissimus rerum Germanicarum editor, ob ordinem capitum atque scribendi rationem, longe diversam ab illis exemplaribus, quæ sub speculi Suevici nomine circumferuntur, id pro peculiari plane compilatione jurium habuerit, cui non dubitavit, suo quidem judicio titulum facere, **des allgemeinen Landrechts / wie selbiges vor Zeiten in Teutschland gebräuchlich gewesen.** Quo ipso quidem parum

(c) Est sine dubio hic ipse codex, quem ex *Jungiana* penu libraria, in publicam amplissimi Senatus Francofurthensis bibliothecam delatum esse, memorat *Perill. Dn.* Baro a SENCKENBERG *in Select. jur. & hist. tom. I. p. 522.*

parum abest a nostra sententia, quam in sequentibus de horum librorum vera indole expósituri sumus. In eo tamen falli videtur, communi & inveterata traditione seductus, quod *speculum* aliquod *Suevicum* vere tale supponat, atque ab eo diversum putet suum librum. Cum ille quidem titulus sit figmentum ævi recentioris, nec dentur certi characteres, quibus imaginarium hoc speculum ab aliis librorum exemplis, qui variato paulo ordine atque sensu, capita eadem exhibent, distinguere liceat. Neque enim solum hoc SCHANNATI exemplar a reliquis tanta habet divortia; sed est inter omnes fere, quos deprehendere licet, codices manu exaratos perpetua quædam, quantum præsertim ad ordinem capitum pertinet, discrepantia; habere deinde solet quisque codicum quædam singularia, passim assuta, quæ in aliis non leguntur; ut vix nominare liceat duo librorum, qui seculo XIV. & XV. exarati fuerint, exempla, quæ plane inter se conveniant. De qua exemplarium veterum diversitate infra uberius agemus, ejusque explicabimus causas.

§. VIII. Exulat nun minus *speculi Suevici* aut juris *Suevici* seu *Alemannici* inscriptio in codice de an. M CCCC XXXIV. quem ex WURMBRANDIANA *bibliotheca* deptomtum, typis exprimi curavit *Nob. Dom.* a BERGER, Lipsiæ MDCCXXVI. Habet enim hanc rubricam jus provinciale: **Hie hebet sich an Kunig Karls Landrecht Pucch.** Et placita feudalia ita inscribuntur: **Hie hebt sich an das Lehnrechtpuch.** Alto de *Suevis* aut *Alemannis* silentio.

§. IX. Prodiit Vindobonæ, anno M DCCXXXIX. *Philippi Jacobi* LAMBACHERI dissertatio epistolaris, ad virum illustrem Isaacum Peyer a Flaach & Haslach, *de ætate juris illius antiqui Germanici, quod vulgo vocatur speculum Suevicum.* In qua non solum codicis MS. ex bibliotheca Illustrissimi comitis *Ferdinandi* ab HARRACH (d) notitia datur; sed & trium aliorum, penes supra

lauda-

(d) Est hic codex eo potissimum nomine in maximo pretio habendus, quod ex eo tempus compilationis, in quo definiendo summa adhuc, sine magno fructu, laborarunt ingenia, haud obscure appareat, cumque ne de *seculo* quidem satis convenerit inter eruditos, ejus beneficio jam nunc ipsum *annum*, quo illa perfecta fuerit, definire liceat. Nempe cum in aliis exemplaribus *cap. I. juris feudalis*, ubi recensioni diversarum ætatum mundi, interseritur regula: Pfaffen und Geburen und alle die nit Semperlute sint/ und die nit elich geboren sint/ die sullent alle Lehenrechts darben; wanne also wir hernach beschendent/ ita continuatur de ætatibus mundi: nach Christus Geburth ist die gewisse Zahl tusend Jare. Darnach gat das subent tusent an ꝛc. in HARRACHIANO verba ita fluunt: Pfaffen/ Wib und Gebauern/ und alle die nicht Sendberleutte seyn/ und alle Zuchind/ und alle die nicht von rechter Ritter-Art geporn sin/ die sullen alle Lehnrechtens darben. Als vill als wir hernach bescheiden/ nach Christi Geburth ist die gewisse Zahl tausend Jar/ zwai hundert Jar und zwai und achtig Jar/ da ditz Buch geschrieben ward. Habemus itaque hic ipsum annum MCCLXXXII. expressum, quo compilatio hæc conscripta fuit. Objectioni, quod hic forte annus *descriptionis*, non primæ *compilationis*, memoretur, pluribus respondet, quem supra laudavimus, dissertationis epistolaris autor. Quibus ego addo; quod descriptionis annum in fine operum annotare soleant scribæ medii ævi, non facile in ipso contextu. Quodsi vero nihil hisce movearis argumentis, atque stet tibi sententis, annum descriptionis, non compilationis, hic exprimi; id certe lucrabimur hujus codicis indicio, quod propius paulo ad verum, quam adhuc licuerat, compilationis tempus inde definiri possit. Cum nempe ex art. CLXVI. §. 23. *edit. Schertz.* qui *Schannatianæ est CXLIV.* nec non ex *art. XXIX. edit. Goldast.* appareat, post Friderici II. excessum,

imo

laudatum *Dn. Isaacum* PEYER a *Flaach & Haslach* deprehensorum, quorum præsertim unus, in membrana, antiquissimus esse dicitur; adeo ut codici illi decantatissimo *Ambrasiano*, cujus prædicatorem audivimus supra *Lambecium*, palmam præripere videatur. In nullo tamen horum deprehendi *speculi Suevici* titulum, multo minus vero juris provincialis vel feudalis *Suevici* aut *Alemannici*, eo potissimum prodit autor dissertationis, quod VULGO hisce juribus priorem illam appellationem tribui, innuat; qua certe circumscriptione usus non fuisset, si in ipsorum codicum principiis deprehendisset aliquid, quod ad *Suevos* vel *Alemannos* speciatim referri posset.

§. X. Debemus viro, de publico Germaniæ jure præ cæteris merito, Dn. I. I. MOSERO de *Filseck* notitiam codicis MSti, qui itidem *Vindobonæ* in bibliotheca *S. Mariæ ad Scotos* seruatur, atque ab ipso, quantum ad jus provinciale pertinet, cum editione Burgermeisteriana, quantum ad jus feudale, cum editione Schilteriana collatus fuit, annotatis variantibus lectionibus in *bibliotheca MStorum p. 19. seqq.* Ex his vero discimus, nec in hujus libri capite aut calce quippiam apparere, quo *Suevicæ* genti vel provinciæ hæc jura vindicari possint. Ita enim infit codex: **hie hebt sich Landrecht an.** Feudalium deinde capitum hoc est initium: **daß ist das Lehenbuch.**

§. XI.

imo extinctum ducatum Suevicum, compilatam esse hanc jurium farraginem, concludere licet ex loco supra adscripto intra annum MCCLXVIII. quo ultimus ex familia ducali CONRADINUS periit,& annumMCCLXXXII. quo scriptus hic liber dicitur, illum confectum esse. Ut adeo intra XIV. annorum spatium, jam omnis de ætate libri vertatur disputatio. Cæterum ego quidem annum, in hoc codice expressum, pro anno *compilationis* accipiendum esse, ideo potissimum mihi persuadeo, quod circa hoc ipsum tempus RUDOLPHUM I. imp. in id quam maxime incubuisse, sciamus, quo restauraret pacem in Germania publicam, legumque atque judiciorum vigorem. Quæ imperatoris atque statuum studia, tum maxime ferventia, ansam dare omnino potuere ad consarcinanda hujus generis opera, judicibus egregie inservitura. Prostat RUDOLPHI constitutio de an. 1281. qua confirmat pacis publicæ sanctionem FRIDERICI II. imperatoris, quam ex MSto biblioth Guelpherbyt. exhibet *Collectio recess. imper. novissima Tom. I. p. 31.* Habetur in illa inter alia præceptum: **Wir setzen und gebieten bey des Reichs Hulden/ daß alle unsere Fürsten und alle/ die Gerichte von uns haben/ recht richten als Landes Sitte und Gewohnheit sey/ und dasselbe gebieten den/ die Gerichte von ihn haben.** Exegit eodem anno 1281. RUDOLPHUS juramentum a proceribus Franconiæ, pro servanda hac constitutione pacis publicæ; ceu docent literæ hujus imperatoris, ex *MStis Schilterianis* primum editæ, in *appendice* ad *Tom. II. thesaur. antiquit. Teut. p. 9.* Addere potuit animum autori, quisquis demum sit, singulare RUDOLPHI imp. in *linguam Germanicam* studium, ut tentaret in eadem lingua jurium compilationem. Denique nec illud negligendum videtur, quod autoritas horum librorum in Austria fuerit maxima, nec ullibi tot inveniantur exemplaria manu exarata, quam in his ipsis regionibus. Ex quo omnino conjici potest, ipso Rudolphi ævo primum eos concinnatos esse. Imo, licet publica, atque comitiali decreto facta, confirmatio ejusmodi compilationis nusquam appareat, non tamen inscio imperatore illam confectam esse, nec privata ejus aut tacita approbatione caruisse institutum, haud immerito colligas, ex usu horum librorum, qui in Austria, ab hoc ipso ævo, est testatissimus. Juvat hanc conjecturam, quod quibusdam codicibus, qui in Austria hodienum servantur, ceu pars libri, adsuta sit RUDOLPHI I. constitutio in comitiis *Wirtzburgensibus* facta an. 1286. Id quod *celeberr.* MOSERUS de codice Bibliothecæ S. Mariæ Scotorum testatur in *bibliotheca MStor. p. 166.*

§. XI. Sed redeamus domum & quæ in propinquo sunt, contemplemur. Offert sese in FRIDERICIANÆ nostræ bibliotheca *codex papyraceus*, eleganter descriptus, nullam quidem anni, quo exaratus est, mentionem referens, sed quantum ex literarum ductibus conjicere licet, ultra seculum XV. vix ascendens ætate. Ordine capitum propius ad exempla, a *Schertzio* & *Bergero* edita, accedit, quam ad *Meichsnerianum* vel *Goldastinum*; cum nullo tamen horum prorsus convenit, sed plura habet singularia & ab editis abeuntia. Ast in eo reliquis, quos adhuc recensuimus, codicibus plane similis est, quod nullum usquam, vel in principio vel fine, vestigium habeat, quo *Suevicum* quoddam jus seu Alemannicum in eo exhiberi, intelligi possit. Habet in fronte titulum: **Landrechtbuch und Lehenrechten zuletzt/** a recentiore tamen, ut videtur, manu, quam quæ ipsum libri contextum exaravit, appositum. Sequitur deinde ab hac ipsa: **Hie hebent sich an die Capitel des Landrechtbuchs/** atque jam exhibetur index rubricarum, quæ singulis capitibus inscriptæ sunt. Juri feudali iterum præmissa est rubricarum sylloge, quæ ita incipit: **Hie hebent an die Capitel des Lehenrechtbuchs.** Ipsius vero libri hoc principum est: **Hie hebent sich an alle Lehenrechte.** Nihil usquam *Suevici* vel *Alemannici* nominis.

§. XII. Nec antiquiores IMPRESSI, quantum novimus, quicquam habent in titulo, quod jura hæc *Suevis* propria demonstret. Certe quæ *Argentorati* typis *Matthiæ* HUPFUFF an. MDV. prodiit editio, hoc titulo inscripta est: **Kayserl. und Königl. Land- und Lehenrechte nach gemeinen Sitten und Gebrauch der Rechten.** Nec *Sebastianus* MEICHSNERUS suæ editioni an. MDLXVI. specialiorem, aut qui magis ad *Suevos* pertineret, fecit titulum; (a) licet huic, præter exemplum Hupfuffianum, etiam MSta aliqua ad manus fuerint, quæ laudat in præfatione. In quorum ullo, si quam invenisset inscriptionem, *Suevica* jura loquentem, id certe non taciturus fuisset, cum in eadem præfatione sententiam *Seb.* MUNSTERI, qui in cosmographia sua *Suevico* populo hæc jura primum scripta esse conjecerat, ita referat, ut ipse eandem suam facere dubitare videatur. **So hat mich/** inquit, **für rathsam angesehen/ daß diß Buch der Teutschen Kayserlichen und Königlichen Land- und Lehenrechten auch Gebräuche nochmahls in Druck käme/ bevorab da viel vom Adel auch andere offtermahlen mich darzu ersuchet/ und desto mehr so Sebastian Münsterus im dritten Buch seiner Cosmographie/ ein solches mit grossen Ruhm angezogen/ und es als ihm zu besichtigen zugestellt/ daraus etliche Stück in dieselbe inseriret/ und seines Theils dafür hält/ daß solch Landrecht mehrentheils der schwäbischen Nation von der Zeit an/ da Teutschland zum Christen Glauben kommen ist/ vorgeschrieben worden sey. Alda aber zu wissen rc.** Demonstrat hic locus, præsertim si ei jungantur ipsa Munsteri verba; ignoratam fuisse, MEICHSNERI ævo, *speculi Suevi* vel *juris Suevici* appellationem. Nam si jam tum, uti hodie, ea regnasset, quid quæso opus fuisset, *conjecturis* certare, *Suevico* num alii populo hæc jura scripta sint!

(a) Fallitur itaque BURGEMEISTERUS *in pref. ad corp. jur. publ. part. I. p. 14.* ubi titulum **Kayserl. und Königlich** a MEICHSNERO demum effictum conjicit, cum eum jam habeat editio HUPFUFFIANA; verbum autem adjiciale **Königlich** in quibusdam codicibus deprehendatur, quos supra recensuimus.

§. XIII. Silentibus itaque tot librorum veterum codicibus *Suevicum* vel *Alemannicum* nomen, quis nobis vitio vertat, quod genuinum illud atque nativum huic compilationi esse dubitemus, imo negemus plane. Oggerat quidem aliquis, dari præter ea, quæ adhuc recensuimus, plura librorum, calamo exaratorum, exempla, in quorum aliquo forte deprehendere liceat *speculi Suevici* aut plane *juris Suevici* vel Alemannici appellationem. Sed licet facile largituri essemus, non omnes, quorum notitia datur, nobis aut inspicere licuisse codices, aut adeo accurate ab aliis describi, ut de ipsorum titulis atque inscriptionibus aliquid certi asserere possimus vel negare: quo minus tamen interim, donec ipsis rerum experimentis aliud doceamur, in quoquam illorum *Suevicos* vel *Alemannicos* titulos deprehensum iri, credibile nobis videatur, facit eorum, quos consuluimus, silentium. Nec movet nos liberalius illud BERGERI *in præf. ad collat. jur. Alem.* effatum, ubi *jus feudale*, quod Schiltero Alemannicum vocare placuit, *speculum Suevicum inscribi, fide codicum & exemplo sequioris ævi non uno solere*, asserit. Nam primo, jus feudale *solum* speculi Suevici nomine usquam venire, per se admodum dubium, atque usui loquendi, adhuc recepto, adversum est. Deinde si de utroque libro, **dem Landrecht** nempe & **Lehenrecht**, accipias hanc assertionem, habet tamen aliquid ambigui, atque de exemplis sequioris ævi potissimum loqui videtur. Sub quibus si *impressa* a GOLDASTI ævo intelligi debent, facile assentimur. Quod vero ad codices *manuscriptos* pertinet, vellemus sane, vel unius nominatim factum esse indicium. Certe ipsum illum codicem, quem contulit BERGERUS cum *Meichsneriana* editione, nihil tale habere, ex ipsa ejus inscriptione, quæ in exemplo typis expresso habetur, observare licet. Ut merito vereamur, ne nimium fidei adhibuerit Bergerus GOLDASTO, cui omne deberi errationum genus, quod in appellatione horum librorum committitur, postea videbimus. Fac denique, apparere in aliquo manuscriptorum exemplarium, quæ nobis videre non contigit, *speculi Suevici* vel juris Suevici aut Alemannici inscriptionem: semper tamen vincemus codicum, in quibus illa exulat, numeris & forte probitate.

§. XIV. Cæterum ne magis nostræ causæ quam veritati studere videamur, faciemus hic ipsi quorundam codicum indicium, quos consulere nobis non licuisse, ingenue fatemur. Atque primo quidem PARISINI, qui in bibliotheca *regia* extat, mentio habetur in *præfat. ad thesaur. Teut. Schilter. T. II. p. 6.* 2) In penu literaria B. STOELZERI, consiliarii olim intimi *Brandenburgico Culmbacensis*, antiquum horum librorum exemplum deprehensum fuisse, memorat STRUVIUS *in histor. jur. cap. VI. §. 25. not.* †††††. *pag. 492.* Quod quidem quem nunc jam habeat possessorem ignoramus; nisi quod bibliotheca Stoelzeriana B. KIPPINGIO, professori Helmstadiensi, nunc itidem defuncto acquisita fuerit, cujus suppellex libraria auctione publica nuper distracta fuit. 3) In bibliotheca WINDHAGIANA, quæ *Vindobonæ* est, insignem hujus compilationis codicem haberi, idem STRUVIUS auctor est l. c. 4) Usus fuit B. SCHERZIUS in adornanda editione **des Landrechts**, quæ in THESAURO SCHILTERIANO *T. II.* habetur, præter *Argentinenses*, quorum supra mentionem fecimus, nec non *Krafftianum & Uffenbachianum*, *tribus* codicibus aliis, quorum alterum acceperat a Dn. WALDNERO *a Freudenstein*, alterum cum eo communicaverat FESCHIUS, JCtus Basiliensis, tertium, nescio unde, suæ suppellectili intulerat. 5) Duorum ex KRAFFTIANA bibliotheca, quæ *Ulmæ* floruerat, exemplorum manu exaratorum indicium facit SCHELHORN. *in amoenit. liter. tom. III.* atque alterum quidem eorum Scherzius imprimis secutus est in sua editione **des Landrechts**, quam modo laudavimus.

6) Fuisse

6) Fuisse ibidem plures codices, inde colligo, quod adhuc unus in Krafftianæ bibliothecæ reliquiis Ulmæ restare, alius vero inde in bibliothecam academiæ *Tubingensis* translatus esse, dicatur; nec minus duos ex Krafftianis scriniis transmigrasse in egregium illum *Perillustris Dn. Baronis de* SENCKENBERG, judicii imperialis aulici collegæ, apparatum literarium, ex quo, singulari litterarum commodo, prodiere tot rerum Germanicarum monumenta, antea plane ignota atque auro contra æstimanda, discere liceat, ex *præfat. ad corp. jur. feud.* §. *XV.* 7) Ibidem & alios duos, quorum alter ex UFFENBACHIANA penu est, penes se esse *Perillustris* Dn. de SENCKENBERG memorat; simulque trium aliorum codicum mentionem injicit; quorum 8) primus in *bibliotheca* OLDENBURGENSI 9) alter *Michelstadii* in Erbacensi comitatu; 10) tertius in penu libraria *Dn. Baronis* de LIMBACH deprehendi dicitur. 11) In *bibliotheca* publica amplissimi Senatus *Franckofurthensis* itidem asservari hujus compilationis exemplum, supra jam monuimus. Dantur sine dubio plures, quorum nobis jam non succurrunt latibula. Adeat illos, cui ejus rei copia est; & si qua forte in illis appareat inscriptio, quæ ad SUEVOS sigillatim referre videatur hæc jura, ad id potissimum attendat; num ab eadem illa manu sit, qua ipse codex perscriptus est, rium vero ab alia recentiore; Nam ultimi generis exempla forte facilius offendere licuerit, quæ tamen nostræ sententiæ nihil officiunt; cum referant hæc, corrupta vulgari errore noviorum possessorum judicia, non nativos & ab ipso autore præfixos titulos.

§. XV. Sed mittamus *externa*, atque ipsa capitum, quæ hisce libris continentur, lustremus argumenta. Est enim horum ea indoles, ut ad Suevicum solummodo populum illa pertinere, vel in usum ejus solius conscripta esse, nemo facile sibi persuaserit. Possunt omnia, quibus constat capita, si sensum ipsorum spectes ad *tria* reduci genera. Vel enim ad jus publicum *ecclesiæ Christianæ* pertinent, vel ad jus publicum *imperii Germanici*, vel denique ad *jus privatum*. Quæ ad priores duas classes referenda sunt, fere tertiam partem operis conficiunt. At vero, si jus quoddam *Suevicum* tradere autori fuisset animus; quid magis ab instituto alienum fuerat, quam hisce publici juris scitis tantum chartæ justæ & operæ impendere? Qui *Suevici* populi jura exposituro, in mentem venire poterat, de jure eligendi regem vel imperatorem; (*a*) de palatinis comitibus atque palatinatibus imperii Germanici; (*b*) de individuitate principatuum, marggraviatuum, palatinatuum & comitatuum; (*c*) de obligatione imperatoris reinfeudandi feuda imperii majora aperta; (*d*) de jurisdictione Palatini comitis Rhenensis in imperatorem; (*e*) de capitibus Imperio, sub fide juramenti promittendis, a rege noviter electo; (*f*) de immunitate imperatoris a præstatione juramentorum; (*g*) de defectibus, quibus reddi aliquis possit inhabilis ad dignitatem regiam; (*h*) de judicio principum in imperatorem; (*i*) de judice principum imperii; (*k*) de vicario imperatoris absentis,

 ejusque

(*a*) Landr. c. XVII. *edit. Goldast.* (*b*) c. XIX.

(*c*) c. XX. §. 3. (*d*) c. XX. §. 4. & c. XXXII.

(*e*) c. XX. §. 4. (*f*) c. XXI. §. 1.

(*g*) c. XXI. §. 2. (*h*) c. XXI. §. 3. c. XXII. §. 1.

(*i*) c. XXIII. §. 1. (*k*) c. XXIV.

ejusque officio & poteſtate; (*l*) de protectione Judæorum, in univerſo Imperio, archiepiſcopo Moguntino, ceu imperii archicancellario, concredita; (*m*) de excommunicatione imperatoris ejusque cauſis; (*n*) de loco electionis imperatoriæ; (*o*) de principibus electoribus & archiofficialibus imperii; de modo & forma electionis imperatoriæ; (*q*) de ſymbolis inveſtituræ principum eccleſiaſticorum & ſecularium; (*r*) de palatiis imperatoriis, nec non feudis vexilliferis atque epiſcopatibus in Saxonia; (*s*) de reliquis Germaniæ civitatibus, ubi imperator curiam ſuam celebrare poſſit; (*t*) de vocatione ad curiam imperatoris, atque pœnis non comparentium; (*u*) de legibus ab imperatore in juredicundo obſervandis; (*w*) de jurisdictione imperatoris in liberos ſuos & uxorem, nec non conſanguineos; (*x*) de morgengaba imperatoris uxori conſtituenda; (*y*) de ſervitiis vaſallorum & miniſterialium imperii ultra terram auſtralem, **jenſeit des Oſterlandes** / commorantium (*z*) aliisque pluribus ad ſolum Suevorum populum nullo modo pertinentibus, operoſe præcipere? quorum hic ulteriorem inire recenſum, nimis eſſet prolixum.

§. XVI. Quod ad *tertium* genus præceptorum pertinet, quæ nempe jura *privatorum* concernunt, ea *Suevico* populo, ne mente quidem compilatoris eſſe propria, non uno argumento comprobari poteſt. Atque primo quidem *communia* potius omnibus Chriſtianis aut certe Germaniæ incolis eum exponere voluiſſe jura, ex FONTIBUS colligitur, unde hauſit ſua tradita. Sunt autem fere hi; 1) ſacra ſcriptura atque jus præſertim *Moſaicum* (*a*) 2) jus civile *Romanum* tum antejuſtinianeum, tum Juſtinianeum (*b*) 3) jus *canonicum* atque pontificium (*c*) 4) *capitularia* regum Francicorum (*d*) 5) leges populorum Germanicorum antiquæ, atque inter has non ſolum lex *Alemannorum*; ſed & 6) lex *Salica* 7) lex *Baiuvariorum* aliæ (*e*) 8) jus *Longobardicum* (*f*) 9) *conſtitu-*

(*l*) c. XXIV. §. 2. (*m*) c. XXIV. §. 3.
(*n*) c. XXVII. §. 3. (*o*) c. XXVIII.
(*p*) c. XXIX. (*q*) c. XXX.
(*r*) c. XXXII. (*s*) c. XXXVII.
(*t*) c. XXXVIII. (*u*) c. XXXIX.
(*w*) c. CXXVIII. (*x*) c. CXCVI.
(*y*) c. CCXCVII. (*z*) **Lehenrecht** c. VIII.

(*a*) **Landr.** *cap. CXV.* §. *13. cap. CXLIX. cap. CCLXXXI.*

(*b*) Sunt tot *juris Rom.* laciniæ, quas ſuæ farragini intexuit compilator, miſere quidem plerumque corruptas atque deformatas, ut chartæ hic merito parcamus pro iis ſigillatim recenſendis. Indicavit aliquas STRUVIUS *in hiſtor. jur. c. VI.* §. *30. not.* *****. Annotantur & in B. SCHERZII editione **des Landrechts** / THESAURO SCHILTERIANO inſerta *tom. II.* plurium capitum origines atque fontes.

(*c*) **Landrecht** *c. V.* §. *2. c. X. c. CCCXLII. c. CCCXLVI.* §. *12. in fin.* quod deſumtum videtur, ex *c. 7. X. de judæis. c. CCCXLVIII. c. CCCLXXI.*

(*d*) **Landr.** *c. IX. ſeqq.*

(*e*) Cujus rei infra allegabimus ſpecimina.

(*f*) Scatet *jus feudale* laciniis juris *Longobardici* feudalis, quod nemini, utraque jura

ſtitutiones imperatorum Germanicorum & decreta *comitialia* (g) 10) *conſuetudines* Germaniæ communes (h) 11) *gloſſa* atque tradita interpretum juris Rom. & canonici (i) denique 12) *ſpeculum Saxonicum* (k) & quod ad jus feudale pertinet 13) *autor vetus* de beneficiis. Contra vero quæ ex peculiaribus *Suevorum* inſtitutis deſumta ſint, vel apud *Suevos* ſigillatim obtinere dicantur, præter duo vel tria loca, quæ infra ſpeciatim expendemus, vix deprehendas ulla.

§. XVII. Imo tantum abeſt, ut compilator, quæ *Suevico* populo vel provinciæ propria ſint, jura tradere, induxiſſe in animum, videri poſſit; ut potius in pluribus capitibus, ubi particulares atque diverſas ſingularum provinciarum conſuetudines obtinere, obſervaverat, nihil plane definiat, ſed remittat lectorem ad cujusvis provinciæ uſum. Sic de mulcta judici præſtanda, ob *debilitationem membrorum*, provocat ad *diverſarum provinciarum* conſuetudines diverſas, in Landrecht *cap. CXVII.* §. 5. ibi, **etwa mehr etwa minder je nach des Landes Gewohnheit**/ nihil certi de *Suevia* ſigillatim ſtatuens. In cap. CLXXI. edit. GOLDAST. de *judicio duellico* ordinando: **Man ſoll den Kampf ſchicken**/ inquit, **je nach Landes Gewohnheit** (a). Quid vero in *Suevia* ſpeciatim obſervetur in hoc judiciorum genere, non indicat. Sunt plura ejus rei exempla in Landrecht *cap. CLXIV. cap. CCXXVI. cap. CCCXV.* §. 3. *cap. CCCXXX. cap. CCCXC.* alibique paſſim. At vero *Suevicum* jus traditurо id imprimis curæ eſſe debuerat, quid in *Suevia* obtineat, accurate definire, inſuper habito aliarum provinciarum uſu. Contra vero ſi COMMUNE JUS proponere nobiscum ſupponas, voluiſſe compilatorem, optime conveni-

jura conferenti poteſt eſſe ignotum. Nec diſſimulavit id SCHILTERUS *in comment.* Ut merito ſuperſedeamus hic opera indicandi loca, quæ ex Longobardicis conſuetudinibus deſumta videntur ſingula.

(g) Landr. *cap. CXCIV.* Congruit fere ad verbum *conſtitutio pacis publicæ* FRIDERICI II. imp. ejusque §. XXII. quam confirmavit RUDOLPHUS I. imp. an. 1281. quæque habetur in *collect. receſſ. imp. noviſſ. part. I. n. XII. pag.* 25. cum Landr. *cap. CLIII.* §. 2. ſicut & *cap. CCCXXXI.* ex eadem *conſtitutione* ejusque §. XVIII. deſumtus eſſe videtur.

(h) vid. Landr. *cap. VI. cap. XXV. cap. LXXXIX.* §. 2.

(i) Referenda huc videntur ex Landr. *c. CCXLIX. c. CCLII.* §. 2. *c. CCCLXXX.*

(k) Facit perpetuus fere noſtræ compilationis cum *ſpeculo* SAXONICO concentus omnino ad probandum; non fuiſſe ejus autori propoſitum exponendi jus quoddam, *Suevis* vel Alemannis *proprium*. Nam primo qui hoc ſtatuunt, id imprimis concedant neceſſe eſſet, capita illa ex ſpeculo Saxonico decerpta, apud Saxones atque Suevos æqualiter valuiſſe. At ſi inter hos duos populos conceditur illorum jurium communio, quidni in eam admittamus reliquos Germaniæ populos? Deinde vero probe obſervandum eſt, licet hic non negemus, REPKOVIUM in *uſum Saxonum* ſuorum ſcripſiſſe, atque genuinum eſſe operis titulum *Speculi* SAXONICI; illud tamen æque certum eſt, non jura ſolummodo *Saxonica* exponendi animum fuiſſe eidem, ſed & *communia* Germaniæ univerſim. Quod ipſa etiam titulo **des Landrechts**/ ſimpliciter dicti, probare poſſe, infra videbimus. Neque enim uſquam occurrit **eines Sächſiſchen Landrechts**/ in veteribus libris.

(a) In SCHERZIANA editione hæc quidem non habentur, eſtque prolixior quædam *judicii duellici* deſcriptio in *cap. CCCLXXXV. & ſeqq.*

veniunt huic instituto, indefinitæ istæ loquendi rationes, in illis argumentorum generibus, ubi defecerant consuetudines Germaniæ communes atque in omnibus provinciis æqualiter obtinentes.

§. XVIII. Singulare porro, quo Suevico populo abjudicemus hanc jurium collectionem, momentum facit observatio, quam debemus largissimo antiquitatum Germanicarum promocondo, *Perillustri Domino Baroni de* SENCKENBERG *in præf. ad corp. jur. feud. §. VIII.* Recensentur ibi ex collectione *consuetudinum Franckenbergensium* an. 1494. conscripta, sequentia: Carolus der Grosse/ Conrad der erste und andre mer auch Recht gesetzt / und die Kayser Rechte genannt. Dasselbe Kayser Recht ist in seinem textu gar kortz mit beschlossen syner Gesatz / als das Volck zu der Zeit eynfeltiger und rechtfertiger war / dann nu. . . das hat sidder angesehen die heiligen geistlichen Veter/ und eyner Glossen derselben Kayser Rechte gemacht/ die Landrechte geheissen. Fuit itaque, hujus seculi judicio, jus provinciale sive das Landrecht/ glossa quædam pro explananda illa *compilatione* breviore, quæ sub nomine des Kayser Rechts venerat, cujusque partem edidit, quem modo laudavimus, vir perillustris. Cumque compilatio illa, das Kayser Recht dicta, sine dubio jus *commune* quoddam continere debuerit, ex mente ad minimum compilatoris; id quod non solum ex ipsa appellatione, ab *imperatoribus* ceu ejus autoribus desumta colligitur, sed & insigni testimonio probatum datur iu *cit. præf. §. XXIV.* quis quæso *commentarium* vel *glossam* pro eo illustrando concinnatam, ad Suevorum vel Alemannorum populum speciatim pertinuisse, sustineat?

§. XIX. Obstat præterea exemplarium veterum *discrepantia*, quam supra jam observavimus, atque usus illorum in pluribus longe, quam qua *Suevicum* vel *Alemannicum* nomen patet, provinciis apparens, quo minus ea jus *origine* sua Suevicum vel Alemannicum exhibere, nobis persuadeamus. In AUSTRIA insignem librorum horum fuisse auctoritatem, in præcedentibus jam observavimus, & est hæc regio exemplarium, manu exaratorum imprimis fertilis. In BAVARIA non minus plurima, quæ in iis habentur, jurium capita usu frequentata fuisse, vel ex eo colligas, quod in veteri illa *juris Bavarici* collectione, quæ a ducibus duobus nempe LUDOVICIS, STEPHANO & WILHELMO, consentiente LUDOVICO imp. MCCCXLIV. vel an. MCCCXLVI. publice confirmata fuit, multa loca verbotenus conspirent cum iis, quæ in compilationibus illis, juris Suevici elogio immerito mactatis, exhibentur (*a*). Imo in ipsam GERMANIAM INFERIOREM penetrasse horum librorum usum, colligas fere ex iis, quæ in *præf. ad corp. jur. feud. Senckenbergianum §. XIV.* affert vir summus. Facit jam insignis ille librorum veterum, non in ordine capitum modo, sed & in ipsis eorum argumentis dissensus, ut nullo modo definire liceat, quodnam eorum exemplum primum atque genuinum sit, a quo reliqua, a descriptoribus mutata atque interpolata, originem cœperint. Neque forte erraverit, qui *plura* exemplaria inter se quam maxime diffidentia, pro *originalibus* atque *primitivis* simul habeat, quæ nempe a *diversis* autoribus, in locis atque provinciis diversis, ex speculo REPKOVIANO desumta, ac pro cujusvis judicio ordinata, accessionibusque aucta fuerint,

(*a*) add. *Doctissimi* HEUMANNI *explanationem antiqui libelli juris Bavarici*, nec non PERILL. *Dn. Baronis de* SENCKENBERG differt. *de legibus gentis Bavaricæ* §. *VII.* & *VIII.*

rint, omissis iis juris capitibus, quæ ad *Saxonum* gentem sigillatim pertinuerant, nec omnibus Germaniæ populis viderentur, esse *communia*. Neque enim REPKOVIUM, licet pro SAXONIBUS speculum suum fabricaverit, jura tantum huic genti *domestica* & propria, ibi repræsentasse, sed mores & instituta universæ Germaniæ communia imprimis sectatum esse, supra jam observavimus. Cæterum non omnes qui ita ex Saxonico speculo communia reliquis Germanis jura excerpere, atque peculiaribus compilationibus inserere instituerant, æquali ad discernenda singula, quæ huc referenda essent capita, judicio præditos, aut accuratione æquali institutum suum executos fuisse, ex eo apparet, quod quibusdam harum compilationum irrepserunt ejusmodi loca, quæ ad solos omnino Saxones pertinuerant; quo imprimis referas ex **Landr.** in *edit. Goldast.* cap. CCCXII. in *Meichsneriana* c. CCCX. Quod in exemplis, a SCHANNATO, BERGERO atque SCHERZIO editis, non invenio. Indicio haud obscuro, diversa exemplaria a diversis ab initio esse compilata. Quamquam non negaverim, æque fieri potuisse, ut exemplari, ab uno compilato, adsuerent deinde descriptores lacinias plures. Interim pro priore illa conjectura imprimis facit, quod & alias ex eodem speculo Saxonico maximam partem excerptas, deprehendere liceat compilationes, quæ pro exemplo speculi Suevici, vulgo sic dicti, nemo acceperit. Habeo in mea suppellectili apographum libri membranacei, farraginem ejusmodi jurium continentis, (*b*) quo usus fuit olim *Senatus* BEROLINENSIS. Plurima, quæ in eo occurrunt, ad verbum conspirant cum speculo Saxonico; sed disposita sunt capita ordine plane alio. Non pauca deinde, quæ in illo habentur, in Saxonico speculo exulant, præsertim ex *decretalibus* & *jure Romano* desumta. Qualia & *speculum Suevicum*, quod vocant, præcipua habere solet præ Saxonico. Passim denique peculiares Marchiæ BRANDENBURGICÆ *consuetudines* annotantur. Dabimus alio tempore pleniorem, quam instituti ratio jam patitur, hujus compilationis notitiam. Adscribimus tamen hic titulum, quo designatur tum in indice, integro codici præfixo, tum & in ipso capitum hujus libri principio. In indice ita verba fluunt: **Dat dritte Gesette des Buckes holt Schepen Rechtigkeit/ die getogen sint ut andern Rechts Buckere/ und dat Bucksken hat vort dan viel Gesette/** quorum tituli speciales jam recensentur. In principio compilationis habetur hæc epigraphe: **Utgetogen Recht statt hie.** In fine proëmii, quod huic farragini præmissum est, hæc adjicitur admonitio: **Des will dit Bucksken etwas rechtes leren / und was man von wisen Luden mer rechtes dervragen kan/ dat schrieve man hirin/ bit dat dit Bucksken vullenkome an guten Rechte.** Repetitur hoc monitum tum in fine indicis, tum & tertia vice, circa finem ipsius libri. Quod ideo potissimum hic annotandum duxi, quod intelligatur inde, quam cupida legum fuerit Germania adhuc ævo seculi XIV. & XV. in quod hæc collectio incidit; quamque facile ex una compilatione jurium recepta sint in alteram, quæ instituto compilatoris cujusvis utcunque convenire viderentur, cum ne *oralem* quidem jurium *traditionem* negligendam censerent; quin referrent in suos quisque loculos, quod vel ex ore virorum, rerum usu præstantium, acceperant. Quæ cum ita sint, cumque ne id quidem satis certum sit: an omnia, quæ hodie nomine speculi Suevici incrustantur exemplaria, ab *eodem* sint autore, num potius *plurium* compilatorum, seorsim & in *diversis provinciis Speculum* SAXONICUM exscribentium, constituant fœtus? quis quæso jus quod-

(*b*) Insertus fuerat codici, in septem libros diviso, quorum TERTIUM constituit. Sex libris reliqui jura atque privilegia civitatis Berolinensis, nec non variorum actuum judicialium memoriam continuerant.

quoddam, *Suevis* vel *Alemannis* proprium in illis quærat, aut inveniſſe ſibi perſuadeat?

§. XVIII. Attulimus adhuc argumenta quædam, quæ pro ſententia noſtra maxime militant. Supereſt, ut quæ contra eam ſubnaſci poſſent, dubia ſigillatim diluamus. Primo quidem tot eruditorum nobis oggeretur forte autoritas, qui *Speculi Suevici* imo juris provincialis atque feudalis *Suevici* vel *Alemannici* elogio, ſine hæſitatione, mactare ſolent libros, de quibus hic agimus. Indagemus in anteſignanos hujus ſententiæ. Quorum autoritatem, ubi imprimis profligaverimus, facilis forte erit cum reliquis transactio. Primum, qui *Suevico* populo hæc jura vindicet, ego quidem invenio *Seb.* MUNSTERUM *in coſmogr. lib. V. c. 31.* Qui SPECULI SUEVICI appellationem eisdem adſcribat, GOLDASTUM. Et MUNSTERUS quidem, nullo auctore, ſola conjectura nititur, quam ei vel Suevorum ſuorum amor, vel locus, in quo primum horum librorum exemplar ſibi viſum fuit, evenerat autem id Baſiliæ, ſuggeſſerat. Neque enim codicem illum, quem vidit, *ſpeculi Suevici* habuiſſe titulum, ex integro contextu narrationis ſuæ, præſertim ubi eum cum *ſpeculo Saxonico* comparat, concludi poteſt. (c)

§. XIX. Fidentius GOLDASTUS *in rational. ad* **Reichs-Satzung** *pag. 308.* **der Autor/ ſo es zuſammen getragen/ hat es Schwaben Spiegel genennet/ darinn ſich ein jeglicher Chriſtgläubiger Menſch/ als in einem göttlichen und heiligen Spiegel erſehen mag/ wie zu Ende des Buchs geſchrieben ſtehet.** Probare itaque nititur, ex *epilogo* potiſſimum, hanc *ſpeculi Suevici* appellationem, quæ potius ex *principio* libri probanda fuerat. Sed 1) principium nihil habere, quo vel *Suevorum* vel *ſpeculi* mentio contineatur, ſupra jam confitentem audivimus GOLDASTUM §. V. Repetit eandem confeſſionem, ubi verbis, modo recitatis, ſubjicit: **das alt gedruckt Exemplar/ wie auch das Manuſcript im Carmeliter Kloſter zu Franckfurth wird Kayſerlich Recht** intituliret. Deinde vero 2) ſi propius inſpiciamus *epilogum*, ne continet quidem id, quod GOLDASTUS ex eo retulerat. Hæc enim ſolummodo in illo habentur: **Darum ſich ein ieglicher Chriſtgläubiger Menſch/ als in einem göttlichen und heiligen Spiegel erſehen mag/ was er thun und laſſen.** Neque ergo *Suevi* ſuis vel *Alemannis* proponi dicitur, pro ſpeculo, hæc jurium farrago, ſed omnibus *Chriſtianis.* Denique 3) vero ipſe Goldaſtus cit. l. fatetur, hunc epilogum in exemplari MSto, quo uſus fuerat, non haberi. En ejus verba: **Hergegen iſt der Beſchluß zu Ende des Spiegels angehengt/ in dem Manuſcript ausgelaſſen.** Quod & SCHILTERUS teſtatur de codicibus, quos ipſe triverat; nec in codicibus, qui deinde SCHERZIO ad manus fuere, illum deprehenſum fuiſſe, ex impreſſo, eo accurrante, exemplo, con-

(c) Ita nempe MUNSTERUS *in coſmograph. lib. V. c. 31.* Nachdem die Teutſche Nation iſt kommen unter die Regierung des Römiſchen Reichs/ ſind von den Zeiten des Groſſen Kayſer Carlen/ bis auf die Ottones/ und von denen Ottonen auf die Heinrichen und Friederichen/ gar viel und ſeltzame Landrecht gemacht worden/ und endlichen zuſammen in ein Buch geſetzt und ordentlichen mit dem Titel beſchrieben. Dis Buch wird ſelten gefunden/ iſt mir auch nie zu ſehen worden/ biß auf den letzten Monath des Jahrs 1543. da hat es mir zugeſtellt Herr Adelberg Meyer/ der löbl. Stadt Baſel Burgermeiſter/ ein ſonderlicher Liebhaber der Hiſtorien und Antiquitäten/ in dem findet man gar ſeltſame Landrecht/ die unſern Vorfahren/ beſonders der Schwäbiſchen Nation/ ſeint vorgeſchrieben worden ꝛc.

concludimus. Sicut & in WURMBRANDIANO codice, quem *Bergerus* edidit, nec non INGOLSTADIENSI, quem publici juris fecit *Schannatus*, deficit. Exulat non minus in FRIDERICIANA nostræ exemplo manu exarato. In aprico itaque est, omni librorum veterum auctoritate destitutum, illevisse GOLDASTUM compilationi, **des Land- und Lehenrechts/** quam edidit in **Reichs-Satzungen/** commentarium SPECULI SUEVICI titulum; imitatione quadam operis REPKOVIANI, cui hoc inscriptionis genus coævum & nativum esse, colligi potest ex præfatione rhytmica:

> **Ein Spiegel der Sachsen**
> **Soll dieß Buch seyn genannt.**

Neque certum fuisse ipsum GOLDASTUM, de hujus tituli veritate, demonstrat *præfatio* **der Reichs-Satzungen/** ubi inquit: **Der Author ist ungewiß; allein weiß ich mich zu erinnern/ daß Herr Gottfried von Rammingen/ weiland Vogt des Fürstlichen Stiffts Reichenau/ mir für eine Wahrheit fürgegeben/ daß/ wie Eck von Repkow den Sachsenspiegel/ also habe auch Berthold Freyherr von Grimmenstein ein Schwabenspiegel gemacht/ den er mit seinen Augen/ auf Pergament geschrieben/ in einem Closter gesehen/ dessen Nahmen mir ausgefallen; ob es aber eben dieser Schwabenspiegel sey/ ist nicht wohl zu errathen.** Confitetur deinde, in exemplari MSto, quo usus fuit, exulare hunc titulum, ceu supra jam observavimus. Ut adeo nihil superfit, quod GOLDASTO occasionem dare potuerit, ad affingendum libro, a se edito, SPECULI SUEVICI titulum, nisi narratio illa *Rammingii*, quæ ipsa quam dubia sit, quilibet facile intelligit; præsertim cum observante jam HARPPRECHTO *in tract. de non usu spec. Suev. c. . . . p.* . nulla deprehendatur in Suevia familia, quæ nomen gesserit GRIMMENSTEINIORUM. Prodit etiam titubantem *Goldasti* animum, quod in fronte libri posuerit veterem titulum: **Königl. Land- und Lehenrecht/** nomen vero **des Schwabenspiegels** a latere tantum assuerit, scriptura *marginali*. Nihilominus ab hoc ipso tempore, quo Goldastus primum nova hac appellatione usus est, cœpit jam liber vix alio nomine a quoquam citari, quam sub eodem SPECULI SUEVICI, nec non juris *Suevici* provincialis & feudalis titulo. Cum qui, ante vel sub *Goldasti* ævum, ejus mentionem faciunt, non alio nomine utantur, quam **des Land- und Lehenrechts/** absque ulla adjectione, a *Suevis* desumta. Exemplo MUNSTERI atque MEICHSNERI, quos supra allegavimus; nec non LEHMANNI *in Chron. Spir. lib. IV. c. 21.* Ut adeo recens hic eruditorum concentus, in credendo laudandoque *Speculo* quodam *Suevico* nec non *jure Suevico* provinciali & feudali, unice nitatur fide, GOLDASTO nimis facile habita.

§. XXX. Quo ita faciles essent, in concedendo hisce libris SUEVICI *juris* elogio, viri eruditi plures, fecit sine dubio antiquiorum temporum recordatio, quibus Alemannicum populum propriis vixisse legibus, notum est omnibus. Certe SCHILTERUS in *præfat. ad jus provinciale. §. III. in thesaur. T. II. p. III.* ita mentem suam explicat, ut *jus provinciale*, quod vocant *Suevicum*, plane pro translatione antiquarum illarum legum Alemannicarum, lingua latina scriptarum, venditare videatur. *Alemanni*, inquit, *imperio Francorum subditi, Theoderico rege auctore, legem suam, ex lingua vernacula, transferri passi sunt, de quo in præfatione ad jus feud. §. V. Verum cum communiter ista lingua ignoraretur, resuscitarunt jus suum iterum in proprio idiomate, quo bodieque uti possumus.* Sed quam frustra hæc ita credantur, dicanturque, quilibet facile intelligat, necesse est, qui hunc novioris ævi partum, quem speculi

Suevici nomine appellant, contulerit cum *antiquioribus* illis legibus vere *Alemannicis*. Nam licet quædam sint in illo capita, quæ hisce originem debent, nempe secundum *edit. Scherz.*

cap. XXI. quod est ex tit. LII. §. 2. LEGG. ALEM.
cap. CCCXXI. - - ex tit. LXXII.
cap. CCCXXV. - - ex tit. IV.
cap. CCCXXVI. - ex tit. V. §. 2.

tamen I) hæc adeo pauca sunt, ut ideo integram compilationem SUEVIS nemo vindicaverit. II) Plura capitula in ea habentur, quæ potius ex LEGE BAJUVARIORUM desumta sunt. Convenit enim

cap. CCCXXVIII. *ed. Scherz.*	cum tit. LXXXII. §. 2. LEG. BAIVVAR.
cap. CCCXXIX. - - -	cum tit. XIX. §. 2.
cap. CCCXXX. - - -	cum tit. XIX. §. 3.
cap. CCCXXXI. §. 1. - -	cum tit. XIX. §. 4.
cap. CCCXXXI. §. 3. - -	cum tit. XIX. §. 7.
cap. CCCXXXII. - - -	cum tit. XIX. §. ult.
cap. CCCXXXIII. itid.	cum tit. XIX.
cap. CCCXXXIV. §. 1. - -	cum tit. XX. §. 1.
cap. CCCXXXIV. §. 3. - -	cum tit. XX. §. 3.

III) Quædam vero in LEGE ALEMANN. & BAIVVAR. æqualiter deprehenduntur. Sic cap. XXXI. §. 2. cum LEG. ALEM. tit. LXXXII. §. 4. & LEG. BAIVVAR. tit. XIX. §. 5. conspirat; ejusdem capitis CCCXXXI. §. 5. cum LEG. ALEM. tit. LXXXII. §. 6. LEG. BAIVVAR. tit. XIX. §. 9. Ut, si ex hisce antiquarum legum laciniis argumentum valeret, majore jure speculum quoddam *Bavaricum*, quam *Suevicum* comminiscereris. IV) Convenit cap. XXXI. §. 4. cum ipsa LEGE SALICA tit. VI. §. 4. an ergo speculum aliquod *Salicum* inde arguerit aliquis? V) Sicut habentur quædam loca, in hac *speculi Suevici*, quod vocant, compilatione, quæ LEGI ALEM. sunt similia: ita alia iterum deprehenduntur, ubi compilator, in eadem causarum specie, prorsus abit ab adductæ *Legis Alemannicæ* decisione. Sic in LEG. ALEM. tit. XXXIX. in *parricidium* statuitur solummodo pœna confiscationis bonorum & pœnitentia, secundum canones peragenda. Contra, in Landrecht/ pœna culei habetur. *cap. CCXXXI. edit. Goldast.* VI) Imprimis notandum est, tantam fuisse compilatoris historiæ ignorationem, ut loca, supra excitata, quæ ex lege *Alemannorum*, *Bajuuariorum* imo & *Salica* decerpta sunt, pleraque tribuat CAROLO M. partim & LEONI P. M. Ita enim in fine *cap. CCCXXVI. edit. Scherz.* Disin Recht sazt der Babest Leo und der Kunig Carl sin Bruder/ ze einem concilie ze Rom. & in *fin. cap. CCCXXXIII.* Disiu Recht satzt Kunig Karle aun den Babest Leo von Hunden. In aprico itaque est, ipsum compilatorem ignorasse veram fontium, ex quibus citata capitula derivata sunt, indolem. Neque ergo eo animo, quæ ex lege *Alemannica* sunt, capitula repetiit, quasi hæc in sola *Suevia* auctoritatem obtinere crederet: sed, dum ad CAROLUM M. atque Pontificem Romanum provocat, id potius prodit, quod eadem habuerit pro juribus, universæ Germaniæ *communibus*. Scilicet, isto

ævo,

ævo, quo hæc jurium farrago collecta fuit, insigniter deferbuerat pristinum illud, quo *populi* singuli Germaniæ olim animatos, novimus, *autonomiæ* studium, quod vix admiserat jus quoddam Germaniæ *commune*. Invaluerat jam, de legislatoria potestate *pontificum* æque ac *imperatorum* potestate, opinio, olim in Germanico regno, ignorata atque, quod ad imperatorem pertinet, a FRIDERICI I. potissimum ævo, animis hominum insinuari cœpta. Invaluerat juris alicujus positivi *communis* notio, majoribus incognita, cujus fontes atque arbitri essent pontifex juxta & imperator. His vulgi opinionibus, quæ tum regnabant, impletus, compilator quicquid legum CAROLUM M. habere videbatur auctorem, non poterat non venditare pro jure Germaniæ *communi*. Neque enim, in *auctore* solummodo, errasse compilatorem, sed id plane ignorasse; quod leges istiusmodi antiquæ non *universo* Francorum regno, sed *singulis populis* sigillatim scriptæ fuerint, ex eo colligitur, quod LEONEM pontificem vocet in legislationis consortium. VII.) Si stringeret hæc argutandi ratio, ubi ab hisce *legis Alemannicæ* antiquæ fragmentis, in compilatione **des Landrechts** occurrentibus, concludunt, hoc *Suevis* proprium fuisse: eodem nomine, jus provinciale *Saxonicum Suevico* populo vindicandum esset. Nam pleraque capitum, supra excitatorum ex *Lege Alemannorum*, in ipso *jure Saxonico* provinciali, æque deprehendere licet. Sed patet ex dictis hujus rei ratio. In eodem nempe luto hæsit REPKOVIUS cum eo, qui hanc juris, quod *Suevicum* vocant, farraginem congessit; eundemque errorem erravit uterque, de auctoritate legum illarum antiquarum universali, quarum veram originem tum tenebris involuerat ætas.

§. XXIII. Porro sententiæ nostræ obstare videtur, quod in libro **des Landrechts**, quædam occurrant loca, ubi de prærogativis atque privilegiis *Suevorum* peculiaris fit mentio. Scilicet in *cap. CVII. §. 2. edit. Goldast.* jus de non evocando extra limites provinciæ *Suevis* nominatim tribuitur. In *cap. CCLXV. §. 3.* nulla *Suevis* obstare dicitur præscriptio, pro vindicandis rebus suis. Quod in *cap. CCLXXII.* repetitur, additurque porro ius *prima pugna*, Suevis in bellis imperii competens. Præsertim vero in *cap. CCCXCIII.* differentia juris *Suevici* & *Saxonici* nominatim annotatur. (*d*) Sed hujus quidem

(*d*) Totidem poene verbis habetur hoc caput in JUR. SAXON. PROV. *lib. I. art. 19.* **Schwebisch Recht zweyet sich an nichts anders von Sächsischen Rechten/ dann an Erb zu nehmen und Urthel zu schelten.** Atque ex hoc ipso sine dubio id exscripsit, atque suo operi intulit, nostræ compilationis auctor. Interest autem jam porro quæri, quare REPKOVIUS tum hoc loco, tum & in quibusdam aliis, tam solicite & nominatim annotet juris *Saxonici* & *Suevici* differenrias? Mea quidem conjectura, ejus rei ratio repetenda est ex *præfatione* Speculi Saxon. ubi de *origine* atque *natione* principum ac procerum, qui tum *in Saxonia* floruerant, agitur. Cumque pluribus illorum *Suevicas origines* assignet REPKOVIUS: quicquid deinde, in opere suo, de jure *Suevico* notat, in horum porissimum Saxoniæ procerum, aliorumque, qui in SAXONIA degerant, origine *Suevorum*, gratiam fecisse, videri potest. Cum satis notum sit, pristinis Germaniæ moribus quemque, secundum leges populi vel provinciæ, ex qua *originem* duxerat, judicandum fuisse. Lucem ex hoc ipso accipere videntur verba præcedentia, in *cit. art. 19. jur. prov. Sax.* **die Schwaben mögen wol ein Urtel unter ihn selber schelten/ bey ihrer Schwäbischen Art/ und sich des an die alten Schwaben zichen.** Ut nempe **die alten Schwaben** accipiantur de *Suevis*, in ipsa *Sueviæ provincia*; atque ita distinguanrur ab iis *Suevi*, in *Saxonia* degentes. Solenne enim est, originarium solum, unde digressi novarum terrarum occupato-

dem obiectionis refutatione breviter defungi, licebit. Nam qui eam nobis oggesturus esset, primo loco id sustineat, necesse est: Quæcunque compilatio præcipuorum quorundam jurium, certo populo competentium, mentionem facit, eam universim, leges & instituta istius populi propria continere, censendam esse. Sed quam falsum hoc sit, quilibet facile perspicit. Nam I) recensetur, in hac ipsa jurium compilatione, de qua hic agimus, & libro quidem **des Land-rechts** *cap. XXII.* etiam *Francorum* jus singulare, quod cujuscunque criminis objectionem, in quo perpetrando deprehensi non fuerint, elidant juramento suo. Habetur non minus quorundam jurium, quæ *Saxonibus* præcipua esse dicuntur, in illa mentio, præsertim in cap. XXXVII. cap. CVIII. cap. CCCXCIII. *edit. Goldast.* cap. CCCLXXXI. *edit. Scherz.* Ergone ad *Francos* vel *Saxones* integram compilationem referemus? Deinde vero II) in jure *provinciali Saxonico*, itidem est aliorum populorum, juriumque, quæ iis competere dicuntur, singularium commemoratio; *Francorum* nempe, *Suevorum*, *Bavarorum*, *Venedorum*. Neque tamen quisquam inde integrum opus, in usum unius alteriusve horum populorum, scriptum esse argutaverit. Non est certe alienum ab instituto, quod nostræ compilationis auctori fuisse, aliquoties jam monuimus; post juris, quod ipsi videbatur, *commune*, placita, singulorum populorum instituta, ubi occasio ita tulerit, incidenter annotasse.

§. XXIV. Nec maioris momenti est argumentum, quo, post SCHILTERVM, DATTIVS *de pac. publ. lib. IV. c. I.* utitur, pro asserendo *speculo* & iure, quod in illo habetur, *Suevico*. Licet nempe in veterum librorum manu exaratorum titulis, ut supra ostendimus, exulet *Suevicum* & *Alemannicum* nomen: apparere tamen id videtur, ex aliis rerum gestarum monumentis, ubi nominatim provocetur ad *ius Suevicum* seu *Alemannicum*. Adducit enim DATTIVS c. I. exemplum, ubi anno MCCCCXIX. CAROLVS Lotharingiæ dux, in causa quæsitæ administrationis tutelaris comitatus *Wurtembergici*, provocavit ad Sigismundum **den Römischen König oder für das Schwäbische Recht / im Lande zu Schwaben** / vel, ut alibi memoratur: **er habe begehrt / zu einem gütlichen rechtlichen Austrag zu kommen / nach dem Landrecht zu Schwaben.** Et aliud, ex pactis dotalibus ELISABETHAE BIPONTINAE, HENRICO *Wurtemberga* comiti nuptæ, anno MCCCCLXXXV. ibi: **Daß gedachter Gräfin Elisabeth = = gedihen / gegeben und befolgt werden soll / an aller Graff Heinrichs verlassenen vahrenden Hab / nach des Landes zu Schwaben Recht / Herkommen und Gewohnheit.** Sed falso in his, aliisque locis, intelligi compilationem nostram, quæ nunc speculi Suevici nomine venit, jam observavit HOFFMANNUS *de natur. legg. Germ. pag.* 137. & ENGELBREGHTUS *de utilit. & necess. studii jur. Germ. p. 48.* Neque tamen opus est, ut cum ENGELBRECHTO mentionem **des Schwäbischen Rechts** / quæ in adductis ex *Dattio* locis occurrit, accipiamus de *judicio Suevico provinciali*, non de *legibus* Suevicis. Nam licet satis certum sit, vocabulum **Recht** sæpe notare *judicium*, tamen hic sensus quadrat solummodo ad primum illum *Dat-*

---

cupatores, patrium nomen retinentes, distinguere a novis sedibus, adjiciali verbo **alt.** Cujus rei exemplum est, in *epistol.* S. BONIFACII ad *Æthbaldum*, ubi terram, unde *Saxones* in *Britanniam* moverant, vocat *antiquam Saxoniam.* Quæ cum ita sint, cumque REPKOVII verba sæpe, præter rationem, retinuisse & exscripsisse nostræ compilationis auctorem, jam supra observaverimus: multo magis jam corruit, quod ex capitibus *Suevici* juris mentionem habentibus, ad integram compilationem, *Suevis* vindicandam, desumitur argumentum.

Dattii locum, non ad alterum. Concedimus potius, provocari hic ad *jus* quoddam *Suevicum*: ſed tamen probe diſcernendæ ſunt diverſi plane generis quæſtiones; primo an *Suevi* uſi fuerint *jure* quodam *peculiari*, a reliquorum populorum Germanicorum juribus diverſo? deinde vero, an hoc ipſum *jus Suevicum* in libro illo, cui a *Suevis* nomen dederunt recentiores, comprehendatur? Prius licet nemo negaverit, non tamen ſequitur inde alterum. Nam memorari *jus Suevicum* videas jam illo tempore, quo de compilatione *ſpeculi*, quod vocant, ne cogitatum quidem fuerat. Referrur in *prodrom. chron.* GOTTWIC. *lib. II. p.* 350. ex HARTMANNI *annalibus Einſidelenſibus*, diploma CONRADI III. an. MCXLI. in quo ſequentia habentur: *donec Suevorum, qui & Alemanni dicuntur, LEGE ac judicio, allegationibus deſtitutus, a cauſa penitus caderet.* Provocavit etiam HENRICUS leo, Saxoniæ dux, a FRIDERICO I. imp. proſcriptus ad *Suevicum jus* atque *judicium* in *Suevia* habendum. Et forte huc etiam pertinet, quod OTTO IV. imp. turbaſſe dicatur principes Sueviæ tam in feodis, quam *juſtitiis conſuetudinalibus* apud FABARIENS. *de caſ. monaſt. S. Galli c. VIII.*

§. XXV. Sunt, qui pro ſpeculo jureque *Suevico*, noſtræ compilationi vindicando, ſingulare præſidium ex ipſa *aurea bulla* CAROLI IV. acceſſunt. Ubi nempe c. V. *aur. bull. vicariatus* imperii Palatino electori adſcribitur, *in partibus Rheni & Sueviæ & in jure Franconico;* Saxoni vero *in iis locis, ubi Saxonica jura ſervantur;* reſpici hoc ipſo putant ad duo illa ſpecula, *Saxonicum* atque *Suevicum*. Licet autem nolimus negare, feciſſe *jurium diverſitatem*, quæ tum in Germanicis provinciis obtinuerant, aliquod momentum ad conſtituendos ita vicariatuum limites; licet etiam id forte certum ſit, provincias Palatino vicariatui adſcriptas, ab illo Germaniæ tractu, quem olim Saxonicus populus impleverat vel ſub imperio habuerat, in eo jam CAROLI IV. ævo quodammodo diverſas fuiſſe; quod illæ quidem magis remiſiſſent a priſtino *autonomiæ*, cuivis populo relictæ, ſtudio, locumque citius feciſſent juri cuidam *communi;* Saxones contra ſuarum legum longe eſſent tenaciores; tamen hæc parum faciunt ad cauſam præſentem, ubi de eo ſolummodo vertitur quæſtio, num compilatio, quæ hodie *ſpeculi Suevici* nomine venire ſolet, vere contineat *jus Suevicum?* Nam ſi vel maxime concedendum eſſet, jus illud provinciis, *Palatino vicariatui* adſcriptis, *commune*, ad quod *Carolus IV.* reſpexiſſe videtur, id ipſum eſſe, quod noſtra compilatio complectitur, tamen tantum abeſt, ut *aurea bulla* noſtræ ſententiæ, qua compilationem hanc falſo *jus Suevicum* appellari ſuſtinuimus, adverſa eſſet; ut potius inde eidem inſigne accederet firmamentum. Cum apertum ſit, in aurea bulla non de SUEVIÆ provincia ſolummodo ſermonem eſſe, ſed de *pluribus*, neque ergo jus illis omnibus *commune* recte appellari *Suevicum*. Neque formula: ET IN JURE FRANCONICO, quicquam prodeſt ſpeculi jurisque, quod in eo comprehendi credunt, *Suevici* patronis. Ut enim nihil jam dicam de diſſenſionibus interpretum, quorum alii eam non legum peculiare genus ſignare putant, ſed ipſam potius Franconiæ *provinciam;* alii *legum* quidem peculiare genus intelligunt, at non in *omnibus* vicariatus Palatini provinciis obtinens, ſed in diſtincto a *Rheni partibus* & *Suevia* tractu; tamen etiamſi neutra harum ſententiarum recipienda eſſet, atque *Franconicum* jus, ipſam compilationem noſtram ſine dubio indigitaret, in aprico eſſet; immerito hodie jus *Suevicum* appellari, quod CAROLUS IV. in *aur. bull.* vocaverat jus *Franconicum* (a).

§. XXVI.

(a) Non ſolum enim ab antiquo *Francorum* orientalium a *Suevis*, quantum præſertim ad *leges* pertinet, diſtinctæ fuere rationes, ſed & ipſe auctor compila-

§. XXVI. Sed aliam viam ingreditur SCHILTERUS, qua non tam codicum MStorum fide, aut ipsius illorum compilatoris instituto, *juris Alemannici* appellationem hisce libris, atque præsertim quidem feudali, vindicet; quam potius, suo judicio impositam, excuset. Supponit nempe *vicariatum Palatinum*, ex *usu* hujus juris, metiendum esse. Addit porro; omnem illum Germaniæ tractum, vicariatui Palatino obnoxium, *Alemanniæ* nomine, comprehendi posse, atque denique vel hoc sensu compilationem, Alemannici juris elogio, mactandam putat. Ita enim in *præf. ad jus feud.* §. *IV. Alemannicum autem dico, non eo significatu, quo Alemannia Germaniam integram complectitur; neque ita circumscripte, ut cum Walafrido Goldastus epist. dedicat. rer. Aleman. vocabulum accipit; sed quatenus partem meridionalem Germaniæ constituit, & vernaculo imperium* das Reich *κατ' ἐξοχὴν appellatur; quemadmodum Saxonia septentrionalem etc.* Provocat deinde ad FREHERUM, qui omnem Germaniam in *Saxonicam* & *Alemannicam* seu *Suevicam* dividi prædicet; atque tandem concludit: *ambitu itaque suo Alemannia hic continet Germaniam primam, quam Romani antea vocarunt Helvetiam, Rhetiam, Sueviam, Franconiam, Hassiam, Bavariam, Austriam & alias, quæ eodem jure usæ sunt.* Primum, quod in hoc SCHILTERI loco annotandum venit, id est, quod abire hic videatur a sententia sua, supra §. XXII. adducta; qua juris *Suevici* appellationem, a sola *Suevorum* gente, repetierat. Deinde vero, cum hoc ipso sensu nos compilationem, de qua hic agimus, jura *Suevica* continere, adhuc in dubium vocaverimus, nostræ sententiæ non adeo adversus videtur, alium jam & latiorem longe, quam *Sueviæ* nomen habet, vocabulo Alemanniæ sensum substernes. Quanquam, ne hoc novo quidem significatu, juris *Alemannici* vel *Suevici* appellationem convenire menti compilatoris ipsius, in sequentibus, ostensuri simus. Imo valde vereor, ne, ubi probare instituit, *Alemanniam* pro omni Germania *meridionali* accipi, obrepserit SCHILTERO, in hujus instituti executione, vitium, quod petitionem principii vocare solent logici. Nam FREHERUS quidem, cujus autoritate imprimis nititur, distinguit ita Germaniam universam, in *Saxonicam* & *Suevicam* seu *Alemannicam.* Sed dum hanc divisionem, præter linguæ diversitatem, potissimum partitione *vicariatus* imperii confirmat, videtur ipse supposuisse jus illud, quod provinciis Palatini vicariatus commune fuisse creditur, origine sua esse *Suevicum;* ideoque integrum hunc Germaniæ tractum appellasse *Germaniam Suevicam*, ab usu *legum*, secundum plurium opinionem, *Suevicarum.* (b) Ex quo itaque probatum dedimus, falso haberi compilationem,

pilationis des Landrechts/ sicut quædam *Suevorum* jura nominatim annotat, ita & de *Francis* sive Franconibus, eorumque juribus peculiaribus, peculiarem facit mentionem. *cap. XXII.* Quid quod adhuc an. 1428. civitates Sueviæ urserint *Franconici* juris a *Suevico* distinctionem, in *literis*, quarum excerpta habet DATT. *de pac. publ. lib. I. c. I. n. 33.* zum andern von des Landgerichts wegen zu Nürnberg/ daz sich underståt über männiglichen zu richten und auch weder Fryhait noch nichtzit anzesehen/ noch auch nieman nach siner Fryhait heimzewysen/ sunder Schwaben Frenckisch zu richten. Quanquam hoc tempore dudum evanuissent pristinæ autonomiæ effectus, atque gravamen hoc, quo tum *judicio provinciali* Cæsareo Burggrauiatus Norimbergensis invidiam conciliare, instituerant civitates, parum quadraret ad illius ævi statum, ubi extra controversiam erat, imperatoris & qui *vice imperatoris* judicabant, Burggraviorum potestas *evocandi* aliarum provinciarum incolas.

(b) Verba FREHERI, quæ *Schilterus* excitat, sunt ex *not. ad orat. domin. Alemann.* ubi ita dicit: *Germanicæ ut terræ, ita & linguæ summa & latissima divisio*

un

nem, de qua quærimus, pro jure *Suevico:* corruit omne divisionis illius, quâ FREHERUS utitur, Germaniæ *Saxonicæ* & *Alemannicæ* sive *Suevicæ*, fundamentum. Neque supereſt SCHILTERO quicquam in ea præsidii, pro juris Alemannici titulo, quem libro feudali fecerat. Utcunque vero ſeſe habeat illa Germaniæ divisio, a *Frehero* tradita, ipſe certe SCHILTERUS ita eam explicat, ut ad circulum redeant omnia, quæ pro aſſerendo juris *Alemannici* elogio dixerat. Nempe ratio reddenda erat, cur compilationem noſtram *jus Alemannicum* inſcripſerit, hanc ab Alemannia repetit. Jam ubi porro explicare debuerat, quis terrarum tractus hoc nomine contineatur, referendas huc tradit, Germaniam primam, Helvetiam, Rhætiam, Sueviam, Franconiam, Haſſiam, Bavariam, Auſtriam & *alias, quæ eodem jure uſæ ſunt*. Sic itaque jus Alemannicum dicit ab Alemannia, Alemanniam ab uſu illius juris definit. Quo ipſo, niſi omnia me fallunt, nihil agit.

§. XXVII. Cum itaque in aprico ſit ſpeculi *Suevici*, nec non juris, quod in illo exhiberi creditur, *Suevici* vel *Alemannici* figmentum, ſupereſt, de vera compilationis, quæ hoc nomine immerito mactata fuerat, indole atque ipſius compilatoris inſtituto, ſigillatim videre. Et hunc quidem id potius egiſſe, ut jura, ex ſua quidem *opinione*, univerſæ Germaniæ *communia* congereret in unum corpus, jam aliquoties in præcedentibus monuimus. Probatur hoc compilatoris, vel ſi placeant ea, quæ §. XIX. diximus, compilatorum conſilium iisdem argumentis, quibus ſupra Suevici juris elogium impugnavimus, tum & quibusdam aliis. Nempe 1) ex titulo Kayſerlich vel Königlich Landrecht/ quem aliquibus exemplaribus præfixum eſſe obſervavimus §. V. VI. VIII. XII. 2) ex ipſis capitum, quæ continet, *argumentis*, quorum quædam recenſuimus §. XV. 3) *ex fontibus*, unde jura hic tradita hauſta ſunt, quosque indicavimus §. XVI. 4) ex remiſſionibus ad jura *ſingularum* provinciarum, ubi deficere viderentur, inſtituta univerſæ Germaniæ communia. §. XVII. 5) ex monumentis ſec. XV. ubi compilatio hæc appellari videtur *gloſſa* des Kayſerrechts §. XVIII. Potiſſimum vero 6) ex ipſo titulo eines Landrechts ſimpliciter dicti, absque adjectione certi populi vel provinciæ.

§. XXVIII. Sed cum tantum forte abfuturum ſit, ut hoc ultimum argumentum, pro noſtra ſententia, quicquam valere cenſeatur, ut potius hic ipſe titulus eines Landrechts/ ſecundum uſum loquendi, qui hodie obtinet, juris univerſæ

in Alemannicam ſeu Suevicam & Saxonicam. Illa mediterranea magis, tendens ad Alpes Italicar & Gallicas, hæc ripenſis, tendens ad Sarmatas, Illyriosque & ad oceanum, quin & trans hunc graſſata ad Britannor. Notum, interregni tempore, quor diſtincte vicarios habeant. Obverſatum eſſe animo Freheri, dum ita diſtingueret Germaniam in Saxonicam & Suevicam, cum ſpeculo Saxonico, compilationem illam jurium, quæ jam tum Suevico populo tribui coeperat, non ſolum ex eo colligitur, quod de vicariorum partitione adjicit; ſed & luculentius apparet ex alio loco, ubi aperte duorum horum Germaniæ tractuum diſtinctionem, ex jurium, quæ in illia regnaverant, diverſitate, repetit. Nempe in *origg. Palat. part. I. c. XVI.* ubi *Teutonicum autem regnum*, inquit, *cum duplici jure regeretur, Francico & Saxonico, quorum hoc tractum Saxonicum ad mare Balthicum & Sarmatiam; illud tractum Rheni, Franciam orientalem & Sueviam, ſub quo nomine etiam Bavariam Auſtriamque complectebatur: ſactum eſt, ut duo illi Palatini, veteri inſtituto & peculiari muneris ſui conditione, abſente vel mortuo imperatore, vice ſacra regnum totum Teutoniæ, quod κατ' ἐξοχὴν imperium vocari ſolet, gubernarent.*

universæ Germaniæ *communis* notionem excludere, videri possit: opus certe est, hujus vocabuli vim solicitius indagare, ut pateat, secundum medii ævi loquendi rationem, id ipsum eo exprimi, quod hodie dicimus *jus commune*. (c) Primo quidem id ex aliis vocabulis Germanicis, ubi præfixio vocis Land universale quid aut indefinitum notat, colligi potest. Sicut nempe Landfriede/ pacem universalem vel communem significat; Landplage calamitatem quandam communem sive publicam; Landerbe universalem successorem; Landgraff universalem comitem; (d). Landgericht judicium commune vel universale; Landrichter judicem communem vel ordinarium etc. (e) ita Landrecht eodem sensu dictum fuit *jus commune*. Deinde vero, ne quicquam dubii superesse possit, ipse compilator hunc vocis significatum confirmat, in Landr. *c. V. §. 2.* ubi post alia plura, quæ huc faciunt, ita pergit: und darum heißt dis Buch das Landrechtbuch/ den alle die Landrecht/ die hie angeschrieben stehen/ die seynd über alle Land (f) recht und gewehret/ nach geschrieben Rechten und etwa nach Gewohnheit. Quemadmodum vero *plura legum* genera, pro *ævi* diversitate, in Germania *juris communis* vim habuere, atque illo quidem tempore, quo compilatio hæc facta fuit, jus civile *Romanum*, cum jure *canonico*, in hunc locum evehi cœperat: ita porro hæc ipsa appellatio des Landrechts tum juri *canonico*, tum civili *Romano* passim tribuitur, in compilatione nostra. De jure *canonico* loquitur *cit. c. V.* Da satztent aber die Bäpst/ Kayser und die Künig ihr Gericht nach denselben Gebotten; und also stat auch in diesem Buch keinerley Landrecht noch Lehenrecht und keinerley Urtheil/ dann als es mit Recht von Römischer Pfaffheit und von Kunig Karolen recht herkommen ist/ und als die Bäbst und die Kayser/ zu Concilien und zu Hoffe/ haben gesetzt und geboten/ us den Decret und Decretal ꝛc. Jus civile *Romanum* sigillatim nomine des Landrechts venit in *cap. XVI.* Ob das Kind frey oder eygen sey/ des fragen wir einen Meister von dem Landrecht/ der hieß Marcellus/ der den Künig halff viel guter Landrecht machen ꝛc. ubi MARCIANUM JCtum Romanum, ejusque decisionem, quæ est in *L. 5. §. 2. ff. de stat. hom.* indigitari, a pluribus jam observatum est. Imo ipsum *corpus juris Rom.* compilator vocare videtur das Landrechtbuch in *c. LII. §. 11.* Wir finden in unsern Landrechtbuch/ daß sich nieman zu eygen mag geben/ er mag es wiedersprechen mit Recht. Hæc enim mere Romana esse, ex tit. *ff. de liberali causa*, præsertim hausta, nemo dubitaverit; cum Germanorum moribus omnino licuerit, sese facere alterius proprium; neque locum habuerit, contra ejusmodi pactum, provocatio ad libertatem. Sunt plura, quæ juri Romano nomen des Landrechts tribuunt, in nostra compilatione, loca *cap. LXIV. LXVII. CCLIII. CCCV. CCCVII. etc.*

§. XXIX.

(c) Egi de hoc vocabuli sensu, in *Diurn. Erlangens. an. 1752. n. VI.*

(d) Plane in hunc sensum Landgravios Thuringæ sese in diplomatibus latinis scribere interdum *Comites* UNIVERSALES *Thuringorum*, observat *Illustr. Dn.* ESTOR. *in orig. jur. publ. Hass. §. XLVI.*

(e) Quanquam enim interdum Landrichter peculiare officii genus notet; tamen haud raro universim æquipollet latino: *judex ordinarius.* Quo sensu sæpissime hæc vox accipitur, in Landrecht & Lehenrecht. Præsertim ubi *judicio feudali* domini & parium opponitur der Landrichter add. Lehenr. c. *XVIII.*

(f) Ita enim dispungendus videtur hic locus, contra quem impressa habent über alle Landrecht.

§. XXIX. Cæterum autor des Sächsischen Weichbilds *c. 1.* alio paulo sensu accipere videtur appellationem des Landrechts / quam nos eidem asserimus, neque *ius commune* sub eo intelligere, sed *ius gentium*. Verumenimvero, quo nihil obesse nostræ sententiæ, sed potius egregie cum ea conspirare, Weichbildi conditor appareat, juvat, rationes paulo altius repetere. Scilicet ignoravit Germania pristina infinitam illam subjectionem, quam imperium civile, secundum politicorum dogmata, operari dicitur. Ignoratum itaque fuit jus legislatorium, illo sensu, quo politici scriptores atque JCti id hodie accipiunt. Fuerant equidem varia subjectorum, ideoque & dominorum genera; nec *legum*, quibus illi tenebantur, infrequens occurrit mentio in Germaniæ antiquioris & mediæ monumentis: sed veniunt *legum* nomine plerumque *pacta*, variorum nexuum effectus & fines definientia. Neque ergo pro arbitrio dominorum latæ aut mutationi obnoxiæ, leges intelligendæ sunt. Hoc sensu *populi* Germanici, Francicis regibus subjecti, suam quisque *legem* habuerunt, quæ ipsam *formulam* ac conditionem subjectionis continebat, (*a*) quamque pro lubitu migrare non populus magis, quam ipse rex potuit. Proposuere quidem reges *capitula;* sed quibus, ex solo imperio civili regum, vis legum immerito adscribitur. Partim enim ad *officiales* regios solummodo pertinuerunt, qui vi nexus *officialis* illis parebant; neque semper in perpetuum, sed in proximum plerumque annum. (*b*) Partim vero & quatenus ad populum & subjectos referuntur, *propositionum* vel *rogationum* habuerunt indolem, neque ergo per se & ex sola regum voluntate obligarunt; sed vi *consensus* & agnitionis cujusvis populi subjecti. (*c*) Quibus accedentibus demum, ipsi *legi*, quam populus quisque habuerat, adsui & eandem cum ipsa lege obligandi vim nancisci sueverat. (*d*) Ex utroque ratio tot repetitionum unius ejusdemque decreti intelligitur. Sic itaque, si abstrahamus mentem a *consuetudinibus*, quæ omni-

(*a*) Atque hæc ipsa ratio esse videtur, quare lex Salica nec non Alemannica aliquando vocetur *Pactus legis* vel *pactus lex*. Quod post ALTESERRAM agnovit etiam BALUZIUS *in not. ad tit. LVII. leg. ripuar. in Tom. I. capitul.* Equidem HERTIUS *in notit. regn. Franc. c. V. §. 28.* a Germanico Pack/ fasciculus, hanc appellationem derivandum putat. Sed denuo priorem sensum asseruit ECKARDUS *ad Leg. Salic. p. 7.* ubi *pactum*, sub Francis regibus, pro lege frequenter usurpari, pluribus demonstrat exemplis.

(*b*) HINCMARUS *oper. T. II. epist. 14. c. 29.*

(*c*) Non eandem, cum *lege* cujusvis populi, fuisse auctoritatem *capitularibus*, probat inter alia querela HINCMARI *de potest. reg. c. 15. Quando sperant aliquid lucrari, ad legem Romanam se convertunt, quando vero per legem non æstimant acquirere, ad capitula confugiunt, sicque interdum fit, ut nec capitula plene observentur, sed pro nihilo habeantur, nec lex.*

(*d*) Ita CAROLUS M. *in capit. III. an. DCCCIII. c. 19. ut populus interrogetur de capitulis, quæ in LEGE noviter additæ sunt, & postquam omnes consenserint, subscriptiones & manuum firmationes in ipsis capitulis faciant.* Et in LEGG. LONGOB. *lib. III. tit. XXXI.* ita præcipit: *generaliter omnes admonemus, ut capitula, quæ præterito anno legi Salicæ, cum omnium consensu, addenda esse, censuimus, jam non ulterius* CAPITULA, *sed tantum* LEGES *dicantur, imo pro lege Salica teneantur.* Ex quo ultimo loco imprimis elucescit, non eandem fuisse *capitularium* cum *legibus* auctoritatem. Quid enim opus fuisset, illa, consensu omnium requisito, adjungere legum libris, & de ipsa appellatione legis, illis tribuenda, præcipere, si per se capitula, a regibus proposit., legis habuissent vigorem?

omnibus Germaniæ populis communes fuerant, exulavit fere, sub *Francicis* regibus, jus quoddam positivum scriptum, universæ Germaniæ *commune*, (c*) hodierno sensu dictum. In Germanico regno, *capitularia* proponendi mos evanuit; quod reges electitii, sub ingressum regni, populo cuivis suam *legem* expresse *confirmare* tenerentur, (d) neque ergo ipsis deinde superesse videretur arbitrium novis illam augendi legislationibus. Interim cum varia nexuum genera invaluissent, præter illam communem sub imperatore & imperio, quæ admodum laxa fuerat, subjectionem, varia quoque *legum* eo sensu dictarum, quem supra notavimus, genera deprehendere licet. Sic qui *vasallitico* nexu tenebantur certo domino, suam habuerant *legem*, seu formulam jurium & obligationum, quæ ex hoc statu, vel domino vel vasallo competere debuerant. (e) Habuerunt *ministeriales* cujusvis domini suam *legem*. (f) Habuerunt etiam homines *vogtaici*, imo *proprii*. (g) Habuerunt denique civitatum incolæ. (h) Nempe omnia, quæ his tribuuntur, legum genera origine sua pacta fuerant, neque vi *potestatis* cujusdam *legislatoriæ* condita, sed ex *consensu* obligandi vim nacta. Referas huc non immerito ipsas *leges Palatinas* seu jus curiæ imperatorum, quorum ab HENRICI IV. ævo in scriptoribus Germanicis occurrit mentio. Ut nempe significent instituta, quæ ex peculiari nexu inter imperatorem ceu *dominum* et proceres, ceu *vasallos* & *officiales* ejusdem, expressis pactis vel tacitis, invaluerant. (i) Successu vero temporis, clericis præsertim

---

(c*) Confirmare hoc ipsum videtur votum AGOBARDI *in libro advers. leg. Gundebald. c. 14. ut Franci sub rege uno, una omnes tenerentur lege; id enim valiturum profecto multum ad concordiam civium dei & æquitatem populorum.* Ubi quidem non de *Francico* solummodo *populo*, sed de omnibus, sub regum Francicorum imperio constitutis, loqui videtur. add. HERT. *notit. regn. Franc. c. V. §. 33.*

(d) Confirmationum ejusmodi exempla habet DITMAR. *chron. lib. V. p. 368.* in LEIBNIT. *T. I. script. Brunsvic.* WIPPO vit. Conrad. II. p. 430.

(e) Unde tot jura feudalia particularia, quorum origo non ex *legibus* proprie dictis, sed ex pactis.

(f) Quæ, quam variæ fuerint, observat auctor des Landr. *c. XLVI.* Justitiam sive legem ministerialium *Bambergensium*, tempore *Guntheri* ep. perscriptam, ex GRETSERO exhibet MAGER. *de advocat. arm. cap. XI. n.* 48. & LUDEWIG. *in script. Bamberg.*

(g) Hoc sensu OTTO III. imp. in diplom. donationis, ecclesiæ Aschaffenburgensi factæ, in JOANNIS *spicileg. diplom. p. 264. Fiscalinis quoque servis, qui pertinent ad prædicta loca, ut tali deinceps LEGE utantur, quali parentes eorum sub regibus & imperatoribus, antecessoribus nostris, huc usque usi sunt, auctoritate imperiali concedimus, et ut nulla persona eorum LEGEM frangere præsumat, regia & imperiali potestate interdicimus.* Legem ejusmodi familiæ *Wormatiensis*, sive hominum propriorum, ad ecclesiam Wormatiensem pertinentium, exhibet LUNIG *in specileg. eccles. contin. II. p. 1013.* Imo ipsæ illæ conditiones, quas domini, manumittentes servos, adjecerant dationi libertatis, *legis* nomine veniunt. Cumque manumissiones jam olim per tabulas seu scripturam fierent, dicitur *lex tabularia* conditio, sub qua manumissus libertus. add. ECKARD. *ad leg. Sal. p. 221.*

(h) Ita Romani jurant Arnulpho imperatori, *salvo honore & lege sua.* ANNAL. FULDENS. *ad an. 895.*

(i) Meminit earum legum aliquoties LAMBERTUS SCAFFNABURG. Atque

tim allaborantibus, innotuere leges, quarum obligatio non in *pacto*, ſed in *civilis imperii* propria virtute poſita fuerat. Invaluit nempe jus *canonicum* & jus *Romanum*, atque cum his ipſis, *jus leges ferendi*, quod jam exemplis conſtabat Imperatorum Romanorum, regibus Germanicis aſſeri cœpit. Ante vero, quam hæc jura auctoritatem aliquam obtinuiſſent, nec in *Germanico* regno jus *commune* fuit, quod nempe ex legislatoria poteſtate ſummi in Germania imperantis vim obligandi habuiſſet. Sed, ſi quæſtiones verterentur, quæ *legibus* illis *particularibus*, ſtatui vel nexui certorum hominum peculiari propriis, vel moribus ac conſuetudinibus Germanorum univerſalibus definitae non eſſent, ex *jure gentium* petenda videbatur deciſio. Atque hinc *jus gentium*, (*k*) illo ævo potiſſimum meruit *jus* Germaniæ *commune* appellari. Quid quod, introducto etiam jure Romano atque canonico, jus *gentium* etiamnum juris *communis* retineret indolem, in caſibus nempe, illo legum genere non

---

que eo quidem ſenſu, quem ſupra expreſſimus, illas dici, inde potiſſimum apparet, quod ipſe imperator eisdem ſubjectus & ſecundum eas judicandus, viſus fuerit. Ita enim Henrici IV. legati ad pontificem apud LAMBERTUM ad an. 1077. *Sed e vicino jam urgere diem anniverſarium, quo excommunicatus rex fuiſſet; & principes regni, hac expectatione ſuſpenſos, anxie rei eventum præſtolari, ut ſi ante hanc diem excommunicatione non abſolvatur, deinceps juxta* PALATINAS LEGES *indignus regio honore habeatur, nec ultra pro aſſerenda innocentia ſua audientiam mereatur.* Iterata harum legum commemoratio habetur ib. *ad an. 1075. & an. 1076.* Quæ hic *leges Palatinæ* vocantur, inſequenti tempore *jura* & *leges curiæ imperialis* appellari videntur. Eoque ſenſu accipiendæ literæ LUDOVICI BAVARI an. 1338. quibus citatur epiſcopus *Leodienſis* ad conventum Colonienſem, addita hac comminatione: *alioquin, juxta jura & leges curiæ noſtræ imperialis, de conſilio & ſententia principum noſtrorum, contra te, ſi contumax neglexeris venire. - - proceſſus noſtros certitudinaliter extendemus,* in LUNIG. Reichsarchiv. *ſpicileg. eccleſ. part. II. p. 515.* Cæterum evanuiſſe ſub hoc ipſo *Ludovico* imp. harum legum uſum in curia imperiali, inde colligas, quod an. 1342. in comitiis Francofurthanis, conſenſu electorum, expreſſa conſtitutione, receptum ſit, in judicio *curiæ imperialis*, JUS ROMANUM. Exhibetur conſtitutio, ex *archivo* Moguntino depromta, in *collect. receſſ. imp. noviſſ. part. I. n. XXIV. pag. 44.* Digna memoratu ſunt verba ex literis HENRICI Archiepiſcopi Moguntini, quibus conſenſum ſuum exponit, in hunc *juris Romani* receptum: und um ſolch Gebrechen ward er mit uns und andern Churfürſten/ die da engagen waren/ und wir mit im/ ze rat/ und komen überein/ und geben auch unſern Willen und Gunſt darzu/ mit diſem unſerm Brieff/ daß man fürbaß vor deſſelben unſers Herrn des Kayſers Hofgericht/ allermanniclichen richten ſulle und müge/ nach Kunig und Kayſern/ ſeiner Vorvare an den Römiſchen Reiche/ Geſetzen und ire geſchrieben rechten ꝛc. doch mit Behaltnizze unſer und anderer Churfürſten Recht/ Freyheit und guter Gewohnheit ꝛc. Quo ipſo corruit *communis* doctrina, qua a MAXIMILIANO I. imp. atque inſtauratione judicii cameralis demum, *receptus* juris Romani *expreſſus* repeti ſolet.

(*k*) Neque ergo calculum meretur GUNDLING. in *Gundlingian. part. III.* ubi ſub *jure gentium*, ad quod in medii ævi monumentis aliquoties provocari, obſervare licet, intelligit *jus feudale*. Hunc enim ſignificatum nullo modo quadrare, ad omnes illas cauſarum ſpecies, quæ ſecundum jus gentium, judicatæ dicuntur, probavi in DIURNIS ERLANGENS. An. 1752. n. VI. §. 7. Relinquendus itaque potius eſt huic appellationi priſtinus ſuus ſignificatus. Ratio vero, cur frequentius ad jus gentium olim provocaretur in *Germania*, in eo poſita eſt, quod deeſſet ibidem jus *commune poſitivum*, ideoque deficientibus legibus *particularibus*, ſtatim recurrendum eſſet ad jus *omnibus hominibus* commune,

non definitis. Hanc ipsam itaque ob causam, quod nempe jus *gentium* jus *commune* sit, vocatur id Germanico nomine Landrecht/ ab auctore des Weichbilds cap. 1. ubi eodem modo, ac JUSTINIANUS imp. *in* §. 1. *I. de jur. nat. gent. & civil.* jus *gentium* a *civili* distinguit, sibi invicem opponitur Landrecht & Marckrecht. Marckrecht ist dieses/ inquit, daß die Marckleut hievor/ bey alten Gezeiten/ unter einander gesetzt haben/ von ihr selbs Wilkühr. Quæ ipsa est definitio Justiniani, *quod quisque populus sibi jus constituit, id ipsius proprium civitatis est, vocaturque jus civile, quasi jus proprium ipsius civitatis.* Pergit deinde: Landrecht ist diß/ daß die Landleut (*l*) unter ihn selbst gesetzt haben. Bey König Alexanders Zeiten/ als da sie unter einander kriegten/ und die Römer vertrieben und fiengen/ da setzten sie das Recht. Wer in den Krieg gefangen wird/ den solt man mit einem andern Gefangen lösen oder mit Silber/ oder mit Gold/ und thet man des nicht/ so solt man ihn zu Dienst behalten. Quæ iterum similitudinem quandam habent cum iis, quæ in cit. §. 1. *I. de jure nat. gent. & civ.* de jure gentium dicuntur. Ut omnino ob oculos habuisse videatur auctor des Weichbilds institutiones JUSTINIANI cit. l.

§. XXX. Certum itaque confectum est, vocabulum Landrecht idem significare, ac jus commune. Neque ergo impedit, quo minus compilator jus

---

(*l*) Ipsa vox Landleut hic nihil aliud significat, quam *populum.* Occurrit passim hoc sensu, jam in OTFRIDI *evang.* præsertim *lib. IV. c. 3. v. 38.* ubi ea, quæ in evang. JOAN. c. *XII. v. 12. & 13.* habentur, de introitu Christi ita effert:

> Fuar thar al ingegini
> Thes Lantliutes menigi
>
> *Ivit et obviam*
> *Populi multitudo.*

Neque enim recte Schilterus reddere videtur ultimum versum: *provincialium multitudo.* Qund nec græco textui evangelistæ, in quo ὄχλος tantummodo habetur, nec vulgatæ, quam præsertim Otfridus secutus videtur, convenit. Idem OTFRIDUS *lib. IV. c. 4. v. 88.*

> Bist kuning ouh githiudo
> Therero Lantliuto
>
> *Esque rex illustris*
> *Populorum.*

Ultimum versum vertit Schilterus: *mortalium.* Propius hic ad verum vocis sensum accedens, quam in loco priore. Sed ne hæc nimis remota videantur ab ævo auctoris des Weichbilds/ adscribemus locum ex *versione theotisca rhythmica* S. Scripturæ, in bibliotheca Guelpherbytana asseruata, ex qua excerptum habes in *præfat. gener. ad Schilt. thesaur. antiq. Teuton. Tom. I. p. VIII.* Hanc enim a Weichbildo non multum differre ætate, ipsa sermonis ratio prodit.

> Sie sprachen/ des mag nit geschehen
> Daz die Landliute sehen
> Daz wir auf unser Leben
> Solchez Opfer wellen geben.

HUjusmodi Curiæ Superiores passim olim erant constitutæ. Sic talem quondam in perantiqua Civitate Imperiali Wimpinensi exstitisse, testantur Acta Wimpinensia, e quibus sequentia excerpere liceat: Vff Clag Antwort Redt Widerredt Angehörter Zeugen Sag/ vnd entlichem gethanem Rechtbeschliessen hindersetzen/ Auch allem erwegen/ dieweil aber die Sache sich etwas dißputierlich vnd weitleuffig ansehen laßt/ Als acht sich der Richter solche zu enden vnd darinnen zu erkennen noch zur Zeit zu gering verstendig/ haben derowegen altem Herkomen nach dieselben an die Ernveste Fursichtige Ersame vnd weise Herrn Schulthaiß Burgermaister vnd Richtere des Hayligen Römischen Reichstadt Wimpffen als Iren Oberhoff darinnen Vrtel zu fellen vnd die Sachen zu erwegen gewisen &c. Tanta hoc judicium in circumjacentibus regionibus pollebat Auctoritate, ut a variis Civitatibus ac pagis alterius jurisdictioni subjectis de casibus dubiis quam sæpissime consuleretur, id quod patet aus dem Wimpfemer Oberhoff-Urthels Buch de Anno 1474. biß 1608. ubi ita: Diß Stett und Dorffer alter Fryhait nach pflegen jr Urtel by Uns zu holen als vor dem Obernhouff. Stett. Mergetheim/ Bonigken/ Weibstatt/ Bischoffsheim. Dörffer. Norbach/ Heinßheim/ Kochendorff/ Stockach/ Gümpper/ Garttach/ Obern Ißeßheim/ Hüffelhart/ Helmstalt/ Bargen/ Wollenberg/ Bieberach/ Erstatt/ Duttenbürg/ Richen/ Bonfelt/ Obern-Grießheim/ Baptstat/ Offenen/ Massenbach/ Hochüsenn/ Hagenbach/ Biberach/ Bachenheim/ Rappenau/ Ißeßheim/ item Groß und Klein Jseßheim/ Untergrießheim/ Jagstfeldt/ Gartach/ Großgartach/ die gantze sogenandte teutsche Ebne/ und andere Chur-Pfältzisch-Teutschordisch-Württembergisch- und Ritterschafftliche Dörffer mehr. Nec non Spiræ ejusmodi judicium fuisse, videre est ex Lehmanni *Chron. Spirens. Lib. 4. Cap. 13.* ubi ita inquit: Die Stätte/ Flecken und Dorffschafften des Speyergaues und Bistumbs/ unangesehen daß sie gewiesse Regenten und Herren gehabt/ welche die Könige und Keyßer an Ihre Statt zu Verwaltung des Speyrgaues eingesetzet; So haben sie doch das Gericht und E. Rath zu Speyer jederzeit nach alter Gewohnheit vor ihren Oberhoff erkennet/ und daselbst in schwehren Irrungen Weißungen gehohlet. So befindet sich aus einem Vertrags-Brieff zwischen Bischoph Friederich und der Stadt Speyer An. 1294. auffgericht/ daß die Gemeynden von Berghaußen/ Harthaußen/ Heinhoffen/ Dudenhoffen und Waltzen alle ihre Klagen und Irrungen vorm Stadt-Gericht zu Speyer anbracht und ausgetragen.

Thes. VI.

COnsultabantur hæ Curiæ superiores, quotiescunque in causis dubii quid occurrebat, Const. C. C. *art. ult.* ac judices notitia ferendi congruam sententiam destituti erant; ceu apparet ex Actis Wimpinensibus: Gönstige Hern. Dieweill Wir die Richter alhie zue Weybstatt/ vnß in dieser Sachen nach gehabtem Bedacht daruff zu einem Urthell nit khinnen entschliessen/ so haben wir solche Handtlung umb Rath vnndt Urtheils Weyß für vnndt an Ewer Ersame Weyßheit gewiesen ꝛc. Und aus der Vorrede des Wimpfemer Ober-Hofs-Buchs/ ubi extat: Nachdem und von alter her und fast viel länger denn in Menschlicher Gedächtnüße gesin kan/ von etlichen Stätten und Dörffern hienach benant/ die der Urtel sich nit versteen können/ bey

bey uns von Schultheissen und Richteren Unsers Statts-Gerichts Urtel geholt haben / und hinfür hohlen und suchen &c. Ex hoc etiam elucet, quod jam tum inveterata fuerit consuetudo, fora Curiarum Superiorum adeundi, quod & sequens ex Actis Wimpinensibus excerpta sententia comprobat. In Sachen zwischen Philips Creyßwart/ vnndt Wendel Pfoen/ Weylandt Philips Romigen Seelig hinterlassener Kinder Vormunder zu Dapasch/ Als Eleger an einem/ vnndt dann Hanssen Schreyber vnndt Sontag Brunnen beide Burger vndt Meurer alhie zu Weybstatt als beclagte ander theils. Also nach Clag vnndt Antwortt/ Redt und Wiederredt / auch Zeugen-Sag/ vnndt allem schriefftlichen vnndt mündlichen Fürpringen/ vndt daruff geuolgtem endtlichen Rechtsatz / weißt der Richter dieße Handlungen Urtheils Weyße an das Stattgericht ghen Wimpffen/ Als Ihren ordenlichen Oberhoff/ Altem Gebrauch nach &c. Atque rationalis hæc fuit consuetudo; Omne enim videtur rationabile, quod cum rectæ rationis dictamine convenit. Assumamus de Consultationibus Curiarum Majorum. Ex certo non adversabitur rectæ rationi, litigantium jura per prudentissimos examinare. Judices sæpe ignorantia laborant juris, cum & imperiti judicis officio fungi non prohibeantur. Sunt interdum pluribus impediti negotiis. Et aliæ intercedere possunt causæ, quæ negotii accuratiorem deliberationem atque diquisitionem impediunt, unde facile præjudicium partibus esset metuendum. Suppleri igitur per Collegia ejusmodi omne potest, quod in ipso desideratur judice. Imo judici quoque id ipsum expedit, qui omnem hac ratione corruptionis evitabit suspicionem facile. Coram Deo suam allegaret frustra ignorantiam, cum culpa non careat, qui non consulit, cum poterat, prudentiores vid. Const. Cr. Carol. *art. ult.*

Thes. VII.

SEmper vero Acta transmittendi causa tres judices coram his judiciis comparuisse, satis luculenter probat Præfatio des Wimpfemer Oberhof-Urthels Buchs: Und sollen allwegen drey Richttere von dem Gericht der Statt und Dorffes für das benannt unser Stattgericht kommen ꝛc. ac inter sexcentas alias in Actis Wimpinensibus exstantes sententias hæc, quam hic ponere placet. Zu wüssen vff des Schultheissen Fragen hatt das Gericht zu Kochendorff durch Ir mitgesellen Wittmann Peter Diether Hanß Utz vnd Jorg Grieß In Urtels Wiße für vns das Stadt Gericht zu Wimpffen bracht/ Also nach herkommen und altem Bruch der von Kochendorff Erkennen Wir Einmütiglichen zu recht/ Peter Wittmann gegen der Herrschafft ein zimlichen Abtrage thon sol. Zu Urkund dato sub Sigillo ao. rl. lxxvij. 1474. Ast Spiræ, ubi tale judicium florebat, hæc fuit recepta consuetudo, ut duo saltem judices Consules & Senatum Spirensem adirent, hucque Acta transmitterent, quod Actis mihi ex Archivo Spirensi communicatis demonstro, hac sententia: Wir die Burgermeister und der Rath der Statt Speyer entbieten den Erbaren Schultheiß und Gerichts Schöffen zu Lauterburg Unsern freundlichen Gruß zuvor. Liebe und gute Freund! Von zweyen Euren Gerichts-Männern ist ü:s als Eürem Oberhoff verschiedener Zeiten ein Gerichts Handel zwischen ꝛc. ꝛc. umb Weißung der Urtheil für und anbracht worden. Datum den 28. Dec. an. 1574.

Thes. VIII.

PRocessus coram Curiis Superioribus *sumtibus partium* fuisse expeditos, testis est Lehmannus *in Chron. Spir. Lib. 4. Cap. 3.* Sie haben Jhren bestimbten Tax gehabt / was sie vor jede Weißung bezahlt; Nemlich Keyßerslautern 1. halben fl. Brusel 1. halben fl. Anweyler einen Ortsgulden / Lauterburg ein Orth / Waltzen 2. Schilling Pfenning / Gelingen vier Schilling. Sic quoque res sese habebat, cum Curia Superiori Wimpinensi, vid. Præfationem des Oberhof-Urthels Buchs von Wimpffen / ubi ita: Und von solichem Brieff der Urtel sollen die Partheyen / so die Urtel bekommen / unserm Schreiber ein Pfunt geben alter Wärung / das ist / dreissigk gütter Pfennig. Variabant autem Sportulæ, prout apparet aus der Statt Wimpffen Reformation und Ordnung alten Herkommens und Rechtens / Klag und Urtel Geld betreffend. In mündlichen Relationen / so von der Landschafft gen Wimpffen an das Statt-Gericht giengen / gebührten dreyßig Pfennig dem Stat-Gericht für Urtel Geld / wie von Alter hero / dergleichen dreyßig Pfennig dem Schultheissen / Stat-Schreiber / und Gerichts-Knechten zu vertheilen. In Schrifftlichen Consultationen / item so Acta fürkommen von zwaintzig Blettern oder darunter / sol dem Stat-Gericht ein Gülden davon zu Urtel-Gelt gegeben werden. Wo aber die Acta über die zwaintzig Bletter hielten / so mannig Blat das were / so viel halber Batzen zu dem Gülden für Urtel-Geld erlegt werden soll. Und von solchem Urtel-Geld sollen auch Schultis Statschreiber und die Gerichts-Knecht umb jr Gebür belonet werden. Et quidem Imperator Carolus V. *in sua Constitutione Criminali art. 204. & 219.* mandat serio, ut judices in causis dubiis sine partium expensis ad Curias Majores, ad Collegia JCtorum & Dicasteria confugiant, indeque consilium petant. Quando enim judex munere suo fungitur, hoc ipsum proprio sumtu & expensis facere tenetur, nec habet impensarum repetitionem, *arg. l. 18. ff. de Oper. Libert.* Sed videmus tamen, consuetudine aliud in his Curiis Superioribus esse introductum & receptum, & supra all.

Thes. IX.

NEc longis ambagibus controversias in his judiciis protelatas, sed celerrime fuisse terminatas, conspicere licet ex Lehm. *Chr. Spir. Lib. 4. Cap. 21.* ubi ita ait: Was den Process in Rechts-Sachen anlanget / wiewohl man vor Gericht und Recht / in Recht-Sachen gar langsam den Brauch der Protocollen angefangen / so ist aus denselben fast vor 200. Jahren beschriben / zu vermercken / daß vor Alters ein kurtzer Process in allen bürgerlichen Irrungen gehalten / und schwehre Sachen in zweyen oder dreyen Gerichts-Tagen aufs längste erlediget worden. Es befindet sich aus einem Protocoll, darinnen mehr als tausend Urtheil eines Raths / sambt der Partheyen Klagen und allen Handlungen / so vor Gericht und Rath fürkommen / nicht allein in Sachen der Bürgerschafft zu Speyer / sondern auch vieler Adelichen Persohnen aufm Lande / der benachbarten Stätt / Flecken und Dorffschafften / so Endscheid und Urtheil vom Rath zu Speyer vielfältig gesucht / daß die Partheyen mehr mündlich / und gar nicht in Schrifften Jhre Sachen entweder selbst / oder durch eines Raths verordnete und beeydigte Fürsprechen / nach gestalt der Sachen entweder vor Gericht / so sie dahin gehörig / oder vor dem Rath fürgetragen / der Kläger seine Klag kurtz ohne

Weit-

Weitläufftigkeit/ doch zur Nothdurfft anbracht/ der Beklagte darauff seine Einrede fürgewendet/ der Kläger hinwieder repliciret/ und der Beklagte dupliciret/ darneben jeder Theil sein Beweißthum mit lebendiger Kundschaft oder in Schrifften dargethan.

Thes. X.

DEcidebantur in Curiis Superioribus Causæ *Civiles*, prout docent Acta Wimpinensia, a quibus hanc unam tantum sententiam brevitatis amore adjiciamus: Vinnigkhen. Nach Vollstreckung vorgesprochener Urtheyl erkent ein Gericht ferner zu recht/ daß Jeory Kantengiesser Antwurter Juncthern Hanßen Lemlin Clägern umb sein Forderung und Zuspruch nichts schuldig ist/ den Gerichts-Kosten zu baiden Theylen dieser Rechtfertigung uffgeloffen uß bewegender Ursach mit verglichen/ also das iglicher Theyl sein Costen für sich selbs tragen sol/ Act. Frytags nach Valentini anno octavo 1508. Judices. Claus Opp. Hans Hutzel/ Michel Stor. Partes. Juncker Hans Lemlin Bawmeister vor alle Ganerben Actor, Jeory Kantengießer von Helprun Antw. Pariter quoque in Curia Superiori Spirensi tales causas civiles tractatas fuisse, testantur tot inde latæ sententiæ, quarum unam tantum probationis causa Dissertationi inserere haud inconveniens foret: In Sachen begehrter Losung sich vor Schultheisen und Gerichts-Schöffen zu Lauterburg zwischen Niclaus Chun/ und Adam Albrechten von Eßingen/ Klägern an einem/ und Michel Beckern/ Burger und Gerichts-Schöffen zu Lauterburg/ Beklagten andern Theils erhaltende: Erkennen wir/ wo diese Handtlung für Uns Rechthängig uf Klag Antwortt überschickte Ordnung über wieder Kauff und Losung verkauffter Güther allem Fürbringen nach und gethanem Rechtsatz zu Recht/ daß Beklagter obgenent von gethaner Klag zu absolviren/ und erledigen auch die beederseits ufgewendte Gerichts-Costen gegeneinander uffzuheben/ und zu vergleichen seyn sollen.

Thes. XI.

IN causis etiam *Criminalibus* Oberhovia (ut cum Kressio ad C. C. C. loquar) sententias pronunciasse, documenta hujus dant Acta Wimpinensia, ex quibus sequentem apponere liceat sententiam: Zw wüssen In der Sach Claus Hassers Cleger zü dem Knecht den er zu Gefengknüs bracht hatt/ hatt das Gericht zü Mergentheim dürch Jr erber Bottschaffts Ambtmann Mathes von Sale Hans Stachel vnd Petern von Swaigern Irem altem loblichen herkomen und Fryhaitten nach Clag Rede und Widerrede In Urtels wise für vns des Heiligl. Röm. Richs Stattgericht zu Wimpffen bracht/ Also nach Clag und Antwort vnd der von Mergentheim müntlich vnd schrifftlich Fürbringen/ diewile Claus Hasser als ein vertailter vndaylicher Man/ den armen Anbligk/ Anschyn vnd Ander Ameler darzu dienende/ vom Leben zum tode/ wie er hoffet/ mit recht zü bringen/ nit fürbracht hatt/ vnd darzü den armen Lips vnd Lebens nach Innhalt der Küntschafft vertrost/ Erkennen Wir Eynmütigklichen zü recht/ daß der Arme also von Hassers Clage/ vnd nach des Armen Antwort/ nit vom Leben züm tod gebräucht/ Sonder von des Hassers Clage/ vnd Gefengknüß ledig gelassen werden soll/ mit Behältnüs des Armen Clage zü Hassern. Zu Urkünd datum Sb. Sigillo Peter Werrich Schulteti uff Mittwoch vor Nativitl. Marl. Anno lxxv. 1475.

Thes. XII.

Appellationes etiam ad Curias Superiores fuisse devolutas, argumento est inter alias, sententia, quam ex Actis Wimpinensibus excerptam hic adjicere placet. Mergetheim. Nach Clag Antwurt Red Widerrede Irem schrifftlichem Fürbringen der Zügen Sag laut vor gesprochener Vrtheyl und Rechtsatz Erkennen Wir zü recht das dem Kindt Anna Mendlin sein voruß inhalt vorgesprochener Vrtheil und der Frawen Ire zübracht güt werden solle/ vnd fürter das vberig verlassen Güt in zwey gleich Theil getheilt da yglichen das ein volgen und werden soll. Verum enim vero hæ Appellationes proprie tales haud erant; Ea enim est Appellationum proprie sic dictarum natura, ut ab inferiori judice non nisi ad superiorem dirigantur, per *Nov. 23. c. 4. c. 3. in 6to de Appell.* Hinc a majori ad minorem, vel a pari ad parem, vel ab uno & eodem ad eundem Appellationes referre non licet; *l. 4. ff. de recept. qui arbitr. l. 13. §. 4. ff. ad SCtum Trebell.* Ayrer *in processu Civili p. 1. cap. 4. obs. 4. n. 14. usque ad n. 19.* in tantum, ut si de consuetudine ad parem rite appelletur, hoc ipso is, ad quem ita provocatur, illo a quo appellatur, major fiat, *arg. l. 14. ff. de Jurisd.* Sed ejusmodi Appellationes *improprie* tales vocantur, si quidem ex Actis constat, eas a judicibus urbicis & paganis devolutas esse ad alterius civitatis judices, qui superiores haud erant, sed quos ad sententiam ferendam *arbitrarie* solummodo eligebant, sicque eorum jurisdictionem *voluntarie* prorogabant. Ex quo inferendum, quod hujusmodi provocatio genus quoddam prorogationis fuerit, ac *merus actus voluntatis liberæ*, non necessitatis, Stryk *Us. Mod. ff. Lib. 49. tit. 3. §. fin.* juris enim est, ex consensu litigatorum mutuo, eum, qui judex competens non est, alias tamen judicandi potestatem habet, vel ut dicitur *in l. 3. C. de Jurisd. omn. jud. & de Foro Compet.* judicio alicui præest, competentem fieri posse, per *l. 1. ff. de jud.* Hoc autem cum fit, Jurisdictio judicis incompetentis prorogari dicitur, unde & jurisdictio prorogata nomen habet apud Pragmaticos: apud Pragmaticos, inquam, quia etsi de re ipsa textus sint in *l. 1. C. de Jurisd. l. 15. & 18. ff. de Jurisd. l. 1. & 2. & l. 74. §. 1. ff. de judiciis*, appellatio tamen illa Jure Civili prodita non est, quo verbum prorogare soli tempori videtur accommodatum, ut *in l. 24. ff. Locat. Cond. l. 19. l. 30. §. 1. ff. de Legat. 1. l. 2. ff. de re judic.* A tempore vero non incommode hæc Appellatio ad jurisdictionem translata est, ut, sicut cum tempus definitum, ultra quam tum est, extenditur, prorogari dicitur, ita & jurisdictio Magistratus, cum extra terminos sive limites, intra quos est coercita, extenditur, prorogari dicatur. Prorogare igitur est extendere, proferre, diffundere, laxius reddere, protrahere ultra terminos sibi constitutos ad causas & personas sibi non subjectas, Lauterb. *Exerc. 5. concl. For. 5.* quod ipsum præsupponit aliquid, quod prorogetur, quod si intra terminos suos coerceatur, prorogatione opus non habeat, extra terminos autem & limites suos non operetur quidquam, nisi prorogatum sit legitime, & quod per se non competebat, id competat ob prorogationem lege approbatam, aut certe lege non repugnante. Hinc prorogare jurisdictionem, est jurisdictionem extra suos limites, intra quos est coercita, ad negotium aliquod controversum ad jurisdictionem illam non pertinens, extendere, vel ut brevius dicam jurisdictionem non competentem, competentem facere. Quod ut fiat, requiritur 1.) ut talis adeatur judex, qui judicandi potestatem habet, *l. 3. C. de Jurisd. l. 1. ff. de Jud.* 2.) ut causa, de qua agitur, ejusdem sit qualitatis, cujus qualitatis sunt causæ ad jurisdictionem illam, quæ prorogatur, pertinentes, ita ut qui magistratus illius sunt subditi, in ejusmodi causis jurisdictioni ipsius subjiciantur etiam nolentes. Nam si de causis illis ne suis quidem subditis Magistratus jus dice-

dicere queat, profecto multo minus dicet extraneis, ut qui jurisdictionem non habeat in causis ejusmodi ne inter suos quidem subditos, atque adeo jurisdictio, utpote quæ non est, prorogari non posset, & 3.) ut litigatores in eum scientes, se judicem alienum adire, consenserint; Nam si judicem competentem esse putent, per hoc jurisdictionem ejus non prorogant, quia errantis voluntas nulla est, & quæ ex aditione præsumebatur, per erroris probationem excluditur. *L. 2. pr. ff. de judic. l. 15. ff. de Jurisd.* Ex quibus patet, quod quis jurisdictioni alterius judicis subjici possit volens, lege permittente, sicque jurisdictio, sicut & Magistratus sive judex, qui competens non est, nec existit jure, facto hominis a lege approbato in hypothesi reddatur competens.

Thes. XIII.

NE tamen superioritate territoriali gaudentes existiment, fora istiusmodi prorogata superioritati suæ aliquid detrahere, eoque sese extendere, ut tales judices, quorum jurisdictio prorogata fuit, causa jam decisa adhuc jurisdictionem quandam sibi arrogare queant in eos, qui suæ se jurisdictioni sponte subjecerunt, arbitrarie ipsos eligendo; causa equidem adhuc pendente, jus illis dicendi facultate gaudent, ea vero definita, ne minima quidem jurisdictionis particula illis relinquitur. Neque enim per talem prorogationem ordinaria prorogantium jurisdictio extinguitur, sed saltem quoad hanc causam suspenditur. Nam sicuti electo arbitro partes possunt ordinarium judicem præterire, sine noxia ordinariæ jurisdictionis; quidni liceret etiam alienam jurisdictionem prorogare, ac alius judicis judicio causam subjicere. Neque exinde metuenda jurisdictionum confusio, cum exercitium illius prorogatæ jurisdictionis sit instar precarii & meræ facultatis, atque arbitrio partium relictum, quod proinde nec possessionem aliquam nec præscriptionem contra judicem ordinarium facere potest. Nec tantum privatus, sed etiam Magistratus Majores alius Magistratus æqualis vel etiam inferioris jurisdictioni se possunt submittere, *l. 14. ff. de Jurisd.* Et ita principes quandoque coram proprio judicio provinciali aut aulico conveniri possunt, uti exemplum est in Rege Sueciæ, qui coram Tribunali Wismariensi stare solet; In Rege Bohemiæ, qui judicium Uratislaviense ratione Silesiæ subit, & non paucis aliis. Sic quoque Reges Galliæ coram Parlamento, uti vocant, quod supremum est Lutetiæ Judicium, jus sibi dici patiebantur, qui tamen non aliter ibi conveniebantur, quam per Procuratorem, idque ideo, ne Regium Nomen ac splendor Magistratuum oculos perstringeret, vel Majestas ulla sui parte minueretur. Nec dispar est ratio Imperatoris nostri, qui, si conveniendus sit, non in propria persona, sed per Fiscalem compareret, prout testatur Magnificus D. Schvveder *Introduct. Jur. P. P. spec. Sect. 2. cap. 5. num. 18.*

Thes. XIV.

PArem cum his habent rationem Arbitria Compromissoria, quæ sunt judicia, quorum judices, qui ex pœnali Compromisso litigatorum sumti, ultro ea receperunt, de controversia ipsorum libere cognoscunt, & sententiam dicunt. Quemadmodum enim tantum abest, ut talia judicia, quæ principi sunt subjecta, & quibus tamen princeps se sponte subjicit, sibi aliquam in ipsum Jurisdictionem vindicare possint, ut potius superioritatem ejus territorialem por-

ro venerati teneantur, ipsique subjecta maneant; Ita absonum quoque foret, statuere velle, quod judices Compromissarii ex mero saltem arbitrio electi sibi quandam queant attribuere jurisdictionem in eos, qui sponte se ipsis subjiciunt ad sententiam accipiendam. Argumentabor a majori ad minus: Cum pedanei judicis nulla sit Jurisdictio, *l. 5. in pr. ff. de re judic. l. ult. C. ubi & apud quem cognit. in integr. restit. agitanda sit.* Cur arbitro ullam Jurisdictionem competere diceremus? Quippe cum judicis pedanei opinio judicialis proprie sententia sit, arbitri vero non æque, *l. 13. §. 5. ff. de his, qui not. infam.* Ex sententia judicis pedanei actio & exceptio rei judicatæ nascatur, non vero ex sententia arbitri, *l. 1. C. de recept. Arbitr.* Accedit huc, quod omnis Jurisdictio vel propria est, vel est aliena, puta ab alio mandata, *l. 3. l. 4. ff. de Offic. ejus, cui mand. est Jurisd. & l. 5. ff. de Jurisdict.* Propriam autem jurisdictionem arbiter non habet, ut quæ vel jure Magistratus competit, vel speciali aliqua ex Lege, *l. 1. in princ. ff. de Offic. ejus, cui mand. est Jurisdict.* Neque habet mandatam Jurisdictionem, ut arguit *l. 3. §. 1. ff. de recept. qui arbitr. receper.* Cum itaque in jure Arbitris Compromissariis Jurisdictio in strictiori sensu, quatenus denotat potestatem jus dicendi, denegetur, certo certius est, illam, quatenus late sumitur, ac in nostro Imperio Superioritas Territorialis appellatur, Lauterbach *in Colleg. Theor. Pract. Tit. de Jurisd. n. 2.* multo minus illis competere in eos, qui voluntarie ipsos ad laudum ferendum eligunt.

Thes. XV.

Austregarum quoque hic est injicienda mentio, utpote quæ etiam quandam cum Oberhoviis (ut iterum cum Kressio loquar) habent affinitatem, ac prope ad naturam Compromissariorum judicum accedunt. Qualem naturam & ante Maximiliani I. tempora habuerunt; Cum enim perturbatus per bella Civilia & diffidationes Germaniæ status judiciorum circulos adeo turbasset, ut quilibet contra alterum pro lubitu in bellum & arma rueret, rei plerumque, ut imminens a se bellum averterent, in designatos a se sub Compromissi formula judices ita consenserunt, ut horum sententiæ, sive æqua sive iniqua esset, parere & stare vellent. Et cum Aulicum Imperii Tribunal tot litigantibus haud sufficeret, huc tandem in Germania deventum est, ut vel status ipsi Austregales quosdam judices, queis controversias suas spontanea voluntatum submissione subjicerent, ne ad bellum & arma cessantibus judiciis deveniretur, constituerent, vel Austregalia quædam judicia per modum Confœderationis alicujus inter complures socios, uno eodemque fœdere conjunctos, instituerentur, ita ut socii etiam, qui præ aliis domesticarum virium robore pollebant, causas suas cognitioni judiciali vel omnium sociorum, vel eorum arbitrio, qui judices fœderis erant, submitterent. Cave vero putes, talia Austregalia judicia, pacto perpetuo jam in antecessum constituta, hic cum Curiis Superioribus comparari, vel Austregas legales, qui deficientibus conventionalibus ex generali dispositione legum Imperii dependent: Eos saltem innuo, qui, orta controversia, pro lubitu litigantium eliguntur. Differunt autem & Austregæ a Curiis Superioribus, quod in causis Criminalibus illorum Jurisdictio non sit fundata; At hæ illarum decisionem non respuant: Quod illi causarum matrimonialium dijudicationem sibi vindicare nequeant; hæ vero illas admittant: Quod illi munus delatum suscipere teneantur; hæ non item; sed potius constat, quod precibus ad sententias ferendas fuerint quam sæpissime permotæ, uti docent Acta Spirensia ita: Wan Wier nuhn uß bewegenden Ursachen unnß semlicher Urtheill einhelliglich nit entschliessen können;

nen; So haben Wier hierauff ein solches umb mehrer Unterrichts unnd erclerung willen/ und damit baiden Parthеyen was billich unnd recht wiederfahren möge/ an Ew. Fürsicht. Weys. als unsern ordentlichen Oberhoff wie von altem herkomen/ gewiesen unnd verschoben/ unnd thun denselben alle gerichtliche Acta unnd beylagen hiebey verward übersenden/ freundtlich pittende/ unns hierunder euweren Rath unnd guts beduncken zu ehester Gelegenheytt/ wie hiebevor zue mehrmahls beschehen/ neben Wiedersendung/ den Actis zu kommen zu lassen/ das wollen zu E. Fürsicht. Weys. Wir unns also zu geschehen getrösten/ unnd denen in andere Weeg zu dienen unnd freundtlichen Willen zu erweissen geneygt/ datum Lauterburg Montags den 14. Junii Anno lxxmj 1574. Inscriptio. Den Ehren-Vesten/ Fürsichtigen und Weissen Burgermaistern unnd Rath der Statt Speyer ꝛc. Unsern gönstigen lieben Herrn unnd guten Freunden. Subscriptio. Schultheiß und Gericht Schöffen zu Lauterburg.

Thes. XVI.

Cum itaque Curiæ Superiores fuerint Judicia arbitraria, quæ alterius Jurisdictioni subjecti sæpenumero in causis dubiis ad sententiam dicendam voluntarie eligebant, quid? quod precibus illa ad id permovere studebant, certum atque evictum est, & luce meridiana clarius, quod nulla plane gavisæ fuerint jurisdictione in eos, qui tali modo ipsas consultarunt, sententiasque ab ipsis expetierunt. Etenim licet se hisce Curiis ad judicium accipiendum subjecerint; spontanea tamen erat subjectio, ac voluntaria jurisdictionis prorogatio, nec sese ad quasvis alias obvenientes causas futuras extendebat, verum in libero eorum arbitrio positum erat, eas adeundi ac declinandi; quod vero de iis haud intelligendum est, qui talibus curiis sunt subjecti, sed saltem de iis, qui alienam agnoscunt jurisdictionem; quod Besold. *in Discurs. Jur. Polit. de Appellat. Cap. IV. n. 4.* bene exprimit, his verbis: *Ita sæpe possunt partes se mutuo convenire coram judice aliquo, qui tamen illorum Dominus non est: prout rustici quibusdam in locis habens* ein Oberhoff / *ubi illorum causæ etiam in alieno terrorio agitantur.* Ast non tantum alterius status subditi, sed & Nobiles Imperii Immediati hasce Curias Majores sæpius consultabant. Vid. Lehman. *Chr. Spir. Lib. IV. Cap. 21.* ubi meminit: **Daß ein Rath frembden und einheimischen auch vielen adelichen Personen aufm Lande der benachbarten Städte / Flecken und Dorffschafften in Rechtsachen gesprochen.** Sic Nobilis Immediatus Knebel de Kazenelenbogen, quondam Possessor pagi Gundelsheimensis, Curiam Superiorem Brettensem ad Electorem Palatinum spectantem adiit, ut de venefica quadam sententiam ferret, suppliciumque sumeret: Ex eo autem haud inferendum, quod Electori Palatino exinde competere cœperit Jurisdictio in hujus prædium liberum & immediatum, hujusque insequentes Possessores Nobiles Immediatos; id enim si esset, competiisset quoque Curiæ Spirensi Jurisdictio in Civitates ac pagos ad Palatinatum pertinentes, qui olim controversias suas illuc detulerunt, ex. gr. **Billigheim/** vel ut hodie appellatur, **Billigheim/ Godramstein / Schwechenheim / Heuchelheim** vel **Heuchlen/ Danstatt/ Mutterstatt/ Wachenheim/ Mubach** sive **Maubach/ Waltzen und Wintzingen/** aliique complures in Actis Spirensibus inveniuntur. Accedit quod Knebel de Kazenelenbogen Curiam Superiorem Brettensem rogaverit, ut sententiam ferret; jam vero certum est, inferiorem judicem haud requirere superiorem, sed facta ipsi rei mentione expectare ejus mandatum, nec quod alicui ad ejus instantiam concedatur, illi

illi coactive injungi; Si enim Curia Brettensis jus habuisset proprium in hac causa pronunciandi, non opus fuisset, ut hic Nobilis Immediatus illam rogasset, quo hujus causæ dijudicationem in se susciperet; id quod Beatus meus Parens Lustricus, quem Pietatis causa appello, D. Faber, Immediati Equestris Ordinis Creichgoviensis quondam Syndicus in facta hac in causa Deductione satis luculenter demonstravit, his verbis: **Daß es** NB. **keines Ersuchens/ Erlangens/ Vergünstigens von Knebel von Katzen-Elenbogen gebraucht hätte/ wann der** ob vicinitatem **erwehlte Oberhoff zu Bretten** Jurisdictionem **gehabt hätte.** Adde quod adversatur Argumentum, de notoria liberorum Imperii Nobilium Immedietate, a Magnifico D. D. Schvvedero *Introd. in Jus P. Part. I. sect. 2. cap. 18. n. 10.* expressum hisce verbis: *Specialium ad immediatos inprimis spectantium primum est, quod a Principum territoriali Jurisdictione sint liberi, Imperio & Imperatori immediate subjecti.* Nulla ergo quondam Curiis Majoribus competiit Jurisdictio, multo minus hodie illis adhuc competit, qui tales Curias Superiores olim in suo territorio habuerunt, nec jam postquam in usu esse desierunt, amplius habent. Patet ex Actis Wimpinensibus, quod pagus **Riechen** dictus olim multoties Curiam Majorem Wimpinensem consultaverit, ad cujus probationem ex multis aliis sententiis illi ab hac Curia latis hanc excerpere placet. **Rychen. Nach Klag/ Antwurt/ Irem Fürbringen vnd Inhaltt des Kauffzedel Erkennen Wir zu recht: Wyll Elizabeth Klenßlin Contzen Witwe den Verkauff für ein Verkauff haben / had Bernhart Metzler Mög und Macht den Kouff an sich zu lassen/ Thet sie aber solichs nit/ soll die Frow die gutter Wyder zu Iren Handen nemen/ vnd soll jeder teyll sin Kosten für sich selbs dragen.** Judices. **Bernhart Marschall/ Peter Dür/ Hanns Wilhelm.** Partes. **Bernhart Metzler/** Actor. **Hanns Hofmann Reus.** Jam hic pagus cum ad Palatinatum pertineat, Elector Palatinus sane haud concedet, ut Civitas Wimpinensis, cujus Curia superiori olim hic pagus fuit usus, jam sibi in huncce locum jurisdictionem arroget.

Thes. XVII.

VErum enim vero non modo Nobiles Immediati, sed etiam status Imperii Curias Superiores olim sæpius consultarunt. Cum enim maximam sibi conciliaverunt autoritatem, eo quod in neutram partem inclinantes, nullo habito personarum respectu judicabant, & juris, observantiæ ac conscientiæ rationem habebant, usu veniebat, ut sæpissime Electores, Principes ac Comites causas controversas haud exigui momenti illarum dijudicationi committerent, quin etiam futuras reservarent, Fuchs *in Addit. ad Lebm. Chr. Sp. L. IV. C. XXI.* Imo & Acta Wimpinensia docent, quod quidem Magister Ordinis Teutonici Curiam Superiorem Wimpinensem olim rogaverit, ut controversiæ Mergethemii tum existentis decisionem in se susciperet. Ita enim ad illam scribebat: **Ulrich von Lenntersheim Meister deutschen Ordens zu deutschen vnd wellschen Landen. Unserm früntlichen Gruß zuvor. Ersame Wise gütt Fründ. Als Unsere lieben getreve burgermaister vnd ratt zu Mergetheim Irer Fryheit und altem herkommen nach Ir Urtel von vch pflegen zu holen/ haben dieselbigen von Mergetheim Itzündt sachen under handen/ darumb sie ürer erkanndtnüs vnd leutterung notdörfftigk sin/ Als vch diß gewärtig bewißete/ deßhalb zu vch gesant/ ferner underrichten werden/ bitten Wir vch mit sonderm Vlais gütlich Sie darinn zum besten zu fürdern/ vnd vch umb vnsern willen gütwilligk vnd früntlich gegen Inen zu erzaigen/ daran tütt Ir vns nicht mynder zu gefallen/ dann ob es Unser selbs sache**

were

were/ Wir wollen es auch vmb vch gern verschulden. Datum am Sontag nach Assumptio. Mar. Anno rl. Lxxquinto 1475. Inscriptio. Den Ersamen Wisen Unsern gutten Fründ Burgermienstern vnd Ratt zu Wimpffen.

Thes. XVIII.

Ex hisce ergo quam luculentissime colligi potest, Curias Superiores nullam involvere jurisdictionem in voluntarie illas eligentes. Quid enim quæso! clarius est, quam quod id, quod precibus ab aliquo expetitur, fiat sine obligatione sive subjectione? alioquin modo dicti Ordinis Teutonici Magistri Judicium Mergethemiense agnoscere teneretur Jurisdictionem Curiæ Wimpinensis, quod absurdissimum: In propatulo enim est, quod par in parem non habeat Imperium. *l. 3. in fin. l. 4. ff. de recept. qui arbitr. recept. l. 58. ff. de Judic. l. 13. §. 4. ff. ad SCtum Trebell. Nov. 23. Cap. 4.* multo minus inferior in superiorem ullam sibi arrogare aut exercere possit potestatem & jurisdictionem; id quod tamen fieret, si Curiæ Majores aliquam involverent Jurisdictionem; si quidem ex supra dictis elucet, quod potentissimi etiam principes illas consultaverint. Similem rationem habere videntur Magdeburgi & Hallarum Saxonicarum amplissima quondam instituta tribunalia, ad quæ olim Polonicæ, Bohemicæ, Marchiæ Misnensis urbes complures provocarunt, Conring. *D. de judic. Reip. Germ. Thes. 94. sub fin. & Tr. de Orig. Jur. Germ. Cap. 32.* Stryck *Us. Mod. ff. Lib. 49. Tit. 3. §. f.* Sicut Rostochium, Stralsundium, aliæque nonnullæ urbes in litibus dirimendis Lubecam solent provocare, Conr. *de Orig. Jur. Germ. Cap. 28. &* Mev. *ad Jus Lubecense quæst. prælim. 2. n. 18.* Cothmann *Vol. 1. Cons. 3. n. 2.* Sic quoque hodie Civitates plures inter se invicem controversias suas dirimere solent. Ita Norimberga judices agnoscit Windesheimum & Weissenburgum oppida. Schvvinfurtum suum Advocatum Regium, sed qui adjungere sibi debet aliquot Scabinos Norimbergenses & Rotenburgenses: Dinckespila Ammannum urbis & Scabinos petitos Nordlinga, Rotenburgo ad Tubram. Secutæ autem harum exemplum sunt & aliæ urbes. Namque & Argentina in causis civitatis judices agnoscit Basileam, Wormatiam & Ulmam. Ratisbona Augustam Vindelicorum, Norimbergam & Ulmam. Eslinga in causis Civitatis Consules & Senatum Civitatum Ulmæ, Heilbronnæ & Reutlingæ, Reutlinga vero Consules & Senatum Ulmæ, Eslingæ & Gamundæ Suevicæ. Licet itaque hæ Civitates sibi invicem jus dicant, & una alterius decisioni lites suas committere teneatur, in quo a Curiis Majoribus differunt; in eo tamen cum illis conveniunt, quod eo ipso una alterius Jurisdictioni haud fiat obnoxia.

Thes. XIX.

Sic quoque res sese habet cum iis Civitatibus, quæ per statutum vel consuetudinem usurpant das Zugrecht / i. e. quando una Civitas apud aliam Consilium quærit & consulit, als Uberlingen gen Rotweil/ von Stockach gen Zell/ von Nimwegen gen Aach / von Bern gen Freyburg im Brißgaw. Sumitur autem vocabulum Zug hic pro appellationis quodam genere sive pro consultatione. Quando igitur tales Civitates apud alias Civitates pares de sententia, quam tulerunt, cognosci patiuntur, eo ipso una alterius Jurisdictioni minime subjicitur, sed id fit magis in vim consultationis & arbitrariæ prorogationis, Mev. *ad Jus Lub. qu. pr. 2. n. 17. & seqq.* Struv. *D. Jurisd. prorog. Cap. 3. Th. 4.*

quam appellationis, cum hæc ad superiorem & non parem dirigi soleat: Hinc illæ appellationem talem recipientes nec compulsoriales nec Inhibitiones decernere, nec exequi possunt, cum par in parem non habeat Imperium, *l. 4. ff. de recept. qui arbitr. recept.* sed quæcunque ejus generis requiruntur, in Camera Imperiali impetrari debent. Thomas Michael *Diss. de Jurisd. Th. 36.* Sic olim & Græci ad peregrina subsellia ob diffidentiam mutuam provocarunt, Besold. *Discurs. Juridic. Polit. de Appellationibus Cap. IV. n. 2.* Nec non Helvetii in controversiis publicis componendis eandem usurpant judiciorum rationem, Josias Simlerus 2. *de Rep. Helvet. fol. 141. b. apud dict. Besold. Loc. cit.* Sed absonum foret, talibus, ad quæ instituitur provocatio, subselliis attribuere jurisdictionem in hosce populos. Ita & Civitas Helmstadiensis Anno 1364. a Senatu Magdeburgico rogata fuit, ut de damno 4658. marcarum a Brunsuicensibus sibi dato, cognosceret ac judicaret. Ejusdem Civitatis judicium non multo post ab Ernesto Halberstadensi Episcopo, Schöningenses de damno 300. marcarum sibi illato accusante, requisitum fuit. Henr. Meibom. *Orat. de Orig. Helmstad. Opusc. p. 549. apud* Kemmerich *Diss. de prorogatione Jurisd. not. ad §. 18. lit. e.* Quoties porro Consilia ab Academiis expetuntur? Num exinde Jurisdictionem sortiuntur in eos, qui se consulunt. Senatus Civitatis Imperialis Giengensis in caussis dubiis solet consultare Magistratum Ulmensem; Sed num ille ideo hujus Jurisdictionem agnoscere tenetur? Ad exemplum Universitatum Scabini, qui judiciis assident, nec tamen judices sunt, sed consulendo solum lucem ingenii porrigunt judicibus vel litigatoribus, Brummer *de Scab. C. 9. §. 4.* sæpius consultantur, quorum auctoritas tanta est, ut, quod de jure respondent, velut oraculum celebretur. Hinc eorum pronunciationes seu responsa, quæ Weißthumb dicuntur, adhuc hodie magni æstimantur. At nec hi ulla gaudent jurisdictione, teste Brummero *l. c.* sed ejusdem fere sunt auctoritatis, cujus veteres JCti, qui judicibus de jure solummodo principis auctoritate respondebant. Cum itaque jam satis demonstratum sit, quod Curiis Superioribus, quippe quæ ex mero saltem arbitrio ad sententias ferendas eligebantur, ac Scabinorum & Academiarum instar consultabantur, nulla plane competierit jurisdictio in eos, a quibus fuerunt consultæ; hinc subsisto, Coronidemque Dissertationi impono.



DISSER-

DISSERTATIO XIII.

DE FOEDERE SUEVICO

VULGO

Von der Gesellschafft des S. Georgen Schildts.

PROOEMIUM.

Insigne prorsus ac dignum est, cum quo cœptum ordiamur laborem, elogium, quod olim jam Germanæ gentis virtuti scripserat Tacitus, testis ejus omni laude major. *Regno*, inquit, *Arsacis acrior est Germaniæ libertas.* Scilicet quod mutis etiam animantibus natura dedit, id inter omnes gentes plurimi faciebant Germani, ac ita ubivis vitam corpusque servabant, ita fortunas, ita rem familiarem, ut hæc semper posteriora libertate ducerent. Possem hoc edocere exemplis pluribus, nisi ejusdem virtutis vestigia extantiora late, & apud omnis ætatis ac nationis posteros mansissent. Solos nunc dicam Suevos. Quis nescit ingratam huic quondam genti quietem, quodque inter ancipitia maxime clarescere voluerint. Hinc etiam supra laudato Tacito attestante, medio tam longi ævi spatio, quo a Romanis vincebatur hæc natio, ingentia invicem damna. Jam enim finibus suis ingruentes hostium copias arcere, nunc eos in sedibus suis percellere, mox expugnatis legionum hibernis Gallias ipsas affectare sunt ausi, modo ne otia propugnatæ hactenus libertatis studia restinguerent. Iisdem deinde ad Tolbiacum a Clodoveo devictis, ac mox in alpium jugis penitus debellatis insidiosa pacis conditio videbatur, & lex servitutis: unde honeste mori ac pati vel difficillima malebant, quam servire plerique omnes. Pauci admodum ex prima Nobilitate fugientes ad Ostrogothos devenerunt, quos longior dies mitigavit, ita ut tandem, licet rigida & sæpius resiliente cervice, jugum, quod a Francis imponebatur, subirent, de eo rursus excutiendo nunquam non, sed frustra cogitantes. Progenuere hi ipsi filios & nepotes, quorum animos, quum a fortitudine parentum non recederent, ardor ingens occupavit desiderio libertatis, odio diutinæ servitutis. Sed ita divinitus erat constitutum, ut ne prius de sorte sua gauderent, quam Suevi libertatem redderent. Postquam nimirum defunctis istis, qui ex Francica, hoc est Carolina descenderant stirpe, & quorum armis magis ac milite, quam moribus invicta natio continebatur, Cæsaribus, fasces Imperii Germanici ad Saxones, & porro ad Suevos essent delatæ, Suevi suis non solum Principibus parere placidius, mitioribus scilicet legibus assueti, sed & cara libertatis jura, & quæ hactenus in gente fere erant conculcata, subinde reducere, ac fide sua & virtute in Imperatores reparare didicerunt, nec infeliciter: hæc ipsa enim studia sunt, quæ primos quasi motus Principum animis dederunt, ut postea omnes mansuetius tractarent, plures pristina donarent libertate, paucissimos, ut ducibus suis comitibusque parerent magis,

magis, quam servirent, vellent. Lætantur insigni isto ac dignissimo Principibus beneficio inde a FRIDERICORUM & CONRADORUM, Imperatorum Suevicorum, temporibus, urbes in Suevia perquam multæ ac amplissimæ: de aucto & confirmato per Augustos Austriacos plures sibi gratulantur, omnes fere tanta felicitate illo hactenus sunt usæ, ut, magni nominis JCto judice, perennaturæ olim Romanæ libertatis imaginem non alibi rectius, quam in liberis hisce Imperii Germanici civitatibus, & velut in speculo intuearis. Et sane mireris oportet, unde felicissimæ isthæ Respublicæ tantum præstiterint nostra & Patrum nostrûm ætate, ut nunquam fortunæ culpam extimescere necessum habuerint. Ad prædam hiantes hostes ancipiti eas premebant loco, & tamen libertatis recuperatæ quingentorum, & quod excurrit, annorum, si non secura, certe ad invidiam felix possessio. DEO Opt. Max. summæ curæ fuisse fatendum omnino est. Sed & sapientia & fortitudine opus hic fuisse, quis non credet? utraque strenuo fuisse usos nemini dubium esse poterit, qui quod hanc avitam habuerint, cogitabit, & quod ad exempla majorum sæpius omnia pro libertate projecerint, velut pignora injuriæ; illa vero quod nihil ipsis fuerit antiquius, ex hoc æstimabit, quod dulcius apud ipsos pacis, quam belli nomen semper fuerit, ac id propter cautioribus etiam consiliis, quam majores sui, illi providerint. Patet hoc ipsum, ut ex aliis multis, sic inprimis ex fœderum ratione, quam civitates in Suevia liberæ inter sese sæpius inieverunt; maxime autem omnium utramque virtutem probavit Fœdus illud Συμμαχικὸν, quod triginta & plures ejusdem Sueviæ civitates cum pluribus Principibus & Dominis pacis publicæ & societatis ergo pepigerant sub exitum seculi post Christum natum XV. quove non aliud factum vel nationi gloriosius, vel omni imperio utilius, vel denique rerum gestarum momentis celebratum magis in recentiori occurrit historia. Illud ipsum de cujus fatis, & argumenti præstantia & patriæ historiæ amore ducti, pro temporis & documentorum huc facientium ratione, paucis præsenti dissertatione dispicere animus est. Annuat Deus cœptis, & faxit vergant ad sui nominis gloriam, patriæque meæ honorem!

DE

FOEDERE SUEVICO.

§. I.

EX votis Imperii, nec sine Numinis divini auspicio anno Christiano millesimo, quadringentesimo, octogesimo & octavo SUEVICUM cœpisse FOEDUS, neminem fore putamus, qui inficias iverit, nisi fortassis expertem omnium illorum, quæ ea tempestate agebantur. Deploranda pluribus retro annis erat S. Imperii facies, sive privatos spectes focos, sive leges publicas & jura libertatis. Principes potentiores civile bellum, Nobiles hinc inde per agros palantes depopulatio ac cædes, omnes fere discordia delectabat. In publicum nota sunt, & posteritati scripta tradidit Bilibaldus Birckheimerus, Maximiliano olim ac Carolo V. Impp. a consiliis, vir toga & sago clarissimus *lib. II. de Bello Helvet.* apud Freherum *Tom. III. Script. rerum German. p. 57.* conf. Nauclerus *Vol. II. Chronogr. Generat. L. fol. 975.* non solum quæ Maximiliano ob Mariam Burgundicam Gallus facesserit negotia, sed & quomodo ipsimet Principes Duces Bavariæ Albertus & Georgius in viscera Imperii sævierint, adeo quidem, ut viribus suis & occasione freti, nihil non adversus Cæsarem, quem sede sua & omni Austria a Matthia Hungarorum Rege nuper pulsum spernebant, & inpri-

inprimis liberas Imperii civitates auderent. Albertus, ut idem ille tradit, nemine resistente, civibus dedentibus, Ratisponam occupavit: Georgius vero ob immensam auri argentique, quam collegerat, copiam clarus, propter exercitus hostiles vero, quos conscripserat, potentioribus etiam timendus, infestus universæ Sueviæ liberæ, urbium ad se Legatos audire noluit: verbo regnandi libidine incensi uterque ad opprimendam statuum minorum libertatem rapiebantur. Hæ autem ipsæ & plures aliæ calamitates tristibus apud Cæsarem querelis, querelæ autem comitiis, quibus tandem optimus Imperator Fridericus III. malis omnibus mederi voluit, ansam dedere.

§. II. Indixerat comitia Francofordium anno MCCCCXXCVI. ubi ad mandatum ejus convenerunt Principes Electores omnes, Proceresque Imperii plurimi. Horum unanimi consensu mense Martio ejusdem anni, postquam prius cunctis Septemvirûm suffragiis Maximilianum filium Imperii fecerat consortem, legem tulit Fridericus de pace publica, *quo universis sacro Imperio subjectis mandavit, ut pacem invicem per integrum servarent decennium, nemo alterum in persona aut rebus offenderet via facti. Et quod contrarium facientes, cujuscunque gradus, status, aut præeminentiæ essent, cum sibi adhærentibus, consilium, auxilium, aut favorem præstantibus, ipso jure & facto bannum Imperiale incurrerent; ita ut possent nulla præmissa declaratione in personis suis ac rebus impune offendi a quocunque, tanquam violatores pacis promulgatæ, non obstantibus quoad præmissa quibuscunque constitutionibus, statutis, consuetudinibus, legibus ac societatibus juramento, vel quacunque confirmatione roboratis*, uti summam legis recenset Joh. Naucierus *l. c. fol. 980.* Nec dubium est, quin finem obtinuisset Imperator, si omnes Germaniæ status æquo animo legem hanc fuissent secuti: sed nec Nobiles, qui raptu hactenus vivere assueti, dicto audientes erant, nec Principes jam nominati animum exuebant veterem, exosum Suevis. Unde ne sic quidem satis cautum liberati suæ plures credebant, & ipse Cæsar quovis modo paci consulendum ratus.

§. III. De fœdere igitur cum ordinibus S. R. Imperii ineundo non multo post cogitasse, haud inanis est suspicio. Frustra autem diu laborasse eventus docuit. Nunquam enim in unum omnes cogi potuerunt. Suevi ergo, quorum maxime intererat, auctorem admisere Fridericum, & quam reliqui recusarunt, inter sese fecerunt societatem, ex cujus titulo eosdem hostes & amicos posthac habendos decreverunt. Confer, quos supra laudavimus, Joh. Nauclerum & Birckheimerum, æquales illorum temporum Scriptores: Ex recentioribus autem celeberrimum jure Consultum, Joh. Strauchium, *Exoteric. Diss. X. de ejectione & restitutione Ducis Wirtenb. n. III.*

§. IV. Et hæc ipsa illa est, quæ sub FOEDERIS SUEVICI nomine hactenus nobis celebratur. Cujus postquam cognovimus occasionem, de Fœdere ipso jam dicemus. Hic autem ante omnia monendos ducimus lectores, ne quid sibi ex Actis, quod ad fundationem fœderis attinet, a nobis polliceantur. Fatendum enim est, apparatum illum tenuiorem, cujus in diffitis his a Suevia terris copia haberi potuit, nondum votis nostris respondisse, nec nisi cum paucis quibusdam, attamen coævis annalium scriptoribus rem fuisse habendam. Unde est quod de constitutione ipsa non satis certa dare possumus. De Auctore tamen Friderico ex dictis constat. Quamvis & de hoc aliter sentiat Crusius *Ann. Suev. P. III. lib. IX. cap. I.* scribens: *Suevi impulsu Regis Maximiliani, quem Berchtold. Archiepisc. Moguntinus impulerat, ob tuendam mutuam pacem & quietem fœdus quoddam ineunt:* sese tamen mox ex literis corrigens;

rigens: *inveni in quibusdam literis, per Imperatorem Fridericum procuratum, post pacem comitiis in Imperio Francofordianis firmatam.* Quibus respondent Naucleri verba ad annum MCCCCXXCVI. *Hæc pax postquam publicata fuit per Imperium a multis extitit recepta, & præsertim a Suevis, qui sequenti anno ad* Mandatum Imperatoriæ Majestatis *in societatem vigore pacis bujusmodi coierunt &c.* Communiter, quo ratum sit habitum fœdus, annum assignant millesimum, quadringentesimum, octogesimum & octavum. Vide sis Stumpfium *in Chron. Helv. lib. II. c. XXXVII.* Crusium *l. c.* & alios. Mensem & diem ignoramus, nisi fortassis recte colligas ex capitulis fœderis innovati anno MDXXII. in quibus computus annorum, in quos postrema fœderis prorogatio facta a festo Purificationis Mariæ, sive 2. die mensis Februarii anni MDXXIII. cœpit, eodem olim rursus finiendus. Hortlederus *de causis Belli Germ. lib. III. c. IV.* Circa Festum apparitionis Christi anni MCCCCXXCIX. omnino confirmatum fuisse, auctor est Georgius Dux Bavariæ apud Crusium P. III. lib. IX. cap. II.

§. V. Locus, ubi primum constitutum est fœdus ex Chronicis fere incertus redditur. Crusius ex aliis utramque Norimbergam & Augustam Vindelicorum refert l. c. Ita enim verba habent: *Suevi anno 1488. fœdus quoddam Norinbergæ (al. Augustæ) ineunt;* & eadem pagina: *Alicubi in hanc sententiam de eo scriptum reperi: Anno 1488. Cæsar Fridericus Augustæ fecit communem in Suevia pacem omnium ordinum confœderatione.* Sed prorsus nobis videtur temporis rationem confudisse Crusius. Si enim ad hanc rectius attendemus, forte utraque Imperii urbs gloriæ, si quæ inde expectari potest, particeps erit. Scilicet quod ipse Crusius notavit, *Ann. Suev. P. III. lib. VIII. c. XXI. p. 472.* anno jam superiore comitia pacis per Imperium firmandæ causa a Friderico Imperatore Norimbergæ sunt repetita, in quibus etiam, si Nauclero credimus, unionis hujus a Cæsare facta est mentio, nihil tamen ad summam rei transigi potuit, uti id animadvertit B. Strauchius *l. m.* Observatu autem dignum est, quod Nauclerus scribit, *Fridericum communitates inprimis urbium Imperialium adesse voluisse:* forte ut salutis suæ rationem haberent, eique consulerent. Et sane hic omnino videtur evenisse, quod *n. III.* auctoritate maxime Strauchii, de consultatione Friderici cum missis & Legatis urbium, & sancito tandem fœdere diximus. Potuit autem, quod hoc anno Norinbergæ apud animum suum statutum habebant Proceres, insequenti Augustæ statutis atque legibus, quin jurejurando firmari. Quid sit factum, Acta utriusque urbis publica certius, quam Chronica, edocere possunt.

§. VI. Convenisse inter se maxime Sueviæ Civitates, hactenus dictum est. Jussi autem sunt eodem adhuc anno Nobiles, omnesque alii circuli hujus ordines cunctantes, literis ab Imperatore Antverpia datis, ut sese fœderatis adjungerent, aut in Friderici incurrerent offensionem. Singulatim autem evocatos a Cæsare Equites ac Nobiles Kraichgovienses octo & viginti, videre est apud Crusium *l. c.* ubi singulorum nomina ex literis Cæsareis summo studio descripsit. Præter hos successu temporis Principes & Prælati Germaniæ superioris multi, civitates etiam vicinæ, tabulis fœderis hujus subscripsere, notante hoc post Birckheimerum, Joh. Pedio Tethingero II. *Commentariorum Wirteberg.* apud Schardium *Tom. II. p. 923. sq.* Syllabum potentiorum produxit Sleidanus IV. *de statu religionis, sub finem:* ubi plurimum meminit, quorum nomina postea vel fati violentia, vel mortis catalogo subtraxit, qui capitulis ultimum renovari fœderis præfigitur, apud Hortlederum *lib. 3. c. 4.* Ut autem, cum de omnibus

non

non possit, saltim de iis constet, qui societatem hanc postremi coluerunt, ad ductum tabularum laudatarum numerum inibimus.

§. VII. Primi igitur Cæsares ac Romanorum Reges nobis dicendi, atque ex his demum quidem Carolus V. & frater ipsius Ferdinandus, tanquam Archiduces Austriaci, & Duces Wirtenbergiæ. Hos in ordine excipit Albertus, Cardinalis, S. sedis Moguntinæ & Magdeburgensis Archiepiscopus &c. Sequuntur Episcopi, Würzburg. Aichstettens. & Augustanus, quibus ratione arcium quarundam ad Lacum Bodamicum accessit paulo post Hugo, Episcopus Constantiensis. Ex secularibus, non nisi Wilhelmus & Ludovicus, Comites Rheno-Palatini, Duces Bavariæ, fratres, & Philippus Hassiæ Landgr. nominantur. Porro recensentur Decani & Capitulares Moguntini, Herbipolenses, Aichstettenses, Augustani; Abbates XIII. quos inter Princeps Campidonensis; Abbatissæ tres; Comites, Barones, Equites Nobilesque magno numero. Denique XXX. liberæ Imperii Civitates, quarum nomina nec nos piget adscribere. Sunt autem Augusta Vindelicorum, Norimberga, Ulma, Eslinga Reutlinga, Nœrolinga, Halla Suevorum, Uberlinga ad lacum Bodamicum, Gemundium, Memminga, Biberacum, Ravensburgum, Hailpronna, Kaufbira, Dünckelspüla, Wimpina, Windsheimium, Campodunum, Werda, Isena, Pfullendorfium, Weila, Vangena, Leutkircha, Aulia, Gienga, Bopfinga, Buchorna. Nemo non videt quasdam aut excidisse prorsus societate, aut ad renovandam illam non vocatas esse: Lindavium dico & Constantiam, quæ, quod deinceps ostendemus, sub initia fœderis sociis arctissimo junctæ erant vinculo. Sed nec Palatini Electoris, nec Salisburgensis Præsulis, nec Bambergensis Episcopi mentio hic facta: imo desunt ex Principibus, Otho, Henricus & Philippus, Palatini; Georgius etiam, & Albertus ex fratre nepos, Brandenburgici & plures, quorum nomina legas apud Sleidanum, loco citato, necesse est. Confer interea **die Eilffjährige Einung des Bundes zu Schwaben/** apud Hortlederum, *l. m.*

§. VIII. Utut autem fœdus hoc longe lateque fuerit porrectum, & nunc hos, nunc alios admiserint in societatem Suevi, ita quidem ut & Francos, & Noricos, & Bavaros amaverint, titulo tamen, quo ab origine sua est gavisum, & vulgato nomine *FOEDERIS SUEVICI* posthac etiam scriptoribus venit. Insigniori tamen nota & reliquos confœderatos discernere licuit. Obtinuit enim inter eos, etiam dum expiravit fœdus, nobile nomen societatis clypei S. Georgiani, ex insigni, quod jussu & auctoritate Cæsaris Friderici inde a constitutionis tempore, omnes Principes & Electores, Comites item & Barones, Equites & Civitates, quotquot societate ista comprehendebantur, modo nobili genere fuerint orti, in prælium ituri gerebant. Vide sis Crusium *A. S. l. c.* & librum inventu rariorem Generosi Dn. Casparis Lerchii, ab & in Durmstein, Equitis olim Germani, ac illustrissimi Equestris Ordinis Germanici ad Rhenum Gauviæ & Wasgauviæ Capitanei perstrenui, *de S. R. Imperii Nobilitatis Cæsareæ immediatæ antiquitate, dignitate, libertate & juribus:* quem in usus nostros ex singulari beneficio concessit Excellentissimus Dn. Georgius Schubartus, J. U. D. celeberrimus, Historiarum & Eloquentiæ Professor de studiosa juventute optime meritus, Patronus & Præceptor noster ætatem devenerandus: ibidem **im zweyten Grund des Reichs Ritterlichen Adels Herkommen und Freyheits Berichts/** *n. 44. p. 90.* Vexillum hoc erat, clypeusve S. Georgii, quem natione Cappadocem, & militiæ equestris militem fortissimum, mox Christianum & sub Diocletiano Imp. martyrem fuisse scribit Nicephorus Callistus *Histor. Ecclesiastica lib. VIII. cap. XV.* conferatur Cardin. Cæsar Baronius *Martyrologio Romano fol. 258. d. 23. Aprilis*, & illustris Lerchius libro laudato, **Grundsatz** *I. n. 9. fol. 8. sq.*

Idem illud, quod una cum beatis S. Georgii manibus ac nomine ad ſuperſtionem usque venerati ſunt veteres Germani, ad Chriſtum converſi, quoque ſemper velut virtutis ſymbolo & incitamento uſi, cum adverſus Saracenos, Avaros, aliaque infidelium agmina pugnarent, poſteris quod imitarentur reliquêre: uti id pereruditè ex locis quibusdam Cedreni, Procopii & Pauli Diaconi a Baronio allegatis, deduxit jam nominatus Dn. Lerchius. Inprimis autem memoratu digna ſunt, quæ ex recentiore Germanicæ Nobilitatis Hiſtoria, de illuſtri S. Georgii Martyris nomine petita producit l. c. notans, quod Fridericus Palatinus, cognomento bellicoſus (vulgo der böſe Fritz) Tutor Philippi Palatini, qui ab anno milleſimo, quadringenteſimo & quinquageſimo, ad ſeptuageſimum tertium ejusdem ſeculi, tanta auſus eſt, ut Trithemius ſcribere nihil vereretur, *Fridericum tanta feciſſe, quanta nullus in Germania Princeps in trecentis retro annis pro ſuis*, nomine iſto, velut teſſera militari, quoties hoſtem fuerit aggreſſus, ſit uſus, eoque, qui extra pugnæ fuerint diſcrimen, pugnantes accenderint milites. Vexilli etiam, cujus album rubra intertextum erat cruce, quanta fuerit vel apud Principes quoque Germaniæ exiſtimatio, ex Actis conventus Imperialis Anno cIↃCCCLIX. Wormatiæ habiti edocet: in quibus legere eſt, quod ſex Imperii Electores, qui aderant feuda a Cæſare recepturi, ſinguli ut vexilla aliquot S. Georgiana ſibi præferrentur curaverint. Ex dictis autem patet, omnes Principes, Comites, Barones, & Equites eo ac clypeo S. Georgiano, cui eligans hæc inſcriptio fuiſſe fertur, DEVOTI DEO ET FIDELES CÆSARI, hactenus eſſe uſos: mox antiquatum fere morem anno cIↃCCCCXXCV. reſtitutum memorat Lerchius in Suevia inferiori, quo Nobiles ejus ac Prælati in ſocietatem coiverint, quam clypei S. Georgiani dixerint, non præter rationem, quam vernacula ita prodidit lingua: welche (Geſellſchafft des St. Georgen Schilds in Unter Schwaben) dieſes billiche fundament gehabt/ damit die aus einem Ritter-Creyſe Lands-bezirck wären/ ihre auffgegebene Kriegs-Streits-Turnier-Befelch und Dapfferkeit mächtiger und ſtärcker würcken/ und andern etwa eine Fürehre abgewinnen/ auch unter einander zu Fried und Feindes fällen bekandt ſeyn/ gegen Gewalt und Unrecht ſich ſelbſten aſſiſtiren und beſchützen möchten. *lib. cit.* Grundſ. II. n. 83. p. 104. Factum etiam eſt, ut ſub hoc ſocietatis nomine in Ordinibus Imperii numerarentur. vid. *Catalogum Ordin. Imp.* apud Goldaſtum *Conſtit. Imperal. Tom. III. ſub principium.* Videtur quoque ipſa hæc ſocietas feciſſe, ut Cæſar Fridericus, poſtquam nobile FOEDUS SUEVICUM eſt conſtitutum, hunc maxime honoris titulum fœderis ſociis tribuendum in animum adduxerit, ſtatueritque eis proprium: conf. Cruſius *A. S. l. c.* Cæterum quod & Fœderati Suevici, & qui ante ipſos vexillum clypeumve S. Georgii geſtarunt, fabuloſum crediderint illum draconem, ex cujus ore virginem Byreti liberaſſe dicitur Georgius, nec tam hiſtoriæ, quam ſymboli cauſa ſecum repetierint, Rudolphus quidam Eltershofius, Eques, cum hac de re cum parocho quodam inter prandendum multis contenderet, doctiſſima picturæ expoſitione oſtendit apud Cruſium, *An. Suev. P. III. lib. X. c. XIV. p. 586.* cum quo conferantur, quæ de variis diſſentientium ſententiis tradit Lerchius, *lib. cit.* Grundſ. *I. n. 9. fol. 9.*

§. IX. Ad regimen FOEDERIS SUEVICI nunc deſcendimus. Varium hoc erat pro temporis ſcilicet & ſtatus ratione. Penes duces a confœderatis conſtitutos fuiſſe, præter tabulas renovati fœderis apud Hortlederum, chronica etiam tradunt: eosque nunc plures nunc pauciores, prout nimirum e re communi fuerat viſum. Erant autem illi & ſenatores, qui ipſis aderant, cum mixto imperio in omnes fœderis ſocios, & quidem cum ultimum revocaretur anno ſæpius dicto MDXXII. ex conſenſu ſocietatis univerſæ *in cauſis Principum inter*

inter ipsos, vel adversus subditos, eosque vel singulos vel integras universitates, realibus ac personalibus, criminalibus & matrimonialibus exceptis. Circa feudales autem constitutum, ut si quidem inter litigantes conveniat, quod sint feudales, ad ordinarium tribunal ut vocentur: sin de hac qualitate lis, vel incertum sit, item de evictione, possessione & servitutibus feudorum, apud competentem judicem fœderis exerceantur: prout quæ late in dictis tabulis cauta fuerunt, paucis complexus est B. Strauch. *loc. cit.* Commoratos autem esse hos fœderis judices certa aliqua in urbe, saltim postquam socii consiliis, & rebus omnibus ad fœderis felicitatem pertinentibus sibi prospexerint, ubi quasi ad tribunal convenerint rei & actores, & rursus inde juxta leges & consuetudines fœderis ad pœnam fuerint damnati, qui peccarunt; ubi etiam, quid agendum in causa fœderis, quidve omittendum, sit decretum, patet aus des gemeinen Bunds Abschied apud Hortlederum *lib. III. c. V.* in quo Augusta urbs est assignata, ut eam undecim futuris annis, qui judices constituti erant, insiderent. Sedem autem hanc toties fere mutatam credimus, quoties forte de prorogandis confœderationis annis cogitarunt, aut novam inter sese fecerunt pactionem. Sic enim anno cIↃ CCCCXCVI. Lindavii, & an. cIↃ CCCCXCIX. die 20. Februarii, qui Sebastiano fuerit sacer, Constantiæ ad Lacum Bodamicum ejus causa convenisse, legitur apud Stumpfium, *Chron. Helv. lib. XIII. cap. XXIII.* Et ex tabulis laudatis constat, novissime Ulmam esse vocatos missos & legatos fœderatorum, & postquam ex pacto & conventu discessissent, judices recens ad id munus electos, numero tres, cum consiliariis suis Augustam concessisse dictum est: unde ipsis ante definitum tempus, nisi pestilentia per urbem incederet, abire non licebat. conf. des Bunds Abschied/ ap. Hortl. *l. c.* Et nescio, an non idem illud recte colligas ex loco Crusii supra allegato, ubi literarum meminit Friderici Imp. ad Kraichgovienses, quæ Ulmam fuerint allatæ, forte ad summum fœderis præfectum, qui ibidem hærebat. Hujus autem dum mentionem facimus, non ingratum erit lectori, si, quem primum inter se servaverint ordinem fœderati, ex laudato Crusio hic repetamus. Ita autem p. 482. *Divisa hæc sodalitas* (quæ scilicet ad jussum Majestatis Cæsareæ anno cIↃ CCCCXXCVIII. coiit) *erat quadrifariam. Una societas erat in Hegæa & ad Lacum Bodanicum: altera ad Danubium: tertia ad Kocheram: quarta ad Neccarum & Hercyniam sylvam. Harum cuique suus ex equestri ordine Dux præerat. Sed & civitates habebant Ducem. His quinque Ducibus unus communis & generalis Dux præerat, ceu Imperator, Comes Hugo a Werdenberg. Primæ quartæ vel quadrantis Dux in Hegæa & Bodamico tractu, Jacobus erat Bodmanius, Eques. Kocheranæ partis Dux, Albertus Lympurgensis. Neccaricæ & Hercyniæ, Georgius ab Ebingen, Eques ille celebris. Danubiani quadrantis, Ulricus Fronsbergius, Eques. Urbium Dux, Wilhelmus Besserer, Ulmensis. Cuique Duci sui erant consiliarii, ex ordine equestri. Georgio itaque Ebingeno hi erant attributi. Ludovicus Nippenburgius. Wilhelmus Neuneccius. Ludovicus Emmersbosius. Hyeme quatuor sunt additi. Johannes de Neuneck. Joh. de Reischach, præfectus Neopyrgensis. Martinus de Neuneck. Joh. de Ovv, in Wachendorff. Si quæ graviores inciderent res, adjungebantur plures, ut Ludovicus Truchsessius de Hæfingen. Conradus Schenck, de Winterstetten. Wilhelmus de Urbach. Wolfius de Darchenhausen, senior. Burckhardus de Ebingen, Dom. Georgii frater. Petrus Schweler. Balthasar de Bibel. Confirmata est hæc Ducum ratio postea Eslingæ a Cæsare Friderico, præsertimque Ebingeno pareri jussum, qui etiam præclare se in hoc munere gessit.* Hæc Crusius.

§. X. Quinquies productum fœderis terminum ante Sleidanum ipse Carolus V. cum fœderatis Principibus & Statibus est testatus, in der eilffjährigen

gen Einung des Bunds zu Schwaben apud Hortlederum *lib. III. cap. IV.* quorum verba, cum certiores facere possint lectores Crusii, de tempore primum definito, adscribemus: Zu mehrerer Handhabung und Vollziehung des Landfriedens ist vor etlich verschienenen Jahren eine Vereinigung und Bündnüß des Landes zu Schwaben Anfangs auf acht Jahr lang gemacht/ die nachfolgend drey Jahr/ auch zwölff Jahr/ und zuletzt zehen Jahr erstreckt/ und biß zu ausgang solcher zehen Jahr gehalten worden/ wie denn das alles an ihm selbsten ist/ und die Brieff und Verschreibungen darum ausgangen/ eigentlich geben zu erkennen - - die wir Keyser Carl/ ꝛc. und wir Churfürsten/ Fürsten/ ꝛc. noch eilff Jahr die nechsten/ die sich auf Purificationis Mariæ schier anfangen werden/ erstreckt/ und uns darauff samt und sonderlich von neuen dingen dieselben eilff jahr lang in Vertrags und Packts-weise mit und gegen einander freyes gutes willens und gemüths vertragen/ vereint/ und verbunden. Hoc autem maxime convenit, ne ordo alter alterum hostili vi invadat, dejiciat, captis pignoribus spoliet, aut captivum ducat: vide die eilffjährige Einung apud Hortlederum *l. c.* & quod Ferdinandus docet apud eundem *lib. cit. cap. XI.* Es ist die Bunds-Einung auf ein Maaß und Ordnung gestellt/ zu haudhaben des Landfriedens/ und ernstlicher thätlicher Straffe der Verbrecher desselben/ und insonderheit/ so ein Bundtsverwandter von jemand mit Gewalt in was wege das geschicht/ vergewaltiget wird/ daß die Bunds-Stände die Gegenhandlung/ den Krieg/ die Betrettung und Wiederholung des Gewalts erkennen/ und vollziehen mögen/ ohne einig vorhergehende Rechtfertigung.

§. XI. Nec consilio huic vires defuerunt. Quotidie enim decem millia, & quod excurrit, armatorum publice alebantur: quorum numerus non semel ita auctus, ut & viginti peditum, & tria equitum millia in hostem ducerent Suevi. Legi possunt, quæ hanc in rem sancita reperiuntur, in der eilffjährigen Einung apud Hortled. *loco sæpius laudato*, & apud Adamum Reusnerum *in Historia Georgii & Casparis Frundspergiorum*, quorum ille peditatui dux præerat, cum maxime invaluisset, ad Ulricum Würtenbergæ ducem debellandum profecturus. *lib. II. fol. 25.* conferantur etiam, quæ hinc inde apud Stumpfium & Birckheimerum, ac Vurstisium *Chron. Bas. lib. VI. cap. XVII. in Histor. belli Helvetici* de numeroso milite Suevorum leguntur.

§. XII. Num autem, quod jam laudatus Birckheimerus videri vult animadvertisse, Suevi vix dum conflata societate rebus suis nimium confisi, arrogantes fuerint minoribus, non disquirimus. Potuere omnino illi humani quid pati, præsertim cum felicitas undique aspiraret, nec conatus adversus hostem, qui nuper adhuc paucitatem in ipsis contemserat, nunc autem inferior a multitudine sibi timebat, eos frustraretur. Si vero quod prius alienæ gloriæ datum erat, suæ nunc cessisse virtuti sunt gavisi, haud facile eos reprehendes. Hoc certum est, non nisi lacessitos prodiisse in campum, temereque neminem oppugnasse. Ut adeo frustra sit Stumpfius, qui hoc ipso fœdere Suevico bellum Helvetiis clam fuisse paratum male suspicatur *lib. XIII. c. XXI. & XXIII.* Præter enim id, quod ipsa rei cum Helvetiis gestæ historia reclamet, tabulæ publicæ, optimi consiliorum interpretes, contrarium aperte testantur. Hanc scilicet, uti pridem instituti, sic ultimo renovati fœderis Carolus cum sociis suis ibidem reddidit rationem: Zu mehrerer Handhabung und Vollziehung solches Landfriedens ist vor etlich verschienenen Jahren eine Vereinigung und Bündniß des Landes zu Schwaben gemacht - - erstreckt/ und biß zu ausgang der (bestimpten) Jahre gehalten worden - - also und so wir Keyser Carl ꝛc. auch wir Chur-

Churfürsten rc. rc. hier vor gemelt / den obberührten gemeinen Landfrieden/ nachdem der GOtt dem Allmächtigen zu lob/ auch Teutscher Nation zu gut/ und um gemeines Fried/ rechten und nutzens willen angesehen und fürgenommen ist / zu häuffen und zu mehren sonders geneigt sind / und dabey ermessen / was guten nutz und frommen allen Verwandten des Bundes zu Schwaben / auch dem Heil. Röm. Reich und dem gemeinen Landfrieden / aus solcher Vereinigung und Bündnüß zu Schwaben bißhero kommen / und geflossen ist / und führo künfftig kommen und geflissen mag; darümb aus denen und andern erbarn / redlichen und gnugsamen ursachen / uns dazu mercklich und nohtdürfftiglich bewegend / zu förderist zu handhabung des obgemelten gemeinen Landfriedens / und insonderheit / daß wir Keyser Carl bey den obbestimmten unsern lieben Neven / Oheimen / und des Reichs lieben getreuen Churfürsten / Fürsten / Prälaten / Graven / Freyherrn / Rittern / denen vom Adel / und des Heil. Reichs Städten / und dieselbe uns / als ihren natürlichen und rechten Herrn / und dem Heil. Röm. Reich / auch wir alle bey unsern Fürstenthümern / Landen / Herrschafften / Leuthen / Herrlichkeiten / Obrigkeiten / inhabenden Gütern / Rechten / Gerechtigkeiten / Freyheiten und alten Herkommen / desterbaß in Fried und bey recht bleiben / dazu denjenen / so uns oder die unsern wieder den gemelten Landfrieden / recht und billichkeit zu beschweren / sich unterstehen würden / desto fruchtbarlicher und stattlicher widerstand thun und begegnen / und den Landfrieden handhaben; auch daß der Kauffmann / Pilgrim und sonst männiglich desto sicherer und friedlicher handeln und wandeln mögen: haben wir Keyser Carl / als Hertzog zu Oesterreich / und von unsers Fürstenthums Wirtenberg wegen / und wir Churfürsten rc. rc. die obberührte Vereinigung und Bündnüsse des Landes zu Schwaben erstreckt / rc. Confer etiam Caroli Antwortsschreiben an die Churfürsten des Reichs: item, den Unterricht der Bundsverwandten / den sie an den Päbstlichen Oratorem zu Luzern gethan / apud Hortlederum *cap. XI. lib. III.* Quin autem hic Suevis semper fuerit scopus, æquus animus in dubitationem vix adducet.

§. XIII. Primum igitur Georgii Ducis Bavariæ, gravissimi Fœderatorum hostis, temerarios conatus magno animo represserunt Suevi, ita, ut qui diu singulos despiciebat, & vix quenquam hominem præ se putabat, unitas civitatum nunc extimesceret vires, ac ægre, utut numerata ingenti pecunia, & restitutis omnibus, quæ antea per vim ceperat, bello, quod ipsi denunciatum erat, præverteret. Neque Ratisponæ posthac secura possessio videbatur, postquam anno MDIX. exercitus Suevorum campestria ad Lycum fluvium occupasset loca. Itaque Albertus urbem in pristinam libertatem extemplo restituit, & belli, quod imminebat, ante finem fecit, quam erat inchoatum. Videantur Birckheimerus *loc. cit.* Crusius *Ann. Suev. Part. III. lib. IX. c. IV. & Historia bellorum, quæ Civitates olim cum vicina Nobilitate gesserant, ex antiquissimis priscæ simplicitatis Annalibus relata* a Christophoro Beloldo, *Discurs. Polit. III. c. V.*

§. XIV. Graviores causæ erant, quæ Sueviæ Fœderatis, seculo decimo quinto jam decrepito, cum Helvetiis intercedebant, quæque armis deinceps vix componebantur. Hi nimirum suis hactenus legibus & moribus assueti, cara admodum partæ libertatis jura habebant, eaque adversus quosque hostes fortiter propugnabant. Contra fortunæ ipsorum invidebant Status vicini, & inter primos Principes Domus Austriacæ, qui omnem navabant operam, ut potentiam eorum, & opes indies crescentes infringerent. Præ cæteris autem Fridericus III. Rom. Imp. ægris oculis fœdus illud, quod pridem Pagi quidam Helvetici inter

inter se constituerant, introspiciebat, utut hoc non contra Romanum Imperium, sed contra Nobiles, libertatis suæ hostes, factum coram Carolo IV. satis sint contestati. Vide Crusium *An. Suev. P. III. lib. V. cap. IV.* Atque hinc etiam est, si Stumpfio credimus *Chron. Helv. lib. XIII. c. XXIII.* quod Fridericus, simul ac Imperii fasces capessivit, paciscendo fœdus cum Tigurinis, ac discordias illexit Fœderis Helvetici socios, quæ nationem omnem ad exitium fere fatigarunt: hinc simultas & inimicitiæ per omnem Cæsaris ætatem non intermortuæ, sæpius autem simulata ejus amicitia auctæ. Neque tamen cuncta hæc id unquam potuissent, ut animos Helvetiorum prorsus ab Imperio alienassent, nisi Fridericus Cæsar in Comitiis Imperialibus anno MCCCCLXXI. Ratisponæ celebratis, quibus hactenus ut liberi Imperii Status, Imperio scilicet certis quibusdam conditionibus parentes, ac ne publica quidem onera recusantes, interfuerant, Regalium confirmationem denegasset. Ex hoc autem factum est, ut conventu publico decernerent: die Reichs-Täge nicht mehr zu besuchen/ noch ihren Abschieden sich zu unterwerffen. Videatur Melchior Goldastus *in præfatione* der Reichs Handlungen/ *ad Ducem Wirtenbergicum.*

§. XV. Atque sic asserta videbantur αὐτονομίας jura, quæ hactenus unice spectarant Helvetii, frustra renitente Friderico & Agnatis Austriacis, contra quos, quæ semel erant adepti, tanta tuebantur religione, ut nihil unquam remitterent, jugumque quod cervicibus suis clam intentari credebant, omni vi propellendum statuerent. An autem Fridericus ad opprimendam Helveticæ gentis libertatem Suevici Fœderis auxilio ac ope fuisset usurus, ut Stumpfius conjicit, non assequimur. Certe lapides loquitur, quando ad eum maxime finem fœdus conflatum scribit. Sic autem verba ejus habent: wiewol derselbig Bund gemeinem Reich und Teutscher Nation zu gut soll gemacht worden seyn/ würden doch (bey Leb-Zeiten Friderici) stets viel Bunds-Täge zu Cölln/ zu Regenspurg/ Franckfurt/ Nürnberg/ und andern Städten gehalten/ darinnen alle wegen gerathschlaget ward/ wie die Eydgenossen bezwungen / ihrer Freyheit entladen/ und unter das joch möchten gebracht werden. Sanctiores enim huic scriptori testes fœderis Suevici esse debuissent, quos supra produximus, quam ut simulasse & dissimulasse eos dixisset. Imo iniquus idem est Maximiliano, filio Friderici, & sociis, dum hæc subjungit: Keyser Friedrichen folgte sein Sohn Maximilianus, der trat auch also gleich mit dem Schwäbischen Bund in alle Anschläge hiebevor wider gemeine Eydgenossen vorgenommen. Namque non apparet, unde de iniquitatis Cæsaris certus esse possit, nisi fortassis ex eo illam colligat, quod ex Conventu Imperiali anno MDLXXXXIV. Lindaviæ ad Lacum Bodamicum celebrato, & auctoritate Imperatoria ad æqualia jura & onera Imperii redire eos jussit. Quo ipso tamen Maximilianus nihil, quam quod officii sui erat, egit, inprimis cum videret prosperitate victoriarum elatos indies magis tumescere, belli pacisque conditiones ferre, ac Imperium ipsum, quibuscunque vellent, limitibus circumscribere. Quod autem primum movebat, amicitia erat Gallorum, quæ a suspicione abesse non poterat. Quin autem neque sic quidem animo cum Helvetiis bellarit Maximilianus, quicquid tandem sit de consiliis parentis, vel ex eo patet, quod eodem tempore, ut in societatem Fœderis Suevici tunc renovati accederent Helvetii, flagitavit: quod utrumque tamen, nihil curantes Cæsaris imperium atque minas, missis ad Oenipontem Oratoribus, postquam discessissent Lindavio Cæsar & Imperii Proceres, temere recusarunt, his maxime usi verbis: der Keyser möchte Sie allergnädigst obberührter anforderungen entladen/ und sie bey ihren Rechten/ Bündten und bißher gebrauchten Freyheiten lassen/ so wolten sie sich auch gebührlich und freundlich gegen das Reich und jederman erzeugen/ ꝛc. die ausländ-

dische

bische Cammer- und Hoff-Gerichte aber / item die Articul und Verkomniß des neuen Schwäbischen Bundes anzunehmen / wäre wider ihren Bundt / und wider alle Freyheit ihnen hiebevor von Keyser und Königen gegeben: prout illa *ex Actis Republicæ* recenset Stumpfius *d. l.* confer Carionis *Chronicon lib. V. in Maximiliano p. m. 1104.*

§. XVI. Maximilianus alias non præceps in iram, ampliùs eam cohibere nequivit, præsertim cum & pacta confraternitatis, quæ olim cum Sigismundo, Austriæ Archiduce, & Tyrolensis Comitatus Domino, pridem sese a suo jure in has terras abdicante, illudque Maximiliano concedente habebant, ipsi nuper renuntiassent Helvetii, ac forte spem ejus, quam conceperat de iis vel ex hoc capite commovendis, ut, quod exoptarat hactenus, missa Gallorum amicitia cum Fœdere Suevico sese conjungerent, frustrati essent. Hinc nec mireris, gravius illis Oeniponti responsum a Cæsare, cujus verba sic notavit Stumpfius: So sie / die Eydgenossen / nicht wolten in sein begehren einwilligen / so wolte er der Künig die Eygenossen auf ihren eigenen Erdreich heimsuchen / und selbst das Heer führen. *Chronici Helvetici l. c.* Videri hæc posset, uti justa ac æqua, sic ultima belli Helvetici πρόφασις: atenim vero Cæsar diu iracundiam suam male dissimulavit. Male, inquam: namque post pluribus arguendi ansam præbuit, ac si nulla sat gravis causa bello suffecerit, temereque illud cœptum ingenti deinceps suorum luerit strâge. Legantur Birckheimerus *lib. cit.* Mutius *Chronico Germ. lib. XXX.* & alii. Quamvis & hoc sit notandum, quod si quid hic peccatum, id omne non tam Maximiliano, quam Aulicis ejus, & quos auctores belli credunt complures, Regiminis Oenipontani Proceribus tribuendum esse iidem agnoverint scriptores. Birckheimeri in hanc rem verba haud obscura hûc transscribimus. Ita ille laudato loco: *Tantis itaque successibus non tam Maximilianus Rex, quam potentes ejus elati animo volvere cœperunt, sub quâ honestâ occasione Helvetiis bellum inferre, ac olim acceptas injurias vindicare possent; & hæc potissima causa discordiarum fuit.* Post pauca: *Ejus rei culpam Helvetii potissimum in Paulum de Lichtenstein, & Gossembrot Augustensem olim mercatorem rejiciunt. Hi enim ex humili loco in altum elati, divitiis & potentia inter cunctos præcellebant regios (Oenipontanos,) &, ut fertur, obscuritatem suam insigni aliquo facinore illustrare cupiebant.*

§. XVII. Hæc autem res quænam fuerit, ut appareat magis, gestorum rationem breviter hic explicabimus. Rhæti eandem Cæsaris in offensionem incurrerant, propter tria fœdera quibus sibi invicem jungebantur, forte & societatem Helvetiorum, quam expetebant; cum quibus tamen nondum convenerant. Simultatibus autem & infestis actionibus, quas Cæsariani, adversus Episcopales potissimum, susceperant, eodem tempore, quo cum Helvetiis transigebatur Lindaviæ, prætenderunt jura territorii, de quibus inter Oenipontanos Dominos & Episcopum Curiensem lis erat fere antiquata. Prorogabatur hæc ad tempora Henrici Episcopi, amica transactione; jam autem armata manu requirens miles Oenipontanus castra quædam Episcopi occupavit, ac incolis regionis damna intulit ingentia. Facile manum hanc vi propulissent Rhæti, nisi maluissent consilio, quam armis quævis experiri. Ex arbitrio igitur Helvetiorum, quos socios mali habebant, legatos miserunt, qui, quid actum hactenus sit, Maximiliano ipsi exponerent, & pacem peterent. Maximilianus, cui mite erat & tractabile ingenium, æquus videbatur Rhætis: at iniqui ipsis erant Magnates ejus Proceres Oenipontani. Hi igitur, postquam Cæsar in inferiorem Germaniam bellandi ergo abiisset, neque Episcoporum, quibus causa cognoscenda a Cæsare data erat, consilia patientes, neque mandatis Regis, queis voluit, ut jure

potius, quam armis contenderent, obsecuti, iras quotidie revolverunt, & de bello, quod apud animum pridem decreverant, nunc toto die cogitarunt. Ex composito tamen, & ut subdolæ mentis consilia honeste tegerent, moniti ab Episcopo Constantiensi, diem & conventum Feldkircham indixerunt, ex quo neutra pars nisi sopita lite discederet. Sed cum hic quoque fides ipsorum Rhætos non semel frustraretur, hique compertum haberent, quod auctoritate & nomine Maximiliani Sueviæ Confœderatos ex forma Fœderis in auxilium vocarint, nec sibi ulterius cunctandum rati, amicitiam cum Helvetiis contraxerunt, d. XIII. Decembr. anni M II D. & vim illatam vi repellendam decreverunt.

§. XVIII. Bellum itaque utrinque paratur. Milites Cæsariani infesto agmine primi possessiones alienas irruunt, & Meienfeldium oppidum una cum Münsterthal occupant, ac omnem regionem longe lateque vastant, paucis adhuc ex Rhætis, sed & frustra, resistentibus. Sed Helvetii Rhætis hactenus inferioribus vix junguntur, cum fortuna, quam in potestate sua Helvetios habuisse crederes, sua mobilitate, quos paulo ante extulerat, demergit. Namque octo justis præliis superiores discesserunt, nullo victi. Quamvis nec huic omnia, sed virtuti Helvetiorum plura rectius tribuantur, teste oculari Birckheimero, qui sub finem Historiæ de bello Helvetico ita scribit: *videntur Helvetii in hoc bello, quasi novissimum virtutis suæ specimen præbuisse.* Hoc certe merito illis datur laudi, quod non nisi desperata pace bellum susceperint, insignem postea servaverint ordinem, nec quicquam nisi ex præscripto legis egerint, cujus summam exhibemus ex Birckheimero, quæ ita habet: *duces ex fide cuncta peragunto: milites diligenter imperio parento: injussi ordines haud derelinquunto: a tumultu & seditionibus cavento: pugnaturi silentium, quantum fieri potest, servanto: fugam nequaquam inennto: socios fugientes cædunto: devictis hostibus ad spolia injussi, & priusquam victoria male sit parta, non convertuntor: ignem ædificiis injussi ne injiciunto: arma in hostico nec die nec nocte exuunto: a molendinorum exustione, & ecclesiarum spoliatione, mulierum, virginum & sacerdotum violatione penitus abstinento, captivum inter præliandum non ducunto, sed interficiunto: quod si quis contra iverit, mors pœna esto.* Quæ omnia non solum eximiam rei militaris prudentiam, sed & pietatem Helvetiorum satis produnt. Quantum autem hisce valebant, tantum superabant Cæsarianos, qui vel ultimo omnium ista, aut prorsus non curabant, sua virtute, & auxilio aliorum freti, quo copiis multo superiores existebant; contra vero paucitatem in hoste contemnebant, eumque sua negligentia & temeritate valentiorem reddebant. Hinc etiam est, quod Birckheimerus, quoties fere stragis ab Helvetiis factæ meminit, aut cruentum describit prælium, quasi quoddam lemma picturæ addit: *Temeritatis infelix exitus.* Maxime omnium memorabilis est ultima illa ad Dorneccum arcem commissa, utut tumultuaria pugna, ubi palantes in agris, ac imparatos prorsus aggressi sunt Helvetii, ac denique non solum re infecta, sed & multis millibus desideratis, quin ipso duce Comite Fürstenbergio, saniorum consiliorum impatiente, interfecto, solvere obsidionem & omni apparatu relicto fugere Cæsarianos atque Suevicos coegerunt. Lindaviæ hærebat Maximilianus, cum accepta hæc clades nunciaretur, & adversæ memor fortunæ ipse Comitis imperatoris accusabat imprudentiam & temeritatem, ac quod animosissimus quisque occubuisset, valde dolebat. Inde etiam facilior ejus consensus ad pacem quam ad bellum sibi & omni Imperio exitiale producendum; utut sæpius alias oblatam spreverit. Arbitrium suum in hoc negotio pridem obtulere Philippus Palatinus, & Episcopi Rhenani: sed neutra pars illud acceptabat. Galliæ etiam Rex, perquam acceptus Helvetiis, omni studio laboravit, ut a Maximiliano quoque arbitri vices ad ipsum deferrentur, cui tamen non sine ratione suspecta pax videbatur, quam

Gallus

Gallus compararit. Omnibus deinde se probavit Ludovici Sfortiæ, Mediolanensis Ducis legatus, Galeazius, adeo, ut ejus potissimum suasu & hortatu pax invicem denique daretur & acciperetur, conditionibus æquis, nec, quod unum flagitarunt Helvetii, natione suâ indignis; ita tamen, ut neque vel Austriis decessisse antiqui juris memoria, neque Helvetiis accessisse adversus Austriacos fiducia videretur. Instrumentum pacis, cujus summam exhibet Vurstisius *Chronic. Basil. lib. VI. c. ultimo*, signatum est Basileæ d. 22. Septembr. an. MCCCCIC. postquam novem mensium spatio vel viginti hominum millia trucidata sunt, & quod mireris, soli Helvetii omnes Imperii vires, quas Cæsar in superiorem Germaniam redux ad eos opprimendos Constantiam evocaverat, magno & intrepido animo sustinuerunt, ancipiti licet loco fuerint oppugnati. Legantur de hoc bello Helvetico post Vurstisium, ante omnes, Bilibaldus Birckheimerus, quem supra aliquoties commemoravimus, quique, utpote Præfectus copiarum Noribergens. gestis potioribus præsens interfuit, *lib. II. de B. H.* apud Freherum, & Joh. Stumpfius *Chron. Helv. lib. XIII.* Cario *Chron. lib. V.* & Mutius, *Chronici lib. cit.* Quomodo res Helvetiorum ab eo tempore ad Pacem Westphalicam habuerint, pluribus edocet Conringius *de Finibus Imperii cap. XXV.*

§. XIX. Infesta hæc Suevorum virtuti fuere tempora, cui paulo post rursus favebant. Manifestius enim illa spectari potuit in bello Bavarico, quod anno M D IV. cœpit & confectum est, Ruperto Palatino, ejusque Parente Philippo, Septemviro, ex proscriptionis sententia ab omnibus Imperii Ordinibus brevi temporis spatio debellatis. Causam proscriptionis ac belli non diu quærebat Maximilianus, a Ruperto, qui Georgi divitis, Bavariæ Ducis gener, & ex testamento terrarum ejus hæres, vivo adhuc socero munitiora Bavariæ loca occuparat, sponte sua & superbe oblatam. Postquam enim defuncto Georgio Albertus Dux Bavariæ, de jure suo in feuda illius, cum ἀλληλοκληρονομίαν, sive etiam, uti Crusius *p. III. lib. IX. cap. XIII.* notavit, consuetudinem Imperii prætendebat, qua Principibus fœminis nihil præter numeratam pecuniam & mobilia bona ex hæreditate patris relinquatur, nihil concessit Ruperto, hic autem possessione sua cedere noluit, Cæsaris imploratum est arbitrium. Maximilianus, ut æquo animo res componerentur, suasor erat, eumque in finem conditiones ferebat utrique parti honestas: vide sis Carionem *lib. V. Chron.* p. 1105. Sed sprevit Cæsaris consilia Rupertus, & quod causa non potuit, armis sibi vindicare annisus est. Cujus conatus cum Philippus parens juvaret, una cum filio ab Imperatore proscriptus & a fœderatis Suevis, aliisque Principibus bello fere est oppressus. Rupertus ipse cum conjuge Elisabetha paulo post prælium ad Ratisponam infeliciter pugnatum diem obiit, mœrore extinctus, orphanis binis, & parente ancipiti hoste presso relictis. Tandem Badensis Marchio, nomine Christophorus pacem a Maximiliano Philippo impetravit, gratiam vero Fridericus Elector Saxo: e cujus consilio insequenti anno tutus Cæsarem adiit, & in cœtu Principum Coloniæ ipsi supplex factus in pristinam restitutus est dignitatem. De cæteris ibidem sic convenit inter principes & status bello huic implicitos, ut qui tempore guerrarum plura perdidisset, careret amissis, & qui multa fuisset lucratus, non compelleretur saltem in foro contentioso ad restitutionem. Vide Joh. Trithemium *in Historia Belli Bavarici, apud Freherum Tom. II. Scriptorum Rer. Germ.* Atque ex hoc pacto plura bello capta oppida & arces præsertim Ulricus Dux, ejusque posteri, civitas etiam Noribergensis, Altorffum & Heerspruggam, aliaque loca hodienum, velut præmia reportatæ ab hoste suo victoriæ tenent. Crusis *An. Suev. loc. cit.* Insignem autem clementiæ gloriam Maximilianus ex hoc bello tulit, quod non solum supplici pepercit, sed & in defuncti liberos benignus fuit. His enim

de controversis Georgii terris eam attribuit partem, quæ Danubium inter & Nabum fluvium supra Ratisponam limites veteres Palatinæ ditionis attingit. Cario *lib. V. Chron.* p. 1106. confer etiam de hoc bello Mutium *lib. XXX. Chronici Germ.* Baselium, *in Auctario Chronograph. Naucleri Gen. LI.* & ex recentioribus Joh. Henr. Bœclerum *in Commentar. de rebus seculi XVI. part. I. pag. 155. seqq.*

§. XX. Pacem, cujus caritate sæpius, ut vidimus, bellum hactenus posuerunt Suevix Fœderati, amore belli nunquam turbarunt. Factum itaque est, ut inde a bello Bavarico per tria & quod excurrit annorum lustra inconcussa fruerentur quiete, & nil quicquam occurreret, quod negotia ipsis facesseret, donec anno MDXIX. Ulricus Dux Wirtembergiæ in ipsa Suevia turbas excitaret gravissimas, ad quas compescendas profecti Fœderati, Ducem stipatum nuper auxiliis Helveticis, jam vero destitutum ab illis omnibus in fidem acceptis oppidis arcibusque ejus, liberis etiam & majori bellico apparatu Tubingæ interceptis, omni ducatu suo brevi tempore exuerunt, cumque eodem anno cum tumultuaria suorum manu rediret, ut amissa recuperaret, cruento prælio ad Eslingam victum ac fugientem Montispelegardium non sunt persequuti, sed de rerum exitu & pace admodum solicitum reliquerunt.

§. XXI. Carolus interea electus Imperator Germanicus, fœderis sociis jungitur, ab illisque Ducatum Wirtenbergicum emtionis titulo, ut ipse testatur apud Hortlederum *lib. III. c. I.* **in seiner Antwort an Churfürsten und Stände des Reichs 2c.** accipit, quam deinceps frater Caroli, Ferdinandus, Archidux Austriæ, postea Rom. Imperator ex hæreditate secure possedit, magna pecuniæ vi Udalrico oblata, si de jure suo cedere vellet. At enim vero dulce huic erat natale solum, & sedes patria; propter eaque frustra fuere labores omnes & conatus Fœderatorum eum dimovendi possessione Wirtenbergica, ne toto die de recuperanda ista cogitasset. Solicitaverat hac in causa ipsum Carolum V. nuper admodum ad Imperium evectum, sed nequicquam sive voluit, sive potuit Cæsar pro Ulrico. Igitur ad Helvetios mittit legatos, & Philippum Hassiæ Landgravium: horum maxime consilio & auxilio cupiens terris suis restitui. Illi die Basileæ constituto Comitem a Septem-castris, Wirtenbergiæ Præfectum, qui Regis Ferdinandi nomine aderat, & Ulricum Ducem audierunt, istum quidem conditiones non satis æquas Duci ferentem, hunc nullas, nisi ducatus restitutionem admittentem; sed infectis rebus discesserunt. Philippus autem, utut Ducis causæ admodum favebat, hactenus tamen non nisi consiliis eum juvare poterat, Fœderi Suevico addictus. Optimam Duci ansam recuperandi sua præbuisse videbantur tumultus rustici per omnem omnino Sueviam & reliquam Germaniam, maxime propter tributorum gravitatem, & quod prætendebant seditiosi evangelicæ prædicationis libertatem, hactenus non concessam [uti id illustris Seckendorfius *Commentario de Lutheranismo lib. II. sect. II. §. 2. sq.* Principum & aliis Lutheri documentis evincit] commoti. Hos enim non parum vexaturos fœderatos, facilis erat conjectura. Festinandum itaque duxit Ulricus, atque clam bellum paravit, conscripto ex Helvetiis milite, stipendio tamen magis promisso, quam dato. Adventantem Nobiles aliquandiu coercere nisi sunt, sed impares tandem fugerunt, & missis epistolis auxilia a Ferdinando Rege, & fœderis sociis petiverunt, quæ tamen ægerrime conquisivere, nemine adversus rusticos arma sumturo, ex queis se natos omnes dicebant. Tandem Mediolano venerant milites, qui nomina Fœderatis dabant, adversus Ulricum pugnaturi. Jungebantur hi mercenario militi, quem alebant Suevi, & dum induciis morarentur rustici, Helvetiique denuo discederent ab Ulrico,

Ulrico, sive solicitati a Regiis, ut Ulricus ait apud Hortlederum *l. c.* sive quod Hubertus Thomas Leodius *in Historiola de seditione Rustica* ap. Freherum *Tom. III. Scriptorum rerum Germ.* testatur, revocati a suis, postquam notam istam ad Papiam accepissent cladem sub Francisco Rege merentes, moverunt in subitum hostem suum regii, supremo duce constituto Georgio Truchsessio, ex antiquissima Sueviæ familia, quæ hodie Comitum titulo floret, orto. Sparsus mox est exercitus hostilis, & ipse Dux fuga salutem quærens Duellium pervenit, arcem natura & arte munitissimam, indeque Montem Pelegardi petiit, abjecta omni spe patriam revisendi. Georgius autem arma post hæc in rusticos convertit, & motus in Suevia cunctos, plures etiam in Franconia, cæsis multis hominum millibus, composuit: cum quibus utique, si absque sanguine conveniri potuisset, quod tamen Georgius Frondspergius, qui mense majo hujus anni ex Italia post pugnam ad Ticinum accurrerat, prudenti omnino & pio consilio, nec infeliciter, tentaverat ad Memmingam, consultum melius fuisset Germaniæ rebus, quæ hisce bellis sanguinolentis fractæ magis, quam stabilitæ sunt. Hoc interim elogium Sueviæ Fœderatos manet, quod eorum maxime auxilio & domi suæ & foris fuerint sedati. Confer hic præter laudatos scriptores, Petrum Crinitum *in Historia de bello Rustico* apud Freherum *l. c.* Sleidanum *lib. IV. p. m. 100.* Crusium *An. Suev. Part. III. lib. X. cap. XIV.*

§. XXII. Prius autem, quam hoc negotium Würtenbergicum deseramus, circa gravissimam hanc expeditionem quæstionem istam multum inter partes, maxime Cæsarem, Regemque Ferdinandum, & Ulricum Ducem Wirtenbergia pulsum ac Philippum Landgravium agitatam, an scil. justum bellum Wirtenbergiæ fuerit illatum, & an ullo jure Fœderati Ulricum avitis suis sedibus fraudare potuerint? merito notamus. De utraque graviter conquerentem audiemus Ducem ipsum aus seinem und Landgrav Philipps Ausschreiben und Verwahrung gegen Kayserl. Maj. der vorhabenden Recuperation des Landes Würtenberg halber / ap. Hortlederum *lib. III. cap. III.* Ita autem laudato loco Ulricus: Ich habe auch nie in meinen sinn genommen/ immer mehr wider Keyserliche Majestät/ oder auch das Heil. Reich/ des glied ich bin/ und mich erkenne/ zu handlen. Es hat sich aber zugetragen/ daß mir ein getreuer frommer Diener und Vogt auf meinem hauß Achelm/ mir zum Verdruß/ und um meines dienstes willen in der stadt Reutlingen jämmerlich ermordet worden ist/ derhalben ich mit denen von Reutlingen in irrung und unwillen gewachsen. Welcher Stadt sich der Schwäbische Bundt dieses mahl ernstlich angenommen/ und mich über das/ daß ich mich des Heil. Röm. Reichs recht gutwillig unterwarff/ zu recht erbothe/ und rechts begehrte/ auch dißmahl der hochgebohrn Fürst / mein freundlicher lieber Oheim und Schwager/ Pfalsgrav Ludwig/ Churfürst/ und zur Zeit des Heil. Röm. Reichs Vicari in den Landen des Rheins und Fränckischen Rechtens/ dem Schwäbischen Bundt aus Keyserl. gewalt/ den seine Liebden da zur Zeit hatte / stillstand / und daß man die sach mit recht örtern solte/ bey hohen pönen gebothen/ gewaltiglich überzog/ und meines väterlichen ererbten Fürstenthums vertrieben haben/ ohne alle vorher ergehende rechtliche erkäntnuß/ verhör oder citation, und also lauterlich wider recht und billichkeit. Das mag Gott sey lob nimmermehr anderst beygebracht werden / daraus auch E. Keyserl. Majestät / aus hohen verstand gewaltiglich schliessen mögen und werden/ daß mir solche entsetzung gewaltiglich/ unbillich/ und wider recht/ den Landfrieden/ und aller des Heil. Reichsordnung/ welche klärlich vermögen / daß ohne rechtliche erkäntnuß niemand des seinen/ zuvoran des mehrern theils seiner substanz und nahrung entsetzt werden soll/ begegnet ist. Fürnehmlich dieweil Ihrer Keyserl.

Majeſtät in Ihrer wahl und krönung/ alle und jede handlungen des Heil. Röm. Reichs Vicarien/ und alſo das obgemelte fried-gebohte Pfaltzgrav Ludwigen confirmirt und beſtätiget haben. Und bin alſo deſſelben meines ererbten und väterlichen Fürſtenthums/ Land und Leuthe bißhero entſetzt blieben biß auf dieſen Tag. Und iſt ſolch Fürſtenthum/ Land und Leuthe in hände deroſelben Keyſerl. Majeſtät Bruder/ Künig Ferdinands/ohne rechtmäſigen titul/ und allein thätlicher weiſe durch widerwärtige handlung/ mir zum nachtheil reichende/ gewachſen.

§. XXIII. Reutlinga ergo erat, civitas Imperialis, & ſocia Fœderis Suevici, cujus intra mœnia ſaltuarius Ulrici, non tamen temere, uti illud inſimulabat Dux, ſed quod re cognita teſtatus eſt Carolus Imp. ap. Hortl. *loco* ſuperius *citato*, da er ſich in der ſtadt Reutlingen mit etlichen beym wein/ und nicht von wegen ſeines ampts ſachen zertragen/ interfectus eſt, quæque privati cædem libertate ſua, civiumque bonis potioribus luit. Obſedit enim iſtam Ulricus ipſo exequiali Maximiliani Cæſaris die, & paulo poſt expugnavit civibus in fidem & deditionem receptis. Ægerrime ferebant hoc factum Fœderati Sueviæ, pactorumque, quæ inter ſe habebant, memores, vindicias ſecundum libertatem poſtulatas Reutlinganis non denegabant, ſed exercitu ſubito contracto, eo quo diximus, modo injuriam ab Ulrico illatam vindicabant, parum vel nihil curantes Palatini Principis imperia, quæ Dux literis ad Carolum Imperatorem datis prætendit, probe gnari capituli illius, quo vel ab ipſo Cæſare pridem ipſis confirmata gaudebant poteſtate, daß/ ſo ein Bundtsverwandter von jemand mit Gewalt/ in was wege das geſchicht/ vergewaltiget wird/ die Bundsſtände die gegenhandlung/ den krieg/ die betrettung und wiederholung des gewalts erkennen und vollziehen mögen/ ohne einig vorhergehende rechtfertigung. Unde ipſe Carolus *l. c.* his etiam verbis uſus: zu erholung deſſen gewalts gemeinen Bundtsſtänden ihr hievor geſchrieben fürnehmen in krafft der einigung gebührt/ auch ſonſt die meiſten Bundtsſtände/ für ſich ſelbſt keinem Vicariat unterworffen/ noch den vergewaltiger Ulrichen mit recht zu erſuchen ſchuldig geweſen. Alias cauſam ducis non parum aggravabat, quod infeſtam adverſus Reutlingenſes expeditionem tempore interregni ſuſcepit, & quidem uti Caroli verba habent, wider ſeine pflicht/ damit er dem Heiligen Reich verwandt/ wider den gemeinen Landfrieden/ auch wider den verbriefften ſchirm. und rechtlichen austrag/ damit er denen von Reutlingen verſchrieben geweſen/ gehandelt/ damit crimen læſæ Majeſtatis begangen/ unſern Bundt zu Schwaben an einem ſeiner glieder angegrieffen/ und vergewaltiget hat/ und mit der that in die acht gefallen iſt: quæ ſi vel maxime duriſſima & principe indigna tractatio conjugis Sabinæ, regimenque tyrannicum ac injuſtum, de queis Hortlederus *lib. XIII. cap. 2. & 3.* legatur, abfuiſſent, debellationi ſuſceptæ omnino ſuffeciſſent. Num autem Fœderati occupando ducatum aliud ſibi jus acquiſiverint, quam quod acquirere per pactum Fœderis, jus commune, Auream Bullam & conſuetudines in Imperio receptas licuit, nempe uti exponit Strauchius *Exoteric. l. c.* ad tuendam pacem, conſervandam juſtitiam & in pœnam: jus *v. g.* proprietatis & detrahendi iſtum in alienam familiam? quæſtio eſt a noſtro ſcopo alienior, & Doctoribus Juris Publici merito relinquitur. Minimum hoc videtur contrariari iſtiusmodi alienationem primæ inſtituti ducatus legi a Maximiliano I. latæ, ex cujus ſententia ducatus Wirtenbergicus Imperii beneficium eo jure erat, ut ſi quid forte eſſet a cliente contra fidem beneficiariam admiſſum, aut ſi ad eum caſum res deveniſſet, ut in familia clientelari mas nullus ſupereſſet, ager ille fieret publicus, ac fiſco & ærario imperiali addiceretur: videatur pluribus Inſtrumen-

frumentum beneficiarium apud Hortled. *lib. III. c. I.* item Epiſtola Galliarum Regis Apologetica ad Ordines Imperii apud Freherum *Tom.* III. p. 335. Legi etiam poſſunt, quæ in utramque partem prolixe & erudite diſputat jam laudatus Strauchius *Exoteric. l. c.*

§. XXIV. Interea utriusque & Wirtenbergici & Teccii ducatus beneficium Ferdinandus a fratre Carolo Cæſare anno MDXXX. in comitiis Auguſtanis accepit, nihil id impedientibus Imperii Principibus; quamvis notari mereatur clauſula conſenſus eorum exhibitâ a Chriſtophoro Duce apud Hortlederum *lib.* III. *c.* VIII. ubi conteſtatur haud ſecus conſenſiſſe Ordines, **denn männiglich an ihren rechten und gerechtigkeiten unvergrieffen.** Grave alias eſt reſponſum Caroli in iisdem comitiis Philippo Landgravio ſupplici, ac veniam reditumque in patrias terras Ulrico exuli Duci expetenti datum: *ferro*, inquientis, *ſuo perdidit ditionem Ulricus, ferro, ſi potis eſt, eam recuperet.* apud Cruſium *Ann. Suevic. p. III. lib. XI. c. V.* & Joh. Pedium Tethingerum, *Comment. Wirtenbergic. lib. II.* apud Schard. *Tom. II. ſcript. rer. Germ.* & fere dixerim, claſſicum belli. Hoc ipſo enim Imperator omnium Principm animos infeſtos ſibi reddidit; e contra autem Ulrico ejusque cauſæ eos etiam conciliavit, quos maxime læſerat, affines Bavariæ Duces, qui haud parum poterant apud Fœderatos Sueviæ, & auctoritate ſua, & conſilio occulto Chriſtophoro, Ulrici Ducis filio, tabulas fidei publicas impetrabant, in comitiis, anno MDXXXIII. a confœderatis habendis, non ſolum tuto comparendi, ſed quod mirum erat, cauſam ſuam & parentis in cœtu confœderatorum publice dicendi. Franciſci etiam Galliarum Regis præſidio eum muniebant. Hic enim cauſæ juſtitiâ motus Langæo, quem ad novi Fœderis Smalcaldici ſocios, ut cum iis amicitiam contraheret, miſerat, in commiſſis dedit, ut una cum aliis Regum ac Principum oratoribus comitiis intereſſet, & cauſam Principum Wirtenbergiæ commendaret tam fœderis Suevici Proceribus, quam legatis Cæſareis, iisque qui Ferdinandi nomine adfuerint. Noverat autem idem Gallus, quod Ferdinando, quamvis ſimularet, ſe non ea ſolum facturum, quæ jure deberet, ſed & omni humanitate erga Principem uſurum eſſe, animus non eſſet reſtituendi ducatum, potius eo nitendi, quomodo tueretur poſſeſſionem ejus, eumque maxime in finem cogeret conventum, ut de Fœdere prorogando deliberaretur, in quo ingens præſidium habere videbantur Romanarum partium Principes, & ſpeciatim Auſtriaci in dicta cauſa Wirtenbergica.

§. XXV. Hoc ipſum autem Fœdus Suevicum, cum conſiliis Gallicis obſtaret, Rex Langæum omni ratione juſſit conari, quomodo illud non inſtauraretur, ſed irritum fieret, notante Martino Bellajo *lib. IV. de rebus Gallicis.* In quam ſententiam ut potentiores ejus fœderis Principes & Status oratione induceret, eo facilius ipſi fuit, quo magis intellexit, ipſosmet declinare illius prorogationem; præſertim, quum Wirtenbergicæ regionis occupatio ſalvo fœdere illo tam facilis executionis non foret. Et ſane Landgravium quod attinet, is jam d. 16. Martii an. MDXXXIII. literis Electori Joh. Friderico, Saxoni, ſignificavit, conventum renovandi fœderis cauſa Nordlingam d. 23. Martii indictum fuiſſe, ſed ſe cum Electoribus ad Rhenum in quadam ſocietate eſſe (**habe ein verbündnuß mit ihnen**) & Civitates ſuperioris Germaniæ a Fœderis Suevici continuatione abhorrere; ſe itaque eo allaboraturum, ut diſſolvatur. B. Seckendorfius, cui hæc debemus, obſervat, probaſſe hoc conſilium Electorem, factumque eſſe, ut dilatus fuerit conventus Nordlingenſis, & menſe Novembri ejusdem anni Auguſtæ habitus. Nec mirum iſtud eſt, cum pridem Fœdus Suevicum Saxoni fuerit ſuſpectum, & id propter in Fœdere Smalcaldico adverſus vim,

vim, quæ ab eo, sub specie exsequendi decreta Cæsarea, aut Cameræ, metuebatur, aliquid provisum: Seckendorf. *lib. II. §. 11. lib. III. §. I. & XIX.* Odio sum nimirum erat præter alia Suevorum gesta, maxime oppressi Ulrici Wirtenbergici exemplum, & vel ex iis Cameræ processibus & decretis a clero impetratis, quibus societas Episcoporum & Prælatorum, qui maximam fœderatorum partem constituebant, Augustam, Norinbergam, Ulmam, aliasque fœderatas Augustanæ Confessioni addictas urbes divexabant, quorumve executionem fœderati Suevi haud illubenter suscipiebant, colligere erat, quid boni reliqui Protestantium sperare possent. Hæc interim procul dubio causa sunt, quare laudatæ civitates finem Fœderis Suevici ita avide cupiebant, & ut in societatem Fœderis Smalcaldici reciperentur, solicitabant.

§. XXVI. Convenerunt nihilominus ad mandatum Cæsaris & Ferdinandi, qui quasi caput Fœderis erat, proceres & legati fœderatorum Augustæ mense Novembri. Wolffgangus, Comes Montfortius, & Marquardus a Stain, Canonicus & Præpositus Augustanus, Cæsaris & Ferdinandi nomine aderant cum imperio. Comparebat etiam Christophorus, Ulrici Ducis filius, cum Langæo, Galliæ Regis oratore, & legatis Regum & Principum Germaniæ potentissimorum suffraganeis, quorum catalogum lege sis apud Martinum Bellajum *lib. cit. pag. 143.* Tractatus mox institutus inter alia de causa Wirtenbergica, quam primus ipse Dux Christophorus in cœtu confœderatorum mox etiam Langæus duabus gravioribus orationibus dixit: sed dum utraque pars & commoda propria, & opportunitatem temporis respiciebat, conveniri non potuit. Interim nec in Fœderis continuationem, quod maxime contendebant Romanenses, Protestantes consenserunt, quin imo Bavariæ etiam Duces renunciarunt Ferdinando amicitiam, & a partibus Philippi, Hassiarum Landgravii, steterunt, Ulricum omni ope adversus Ferdinandum adjuturi. Ex hoc igitur antiquatum est Fœdus Suevicum, quod quinquaginta fere annos magno Imperii & Austriacorum inprimis emolumento steterat, & in iis ipsis comitiis abrogatum, quæ ejus prorogationi fuere destinata, non sine plausu exterorum, quibus sæpius terrori fuerat, sed & quod facile colligere est, Ulrici ipsius, qui ex optimo Pilippi consilio, ingenti auri argentique summa a Galliarum Rege mutuo accepta, bellum omni studio paravit, mox sedes avitas infesto circumseptus milite repetiit, pulsis Austriacis occupavit, & denique ex transactione Cadanensi relictas a Ferdinando in fidem suam recepit. Hortled. *lib. III. c. XII. & XIII.* Sleidanus *lib. IX. de Statu Relig.* aliique.

§. XXVII. Quam cæteroquin Ferdinandi interfuerit, ut Fœdus Suevicum etiam post amissum Ducatum Wirtenbergicum restabiliret, ex literis ad Marchionem Georgium, aliosque datis constare potest, in quibus nihil omisit, quod ad amicitiam & societatem istam redintegrandam faceret. Nec omnino frustra fuere ejus conatus. Prout enim ex literis Georgii ad Electorem Joh. Fridericum nos docet Seckendorfius *loc. cit.* plures Principes denuo consenserant, in quibus etiam *Georgius*, excipiens tamen pacta Cadanensia & Norinbergensia, & *Salisburgensis, Aichstettensis, Bambergensis, Augustanus*, Præsules, *Bavari* fratres, *Otto Henricus Palatinus*, & alii. Landgravium etiam benignis literis solicitaverat Rex d. 18. Novembris an. MDXXXIV. Quin etiam Sueviæ civitates, quæ jam recesserant a societate, & in his primam Augustam, quam ob Zvvinglii doctrinam hactenus Fœdere Smalcaldico excluserat Elector Saxo, sibi & sociis facile conciliasset, nisi Philippus, qui Austriacorum astutiam penitius noverat, Electorem monuisset, ut Augustanos fœderi novo adscriberet, ne forte

cum

cum aliis Ferdinandi partes arriperent. Cunctatus aliquandiu Elector, tandem ea conditione eos admisit, si a Zwinglianismo recederent. Quod ubi factum fuit, reliquæ etiam urbes Suevicum Fœdus sunt aversatæ. Principes vero Gallorum consilia & largitiones revocarunt. Seckendorf. *loco citato.*

❀ ❀

DISSERTATIO XIV.

DE LIBERA VENATIONE

GERMANICA INPRIMIS SUEVICA

VULGO

Die Freye Pürstgerechtigkeit.

PROOEMIUM.

QUi de Jure Venandi, Forestali aliisque ad hanc materiam pertinentibus scripsere, adeo bene multi sunt, ut integrum Juris Forestalis Corpus exinde confecerit Celeberrimus Fritschius, Cancellarius Schwartzenburgicus, qui autem materiam Liberæ Venationis Germanicæ ex asse tractaverint, præter Dominum Ottonem, cujus tamen Tractatus non omnem exhaurire materiam, multis, quibus cum hac de re conferre licuit, Clarissimis JCtis videtur, nemo quantum constat, in hunc usque diem inventus fuit, quapropter operæ pretium nos facturos existimavimus, si inventis ejus quædam addere conaremur, quod dum variis in Praxi Nostra ventilatis Casibus, & undique collectis ex Archivis diversorum Principum & Statuum Imperii aliarumque Civitatum Municipalium Documentis publicis adjuti meditamur, Sciagraphiam hujus Juris, loco Disputationis Juridicæ, Thesibus hisce ventilandam proponere constituimus, plura Supremo Numine Annuente, suo tempore de hac materia rarissima, publico communicaturi.

§. I.

LIcet Venatio omnis, tam Naturali & Divino, quam Gentium & Civili Jure omnibus permissa & libera sit, & Deus in prima statim Creatione, omnia animalia hominis dominio & potestati subjecerit, teste vel unico Genes. *cap. 1. v. 27. & cap. 9. v. 2.* hincque etam Romani LL. feram bestiam, quamprimum occupata fuerit, statim capientis dominio adscribunt, *§. 12. I. de Rer. divis.* imo contra prohibentem piscari, vel venari, quæ in Jure nostro ad paria censentur, *l. 29. §. 3. ff. ad L. Aquil.* actionem injuriarum concedant, *L. 13. §. 7. ff. de injur.* Successu tamen temporis in Imperio Romano Germanico, & fere ubique terrarum, Jura venandi, piscandi & aucupandi ad Majestatis Jura & Regalia tractata fuere, adeo ut non solum Veteres jam Imperatores Francici, uti infra th. 5.

visuri sumus, sed & in specie Fridericus I. cognomento Barbarossa, istud Jus sibi vindicaverint, & Regalibus adscripserint, Feud. 2. *tit.* 27. §. 5. & Feud. 2. *tit.* 57. & hinc etiam hodie, de generali Germaniæ consuetudine teste Colleg. Lips. apud Modest. Pistor. *Vol.* 2. *cons.* 14. *n.* 23. eis annumeretur, Illustris noster Præceptor Stryk. *in Exam. Jur. feud. cap.* 9. *quæst.* 21. Principesque & Status Imperii nostri, post introductam istam Majestatis æmulam, Superioritatem Territorialem, sc. vi ejus in suis territoriis sibi vindicent, & non levem Superioritatis Territorialis partem exinde constituant, post Seckendorff. im Fürsten Staat, *part.* 3. *cap.* 3. *n.* 1. Excellent. Dn. D. Schwveder, Patronus noster omni encomio major, in Jur. Publ. *part. spec. sect.* 2. *cap.* 11. *th.* 13. & postquam Principes Imperii consuetudine aliqua immemoriali cum Venationibus & Banno ferino investiantur, amplius Juris Gentium esse, recte negetur a Pruckmann. *in tr. de Venatione cap.* 4. *n.* 48. cum frustra precibus ab Imperatore petatur, quod Jure Naturali vel Gentium omnibus permissum est. DD. arg. *L.* 15. *ff. de privil. credit.* & *L.* 1. *Cod. de Thesaur.*

§. II. His tamen omnibus non obstantibus Venatio in Germania nostra aliquibus adhuc competit, licet Superioritate Territoriali non gaudeant, sed mediati sint, sicut de Bavariæ Landsassiis testatur Kraiffer *in Tr. de Jure Venand. cap.* 2. *n.* 15. modo istam legitimo modo, vel jure servitutis in alieno. Schurff. *part.* 3. *cons.* 1. *n.* 43. Berlich. *p.* 1. *decis.* 51. *per tot.* vel præscriptione immemoriali. Seckendorff. *c. l.* Ziegler. *de Jurib. Majest. lib.* 2. *cap.* 14. *th.* 46. & *seqq.* vel denique Jure Liberæ Venationis, in Germaniæ quibusdam locis adhuc hodie obtinente acquisiverint. Quæ (omissa Definitione Nominali, ne plus verba, quam rem ipsam sequi videamur) commode definiri poterit, quod sit Qualitas certis quibusdam Locis vel Territoriis adhærens, vi cujus, personis Natura non impeditis, nec Jure prohibitis, Jus competit, feras bestias, in Naturali sua Libertate constitutas per actualem illarum apprehensionem sibi appropriandi, & domino suo adjiciendi, vulgo apud Germanos, die Freye Pürsch / vel Freyer Busch / idque vel a dumeto sive sylva, ratione Venationis indistincte libera, Wehner. *voce hac.* vel a vocabulo Pürsten / quod vernacula lingua nil aliud denotat, quam feras sclopetis petere. Besold. *in addit. voce* Pürsten.

§. III. Species hujus Liberæ Venationis varias esse, nemo forte inficias ibit, cui documenta hanc materiam tangentia penitius inspicere licuit, hinc nobis commode dividi posse videtur. (1.) quod alia sit eine Kayserliche freye Pürst / alia freye Pürst simpliciter sic acta. alia (2) Libera omnium ferarum Venatio, alia certi solummodo generis. (3) ad exemplum. *§.* 12. *de Rer. divis.* alia aucupii, alia Piscationis, alia Venationis in specie sic dictæ. Quoad primam divisionem Kayserliche freye Pürst appellamus eam, quæ vel ab initio statim, certis quibusdam Statibus & aliis immediatis Imperii subditis, tanquam Feudum vel Privilegium concessa, vel ab antiquo & immemoriali tempore quidem stabilita, successu tamen temporis ab Imperatoribus etiam confirmata fuit. Quod si enim prima Imperii nostri Germanici cunabula intuemur, ante tempora Friderici, rarus quidem aliquibus videtur fuisse Juris Forestalis & Banni ferini usus, exceptis locis & sylvis Dominicis, postquam vero post Fridericum Venatio paulatim Regalibus annumerari cœpit, & Imperatores Statibus talia in feudum concedere incepere, sicut v. gr. Otto Rex An. Christi 1198. Wittekindo Abbati Corvejensi, Feudum Foresti, quod Soligo dicitur, tradidit, eo tenore, *ut in eo usum venandi habeat, & Jus quod vulgariter* Wildbann *appellatur, sine ulla contradictione exerceat.* teste Annal. Paderborn. *ad dict. ann.* & Imperator Conradus *An.* 1209. Episcopo Mindensi *quandam sylvam forestari concessit, & banni Impe-*

Imperialis districtu circumvallavit. apud Goldast. *Tom. 3. Constit. Imp. pag. 312.* Chronicon Episcop. Mindens. *pag. 730.* hanc etiam Libertatem Venandi, per Constitutiones Imperatorias antea ademptam, quibusdam Statibus & Civitatibus Imperialibus rursus vel in Feudum concessere: uti ex causa, Civitas Gamundia ex Privilegio Imperatorum ea gaudet, & Imperialis Rotvvila, in certo quodam Districtu, in Literis Investituræ, ab Imperatoribus & quidem moderno Gloriosissimo LEOPOLDO, sub dato Viennæ *16. Maji An. 1659.* acquiri solitis, determinato, Feudi nomine Libertatem Venandi possidet: vel denique pristinam istam & antiquam Naturalem Libertatem intactam & illæsam reliquere; ut Status in posterum eam quidem non Jure proprio, sed tanquam beneficium Imperatorium possiderent & recognoscerent. Sicuti factum non solum penes Status Sueviæ Libera Venatione gaudentes, (*vulgo* **denen Pürstånden in Schwaben/**) sed & Liberam Imperii Nobilitatem, præsertim Suevicam, prioribus enim Imperator Maximilianus I. *anno 1516. die 27. Augusti*, speciali quodam Privilegio, Liberam Venationem ab immemoriali tempore jamjam ab ipsis possessam, clementissime confirmavit, posterioribus autem Imperatores Ferdinandus I. *an. 1559.* Rudolphus II. *anno 1601.* Ferdinandus denique II. *anno 1621.* non solum in propriis fundis, sed & **den Freyen Pürsten/** largissime concessere, prout testatur, præter reliqua in manibus nostris extantia Privilegia, Kreidenmann. **von deß Teutschen Adels Staat und Stand.** *in mant. Priv. priv. V.* ut hinc facile & per se pateat, quod si alicubi locorum talia Privilegia Cæsarea non reperiantur, Jus tamen Liberæ Venationis obtineat, istud speciem quandam priori contradistinctam constituere debeat, prout v. gr. est **die allgemeine Pürst zwischen der Donaw / Blau und Ach.** teste Dn. Ottone *cap. 5.* item **die Freye Pürst im Hertzogthum Würtemberg/ bey Bahlingen/ Ebingen/ Onschmettingen** &c. sicut iste districtus per speciales inter Serenissimas Domos Wirtenbergicam & Zollerensem, initas transactiones, **von der Bützerstaig auff das Ober- und Unter-Zoller Hörnlein/ den Ecken und dem Trauff nach hinumb biß in das Tanemerthal/ von dem Zollerif. und Burladingischen Forst/ und Zollerischen Burgjagen/** distinctus est, nec non tractus ille, qui prope Tubingam Liberæ Venationi inservit, & in varios ad Nicrum, Ameram & Steinlacum limites sese extendit, in his enim & aliis locis v. gr. **in dem Sauerland/** Electoratus Coloniensis ditione, item **in dem Ingelheimer Gow/ umb Maintz/** nec non **in dem freyen Grund/** ad Comitatum **Sayn Haichenburg** & Principatum Nassovio Dillenburgicum pertinente, cum Incolæ Cæsarea aliqua confirmatione vel concessione, quatenus nobis hactenus ultra habitam diligentissimam inquisitionem, liquere potuit, destituantur, & clementissimæ solummodo Principum Territorii Tolerantiæ innitantur, **eine Kayserliche Freye Pürst** asserere non possumus.

§. IV. Secundam Divisionem quod concernit, eam introduci posse, nullum nos exinde tenet dubium, quod v. gr. in unico Zollerensi Principatu vigore Transactionis inter utramque Serenis. Domum de anno 1559. die 16. Augusti initæ, subditis Wirtenbergicis in Foresto Burladingensi omnis penitus Libera Venatio quidem interdicta, interim tamen non obstante Banno ferino & Jurisdictione Zollerensi Forestali, ursorum luporum & reliquarum carnivorarum bestiarum libera venatio, ad exemplum Juris veteris Civilis & Feudalis *tot. tit. C. de venatione ferarum.* Constit. *de pac. tenend. lib. 2. feud. cap. 27. §. si quis. vers. nemo retia.* adhuc dum hodie permissa est. Sicut denique Venatio qualibet indistincte dividitur in aucupium, piscationem & Venationem in specie sic dictam, ita & hanc Divisionem ratione Liberæ Venationis adeo nostram facimus, ut si in Privilegio aliquo Cæsareo, vel Literis Investituræ sim-

simpliciter die freye Pürst gerechtigkeit sine adjectione Piscationis vel Aucupii concessa fuerit, nisi per longævam observantiam contrarium sit introductum, aucupium & piscationem Domino Territorii adscribere non vereamur, *arg. L. fin. ff. de calumniat. & L. 20. ff. de minor. B.* noster Abavus *ad Instit. de R. D. §. 12. & 13. num. 225.* sicuti in tractu Rotvvilensi peculiarem Ordinationem piscatoriam extare, docent communicata nobis *de anno 1563.* documenta publica, sed & hic loci prope Tubingam, piscationem in Nicro, Steinlaco & Amera, Districtum Liberæ Venationis irrigantibus omnino prohibitam esse, constat.

§. V. Origo hujus Liberæ Venationis quænam sit? pro certo asserere velle, res nobis plane desperata videtur, licet enim hoc extra controversiæ aleam positum sit, quod veteres Germani omnes indistincte Venationi secundum Libertatem Naturalem indulserint, teste Tacito *de morib. German.* & *Jul. Cæs.* post subactam tamen a Carolo M. Germaniam, tota ejus facies sub eo & ejus in Imperio Successoribus adeo plane immutata fuit, ut ne ullum quidem Libertati Naturali circa Venationem locum hodie superesse, clarissima Historiarum evincant documenta. Veteres Francorum Reges jus circa sylvas jam tum temporis sibi usurpasse, tradit Greg. Turonens. *lib. 10. c. 10.* imo in Capitularibus Regum Francicorum expresse fit mentio Forestalis Jurisdictionis *Lib. 4. cap. 42.* & Carolus M. expresse sancivit, *Ut nemo pedicas in Foresto Dominico, neque in quolibet Regali loco tendere præsumat, & si ingenuus hoc perpetraverit, bannum Dominicum solvat, & si servus est, Dominus ejus emendet, sicut Lex est.* Hinc & Imperator Ludovicus Pius de Forestis diligentissime inquirere jussit, quo modo salvæ factæ sint & defensæ, & licet de Jure Saxonico dicendum videatur, quod tempore Ottonis Magni adhuc Libertas illa naturalis viguerit, cum trium solum nemorum & districtuum, Banno ferino munitorum, mentionem faciat Landrecht *lib. 2. art. 61.* successu tamen temporis eam plane abolitam fuisse testatur non solum generalis ista Constitutio Conradi Salici, de *ao. 1029.* quam ita exhibet Goldastus *Constit. Imper. tom. 3. pag. 312.* Conradus &c. *In sylvis, campis, fluminibus & paludibus forestatis & banni nostri districtu circumvallatis, ea ratione bannum facimus, ut nemo ulterius in eisdem, absque Domini suorumque hæredum permissu, potestatem habeat, venandi, sagittandi, retia aut laqueos ponendi, aut ullo ingenio feras decipiendi, quæ merito sub jure banni continentur.* Sed & Friderici ipsum insecuti, supra memorata de pace tenenda Sanctio, qua rusticis arma portare & venari omnino interdixit, & tandem juxta communem DD. sententiam plane Regalibus adscripsit, *in tit. Feud. quæ sint regalia.* Imo quosdam Venatione nominatim investivit. Charta Friderici I. de ao. 1175. apud Guichenon in Episcopis Bellicensibus. *ibi: Ripaticum, aquaticum, pascua, piscationes, Venationes, sylvas &c.* Justellus in Historia Turonensi *p. 103.* Hinc etiam omnino persuasi sumus, quod hodierna venandi Libertas, præprimis Suevica, non Juri Naturali vel Gentium, sed potius Excidio & ruinis Ducatus Sueviæ & famoso isti interregno, quo subditi Jura Imperii pro lubitu invasere, in dubio, & non extantibus clarioribus documentis, adscribenda sit, utpote quo tempore, occiso Conradino, totius Ducatus membra & Jura, in plura discerpta & dilacerata fuisse, testantur Historici apud Besold. *de Ord. Equest.* & Crus. *Annal. Suevic. lib. 2. part. 3. cap. 20.* & hanc sententiam omnium optime firmat, quod hodie circa castrum Hohenstauffen, quæ Sueviæ Principum & Friderici inprimis Barbarossæ Imp. Residentia fuit, hæc Libertas Venandi vigeat, quam tamen Imperatorem suo tempore concessisse, dum tamen in longe dissitis Provinciis, imo ipsa Italia eam prohibuerit, & alios Imperii Principes ea investierit, nec sana ratio nec Juris præsumptio asserere permittit.

§. VI.

§. VI. Supposita hac sententia facile patet, quid de ista Q. sentiendum sit, utrum in dubio Forestum potius, an libera Venatio præsumi debeat? scilicet quod contra communem Juris nostri regulam, præprimis in casu, quo Subditus contra Dominum litigat, Jus venandi potius & Forestum asserendum veniat, licet enim Libertas alias potius præsumatur, quam Servitus, naturalis tamen ratio & jus ipsum dictitant, ut qui Territorium & Jurisdictionem habet, is quoque venandi jus & facultatem habeat, dicente Meichsnero. *tom. 3. decis. 33. n. 6.* ipso Jure Divino, ei cujus est Territorium, dominium ferarum bestiarum attribuente, Jeremiæ *cap. 27. v. 6. & cap. 28. v. 14.* Daniel. *cap. 2. v. 38.* sive enim uti jam dictum, Venationem inter Regalia referas, Subditi & præprimis rustici horum omnino incapaces sunt, per tradita Sixtin. *de Regal. lib. 1. cap. 4. n. 100.* sive Jurisdictioni annumeres, fructus ejus venatio constituit. Knichen. *de Super. Territor. cap. 4. n. 460.* & ipsi adeo cohæret, ut si quis privetur alicujus Territorii mixto & mero Imperio, cum Jurisdictione, quam habet, quis etiam jus venandi amittat. Sebast. Med. *de venat. part. 2. Q. 2. n. 4.* & dehinc pristinam Libertatis naturalis præsumptionem pro se allegare nemo possit, cum posito Principe etiam Regalia & Jura Territorialia ponenda sint, nec sese aliquis contra talem Principem Bannum ferinum sibi vindicantem, nisi speciali Privilegio, vel immemoriali possessione, invito Principe in judicio contradictorio obtenta, non vero ex benignitate & tolerantia Superioris ipsi concessa, *vid. infra thes. 23.* tueri possit.

§. VII. Causam Efficientem igitur Liberæ nostræ Venationis statuimus, non Libertatem Naturalem, nec Jus Gentium vel Civile, sed vel Privilegium Imperatorium, vel longævam possessionem, patientia & conniventia Dominorum Territorii suffultam, quod si autem Venatio in aliquo Principatu Subditis generaliter interdicta sit, contra Superioris expressam prohibitionem mediante præscriptione istam acquiri non posse, nullum nos tenet dubium; *tum* quia contra Principem quoad Regalia, inspecta Juris veritate non valet Præscriptio alia, nisi immemorialis. Brunnem. *ad L. 2. Cod. Commun. de Usucap. tum* quia contra Leges & statuta veniens, in aperto dolo constituitur. Mascard. *de probat. concl. 531. n. 47. & 48.* juncta *L. 199. ff. de reg. Jur.* cujus tamen expers esse debet præscribens *L. 7. Cod. de agricol. & cens. tum*, quia talia statuta, a singulis Subditis, in Juramento Subjectionis & Civium, **dem Erbhuldigungs und Burger Aidt** / juramento confirmantur, adeoque cum sine periculo animæ servari possint, omnino servanda sint, *tum*, quia de moribus nostræ Germaniæ talia statuta fere singulis annis in Judiciis Præfecturalibus, **denen Vogtgerichten** solent prælegi, adeoque alienæ rei scientia subditis semper solet denunciari, quo casu nec præscriptio procedere potest, *L. 17. C. de rei vindicat.*

§. VIII. Illud autem majoris dubii quæstio est, quod si v. gr. in aliquo Jure Provinciali hisce verbis dispositum legatur: **Es solle auch keinem unserer Unterthanen / in unserer Graffschafft einigerley klein Waidwerck zu treiben / viel weniger Rehe / Füchs / Hasen / Wachteln oder anderes zu fangen erlaubet seyn / bey Straff** ꝛc. utrum Subditi ad minimum Liberam majorum ferarum Venationem, utpote in hac prohibitionis formula non comprehensam prætendere valeant? Nos a minori ad majus hic valide argumentari posse credimus, & ad evitationem absurdi, Subditis, cum ipsis non liceat, quod minus est, nec majus licere arbitramur. vid. Everhard. *in Topic. legal. loc. 20.*

§. IX. Ad Subjectum ut descendamus, illud pro Varietate hujus Libertatis, etiam varium est, quoad Liberam Imperialem Superioris Sueviæ Venatio-

nem, Status ejus tam Clericos, quam Laicos, hoc Subjectum constituere est extra controversiam, e quibus Recessui, dem Pürsttags-Abschied de ao. 1667. interfuere e Principibus Buchau / e Prælatis, Salmansweil / Marchthal / Zwiefalten / St. Georgen auff dem Schwartzwald / Samblung in Ulm. e Comitibus, Fürstenberg Mößkirch / e Nobilitate / Moßbeuren / Hornstein zu Grüningen / Warthausen / Stein zum Rechten Stein / Mittelbibrach / Erbach / Dischingen / Uttenweyler / Rißtissen / Bach / Under Marchthal / e Civitatibus, Ulm / Biberach / Buchau / Munderkingen & Winterstetten. Imperiales item Gamundiam & Rotvvilam, in suis peculiaribus Territoriis & Districtibus, vi Investiturarum a S. C. Majestate desuper obtentarum, Subjectum constituere liquet, sicuti & quod communem istam in partibus Nicri & Sylvæ Hercyniæ Venationem attinet, olim certum quoddam Collegium institutum fuit, cui Capitaneus & Regimen Comitatus Hohenburgici, Deputati denique Liberæ Nobilitatis Suevicæ, & Civitates Rotenburg & Horb præfuere, nobisque ex oblata de anno 1490. matricula patuit, præter istas Civitates, unum Comitem, unum Prælatum, 52. Equites in isto sodalitio fuisse, qui pro subjecto Liberæ Venationis omnino habendi sunt.

§. X. Cum igitur hoc extra controversiam sit, quod Principibus & Statibus Imperii, nec non Viris Illustribus & in Equestri Ordine constitutis, tanquam proprium ipsis competens Privilegium, hæc Libertas venandi, in locis determinatis competat, Knipschilt. *de Nobil. immed. lib. 3. c. 5. n. 14.* nec incolas Civitatum, maxime Imperialium, abhinc removere poterimus. Quoad Agricolas vero & homines proprios, uti & his Libera venatio de Jure competat, major est controversia, sane cum Venatio majorum præprimis ferarum sine armis exerceri nequeat, ipsis vero horum usus omnino interdictus sit, *L. un. Cod. ut armor us. §. si quis. 5. de pace tenend. lib. 2. F. cap. 27.* & arma portare, caussam & occasionem præstet ad violentias, percussiones & homicidia, uti DD. colligunt *ad L. 4. C. de his qui ad Eccles. & L. 10. C. de Episcop. & Cler.* de hinc etiam multarum Terrarum LLatores, hanc Juris Civilis dispositionem in suas Ordinationes redegerint. Ordin. Politic. Wirtenb. *tit.* der Feuer und anderer Büchsen halben §. 1. ne ab agricultura ad flagitia & negligentiam perducantur, quod communiter fieri testatur Dux Ludov. Wirtenb. *in Ordin. de anno 1588.* hanc Libertatem talis conditionis hominibus, a Magistratibus Superioribus, præsertim in locis publicis, omnino non concedendam esse, vel Jure competere statuimus, nisi in quibusdam locis ex speciali Superioris gratia vel observantia regionum, quam in materiis Venationum, ex illicito licitum facere, & contra, trad. Oldenburg. *in Itin. Jurid. tit. 5. §. 473.* aliter receptum sit. Vagabundos etiam, circumforaneos, & alios hisce similes peregrinatores omnino prohibendos, & Jure prohiberi censemus, sicut & prudentissime jam cautum in Rottweyl: Freyer Pürst Ordnung. ibi: sondern auch den Landfahrern / Keßlern / Spenglern und andern dergleichen verdächtigen und nirgends bleibenden oder gesessenen Personen gantz und gar verbotten ist.

§. XI. Qua Materiam & Objectum nobis notandum, quod istud consistat in locis, ubi talis Libertas viget, quæ loca a Dominis Territoriorum & membris hujus Venationis, olim limitibus tam naturalibus, quam artificialibus, quam sollicite a bannis ferinis distincta fuere, ita ut anno 1514. & 1666. peculiares Statuum Commissarii, in der Pürstbereutung de d. anno denominati, omnes terminos circumiverint & in lapides terminales inquisiverint, quod tamen cum ab eo tempore amplius haud factum fuerit, termini hodie plerisque in locis confusi & antiquitate adeo inumbrati censentur, ut in Comitiis Suevicis de

Ao.

Ao. 1697. in Consultationibus hac de re ad art. propositionis 19. habitis, non ultimam libertatis hujus abrogandæ causam Statibus præbuisse doceant adjuncta Decimi Conclusi Circularis, nobis communicata. Interim tamen hodie certis limitibus adhuc gaudere Rotvvilenses docent Literæ Investituræ Cæsareæ, omnes terminos nominatim exprimentes.

De hoc autem cuidam Civitati controversiam motam scio, quod ipsi ab Imperatoribus Libera Venatio concessa sit, in ihrem Mundat, utrum etiam extra Territorium istius Civitatis hoc Jus Libertatis se se extendat? & finibus Territorii (nisi observantia, de qua in casu Liberæ Venationis & Piscationis prope Weissenburgum olim obtinentis, videri meretur, Münster *in Cosmograph. pag. 878.* & possessio in contrarium militent) terminari & concludi omnino autumo, tum ex significatu hujus vocabuli Mundat / tum propter *arg. Leg. 40. ff. de admin. & peric. tut. L. 2. §. 10. & 16. ff. ne quid in loco publ.*

§. XII. Quid vero sentiendum sit de eo casu, quando Dominus aliquod Territorium comparavit, mit aller Herrlichkeit/ in Hölzern/ Wäldern und Feldern/ Fischentzen und Fisch-Wassern. utrum scilicet subditi longo post temporis intervallo, Liberam Venationem prætendere possint? Et non posse nos docet, *tum* genuina hujus Clausulæ apud DD. interpretatio, Domino Territorii Regalia tribuens, Besold. *voce* Herrlichkeit. *tum*, quia sicut stagno concesso piscatio, Molinæus *ad Consuetud. Paris. §. 1. gl. 8. n. 11.* ita sylva concessa, tacite etiam Venatio concessa intelligitur, cum feræ censeantur accessorium sylvæ, & habeantur loco fructuum. Harppr. *ad §. 12. de Rer. Divis. n. 183.* Mohr. *de Jure Venand. pag. 1. cap. 2. n. 19.* Tabor. *in Racemat. Criminal. pag. 570.*

§. XIII. Pariter si in aliquo Principatu Subditi ad operas Venatorias indeterminatas, sub hac clausula in omnibus operarum transactionibus, denen Frohnbrieffen/ extante, deß hagens und jagens aber sollen sie nicht gefreyet seyn/ sondern sie sollen darzu erscheinen / wann und wohin wir wollen/ sie sollen auch den Zug führen ꝛc. die Hunde halten/ und einen eigenen Hundzieher bestellen ꝛc. teneantur, easque actualiter præstent, extra omnem dubitationis aleam positum esse censemus, Subditos nullam Venandi Libertatem, etiamsi mille actus venatorios exercuerint, asserere posse, *tum*, quia hi actus omnes Naturæ Liberæ Venationis in totum & adeo sunt contrarii, ut magni nominis Principi in transactione desuper inita, solum zu pürsten in Wäldern und vom Strick aus zu hetzen in Feldern / nicht aber den Zeug in die frey Pürst zu führen/ concessum sciamus, *tum*, quia istæ operæ, præsertim deß hagens/ Bannum ferinum, Jus sylvam cingendi & sepiendi inferunt. Knipsch. *de Civit. Imper. part. 2. cap. 7. num. 53.* Besold. *voce* Jagen. *tum*, quia Princeps semper est in possessione & exercitio, Subditorum vero actus pro clandestinis & violentis habendi. Facult. Jurid. Ingolstad. apud Everhard. *Vol. 1. Consil. 10.* adeoque principium præscriptionis b. f. & justus titulus semper deficiunt.

§. XIV. Sicuti autem in Foresto ferarum cura habetur, ne omni tempore eæ appetantur, ita & Libertati nostræ nihil officit, si & certus quidam modus venandi præscribatur, & Libertas quodammodo restringatur, uti v. gr. in freyer Pürstordnung deß obern Bezircks in Schwaben. de Ao. 1511. §. III. *agricolis non licet venari canibus in sylvis, bene tamen in campis.* & §. VIII. & IX. *feris & avibus, eo tempore, quo pariunt & fœtum nutriunt, insidiari haud permissum est.* quod & sequitur Rotweyl. freye Pürst-Ordnung. §. 1. kein hoch

Wild-

Wildprett von Faßnacht biß auff Medardi. §. III. keinen Hasen von Medardi biß Faßnacht mit der Büx zu schiessen/ wohl aber zu Jagen und zu hetzen. & denique ratione perdicum §. I. keine von Faßnacht biß Jacobi zu fangen/ oder die Ayer von den Nestern zu tragen. & quæ similia v. gr. in der Fischer-Ordnung/ bey Nacht/ oder mit Kügelein nicht zu fischen/ severe prohibens.

§. XV. Effectum Liberæ Venationis & Finem recenset Dn. Otto *in sua tr. cap. 6.* cui nos hæc solummodo addimus, quod Statibus Imperii & reliquis immediatis Imperii subditis (non vero mediatis, utpote quibus Collegium hac de re, sine permissu Superiorum instituere, vel de hac tuenda & administranda consilia inire, omnino interdictum in *L. 3. §. 1. ff. de Colleg. & corpor.* adeo ut si subditi eam contra prohibitionem Superioris violenter sibi vindicare & asserere ausi fuerint, eos crimen læsæ Majestati simile committere, nullum sit dubium. *L. 1. §. 1. ad Leg. Jul. Majestat.*) vi hujus competat facultas, Collegia & Sodalitia instituere, Leges ferre, Officiales constituere, Conventus celebrare, sylvarum curam gerere, ne arbores penitus excidantur, quod omnino prohibitum docet Besold *voce* außstocken. inspicere, Collectas indicare, Pürsttags-Abschied. de Ao. *1666.* & in genere omnia ea facere, quæ ad conservationem Jurium suorum pertinent: sicut v. gr. in der Obern Freyen Pürst videmus, quod membra ejus in certam Matriculam sint relata (adeo ut ex hoc, aliquem in ea non contineri, nec hujus Libertatis participem esse, bene argumentari posse, persuasi simus, arg. eot. quæ de Matricula Imperii tradunt Myler. *de Stat. Imper. cap. 11. & alii.*) quod Directorium itidem und Außschreib-Ambt/ inveterato more sit penes Civitates Imperiales Ulmam & Biberacum, Archivum etiam constituentes & custodientes, quod denique aliquoties elegerint Capitaneum, einen Pürst-Haubtmann/ Advocatum denique & reliquos Officiales. Eodem modo apud Rotvilenses procedi & certos Præfectos sive Pürst-Vögt constitui, nos docet Pürst-Ordnung/ in procem. ibi: als geordnete Obervögt solcher freyen Pürst. & de sodalitio Venatorio ad Nicrum & Sylvam Herciniam, *supra alleg. th. 9.*

§. XVI. Contraria ut nunc etiam perstringamus, nobis modi amittendi hanc libertatem commode ad duo summa genera referri posse videntur, scilicet, quod amitti & aboliri possit vel voluntate membrorum, vel sine ea. In priori casu renunciationem voluntariam huc referendam esse, nos docet *L. 57. Cod. de Episcopali & Cler. L. 29. C. de pact.* sicuti & superioribus annis Status Circuli Suevici, peculiaribus hac de re initis deliberationibus, totos in hac libertate abroganda occupatos fuisse, nos docent Craiß-Abschied. *de no. 1687. & 1697.* ita ut singulis Statuum, von der freyen Pürst tantum, in Forestum concedere voluerint, quantum ipsorum concludat Territorium, & licet subditis querendi occasio ex eo suppeditata videri poterat, quod ipsis invitis talia Jura non sint auferenda, tamen hanc Renunciationem universalem adeo jure fieri posse, persuasi sumus, ut nec consensus nec dissensus S. Cæsareæ Majestatis adhibendus fuerit in locis, antiquitus & ab immemoriali tempore in Statuum potestate existentibus, & per modum Privilegii confirmatorii solummodo Kayserliche Freye Fürst appellari solitis, cum enim nihil tam naturale sit, quam unum quodque eo modo dissolvi, quo fuit colligatum. *L. 35. de Reg. Jur.* hæc vero Venationis Libertas solo Statuum & immediatorum consensu stabilita & ab initio instituta sit, ab Imperatoribus vero, postquam jam immemoriali tempore viguisset, demum A. *1516.* confirmari cœperit, teste ipso, licet in hoc dissent. D. Ottone,

pag.

pag. 22. per ſe patet, quod Status huic Libertati & Cæſareo privilegio ſine omni obſtaculo liberrime renuntiare poſſint, ex generali Privilegiorum natura. L. 41. *de minor. cap. 6. x. de privileg.* nec ſubditi ipſorum habeant, de quo conquerantur, cum talia Privilegia confirmatoria non ipſis, ſed Statibus clementiſſime conceſſa ſint, adeoque ipſis nullum Jus exinde competat, ſed hic clementiæ rivulus a Statibus demum per modum Gratiæ & precarii in Subditos derivatus fuerit. Conſultius tamen Status facturos credibile eſt, ut ad averuncandas & impediendas citationes & mandata, his in caſibus a Supremis Imperii Tribunalibus alias decerni ſolita, teſte Facult. Argent. *in Conſ. vol. 1. Conſ. 14.* Cæſareæ Majeſtatis conſenſus etiam majoris cautelæ loco deſuper exquiratur, quod & innuunt Status in Receſſu de anno 1697. im Zehenden Concluſo *ibi:* ein ausführliches Repræſentations-Schreiben an Kayſerl. Maj. abzulaſſen. Quod autem diximus, conſenſum S. C. Maj. in renunciatione hujus Libertatis non eſſe neceſſarium, illud ſecundum hactenus tradita ſtricte interpretandum, nec ad eos Status, qui libertatem venandi Jure Feudi ab imperio poſſident, v. gr. Rothweyl. extendendum eſſe volumus, ſicut enim Vaſallus feudum non alienare vel ejus naturam mutare poteſt, invito Domino Directo, Illuſtris noſter Præceptor Stryk. *in Examen. Jur. Feud. cap. 19.* ita nec talis Vaſallus, irrequiſito Imperatore, feudum hoc mutare & præprimis ſi extra Territorium ejus ſeſe extendat iſtud, alteri in Foreſtum concedere & relinquere poterit.

§. XVII. An autem majora Vota ad hanc Renunciationem ſufficiant? nos negamus, ſed univerſalem Conſenſum requirimus, licet enim hic obſtare videatur *L. 4. ff. quod cujusque univerſitat. nom.* nec non *L. 19. ff. ad Municipal.* nos tamen verius exiſtimamus, omnium Conſenſum hic requiri, tum, quia alteri per alterum iniqua conditio inferri non debet, *L. 14. de Reg. Jur.* quod tamen fieret, præprimis bey kleinen Ständen/ welche dadurch ihres in andern Territoriis habenden Juris beraubet würden/ tum quia id quod omnes tangit, ab omnibus approbandum eſt, *cap. 28. de Reg. Jur. in 6.* tum quia hæc Communio eſt inſtar Societatis, a qua recedens intempeſtive ſe non liberat a ſocio, quod & agnovere Status Circul. *d. 10.* Concl. ibi: Und hätte man auch hiebey denen Oeſterreichs-Stellen und der Reichs-Ritterſchl. hierunter von ſolcher reſolution parte zugeben/ um communi conſenſu in dieſem Stuck allerſeits verfahren zu können. Tacitam etiam Renunciationem quando v. gr. ſubditi ad prohitionem Superioris ſui acquieſcerent, ſufficere autumamus, per tradita Cravettæ *de antiquit. tempor. part. 4. ff. materia iſta n. 81.* Jacob. de S. Georgio *tract. feudal. verbo. & cum venationibus. num. 2. & ſeq.*

§. XVIII. Præter Voluntatem tolli poteſt, vel culpa perſonarum exercentium, vel ſine culpa, eaque in committendo tollitur, (1.) per Abuſum, ſicut enim Vaſallus occaſione ferarum beſtiarum, populares ſuos haud modice vexans, & in fructibus agrorum damno afficiens, venatione in feudum ipſi conceſſa juſtiſſime privari poteſt, per tradita Zoannettæ. *de duplic. venat.* apud Meurer. im Forſt-Recht. *p. m. 169.* ita e contra ſi ſubditi vel aliqui alii ea abutantur ad negligentiam, vel latrocinia, quin non propter talem abuſum Libertas hæc tolli poſſit, nullum eſt dubium, cum decantati juris ſit, quod Privelegia ob abuſum & inde cauſatum Reipublicæ præjudicium tolli & annullari poſſint, per ea quæ congeſſit Maſcard. *de probat. concluſ. 844. n. 30.* (2.) per violationem Pacis publicæ, ſi Subditi v. gr. tali Libertate gaudentes, ejus occaſione arma corripiant, vel motus contra ipſum Principem excitent, adeoque hoc Privilegio deinde ab ipſo mulctentur, vel non prius in gratiam recipiantur, niſi huic Libertati renuntiaverint, vel denique (3.) ſi aliquis Status Imperii, ad inſtar Civita-

vitatis Rotvvilensis, hanc Libertatem per investituram habeat, & ob feloniam aliudve crimen feudo privetur. *cap. prima autem. §. 2. qua fuit prima causa benef. amitt. 2. Feud. 24.* Sixtin. *de regal. lib. 1. cap. 6. n. 67. & seqq.*

§. XIX. Omittendo denique hanc Libertatem venandi extingui certum est, si v. gr. Jure suo aliquis diu usus non fuerit, adeoque ei renunciasse censeatur, quod præsertim in hac causa accidere statuimus, si quis per decennium non venatus fuerit, *arg. L. 1. ff. de Nundin.* vel denique, si Subditi quidem prætendant aliquam Venandi Libertatem, Dominus vero contradicat & prohibeat, & Subditi deinde acquiescant, tunc enim nullum est dubium, Subditos talibus prohibitionibus acquiescentes, non utendo, Libertati huic renunciare, & licet, ut verbis Inclytæ Facultatis Ingolstad. apud Everhard. *Volum. 1. Consil. 10.* utamur, semper aliqui reperti fuissent, qui contra prohibitiones Principum in locis prohibitis venationem usurpassent, & cervis, hinniculis aliisque similibus feris insidiati fuissent, quibuscunque artificiis eas capiendo, & præsertim balistis & bombardarum globis eas conficiendo, hi pauci tamen, qui subinde talia facere consuevissent, & hæc similia fecisse, non autoritate populi, nec pro Jure conservando (vel acquirendo) ipsi populo, sed potius clam & furtive, unde nihilominus Principes aut Domini Terrarum, hoc jus, ut soli venari aliosque prohibere possint, contra omnes præscripserunt, ex quo major & sanior pars prohibitionibus venationum, ipsorum Juramento vid. th. 7. firmatis, acquievit, & esset profecto absurdum, si ob hoc diceremus impediri alicujus præscriptionem vel inductionem consuetudinis, quod unus vel aliquis, non aperte aut per viam juris, sed clam, occulte & de facto, nec nomine populi, sed ex libidine murmurandi venirent contra talem Principis prohibitionem, cui tamen acquievit totus reliquus populus; si enim hoc admitteremus, tunc sequeretur, nullam fere legem ad populum latam subsistere posse, cum semper inveniantur, qui reclament & quibus illa displiceat.

§. XXI. Nec nobis obstaculum aliquod movere potest, quod ex parte subditorum in hisce & similibus casibus opponi posset, venationem esse actum meræ & liberæ facultatis, qui non usu non amittatur, vel ab utente præscribatur, sed licet aliquis ab immemoriali tempore non venatus fuisset, tamen hanc libertatem in loco, olim semel libero, nunquam amiserit, prout DD. hanc regulam multis exemplis illustrant *ad Leg. 2. ff. de via publica.* Brunnem. *ibid.* & tanquam communem declarant allegati a Menoch. *Vol. 3. Consil. 201. n. 61.* & in specie Padilla *ad L. 1. Cod. de servitut. & aqua. n. 19.* de Vasallis dicens, *licet per mille annos non fuerint venati, quod tamen non amiserint Jus venandi.* His enim merito respondetur, quod primo, secundum supra deducta, hæc res tanquam res meræ facultatis non, sed tanquam beneficium superioris consideranda sit, & secundo, licet res meræ facultatis esse concederetur, regula *L. 2. de via publica* limitanda sit, nisi prohibitio alterius intervenerit, & prohibitus acquieverit. *L. 8. ff. quemadm. servit. amitt.* tunc enim hæc meræ facultatis res omnino tollitur & extinguitur, præsertim in Imperio nostro, ubi cum subditis, juribus suis vel privandis a Principibus, vel durius tractandis, ad Cameram Imperialem, vel ipsum Imperatorem pateat recursus, & illi ipsi ad Superiorem non provocarint, liberæ voluntatis & renunciationis, qua in Principes suos omnem Venationis potestatem transferunt, hoc erit signum; verba sunt Pruckmann. *de Venat. cap. 4. n. 53. multis LL. & DD. firmata.*

§. XXII. Citra culpam amittitur, si talis Libertas a Principe vel Imperatore simpliciter, absque alicujus contractus mentione per modum meræ gratiæ

expresse

expresse concessa fuerit, & iste Princeps deinde revocaverit, licet enim nec donationem mere gratiosam a Principe revocari posse, asserat Rauchb, *Lib. 2. qu. 11.* cum talia Privilegia per modum donationis concessa in potestatem & dominium donatarii transierint, adeoque sine ipsius facto ipsi adimi nequeant, *L. 55. ff. de oblig. & act.* attamen cum hactenus Supremus Princeps adimendo ea, quæ sine causa concessit, nemini faciat injuriam. arg. *cap. penult. de præscript. Capit. suggestum. x. de decimis.* accedente præprimis aliqua justa & suadente causa, omnino libere revocare poterit, nisi quod hanc sententiam ita temperandam esse censeamus, quod si a prioribus Imperatoribus talia Privilegia Statibus, licet ex mera gratia concessa fuissent, tamen moderni & secuturi Imperatores ea pro lubitu & placito revocare nequeant, *argum.* Capitul. Joseph. *artic. IV.*

§. XXIII. Quod si autem subditi in aliqua Provincia Libertate simplici, cujus nullum alium quam possessionis titulum & Principis tolerantiam allegare possunt, gaudeant, utrum tum a Principe Venatio ipsis interdici possit? majoris est controversiæ, equidem haud ignari sumus, multos inveniri, qui præsertim si subditi in actibus homagialibus reciprocam Principis, de conservandis ipsorum Juribus & Privilegiis, tacita vel expressa LLatoris voluntate concessis, fidem & promissionem generalem recipiant, hanc libertatem sine maxima subditorum in juria tolli non posse, autumant, cum Princeps non possit tollere ea, quæ sunt juris Naturalis vel Gentium, *§. 11. I. de Jure Nat. Gent. & Civil.* Petr. Anton. Petra, *de Potestat. Princip. cap. 7. n. 6.* & in Venationibus antiquissimus vivendi modus consistat, hincque ipsa natura ostendat, humano generi conservando Venationes inservire, & dubium inde quam maxime evadat, utrum Principi communia hæc Jura intervertere, sibique soli, sine consensu eorum, quorum interest, illa tribuere liceat? Verum nos Principem, etiamsi Subditi nihil deliquerint vel hac libertate abusi fuerint, talem libertatem simplicem, nullo nisi diuturnæ possessionis & observantiæ Jure suffultam, pro beneplacito suo, concurrentibus præsertim justis causis suadentibus, abrogare & prohibere posse, salvo aliorum rectius sentientium calculo, omnino persuasi sumus, sive enim originem hujus libertatis a primæva omnium hominum conditione derivemus, sive ab excidio Ducatus Sueviæ & famoso isto Tricennali Interregno, quo Subditi Jura Imperii in diversis locis involavere, utrobique res salva est, nam in primo casu, Principem etiam id, quod Juris naturæ aut Gentium est, propter singularem aliquam circumstantiam, ex parte objecti propositam ita restringere & circumscribere posse, ut actus iste Jure Naturæ permissus, plane inefficax efficiatur, & adeo prohibitus, ac si ad jus illud amplius non pertineat, nullum est dubium. Brunnem. *ad Leg. 6. ff. de Just. & Jur.* etsi enim Lex civilis nihil possit præcipere, quod Jus naturæ prohibet, aut prohibere, quod præcipit, potest tamen naturalem libertatem circumscribere, & vetare, quod naturaliter licebat, atque ipsum dominium naturaliter acquirendum, vi sua antevertere, uti loquitur Grotius *de Jure Belli. lib. 2. c. 2. n. 5.* & hinc est, quod Cujacius *Lib. 4. obs. 2. mores ubique passim Jus Gentium circa venandi facultatem subegisse* scribat. Pari modo in secundo casu aperti juris est, quod, si hæc libertas Venandi, prout omnino probabile, imo fere demonstrabile est, Interregno Imperii & Excidio Ducatus Sueviæ adscribenda esset, Subditi nullam justam suæ Libertatis causam prætendere: multo minus se in aliqua Præscriptione contra suos Superiores tueri possint, cum enim *juxta dictamen* Imp. *in L. f. C. unde vi.* omnes scire debeant, quod suum non est, omni modo ad alios pertinere, ab initio utique occupatæ hujus Venationis bona fides & justus titulus, ad inchoandam præscriptionem necessarius, ubique defuere, adeoque ex capite vitiositatis nulla præscriptio introduci potuit, cum præsertim Jus Canonicum omni tempore b. f. & justum Titulum requi-

requirat, *cap. fin. x. de praescript.* illudque communis hodierna Praxis approbet. Gail. *Obs. lib. 2. O. 18. n. 8.* & licet non ignoremus, de communi Dd. sententia, ex lapsu temporis longissimi etiam Jure Canonico titulum & b. f. praesumi, prout tenent Dd. allegati a Wesenb. *Vol. 1. Cons. 5. n. 21. & seqq.* haec tamen praesumptio praeprimis quoad bonam fidem adeo efficax non est, quin non admittat probationem in contrarium, si praeprimis agatur contra possessorem antiquiorem, & titulus demonstrari nequeat, tunc enim licet per longissimum tempus quis possederit, & praesertim hoc in casu, ubi vitiosa inchoatio certa est, bona fides nunquam praesumi potest. Balb. *ad L. Celsus. ff. de usucap. part. 3. & seqq.* sed potius statuendum erit, quod licet centenatia, imo decem millium annorum praescriptione, tales inferiores contra Superiores suos se tueri vellent, hoc fundamentum ob malam fidem, quae etiam ex eo colligitur, quando quis scit, vel scire debuit, rem alienam esse, omnino corruat. Magnif. Dn. Harppr. *Cons. 30. n. 70.* praeprimis cum inspecta Juris naturalis (utpote quod solum cum Jure Divino, non vero Jus Civile Romanum, Principes in ordine ad suos Subditos obligat) veritate, ad id ut usucapio inchoari possit, requiratur etiam tacita & praesumta quaedam prioris domini derelictio. Grot. *de J. B. & P. lib. 2. c. 4.* quae tamen in Superioribus quoad Venationem eo minus praesumenda est, ac possessionem & Jura sua etiam solo animo civiliter retinere, exercitium vero eorum Subditis suis per aliquam tolerantiam & conniventiam tacite quodammodo, & instar alicujus precarii concedere possunt, sicuti enim aliquis non ideo protinus jure aliquid possidet, quia id nactus est, sed ita demum, si citra culpam, dicente Libanio declamat. 1. apud Puffend. *d. J. N. & G. lib. 4. cap. 3.* & inde diutinam licentiam & injuriam, vocat Tacitus *Annal. lib. 14.* quod agros populi Romani, proximus quisque possessor invaserat; ita & subditi ex tali diutina Principis concessione & indulgentia nullam sibi adversus eum defensionem parare poterunt, cum tolerantia Principis pro concessione & dispensatione nullatenus habenda sit *arg. cap. 18. x. d. praebend. & dignit.* jung. ea quae de tolerantia Regis & Senatorum in Polonia, quod consensum non importet, tradit Petrus Royzius *in decis. Lithuan. decis. 5. n. 211. & mult. seqq.* sed talis Libertas ad instar Venationis alicujus precariae, consensu ab initio Superiorum, ad preces subditorum praecedentes forte expresso, vel tacita quadam permissione ad naturam precarii, quam proxime accedente, constituta & concessa esse videatur, adeoque etiam pro lubitu Superiorum tolli & revocari possit, cum utique talis precaria concessio acquirenti nullum Jus tribuat, nec concedenti in mutatione voluntatis suae aliquid praejudicet. *L. 55. pr. & L. 22. ff. 1. de precario.*

XXV. Ultimo hanc Libertatem in specie tolli credimus, si v. gr. ista cuidam praedio intuitu certae cujusdam personae concessa, & ista persona extincta esset, tunc enim ad exemplum reliquorum privilegiorum personalium hanc libertatem etiam expirare, nos docet generalitas *L. 98. & 196. ff. de reg. jur.* nisi ista Libertas venandi ab immemoriali tempore de persona in personam in singulis alienationibus vendi solita fuerit, die Freyheit nach Füchsen und Rehen zu Pürsten / laut Jagdbrieffs / tunc enim rei potius & praedio tali, quam certo alicui individuo, talem Venandi Libertatem concessam esse, vel ab antiquo tempore jamjam competere, omnino statuimus. Quod si denique facies alicujus Reipubl. totaliter mutetur, & in aliam Regiminis formam transeat, quin non & haec Libertas pereat nullum est dubium arg. *L. 2. ff. de usufr. & L. 23. quemadmod. ususfruct. amitt.*

DISSERTATIO XV.

SEU

DISQUISITIO EPISTOLICA

DE

LUITGARDIS,

UXORIS CONRADI MAGNI MARCHIONIS MISNENSIS, ORIGINE SUEVICA, EJUSQUE FUNDATIONE MONASTERII ELCHINGENSIS.

Postquam a nobis discesseras, quotidiano pene conuitio TE incusauimus, & literas a TE absente flagitauimus. Ipsi subinde silentium TVVM excusabamus, quia fieri aliter non poterat, quam ut is, qui tamdiu a patria abfuerat, primum a parentibus, fratribus, cognatis & familia omni, deinde quoque a Patribus Reipublicæ conscriptis & omnibus aliis, qui patriæ bene cupiunt, cum gaudio exciperetur: id quod ipsum non uno die aut hora peragi poterat. Tandem aduenerunt literæ, quæ nobis nunciabant, quod auide expectabamus, Amplissimos nimirum Reipublicæ Ulmensis Patres ac Patronos, meritis TUIS atque eruditionis TUÆ solidioris fama captos, TE in Collegium Doctorum publicorum cooptasse, & Bibliothecæ simul publicæ præfecisse. Et cui mens non læva erat, non poterat non talem filium exsertis brachiis excipere, & patriæ potius, quam peregrinarum terrarum usibus, eundem utendum fruendum permittere. Quum igitur leges amicitiæ requirant, ut officium meum publice quoque TIBI, VIR PRÆSTANTISSIME exhibeam, nolui nudis gratulantium verbis acquiescere, ac schedam solis verborum picturis contextam, quæque facile abjicitur, ad TE transmittere: Sed potius aliquid ex quo ad eruditionem aliqua utilitas promanet, addere consultum putavi. Ambo sumus historiarum amatores, hinc materiam ejusmodi jam quidem proponere constitui, quæ ad historiam equidem Saxoniæ nostræ pertinet, Suevis tamen simul non ingrata erit, quæque ipsis simul in rem ulterius inquirendi occasionem subministrabit.

§. I.

MAgnam in historia Serenissimæ domus Saxonicæ nomen est CONRADUS, si ortum spectes Comes Wettinensis, cujus terræ spatium duorum milliarium vix excedebant. Is vero in augmentum familiæ suæ divinis auspiciis constitutus est. Ante annum quippe 1116. Comitatum Camburgensem jam possederat, ab agnato Wilhelmo, Comite Camburgensi, hæreditario jure acceptum, cui paulo post Dominium Torgauiense accedebat. Cum an. 1127. Henricus junior, Marchio de Ilburg vulgo dictus, re ipsa vero Marchio Mis-

 nensis,

nensis, fato suo fungeretur, non solum comitatus Ileburgensis, sed ipsa quoque Marchionis Misnensis dignitas ad ipsum pervenit. Anno 1136. post mortem Henrici, qui Wiperti Comitis Groicensis filius erat, Marchionatus Lusatiæ cum Comitatu Groicensi & terris variis ad hunc pertinentibus, Conrado nostro cesserunt. Sequebatur an. 1143. Provincia Rochlicensis, idque beneficio Conradi Imperatoris. Comitatus Bremensis quoque ad ipsum spectavit, quem, ut ego quidem conjicio, a Comitibus Palatinis Gosecensibus & Weissenburgensibus nactus fuerat. Merito igitur MAGNI cognomen adeptus est, qui ex parvis initiis ad tantam potentiam excrevit. Hujus vitam ab aliquot jam annis magno studio elaboratam in scriniis meis servo, sic, ut simul in parte posteriore singula persecutus sim, quæ ad pragmaticam, ut vulgo dicunt, illorum temporum notitiam spectant. Sed bibliopolæ plerique non solent, in tanta scriptorum proletariorum turba, quod bonum & utile est, eligere; verum potius, quod impetus quidam cœcus luce dignum existimat.

§. II. Hic igitur Conradus conjugem habuit LUCARDIM vel LUITGARDEM, quæ præsenti scriptiunculæ materiam suppeditabit. Qui inde a temporibus restauratarum literarum historiam patriæ nostræ excoluerunt, hoc sibi negotii datum esse crediderunt, ut quæ ipsi nescirent, aut non satis certo scirent, ex ingenio supplerent. Idem fecerunt huic *Lucardi* Scriptores antiquiores, quos euoluerant, in lucem vero dare non sustinebant, testantur, eam ex Suevia oriundam fuisse. Sic enim Appendix Chronici Montis Sereni: *Conradus accepit uxorem Lucardem filiam cujusdam nobilissimi de Suevia, nomine Alberti.* * Non intellexerunt autem, quidnam per virum nobilem vel nobilissimum intelligendum esset. Poterant autem ex diplomatis cognoscere, viros nobiles illis temporibus fuisse Comites. Igitur statim ex Comite fecerunt Ducem Sueviæ, quale quid commiserunt *Georgius Spalatinus*, *Wolfgangus Kraussius*, *Laurentius Faustus* & alii: nomen vero omittunt. *Laurentius Peckensteinius* ait, quosdam statuere, hanc Luitgardem Friderici Barbarossæ ex Beatrice Burgundica filiam esse. Sed is fidem omnem apud rerum peritos decoxit, & neminem ex nostris ostendere poterit, qui ante ipsum tale quid protulerit. Succedit *Elias Reusnerus*, qui illam Friderici Ducis Hohenstauffii filiam facit, quem sequuntur *Israël Clauderus* & *Georgius Paulus Hoennius*, qui duo posteriores patris nomen Alberti vel Friderici dubie posuerunt. Nuper admodum *Jo. Georgius Eccardus* scriptorem nostrum classicum conjectura admodum, ut solet, audaci deseruit, & Luitgardem nostram ad stemma Habspurgicum refert, quamvis ipse fatetur, monumenta Murensia nihil, quod huc referendum sit, habere.

§. III. Quum igitur in perquirendis heroinæ nostræ originibus non haberem, in quo pedem tuto figerem, bonis avibus pervoluo opus ingens Lünigianum, quod Archivum Imperii inscripsit, ibique inter diplomata monasterii Elchingensis hoc etiam reperio, ** quod huc referri meretur.

Summo Sanctæ Romanæ Ecclesiæ & Apostolicæ sedis Pontifici, dignissimæ quoque & universalis Ecclesiæ Patri, Innocentio videlicet seruo Dei, Conradus, unus Dei gratia Principum Saxoniæ, possessor & tutor Myssinensis Marchiæ,

---

* Appendix citata p. 204. edit. Maderi, quam sequuntur Annales Cetero-Cellenses a Struvio editi p. 89. post a Schannato, Ludevvigio & Menckenio repetiti.

** Dipl. tomo III. Spicileg. Eccles. p. 274.

*chiæ, una cum conjuge sua Luidgarde, & dilectis filiis suis, Ottone, Thieterico, Henrico, Dedone, tantæ dignitati debitam omnimoda subjectionis reverentiam. Veteris & novi Testamenti Patrum exemplis edocti, divinis etiam & Apostolicis præceptis informati, vere didicimus, & fideliter credimus, & fideles quoslibet oportere Deo ad ipsum promerendum devotissimos existere, & non solum temporalia bona, verum & se ipsos debere sinceriter & justissime ipsi ex toto offerre. Hæc attendentes, ne coram Deo vacui penitus inveniremur, Ego C. Dei gratia Marchio cum conjuge mea L. & dilectis filiis nostris O. T. H. D. ad remedium animæ nostræ & Parentum nostrorum, Abbatiam in Suevia super ripam Danubii sitam in Augustensi Episcopatu, in prædio & hæreditate nostra, & in loco, qui dicitur Elchingen, feliciter mutatam, quippe ubi Deo, suæque Matri Mariæ semper virgini ibidem serviatur, hunc inquam, locum, & ipsam Abbatiam, cum omnibus eidem pertinentibus, Deo suisque Sanctis Apostolis, Petro & Paulo, & Romanæ Sedi devotissime & ad integrum offerimus, & omni jure abdicato in perpetuum subjicimus, hac quidem libertatis conditione, uti unus ex hoc loco Romanæ sedi singulis annis solvatur aureus. Noscat vero, venerande Pater, sanctitas vestra, qualiter in eodem loco tempore parentum uxoris meæ, castrum fuerat pridem & Turris Babylonis constructa, & quomodo locus ille situ suo conveniens ante videbatur mundanis illecebris, eo magis nunc ad læsionem inibi Deo monasticæ vitæ servientium, immo ad subversionem loci antiquus valde timetur hostis. Quapropter sub testificatione Dei, Sanctorumque omnium, sub obtentu quoque nostræ devotæ servitutis, Pater amande, sanctitatis vestræ discretionem suppliciter implorantes * flagitamus, quatenus ejusdem loci, cum omnibus pertinentiis suis, donationem vestra dignanter autoritas suscipiat, & ita sub chyrographo Apostolicæ tuitionis & vinculo vestri anathematis, beato Petro, & Romanæ sedi firmissime adstringat, nec huic per vos sic roboratæ traditioni cujusquam tyrannidis a modo temeraria potestas manus læsionis imponere præsumat. Oblata est autem Deo & beatis Apostolis suis, Petro & Paulo hujus donationis traditio tertio Calendas Martii, Dominicæ Incarnationis Anno 1142. Indictione quinta, in loco qui dicitur Brenn, Magdeburgensi Cathedræ Conrado Archiepiscopo præsidente, & Conrado II. (alias III.) regnante. Præsentibus testibus plurimis & idoneis, velut major pagina ad vos perlata plenius commemorat.*

§. IV. Ex hoc monumento satis clare patet, patrem Luitgardis nostræ possessiones & prædia habuisse, ubi nunc est Elchingense monasterium. Quum autem ulterius perquirerem, & omnem lapidem movere pergerem, frustra quidem aliquamdiu fui, tandem amicus quidam ex Bilderbeckio ** me monebat, fundatorem monasterii Elchingensis fuisse Comitem Ravensteinensem. *Bruschius* *** vocat Comitem de Ravenstein & Irzenberg. Arcem priorem Ravenstein inclyta Vestra Respublica Ulmensis hodieque possidet, & in tabulis Geographicis Sueviæ & terrarum Ulmensium occurrit. Mentio ejus fit An. 1378. quo tempore turbulento Ulmenses incolis illius pecora abegerunt. **** An-

* apud Lünigium legitur, *imploramus.*

** Bilderbeck Reichstags. Staat. Tom. II. p. 83. ed. pr.

*** Bruschii Chronol. monasteriorum, p. 165.

**** Chronica zu Augspurg durch Philippen Ulhart 1542. 4. gedruckt, ad hunc annum.

An. 1472. Henricus (Hainz) de Zilnhard, Advocatus Goeppingensis, eam arcem Joanni Rechenbergio, qui in Hohen-Rechberg habitabat, vendidit, a cujus posteris demum ad Ulmenses pervenit. Arx altera Irzenberg, fortasse hodie dicitur Itzelberg, quæ in dominio Heidenheim, haud ita procul a Ravensteinensi arce dissito, adhuc superest: cujus telonium Comites Helffensteinii An. 1449. Ulmensibus vendiderunt.

§. V. Ad monasterium Elchingense & fundationem quod adtinet, *Felix Fabri* & *Bruschius* (nam antiquiores scriptores hic nihil adferunt) Conradum Marchionem Misnensem illius fundatorem constituunt, dicentes, Conradum Saxoniæ Ducem una cum conjuge Lucia illud An. 1128. fundasse, Albertum vero Ravensteinii Comitem An. 1142. perfecisse. Quia vero hoc ipsum diplomati, quod An. 1142. datum, & modo prolatum est, repugnat, arbitror potius rem invertendam, ut nimirum Albertus Comes primum fundationis initium An. 1129. fecerit, Conradus vero Marchio una cum conjuge An. 1142. negotio huic colophonem imposuerit.

§. VI. De alberto, Comite Ravensteinensi, refutanda est narratio *Bruschii*, qui eundem cum Conrado III. Imperatore ad terram sanctam profectum, ibique monasterium vovisse tradit. Falsus est hac in parte, dum contra seriem temporum peccat. Ex diplomate producto patet, Alberti nullam prorsus ibi mentionem fieri, sed tantum generi Conradi, & filiæ Luciæ: ex quo illud conficitur, Albertum, euntibus ordine fatis, jam tum mortuum fuisse. Quod si hoc verum, non potuit post mortem ad terram sanctam peregrinari. Et vanum fuisset illud monasterii ædificandi votum, quum peregrinatio An. 1147. susciperetur, monasterium vero jam An. 1142. ad finem perductum & Pontifici traditum fuisset.

§. VII. Mater Luitgardis nostræ, ut *Bruschius* profert, fuisse creditur Bertha de Ravenstein, Sanctorum numero adscripta, eo quod anseres nivales, ut vocant, ex tota illa provincia Danubiana fugarit. De hac Bertha silent Sanctorum Historici, quos evoluere licuit. Adest quædam Betha Biburgensis in Bavaria, de qua ex Ferrario, Raderi Bavaria Sancta, & Arturi Gynæceo brevibus differunt *Acta SS. tomo II. Augusti, p. 122.* sed illa, ut ex *Wiguleio Hundio* patet, virgo permansit, adeoque ab hac nostra fuit plane diversa. Ulterius in his pertingere non licuit, scriptoribus quippe illorum temporum classicis destituto. Qui vero adsunt, nihil de his rebus memorant. Et deest sane Sueviæ sufficiens historiarum copia, regio in complures hodie particulas minores distracta: quæ, etiamsi historicos habet et diplomata, (ut sane Episcopatus & monasteria talibus instructa esse credibile est) tamen non facile in lucem proferuntur, metu quodam nostros retrahente, ne quis illis documentis in fraudem edentium abutatur. Gaudent igitur historiarum cultores, quoties controversiæ inter vicinos oriuntur. Tunc enim diplomata longo situ fere consumta carceres mordent, ut deinceps viri Docti eadem in usus suos convertere queant.

§. VIII. Si igitur apud Elchingenses adessent alteræ illæ & majores literæ, ad quas Conradus Marchio provocat, vel etiam confirmatio Pontificis Romani, quam *Felix Fabri* habuit & excerpsit, tum fortasse plura in hanc rem possemus perspicere. Ut enim nihil jam dicam de numero testium, qui Brennæ in

* Crusius Annal. Suevic. tom. II. pag. 461. edit. Moseri.

in ipsa traditione præsentes fuerunt, ex illis literis nomina villarum & prædiorum monasterio Elchingensi concessa nos docerent, quis proprie ille Alberti Ravensteinensis Comitatus fuerit: fortasse quædam de ipso Alberto & Bertha paterent, quæ ulteriorem inquirendi ansam suppeditarent. Hæc vero disquisitio genealogica, quæ nonnullis sat exilis & otiosa videbitur, ad historiam tamen civilem illorum temporum, & præcipue ad interius pernoscenda fata Ulmæ vestræ multum omnino confert.

§. IX. Notum est, civitatem Ulmensem a Lothario Imperatore, quod partes æmuli ejus Conradi Sueviæ Ducis foveret, funditus fuisse destructam, nec prius instaurari potuisse, quam cum post fata Lotharii Conradus ad Imperatoriam dignitatem adspiraret. Quænam ejus rei caussa fuit? Nulla alia, quam quod Elchinga arx in monte sita, turrem altam & firmissimam habens, quam Babylonem propterea vocabant, uxorio jure ad Conradum nostrum, Marchionem Misnensem pervenerat. Hic equidem non frater erat Lotharii, quod *Felix Fabri* credidit, (ut neque Luitgardis soror Conradi Suevi) sed tamen aliqua cognatione cum conjuge ipsius conjunctus, & ratione terrarum suarum Misnensium et Wettinensium habita, ipsi vicinior, quam ut ab ejus partibus impune potuisset recedere. Ea igitur de caussa Elchingam quoque suam Lothario aperuit, munimentum pro conditione illorum temporum insuperabile. Hinc Ulmenses & tota vicinia hostes habuerunt perpetuos, irruptionibus & deprædationibus suis ubique molestos, idque quamdiu Lotharius superstes fuit. Post mortem vero illius, quum Conradus noster solus novo Imperatori resistere haud valeret, aliam sibi viam ingrediendam putavit. Turbe sibi & molestum esse credebar, munimentum Imperatori tradere, cui se quidem subjiciebat, sed non mente tam bona, ut arcem tam munitam volens ac lubens in manus illius concedere sustineret. Coruos igitur hiantes delusit, & monasterii ædificandi consilium cepit, quo facto turris illa munita non in Imperatoris sed Pontificis potestatem pervenit. Interea vero, dum turris dejicitur, locusque monasterio aptatur, urbs Ulmensis denuo restaurata est, quippe quæ jam secura incursus vicinorum Babyloniorum non ultra metuebat. Unica hæc circumstantia attente considerata multum nobis prodest, ad quam neque *Felix Fabri*, neque nuperus destructionis & instaurationis Ulmensis scriptor, satis respexerunt aut respicere potuerunt.

§. X. Quum igitur in his progressus sim, quantum licuit, & quantum scriptores permittunt, quod reliquum est, TE rogatum volo, VIR PRÆSTANTISSIME, ut porro in hæc inquiras, ostia ubique pulses, Ulmenses, Elchingenses & vicinos alios consulas, idque in honorem Serenissimæ Domus Saxonicæ, cujus MAGNA veluti MATER fuit hæc Luitgardis vel Lucardis* vestra Suevica. Fortasse & ipse cupidus eris, ut in origines & antiquitates patriæ tuæ inquiras, easque, quantum prudentia permittit, orbi erudito notiores facias. Non alienum id erit ab instituto et studiis TUIS, quippe cui procul omni dubio Mæcenates & Patres inclytæ Reipubl. Ulmensis conscripti historiarum docendarum spartam post breve tempus commendabunt. Et qui possent melius? Quæ enim in his & aliis egregiarum literarum generibus cum laude præstitisti, ea dudum Patronis tuis Optimis Maximis, utpote luculentissimis inge-

* Obiter hic antiquam Suevorum pronunciationem obseruo, qui seculo jam XII. loco *Luitgardis* dicebant *Lucardem*, quemadmodum hodieque pro *Stutgardia* pronunciant *Stuccardiam*.

niorum ſpectatoribus, patefacta ſunt & cognita. Namque in manibus ipſorum verſantur diſſertationes duæ de παιδαγωγία Veterum græcorum; Continuatio item Lexici Hiſtorici Univerſalis, quæ nuperis nundinis Lipſienſibus vernis in dias luminis auras prodiit, quamque ſolus incredibili prorſus labore ſuſcepiſti.

§. XI. Quapropter novum illud munus, quod adſpirante Numine nuper admodum ingreſſus es, TIBI pariter atque patriæ ex animo gratulor. Dolerem vicem TUAM, ſi, quod alibi tantum non ſæpiſſime fieri ſolet, in ejusmodi ergaſtulum detruſus eſſes, in quo TIBI quotidie cum laruis vitiorum & lemuribus Cyclopici furoris eſſet depugnandum. Alia prorſus Reipublicæ Ulmenſi ſedet ſententia. Norunt Patres Ampliſſimi, quid eccleſiæ & ſcholæ miniſtris debeatur. Quemadmodum igitur *Dietericos*, *Veielios*, *Zeilleros*, *Frickios*, & alios plures foverunt, et vario beneficiorum genere nunquam non exhilararunt, ſic idem de TE futurum eſſe perſuaſus ſum certiſſime. Nunquam permittent, ut filius tam egregiarum literarum, tam bonæ famæ, tam multæ ſpei, dente maligno a quoquam arrodatur. Imo potius omnem operam navabunt, ut conatus omnes laude digni & commodum patriæ ſpectantes eventu felici proſperentur. Denique Numen ſupremum ardentibus precibus imploro, ut Eccleſiam & Rempubl. Ulmenſem diu florere & vigere clementer jubeat, ut inprimis Gymnaſio & Scholæ bene ſit, ut TIBI vires mentis pariter & corporis inconcuſſas conſeruet, ut Parentem, Senem Venerandum, ut Fratres, viros de publico bene merentes, ut cognatos omnes TIBI, TEque illis diu ſalvos & incolumes conſeruet. Sic Vale, VIR CLARISSIME, mihique amorem tuum abſens quoque conſerva. Dabam Dresdæ d. 24. Mart.
cIↄ Iↄ CC XL.



DISSER-

DISSERTATIO XVI.

DE

COMITIBUS CALUENSIBUS,

FUNDATORIBUS MONASTERIORUM

HIRSAUG. ET SYNDELPHING.

TRanſeo ad nobiles viros, & proceres generoſos, ad quos regimen Caluenſis pertinuit civitatis a temporibus jam vetuſtiſſimis. Dominati autem ei ſunt non ſemper ejusdem familiæ Reguli. Primo namque illi perquam antiqui, qui CALUENSES domini nuncupati fuere, deinde comites præcipue TYBINGENSES, tum WIRTEMBERGENSES Comites, ex quibus nunc Principes a centum annis dominantur. Dicamus primum, & quidem maxime, de primo genere.

Nobiles viros Caluenſes primis temporibus in poteſtate habuiſſe Caluam, & hanc antiquiorem eſſe, quam quisquam ſcire queat; hinc notum fit, quod circa annum Servatoris Chriſti ſexcenteſimum & quadrageſimum (quo anno S. Gallus Scotus, a quo Sangallenſis Abbatia ortum ſumpſit, obiit & primus Argentinenſium Epiſcopus factus eſt Sanctus Amandus) vixiſſe reperitur nobilis quædam & dives, circa Caluæ loca, vidua, HELISSENA appellata, cujus origo fuerit ex genere nobilium procerum de Calua. Hæc vidua, hærede carens, cum Deo ſeruire percuperet (ſicut & alii multi homines, Deum perlibenter olim coluiſſent, ſi modo ex Dei verbo puro docti fuiſſent) Heliſſena illa, ut dixi, Deo ſerviendi avida, nec quo id modo eſſet faciendum ſciens (o beatos nos, qui exacte ex divinis Oraculis ſcimus) quadam nocte cogitabunda, quid facere deberet, ſe ad quietem compoſuit. Ibi cujusdam ſomnii monitu (de tribus ſcilicet ex uno caudice enatis pinis, quas poſtea experrecta, vere apud Hirſaugianam vallem conſpexiſſe fertur) ædificavit anno D. CXXXXV. in colle vicino Ottenburano (qui ad dextram eſt Calua deſcendentibus) fanum vel Eccleſiam quandam, conſentientibus ad id patruis ipſius, ad quos rem ante retulerat, Eccuardo & Leopoldo, nobilibus Caluæ primatibus, ac reliquo ejus loci Magiſtratu, & eo ſponte ſua conferentibus prædia, paſcua, nemora. Ei deinde Eccleſiæ viros, qui Deum quotidie laudarent, monitu rurſus divino præficit, habitantes in domo, quam illa juxta ædificandam curaverat. Ac frequenter a populo fanum illud viſebatur. Cum autem jam pridem (etiam ante ædificationem Eccleſiæ) omnem ſuum muliebrem ornatum rejeciſſet, & deinde totam ſe divino ſervitio (quales etiam D. Paulus eſſe viduas veras vult: ſpe in Deo nixas, in precibus ad ipſum, die nocteque perſeverantes) dediſſet, Deoque per totum reliquæ vitæ curſum inſeruiiſſet, tandem beato fine vitæ uſa eſt, atque Tybingam verſus lata, honeſtam ibi ſepulturam invenit.

Unde alicui φιλίστορι, antiquitatis amanti, videri queat: Tybingam quoque illis temporibus antiquis, ad nobilem Caluenſium familiam pertinuiſſe.

Qua de re infra rurfus meminero. Seculis certe aliquot poft Caluenfes Comites titulum etiam Tubingenfium Palatinorum habuerunt, ut in progreffu orationis cernetur. Vah! quanta negligentia veterum, qui aut literas ignorarunt, aut fi qui fciverunt, fere nihil ad pofteros prodiderunt. Si pauci faltem tales, quales hi adolefcentes, quos hodie primo honoris ferto redimemus, vixiffent & aliquam de pofteritate cogitationem habuiffent; an non haberemus de Caluenfi ftirpe plurimas res pulchras, fatis ordine diferteque defcriptas? Nunc ego vix magno labore aliqua tantummodo fragmenta, velut terræ ingeftu obruta, effodere potui.

Cæterum dedicatum fuit hoc Heliffenæ fanum, ipfa jam mortua, S. Nazario, qui olim extra urbem Mediolanum Chriftianus, cum Chriftiano puero Celfo, fub tyrannide Imp. Neronis, circa annum Domini LVII. 5. Kal. Aug. capite mulctatus fcribitur. Fuitque fanum illud, principium quoddam Hirfaugienfis Monafterii, longius poft extructi. Videmus ex his, quæ dicta funt, Calvam ante nongentos quinquaginta annos ftetiffe. Vicum autem fuiffe tunc, five pagum, fine fcilicet muro, nec magnum, dubium non eft: cum pluribus demum feculis poft multæ per Germaniam civitates, quæ antea tantum villæ fuerant, mœnibus cinctæ fint, dantibus ei rei caufam, fæviffimæ tunc gentis Ungarorum (quæ poft millefimum demum Chrifti annum, Chriftianam religionem fufcepit) ante & poft nongentefimum Domini annum, crebris in Germaniam irruptionibus, vaftationibusque crudeliffimis. Quales nunc viciffim illorum pofteritas, cum magno damno fuo ac periculo Romani Imperii, a Turcis & Tartaris patitur: nullis fere, ne inexpugnabilibus quidem hactenus exiftimatis, urbibus & caftris, fatis contra illorum aftutias, vim & ferociam tutis apparentibus. Sed ut inftitutum meum perfequar, nunc poft Heliffenam & propinquos ejus, Eccuardum Leopoldumque (quos circa falutis annum D. CXL. vixiffe dixi) nunc, inquam, ad infecutos Caluenfes Magnates accedam, quotquot ex tenebris vetuftatis reperire potui. Non enim certe omnes habere licuit, quamuis licet omni diligentia inveftigaverim. Referam autem illos (alios vere, alios verifimiliter) ad annos liberatoris noftri unici. Addam quoque fingulis fere aliquot res geftas, quæ breviores aliquanto erunt, fere Genealogiæ tantum cujusdam initio contexendæ caufa. Seorfim vero pofterius illas hiftorias quorundam exponam, quæ longiorem commemorationem flagitaverint, aut notabiliores erunt. Brevior & prope Genealogica modo expofitio, hæc eft: Vixiffe perhibetur circa D. CCC. annum Aftolphus quidam, Comes Caluenfis. Anno D. CCCXXX. temporibus Imp. Ludovici pii, ex Carolo Magno nati, Erlafridus vivebat, Aftolphi Filius fecundus tunc conditor Hirfaugienfis Collegii, de quo pofterius rurfum dicemus. Uxorem dicitur habuiffe Wiltrudem, Egishaimenfem ex Alfatia Comitiffam. Obiit ille ibi anno falutis D. CCCL. 4. Kal. Febr. & in hodierno Hirfaugienfis Monafterii Templo monumentum ejus confpicitur. Cui fuere filii: Nottingus, Vercellenfis (non procul a Taurinis) Epifcopus, & Ermefridus, Caluenfis Comes. Deducitur ex Erlafrido, junior etiam Erlafridus, anno D. CCCXLIV. Invenio quoque alium Aftolphum Caluenfem, qui Eberhardi Wirtembergici frater fuerit, circa annum D. CCCXC. quando Carolus Craffus imperium Romanum geffit. Sed diverfa funt Wirtembergenfium & Caluenfium infignia. Illorum tria cervina cornua, horum vero (ficut & Leofteinenfium ac Vaihingenfium) leo, tribus infiftens petris. Potuit tamen ex diverfa matre frater Eberhardi effe.

Erlafridum juniorem fequitur Conradus Comes, anno D. CCCCX. Sed & Anshelmus, D. CCCCXXXII. anno. Ab hoc Anshelmo Wurmlingenfe anniver-

niversarium epulum institutum fuit. Quem alicubi appellatum vidi, Comitem de Caluo, intelligo leone. Conradus autem D.CCCCXXXV. anno primis ludis equestribus interfuit (equitibus, ut invenio, L. comitatus) qui ludi, Magdeburgi celebrati sunt. Id hastiludium Cæsar Henricus I. cognomento Auceps, non multo ante Ungarorum sævissimorum exercitu ad Mersburgum devicto, ad honorem & disciplinam Germanicæ nobilitatis instituerat, Franconicæ, Bavaricæ, Suevicæ & Rhenanæ. Quorum solennium ludorum ultimus (qui XXXVI. numeratur) anno Domini MCCCCLXXXVII. Wormaciæ actus est. At nunc etiam aut priscam, aut similem, laudati equestris ordinis inspectionem censuramque usurpari, conduceret. Minus vitiorum ibi conspiceretur. Nesciunt hodie, qualis fuerit mos, aut honos: Die Turnier-vögt zu Blat getragen sein. Cæterum Caluensi illi Comiti Conrado soror tribuitur, cui fuerit nomen Muetlieba, Alberti Zimmerensis DCCCCXII. uxor.

Anno DCCCCXLVIII. Imperatore Othone I. invenitur tertio generali certamini equestri interfuisse Constantiæ, Leostainensis & Caluensis Comes Adalbertus, quem ejus nominis statuo primum. Deinde DCCCCLXXXIX. anno Comes Adalbertus in Hirsaugienses Monachos inclemens erat. Hujus filium circa MX. annum pono, Hartvvigum appellatum. Cui filios fuisse, probabili conjectura inducor, non modo Adalbertum jam sequentem, sed plures etiam, ut sequetur. Anno MXXXVII. Adalbertus secundus, primi Adalberti nepos, vivebat, qui tum inter testes positus est literarum Collegiatæ Oeringensi Ecclesiæ ab Episcopo Ratisbonensi Gebhardo datarum. Natus esse dicitur (quod credo) Hartvvigo & Bitzela, atque fratres habuisse Hartmannum, Diepoldum ac Gebhardum. Qui Gebhardus primo MXXXXII. fuerit Episcopus Aichstetensis, postea vero MLIV. Papa, post Leonem IX. Victor II. appellatus. Ipsam autem matrem Adalberti (Bitzelam intelligo) sororem invenio fuisse Brunonis, qui patrem habuerit Hugonem, ex Comitibus Alsatiæ Dagspergensibus (vel, ut aliis videtur, Egishaimensibus) sed matrem Helicam, ex familia Caluensium Comitum, ac primo Leucorum sive Tullensium Episcopatum gesserit, postea vero MIL. Pontifex Max. factus, Leonis IX. nomen acceperit, supradicti Pont. Victoris antecessor. Ab illo autem Hugone & Helica ædificatum oppidum Noppenheimum perhibetur. Cæterum uterque hic Papa, Leo & Victor, quos modo diximus, tempore Henrici III. Imperatoris sederunt, eidemque Augusto Pont. Victor, ut propinquus, ita & Consiliarius fuit.

Anno M. XL. Henricus III. (quem modo nominavimus) cognomento Niger, Imperio Rom. usque ad annum 1056. præerat, existimatus a quibusdam ipse quoque ex Calvensi genere esse, nempe Comitis Diepoldi filius, id quod ipsum suo loco audietur. Anno M. XLII. prædictus Adalbertus II. hastiludio VII. interfuit, Halæ Saxonum celebrato, id ornantibus aliis quoque generosis Sueviæ Comitibus, Manigoldo Helffensteinensi, Richino Dillingensi, Wolframo Vetingensi, amœno mensis Maji tempore. Anno M. IL. mentio fit Vviltrudis, vel Vvillicæ, vel Vvilhæ (sic enim confusa reperio nomina hæc) quæ meo judicio rectius Comitissa Habspurgensis (ut Lazius ponit) quam Ducissa Poloniæ (ut alii nominant) statuitur, quemadmodum inferius declarare magis conabor. Hanc Adalbertus ille II. uxorem habuit. Quorum filios invenio M. LXIV. Brunonem, Adalbertum (quem numerabo ego tertium) & Gottefridum: Filias autem, Itham vel Utham, & Irmegardem, Brigantino Comiti Rudolpho (a quo secuti Comites Tybingenses) nuptam.

Anno M. LXXVII. (quo tempore Heinricus IV. Imp. cum viro optimo, Pontifice Hiltebrando, confligebatur) Verdunensem Episcopum Theodoricum, constanter Cæsari Henrico adhærentem (sicut & Hohenstauffensis Fridericus, postea Cæsaris gener faciebat) eidem Imperatori pro Papa adversans, Adalbertus ille II. cepit, Comes de castello (ut loquitur Schaffnaburgensis) quod dicitur Calevvo, rebusque illum suis, quas ad longum iter comparaverat, spoliavit omnibus, & diu in custodia tenuit, donec is magno se precio liberavit, literis exultionis datis. Non tamen in illam turrim altam & rotundam demissum piscopum fuisse credo, quam hodie in castello, quod supra extra oppidum Caluam esse diximus, videmus. Quæ turris a figura opinor caldarii, **Kesselthurn** (caldaria turris) nuncupatur, quod in fundo ejus nec jacere, nec sedere captivi possint. Est is carcer unus ex pluribus castelli carceribus. Quis usus antiquis fuit tot custodiarum? Sæpe in Germania diversis seculis arces prædatoriæ ab Imperatoribus, aut principibus, aut civitatibus destructæ fuerunt, quarum hodie tot locis ruinæ & rudera cernuntur. Caluensis autem Magistratus his temporibus nullo illorum carcerum utitur, sed in oppido suas custodias habet. Alio tempore tamen (ut reperi) Augusto Henrico obediens fuit Comes hic Adalbertus, sed Hirsaugiensis Abbas XII. numero, Wilhelmus a Pont. Hiltebrando stetit. Adeo misere civili bello, impietate & artibus istius VII. Gregorii Germania erat tunc impleta & confusa.

Hinc anno M. LXXVIII. invenio, Ducem Zæringiæ, Berchtoldum II. Barbatum, de Calvve dictum fuisse. Cum enim gener Rudolphi, ducta filia Agnete, esset hic ut Anticæsar, illum magis in Cæsarem Henricum instigandi causa, Carinthiæ Sueviæque Ducem constituerat. Sed Rudolpho extincto res ea concidit. Anno M. LXXX. equestribus octavis ludis, qui Augustæ acti sunt, Caluensis quidam Comes, Leopoldus nomine, interfuisse scribitur, ut & Fridericus Sueviæ Dux, & Comites, Ludovicus Helffensteinius, Filsæ dominus Wolfhardus Veringensis, ac Rudolphus Werdenbergius, mense Augusto. Quo etiam anno uxor illius Leopoldi, Comitissa Egishaimensis, obiit Hugonis filia. Anno M. LXXXIII. Adalbertus (non ille II. de quo jam multa sunt dicta, sed tertius, Azzimbartus dictus, Syndelphingæ habitans, cum uxore Wilha Polona) facultatum satis habuisse fertur. Quo tempore Syndelphingensem idem Præposituram fundavit. Qua de re in sequentibus amplius. Sit is Adalberti secundi filius. Anno MXCI. novum Monasterium Hirsaugiense, dudum cœptum, ab Adalberto II. Comite perfectum fuit. De quo item postea seorsim plura. Vivebat circa hæc tempora, Adalbertus IV. Harmanni opinor filius, Leosteini & Wirtembergæ arcis Dominus. Anno MXCIII. Adalbertus V. (nescio cujus filius: sed bonæ indolis juvenis) III. Nonas Decemb. mortuus est. Willicam contra, præcedente anno adhuc in vivis fuisse, invenio. Hujus V. Adalberti fratres existimabam illos, qui posterius invenientur, Berchtoldum, Gottefridum & Conradum, sed non sunt. Ergo eorum fratrem statuo VI. Adalbertum. Eodem MXCIII. anno, consecrationi cœnobii S. Petri, in Nigra sylva a Berchtoldo II. conditi, interfuit cum ipso hoc Duce Comes Gottefridus de Kalvv. Eo traductum fuit seminarium Monachorum ex Hirsaugia.

Anno MCVI. circiter vivebat Erlangus vel Erlungus, ex Canonico electus ab Imp. Henrico IV. Episcopus Wirceburgensis, contra Rupertum, a filio Henrico V. electum. Is a Bruschio Comes a Calvv vel Caleben, quod brevius Kalb dicatur, scribitur. Hunc Henricus V. bis ejecit, & Henricus IV. bis restituit. Tertium quoque ejectus fuit ab Henrico V. sed mortuo Ruperto Episcopatum recepit, & cum laude præfuit, Cæsari Henrico postmodum propter

pru-

prudentiam suam charissimus. Eodem tamen Imperatore, post a Papa diris devoto, & a Principibus deprecatione ejus, quam per Erlangum fecerat, rejecta, ipse quoque ab eo recessit. Ideo Cæsar Ducatum Franconiæ ei adimere, & ad Conradum, suum e sorore Agnete nepotem, transferre. Sed Erlangus acerrime resistens, Ducatum retinuit, atque posthac nudum gladium sibi a Ministro præferendum curavit. Obiit 1122. anno. Eum Munsterus non ex Caluensi, sed Cundorffiana familia perhibet. Ideo rem de ipso in medio relinquens, successorem ejus in eodem Herbipolensi Episcopatu pono Rugerum Suevum, Comitem Vaihingensem, qui, sicut Caluenses, ipse quoque tribus insignitum leonibus scutum gessit. Adversario autem utens Imper. Henrico V. Lauffæ ad Nicrum habitavit, & Hailigbrunnæ, vel Hailbrunnæ. Restitutus tandem Wirceburgum, peste 1130. decessit.

Anno MCXIV. rursum Gottefridus, Adelberti II. Filius invenitur, nominatus Caluensis Tybingensisque Palatinus (qua dignitate ipsius quoque pater præditus fuerat) opibus abundans. Uxorem habuit Luitgardem, Berchtoldi III. Zæringensis Ducis filiam. Soror illius Itha, vel Utha, vel Juditha, filiam habuit, quæ 1127. anno Guelphoni VI. (Bavariæ, Spoleti, Tusciæ, Sardiniæ, Memmingæ & Ravenspurgi Algææ domino) cum Calvvæ dote nupsit. At verius ea Gottefridi filia, ut audietur, quæ Guelphonem habuit. Eadem MCLXIX. anno diem suum obiit, Guelpho vero 1191. demum anno, XVIII. Kal. Jan. sui generis postremus, defunctus Memmingæ est, postea Steingadæ humatus, ubi fortassis uxor quoque. Alibi (ut modo attigi) hæc Guelphonis uxor, Gottefridi filia perhibetur, ut post etiam dicetur. Ante hanc autem mortuus est Adalbertus VII. Adalberti III. Filius familiæ ultimus. Anno MCXXVI. 10. Kal. Febr. privilegio, quod Henricus V. Imp. Alperspachensi cœnobio dedit, subscripsere cum aliis: Conradus, Dux de Zæringen, Gottefridus, Comes Palatinus de Calevvo, Adalbertus, Comes de Levvenstein, fratruelis (patruelis) ejusdem Gottefridi. Anno MCXXVII. Caluensis Comes Adalbertus (quem Gottefridi ex fratre nepotem intelligo, Adalbertum scilicet VII.) Ravenspurgensem Guelphonem ut affinem adjuvans, arcem Wirtembergam Comitis Adalberti combussit. Erat hic Wirtembergensis (quantum a me intelligitur) ille Adalbertus, quem ego statui quartum, non autem Syndelphingensis ille, videlicet pater Azzimbartus (de quo supra) eratque Regis postea Rom. facti, Conradi de Hohenstauffen, minister. Aventinus sic refert. Albertum (Adalbertum) patruelem Gottefridi, Dominum Wirtembergæ arcis (qui etiam Leosteinius Comes fuerit) a Guelphone arce & oppido Calva (hæc enim ad se potius, quam ad Utham pertinere ille ratus, fraude occupaverat) ac Wirtemberga arce, cum Leostaino, exutum fuisse, adjuvante Guelphonem fratre suo Henrico, Bavariæ Duce. Sed Albertum Guelphoni supplicem factum, sua ab illo per gratiam recepisse. Exusta autem arx Wirtemberga fuerat, & Guelphonem Henricumque Adalbertus junior adversus Adalbertum seniorem adjuverat.

Anno MCIIL. subscripsere literis Herrenalbensis Monasterii, a Berchtoldo Eberstainio fundati, H. Marchio de Baden, H. Palatinus de Tuingen (Tybinga) C. Comes de Calvve, quando antea dictus Conradus Imperii Rom. gubernacula regebat. Anno MCLIII. Albertus II. ex Ducum Zæringensium genere vixit, de quo reperi, quod sese Comitem & Teccensem & Caluensem scripserit (licet diversæ stirpis fuerit) & 1179. Coloniæ ludos circenses adierit, sicut & quidam Conradus, Comes Caluensis, cum jam veterum, de quibus dicimus, domus Caluensium desiisset. Anno MCLXIV. Caluenses Comites, & alii multi, adjuvabant Guelphonem VII. (Guelphonis VI. ex Itha Caluensi natum) in obsi-

obſidenda Tybinga. Sed a Palatino Tybingenſi Hugone III. (Brigantino, & curiæ apud Rhætos Comite) atque a Conradi Cæſaris filio Friderico (Duce Sueviæ & Franconiæ, Rotemburgi & Tubarum habitante) Comitibusque Zollerenſibus, die Septemb. VII. (qui Dominicus erat) in pratis ante Tybingam Neccaricis victi & profligati ſunt, captis de exercitu ipſorum militibus ferme nongentis. Cujus belli cauſas invenio duas: unam, quod a Palatino Hugone aliquot improbi milites Guelphonis ſuſpenſi fuiſſent: alteram, quod Ithæ Gottefridinæ cum Guelphone VI. matrimonio Caluæ comitatus ad Guelphones veniſſet, id quod Tybingenſibus (jus ſe ibi ob propinquitatem habere ratis) grave erat. Obiit hic VII. Guelpho circa 1167. peſte in Italia, Friderico Barbaroſſæ militans. Anno MCLXV. ludis decimis equeſtribus, in Tigurina urbe, tunc adhuc ad Ducatum Sueviæ pertinente actis, hebdomade poſt D. Andreæ diem, interfuit Albertus (Adalbertum VII. intelligo) Caluenſis Comes, comitatus illuc Conrado Rechbergenſi, Caſparo Thalhaimenſi, Joanne Truchſeſſio, Wolfio Zylnharto, Alberto de Stain, aliisque nobilibus viris.

Recenſui hactenus Comites Caluenſes, ornatiſſima & humaniſſima concio! quotquot reperire potui, retuli illos ad tempora ſua, Genealogiam efficere ſum conatus, quæ mihi probabilis videbatur, cum adjumentis, & per manuſcriptas literas atque hiſtorias documentis, in diligentiſſima etiam inquiſitione deſtituerer. Feci ergo, quantum potui. Horum quibusdam dignitatem Palatinorum fuiſſe, videmus. Inveni in membranis Zuifaltenſibus peruetuſtis, Palatinam quandam de Calevva multa agri jugera, cum magno nemore, ad Zuifaltenſe cœnobium contuliſſe, quod MLXXXIX. anno ab illuſtribus Achalmæ Comitibus, Luitholdo & Cunone fratribus germanis, conditum fuerat. Quod etiam Caluenſes cum comitibus Leoſtainenſibus (ut & cum Vaihingenſibus) familia conjuncti fuerint, id partim ex iis, quæ dicta ſunt, patet, partim inde, quod eadem inſignia uſurpaverunt; quemadmodum Landauienſes quoque proceres cum Wirtembergenſibus tria cerui cornua. Putatur etiam, Leoſtainenſibus Comitibus origo eſſe ex Caluenſibus, his autem ex vetuſtis Waiblingenſibus, & hiſce ex Francis occidentalibus. Quorum ortus eſt antiquitus a Septentrionali Cauchorum vel Friſorum ad Oceanum regione. Unde ipſi ad amnes Mœnum Salamque migrantes Orientalem Franciam inſtituerunt. Hinc ex parte quadam in Galliam transgreſſi, Franciæ Regnum (quod hodieque durat) circa annum Domini CCCCXX. condiderunt. Quæ omnia in prima Sueviæ noſtræ Dodecade (etſi ea nondum exiit) ad ſuos annos diligenter ſcripta atque declarara ſunt. Quo tempore autem emarcuerit hæc antiquiſſima & egregia Caluenſis ſtirps, præciſe quidem ego non noverim, ſed prope acceſſero. Cum enim ſupra dictum ſit, Itham, quæ Guelphoni nupta, anno 1169. fato functa eſt, ſuperſtitem Adalberto VII. ſui generis poſtremo fuiſſe, hunc autem 1165. anno Tigurino haſtiludio interfuiſſe colligimus, ipſum eo quadrienno, quod inter hunc utrumque ſalutis annum interceſſerit, mortalem hanc vitam reliquiſſe, quando Romanum Imperium Fridericus adminiſtrabat Ahenobarbus, & ſic Caluenſem hanc arborem exaruiſſe. Verum cum, ὡς φυλλων, ὕτω κὶ ἀνδρῶν (quemadmodum foliorum, ita & virorum, ut Vates loquitur Mæonides) generatio, alia prætereat, alia ſuccedat: ſciendum eſt, licet Caluenſem Comitatum Itha (de qua diximus) ad Welphonem multis annis ante per connubium transtulerit, tamen poſt ejusdem Ithæ obitum, Tybingenſes Comites illuſtres, (ut ex fœminina linea cognatos & propinquitate proximos (cum etiam Guelphonicum genus eſſe deſiiſſet) in hæreditatem Caluenſium bonorum ſucceſſiſſe. Unde ſi, ut Caluæ Comes Ulricus inuenitur tertiodecimo haſtarum ludo Wormaciæ poſt 1200. Domini annum, aut Conradus ludo quartodecimo 1235. anno Wirceburgi, ut

Cal-

Caluenſis Comes interfuiſſe, id de aliis quam Caluenſibus ex vetuſto illo & primo genere accipiendum eſt. Sic & de ſequentibus, ſi tales alii ſunt.

Nam poſt Tybingenſes Comites civitas Calua, & totus comitatus, in poteſtatem Wirtembergenſium Dominorum venit, etſi non uno eodemque tempore totus. Ut quod invenio, anno M. CCCVIII. Comitem illuſtrem Eberhardum dimidium caſtri & oppidi Calvæ ab Ulrico, Henrico & Conrado fratribus, Comitibus Bergenſibus, de Schelcklingen dictis (neſcio, quomodo ad illam poſſeſſionem provectis) quatuor millibus Aureorum emiſſe. Itaque etiamnum hodie Wirtembergicæ domui Calua, cum locis ad eam pertinentibus, ſubjecta paret. Quæ ſemper etiam obedienter ſe erga illam domum geſſit, & ipſam experta clementem eſt:. ut ex uno alteroque exemplo perſpicuum eſt, quod pono. Eberhart/ Graue zu Wirtemberg/ ꝛc. Vnſern grus zuuor. Lieben Getrewen/ Schultheiß/ Richter/ vnd alle Burger gemeinlich vnſerer Statt zu Kalwe. Als wir Kalwe die Pfantſchafft/ mit ihrer Zugehörunge/ dem Hochgebornen/ Vnſerm lieben Sohne Eberharten/ Grauen zu Wirtemberg/ gegünt haben zulöſen/ von Vnſerm lieben Conraden von Stammhain/ Ritter: Heiſſen Wir euch ernſtlich/ wenn das geſchicht/ daß ihr dem hulbet/ ꝛc. Am Montag nach St. Georien tag/ anno Domini M CCCC. decimo. Ludwig/ Graue zu Wirtemberg/ Vnſern Gruß zuuor. Lieben Getrewen/ Schultheiß vnnd Richter/ ꝛc. Wiſſent/ daß Wir/ vnd Vnſer Bruder Graue Vlrich/ ꝛc. Bitten wir euch/ vnnd begern mit ernſt/ daß ihr bürg werden/ ꝛc. Stutgarten/ Freitags nach Vlrici/ M CCCC XXXII.

Verum enimvero, cum non ſit hujus temporis, de illuſtribus & laudatis, ut nec Tybingenſibus, ita nec Wirtembergenſibus, Caluæ Regnatoribus dicere (nimis enim longum eſſet, & in Chronicis noſtris Suevicis præcipua pleraque ſunt) ſed tantummodo de perantiquis illis Caluenſibus Comitibus, quorum Genealogiam, quanta diligentia potui, ſatis ordine pro obſcuritate vetuſtatis recenſui (immiſtis tamen aliquot rebus illorum geſtis) referam nunc me ad quosdam ex illis ipſis Dominis, ut aliquot inſuper & notabiliores quidem ac prolixiores paulo, ipſorum res commemorem ſeorſim, quemadmodum dudum pollicitus ſum. Primum igitur de nobili Romano Senatore, generoſo Comite Caluenſi, ERLAFRIDO, dicatur denuo. Habebat is cum Ermefrido filio, ut audivimus, etiam filium Nottingum, Vercellis (oppido Pedemontanæ regionis, ubi Taurinum apud Allobroges Sabaudoſue) Epiſcopum. Hic quodam tempore trans Alpeis in patriam ſuam Nigræ ſylvæ profectus, reliquias S. Aurelii (Armeniæ, minoris autem Armeniæ, quondam Epiſcopi, quas precibus a Mediolanenſi Archiepiſcopo vix impetraverat) clitellis impoſitas, ſecum attulit. Has, præſente patre Erlafrido & multis honeſtis hominibus, in Heliſſenio S. Nazarii ſacello, quo de ſupra dictum eſt depoſuit. Secundum hæc, paucis diebus interpoſitis, patrem cohortatus eſt, ut S. Aurelio (cujus in ſomnis ſibi viſi hæc eſſet voluntas) Monaſterium ad honorem Dei & B. Petri, ad radicem collis, ubi cæco, S. Aurelii invocatione præmiſſa, viſus ſcilicet fuiſſet reſtitutus, Monaſterium, inquam, ibi ædificaret. Quod cum a patre & fratre promiſſum eſſet, Nottingus ad Eccleſiam ſuam Vercellas ſeſe retulit. Incepta itaque anno DCCCXXX. Domini ſtrenue Monaſterii antiqui, ſive Aurelianæ cellæ, ædificatio octo annis abſoluta eſt, in comitatu Erlafridi Ingrishaim, in pago Wirmgovv, juxta Nigræ ſylvæ amnem Nagoltum, in multorum utrinque montium valle, ſub Ottenbrunno colle, in loco amœno, qui HIRSAUGIA dicebatur. Quoniam

Hac agiles in valle greges errare solebant
Cervorum, & pasci gramine florigero.

Cervum proinde, cum Abbatico sceptro pro insignibus hoc cœnobium habet. Ubi ergo fluvius Wirmus est, & civitas imperialis Wila vel Weila: is pagus, seu tractus, Wirmigæa nominabatur, & ad Caluenses pertinebat Comites.

Cæterum Monasterium illud anno 838. consitum fuit XV. Monachis, & Abbate Luitberto, ex Fuldensi Collegio, quod Carolomannus & Pipinus, Francici Reges, anno 744. construxerant. Impetraverat illos Monachos Erlafridus ab Abbate illius, Magnentio Rabano (cujus variarum figurarum carmina extant) indeque a Moguntino Principe Episcopo, Odegario (præsentibus multis etiam aliis Episcopis ac Principibus) Monasterium consecratum est. Reliquiæ S. Aurelii (ceu patroni & protectoris, qui tamen unicus esse debebat Deus, alteri gloriam suam non dans) ex Nazariano sacello reverentur illuc translatæ, & inclusæ. Regula vel statuta S. Benedicti introducta, quasi Monachi, ut vere benedicti, soli essent propter sui Benedicti disciplinam vulgo Christianorum meliores; cum tamen sola Dei gratia, non humanæ virtutes, nec Sanctorum reliquiæ, credentibus in Christum, benedictionem gratis det. Multa porro bona, a Comite Erlafrido, ut opibus magnis affluente, eo collata sunt. Vici, qui etiam hodie extant, eo spectantes, in Diplomate reperiuntur: Stammhaim/ Deckenpfrund/ Töffingen/ Gilstain/ Meuchingen/ Lutzenhart/ Ebersbühel/ Kallenbach/ Ottenbrunn/ aliique plures. Advocatus vel patronus Monasterii, ipse Comes, qui condiderat, decimus quintus, tandem Monachus ibi ipse quoque factus, diem suum in eo obiit. Cujus monumentum lapideum die 23. Decemb. anni 1566. translatum est in hodiernum Hirsaugiæ Monasterium, & a tergo summi in choro altaris positum.

Venio nunc ad Erlafridi posterum, Adalbertum I. sub cujus regimine imminutæ sunt res Hirsaugiensium. Anno namque DXXXX. LXXXIX. Abbas erat X. Conradus quidam Francus, antecessore ejus Hartfrido pestilentia cum LX. Monachis extincto. Sed electus contra ipsum est ab adversaria parte Monachorum quidam Eberhardus. Ab hoc, qui thesauris Ecclesiam expilaverat, incitatus comes Adalbertus (qui alioqui bonis Monachorum inhiabat) magis spoliavit cœnobium. Dictabat quippe, sibi licitum esse, recipere, quæ a suis Majoribus in id collata essent. Rapuit ergo, pecuniaque in stipendium suorum militum usus est. Cum duodecimo anno post præsul Conradus obiisset, exulare jussi sunt Monachi, & clerici seculares cum concubinis introducti, ac residuum erucæ comedit locusta. Ita cœnobium LXIII. annos Abbate conventuque Monastico caruit. Sacrilegio abstinendum esse, vel Gentilium judicio (ut nihil de duobus Pontificis Heli filiis dicam, propter carnes sacras ablatas uno die in prælio cæsis) proverbium de auro Tolosano monet. Et Rex Masinissa (qui 200. annis ante adventum Christi bello secundo Punico vixit) cum quidam ei dentes eburneos donasset, primo sane delectatus est eo munere, sed cum audiisset, ex loco sacro ablatos esse, reponendos curavit, ut in Verrina Ciceronis actione est. Quanto magis a rebus sacris Christianæ religionis manus abstinendæ sunt?

Verum enimvero, quod ab illo Adalberto peccatum fuerat, id multo post tempore a nepote ipsius Adalberto II. correctum est, non tamen sine gravissima,

quæ

quæ ei adhibita fuit, castigatione. Leo enim IX. Pontifex (qui matre Caluensi natus fuerat, uti supra diximus) Synodo Moguntiæ acta (in qua Conjugia Sacerdotum damnata sunt ex doctrina scilicet Pauli 1. Tim. 3.) in castrum Caluense venit, atque honorifice, summa cum reverentia, a sororis suæ filio, Comite Adalberto, exceptus est, anno MIL. aut L. Pontifex autem, cognita clari Monasterii desolatione, gravissima in nepotem oratione invectus, sub anathematis ei fulmine restitutionem Abbatis & Monachorum, bonorumque ablatorum imperavit, ne inter alia argumenta etiam a Deo genus ipsius extirparetur. Qui ad genua avunculi provolutus, veniam supplex oravit, omnia sesacturum promisit. Tum Pontifex ab ipso discessit. Comes tamen post, studio divitiarum & gloriæ mundanæ (quæ religionis impedimenta maxima homines facile occupare solent) immersus, identidem rem procrastinare, identidem impedimentum aliquod causari, paulatim in oblivionem promissorum venire. Conjux autem Wiltrudis (quæ & Willica invenitur) de honore & salute mariti solicita, eum frequenter adhortationibus & obsecrationibus ad officium An. 1059. extimulabat. Itaque vix tandem ille veterem Aurelianam Erlafridi Ecclesiam demolitus (aquarum enim inundatione illud Erlafridinum collegium infestari solebat) sequente proxime anno, alio in loco (ubi adhuc est) novi Templi, quod longissimum est, fundamenta jecit. Cujus ædificatio tarde procedens, modo 1071. An. ad finem est perducta. Urgebat enim Wilhel. Abbas. Ante eum autem Fridericus Abbatiam gesserat, qui procuratione Dnæ Wiltrudis jam ante 1065. An. ex Eremitano Nigræ sylvæ cœnobio cum 12. Monachis advenerat. Ipsum porro novum, majus scil. hodiernumque Monasterium, anno MLXXXII. inceptum est, & MXCI. anno (Marchionis Hermanni, apud Cluniacenses Monasticen amplexi, uxore præcipue aliquandiu impensas subministrante) manibus Monachorum & conversorum est absolutum. Fuerat autem Abbas Fridericus munere suo dejectus, Monachis disciplinam sub eo severiorem ferre nolentibus, eumque ad Comitem ficto libidinum crimine calumniantibus. Teterrima bellua calumnia est, innocentibus hominibus infestissima, quæ a malignitate unius proficiscitur, & in ignoratione credulitateque alterius pedem figit, idque non aperte sed clam facit.

Cæterum Friderico successit (non tamen prius, quam is e vita migrasset) ille Wilhel. 1069. anno. Nec voluit amplius ferre, ut Monasterium in potestate Comitum esset, sed id libertate frui voluit. Comes fallacibus eum literis aliquamdiu circumvenit, quasi libertate concessa. Donec clandestino Comitissæ Wiltrudis 1071. monitu, a Comite (qui tum a filiis tum ab externis calamitates patiebatur) plenæ libertatis diploma consecutus est, ab uxore, filiis & aliis contestatum, atque Imp. Henrici IV. sigillo confirmatum. In quo diplomate locus Hirsaugiæ (quem antehac quoque memoravi) sic describitur: *esse situm in provincia, quæ dicatur Teutonica Francia, in Episcopatu Nemetensi (Spirensi) in pago (tractu, regione) Wermigau dicto, in comitatu Ingersheim, in sylva, qua dicatur Nigra, juxta fluvium, qui dicatur Nagoltha.* Nomina Liberorum Adalberti in illis literis ponuntur: Bruno, Adalbertus, Gottfridus, Utha & Irmengardis. Nomina villarum restitutarum: Lutzenhart, Altburen, Nagolthart, Husteten, Deckenpfrund. Item sita ad Gilstein & Stammheim. Item villulæ Summenhart, Lutzelhart. Ad S. Candidum (hodie Kænte) ad Mettlingen, Meuchingen, Gretzingen, Mercklingen, Gruntpertzvviler, aliquot Hubæ. Addidit his nova quoque Adalbertus, ut Ottenbrunn, possessiones ad Wile, villulas Gretzenbach & Blandem. Act. 7. iduum Oct. 1075. Notandum autem illud est, quod supra dicitur, Teutonica Francia. Antiquissimis enim temporibus GALLIA & GERMANIA, una regio erant, uno communi vocabulo

Γαλατία, Galatia, appellatæ, & eadem lingua utentes, ut in prima Dodecade nostra demonstratum est.

Cæterum sicut ipsum Hirsaugiæ Templum intra sese leucophæis imaginibus Veteris & Novi Testamenti Romanorumque Imperatorum, pictum est, ita etiam Monasterii Peristylium iconibus artificio in XL. fenestris encausto exornatum est, iisque ternis (sicut & pulcherrimo salientium aquarum fonte) ternis, inquam, imaginibus eleganter decoratum est: nemqe ita, ut in medio cujusque fenestræ cernatur historia aliqua Novi Testamenti (a nato Christo, per passionem ejus, usque ad judicium extremum, & vitam æternam) atque in utroque latere illius mediæ fenestræ, ex Veteri Testamento typus appareat, aut historia typica, cum prædictionibus Prophetarum de Christo.

Transeundem mihi nunc ad fundationem Syndelphingensis Præposituræ, judico, ut & ipsam a Caluensi Comite circa idem fere tempus factam. Fundatam proinde reperio ab Alberto, Syndelphingæ qui habitaverit, & Azzimbartus dictus fuerit. Quod ego interpretor, *Azz im bart:* hoc est, *Adalbertus barbatus*, quod barbam gereret, rem superioribus seculis non ita usitatam. Wilkam huic uxorem tribuit Nauclerus, quæ & Willica & Willicha & Wilcha & Wilga & Wilha & Wiltrudis nominatur. Hac natione Polonam fuisse existimo, nec recte ipsam Adalberto II. ab aliis attribui, sed præsenti Azzimbarto, ipsius filio (sic mihi omnino videtur) attribuendam arbitror. Nam II. Adalberto supra ex Lazii sententia conjugem fuisse Wiltrudem vel Willicam Halbspurgensem, non Polonam, adscripsi. Ita duæ fuere Willicæ, & duo diversi Adalberti, pater & filius, hoc loco: quas Willicas alii in unam, & ambos Adalbertos in unum, confudisse apparent. At presenti Adalberto Azzimbarti agnomen est, quod patri ejus Adalberto II. non fuit. Pater etiam per illud tempus constructione novi Hirsaugiensis Monasterii satis multum negotii habuit, nec ad illam promptissimo animo fuit, quemadmodum audivimus, ita ut non ipse Syndelfingam etiam curaverit. Verum de his in rebus satis propter defectum documentorum obscuris sufficiant hæc, dum aut hæc nostra sententia constet, aut ab aliquo alio veriora, quod dubito, afferantur.

Adalbertus igitur Azzimbartus & conjux ejus Wilcka Syndelphingensem præposituram instituerunt, ubi initio Monachos & Monachas Benedictini ordinis locaverunt. His postea Hirsaugiam translatis, loco eorum Canonicos S. Augustini in cœnobio constituerunt, quod cœnobium ex castro Syndelphingensi, quod circa 1083. annum in eum usum destruxerant, fecerant, incolentes ipsi domum quandam, quam sibi juxta fanum B. Martini ædificaverant Syndelphingæ, in qua domo usque ad mortem suam manserunt, & Hirsaugiæ, uti jusserant, terræ mandati sunt. Obiit autem hic ipse Adalbertus (ut in MSS. libro Syndelphingensi vidi) XVI. Kal. Aprilis, Willica vero 4. Kal. Septembris. Anni mortis ibi desiderabantur. Exinde anniversaria sacra eis facta. Sed sicut, dum stetit, arbor cecidit, ita quando jam jacet, manet. Dum in vita sumus, quisque vigilemus & oremus. Solus Jesu Christi sanguis ab omni peccato purgat. Eidem Azzimbarto soror Utha in ante dicto Syndelphingensi libro adscribitur, & additur, eam ex Duce quodam peperisse duas filias, Utham & Luitgardem. Utham copulatam fuisse Guelphoni, qui ex ea genuerit Welphonem, Tybingæ 1164. obsessorem. Luitgardem vero vi junctam fuisse cuidam militi transalpino, Verlio nominato, ex quibus natus sit Philippus, Ecclesiæ Syndelphingensis Præpositus V. In Hirsaugiensi vero libro diversam de Utha,

Utha, quam Guelpho duxerit, ſententiam vidi: eam fuiſſe Gottefridi, qui Azzimbarti frater fuit, filiam. Sic etiam apud Aventinum invenitur.

Collegii porro Syndelphingani Advocatum anno MCXXII. Gottefridus Palatinus egit. Cum deinde, Caluenſibus extinctis, Syndelphinga Tybingenſium Comitum eſſet, Advocatus Præpoſituræ fuit ex eis circa annum 1168. & 72. *Rudolphus*, agnomine *Schærer*, aut a ductu militarium cohortium vel turmarum Schaarherr. Hic, ut compenſaret illa, quæ Canonicis ademerat, 6. Marcas argenti, quotannis illis dandas, anno 1168. conſtituit. Obiit idem 1177. Viennæ Auſtriæ, & Bebenhuſæ ſepultus eſt. Anno autem MCCCCLXXVII. a Wirtembergenſi Comite Eberhardo (qui poſtea 1495. primus Dux Wirtembergiæ factus eſt) Præpoſitura Syndelphingenſis Tybingam ad Eccleſiam S. Georgii translata eſt, cum eodem anno Academiam ille ibidem excitaret etc. etc.

* *

DISSERTATIO XVII.

DE

COMITUM SUEVIÆ PALATINORUM TUBING.

FAMILIA, FATIS, TERRIS, OFFICIO, DIGNITATE ET PRÆROGATIVIS.

§. I.

Specimen ſtudiorum meorum hiſtoricorum exhibiturus, DEO auxiliante, Hiſtoriam Comitatus Palatini Comitumque hujus nominis Tubingenſium breui penicillo academico delineare aggredior; neque inidoneum eſſe hoc argumento exiſtimo, in quod exponendum aliquid collocem operæ. Principio enim novi neminem, qui de hoc Comitatu Palatino Tubingenſi paulo curatius & ex profeſſo, quod ajunt, egerit. Hoc quidem me non later, quod Viri eruditiſſimi, qui poſterioribus his Seculis Jura Imperii noſtri Germanici acerrima mentis indagine & induſtria inexhauſta exquiſiverunt & excoluerunt, atque hiſtoriæ etiam noſtræ Germanicæ omnes fere pulviſculos excuſſerunt, ſubinde etiam Comitatus Palatini Tubingenſis mentionem injecerint, ſed eam adeo brevem, adeo mancam, adeo primis tantum labris delibatam, ut eam leviſſimo tantum brachio attigiſſe, pleraque ejus neſciviſſe, imo quandoque ei detraxiſſe, videantur.

§. II. Exemplo esse possunt vel ipsi etiam Nostrates BESOLDUS, (a) MYLERUS ab EHRENBACH, (b) SCHWEDERUS, (c) Ill. MOSERUS, (d) atque ex aliis SPENERUS, (e) TOLNERUS, (f) REINHARDUS, (g) STRUVIUS, (h) KEMMERICHIUS, (i) COCCEJUS, (k) DE LUDWIG, (l) & PFEFFINGERUS ad Vitriarium, (m) qui licet aliis plura habeat, paucis tamen & ipse lineis rem absolvit; atque docet profecto inspectio, quod huic rei non satisfecerint, & quanquam etiam Historici v. gr. CRUSIUS, LUCAS, ZELLERUS industriam suam heic exercuerint: attamen genuinis principiis, quæ in hac re necessaria sunt, destituti, eam perficere non potuerunt.

§. III. Accedit ad commendandum hoc argumentum, & de honore Patriæ esse, & nostri officii, ut domestica magis curemus, quam a nobis remotiora, cum præsertim inficias ire nequeamus, quod, licet cumulatissima copia magis, quam inopia laboremus eorum, qui circa historiam Patriæ nostræ plurima affectarunt, quorum ingentem Catalogum exhibuerunt Viri Illustres Celeberr. JO. JACOBUS MOSERUS & Dn. CAROLUS DE PFEIL, Consiliar. nos apud Regiminis, Judiciique quod vocant, Tutelaris Præses gravissimus, Cognatus noster oppido devenerandus, ille in Bibliotheca Würtembergica, hic in appendice Tractatus de meritis Serenissimæ Domus Würtembergicæ in Imperium; fateantur tamen iidem Viri Inclyti nobiscum, exteri vero etiam exprobent, quod Historia Würtembergiæ nostræ, suis scilicet constans numeris & probationibus, sit inter desiderata.

§. IV. Etsi vero neque temporis, qua in scribendis & exarandis his paginis fui constrictus, angustia, neque etiam Academicorum Speciminum ratio permiserit, ut ea prolixitate in hac Historia Comitatus Palatini Tubingensis potuerim versari, quæ non ita difficulter in justum Volumen posset extendi, spero tamen Patronos & æquos rerum arbitros hunc meum conatum clementissime edi concessum, in via nondum calcata & prorsus nova, boni consulturos esse.

§. V.

(a) De Comitibus & Baronibus Imperii in Op. politico apud LÜNIGIUM in Thesauro Juris Comitum, Part. II. p. 268. §. 8.

(b) De Principibus & Statibus Imperii Cap. 16. p. 142.

(c) Diss. de Sereniss. Comit. Palatinor. Rheni singul. Jur. ac prærogativis Thes. II. Opp. Tom. I. pag. 925.

(d) Staats-Recht Part. XXVII. p. 3.

(e) Im teutschen Jure Publ. Part. II. Lib. II. Cap. 3. §. 2. not. 2. & dict. Lib. II. Cap. 6. not. c.

(f) Historia Palatina. Cap. 7. pag. 174.

(g) Diss. de Officiis Imperii Saxonicis §. 7. not. 5.

(h) Corpore Juris Publ. pag. 753.

(i) Introd. ad Jus Publ. pag. 858. ed. nov. de An. 1744.

(k) Juris Publ. Prudentia. Cap. 15. Sect. 2. §. 17.

(l) German. Princ. Lib. V. Cap. 1. §. 3. pag. 6. seq. ibique in der Erläuterung Doct. Heinrich von Finsterwald. Tom. II. p. 5. sq.

(m) Tom. I. pag. 939.

§. V. Jam vero initio statim non necessarium esse arbitror, ut de Comitatu Palatino Tubingensi acturus, doctrinam de Comitibus Germaniæ & speciatim de Comitibus Palatinis nostri Imperii latius exequar; partim quia hæc argumenta tantæ sunt amplitudinis, extensionis & prolixitatis, ut de iis immensa dari possint Volumina, & summa etiam diligentia a Viris doctissimis sint data; partim quia eo ipso materiam continent tritam, locum communem infinities tractatum, copia obruentem, atque adeo quæ uno verbo a Speciminibus Academicis sunt alienissima. Etsi enim hoc a veritate non abludat, quod nec Comitatus noster Palatinus Tubingensis satis intelligi queat, nisi quænam olim tam Comitum, quam Comitatuum in Germania fuerit ratio, antecedenter sciveris? & nisi etiam reliquorum Comitum Comitatuumque Palatinorum Germaniæ nostræ aliquam habeas cognitionem; attamen hos fines assequi possumus, etsi in ipsum hoc doctrinæ pelagus jam nunc tam profunde nos haud immittamus & immergamus, sed, quod & infra abs nobis pro parte actum fuit, data generali quadam, sed scopo huic nostro sufficiente notitia, generalissime hanc materiam complectamur.

§. IV. Et vero, ut quoad prius, de Comitibus antiquis præsertim Germaniæ nostræ heic nil doceam præstruamve, sed ad ipsa pascua argumenti longe patentissimi remittam, quis desiderabit plura? quam quæ stupende diligentissimus LÜNIGIUS ex FRIDERICO LINDENBROGIO, PHILIPPO CLUVERIO, CHRISTOPHORO BESOLDO, JOHANNE JACOBO SPEIDELIO, MELCHIORE GOLDASTO, ex CAROLO du FRESNE, ex HENRICO SPELMANNO, ex ANTONIO MATTHÆI, ex PAULO MATTHIA WEHNERO, ex JOHANNE RÜDINGERO, CYRIACO SPANGENBERGIO, CHRISTIANO JUNCKERO, PETRO ALBINO, HERMANNO HAMELMANNO, CHRISTOPHORO LEHMANNO, MATRICULA IMPERII, WIGULEO HUNDIO, WOLFFGANGO LAZIO, TOBIA PAURMEISTERO a KOCHSTETT, CASPARE ZIEGLERO, JOHANNE NICOLAO HERTIO, JOHANNE SCHILTERO, JOHANNE WOLFFGANGO TEXTORE, FRIDERICO LUCA, im Graben-Saale &c. excerpsit, ac insertis plane integris Dissertationibus, quibus origines, incrementa, jura & prærogativæ Comitum insigniter illustrantur, nominatim JOHANNIS WILHELMI GÖBELII, SAMUELIS STRYCKII, CHRISTOPHORI BEINDORFFII, CHRISTOPHORI BESOLDI, HERMANNI CONRINGII, JOHANNIS ERNESTI GERHARDI, DIETERICI WILHELMI MATTHIÆ, IMMANUELIS WEBERI, CHRISTOPHORI REDECKERI, FRIDERICI CALENI, JOHANNIS CHRISTOPHORI BECMANNI, JEREMIÆ EBERHARDI LINCKII, BURCARDI GOTTHELFFII STRUVII, &c. accumulavit, in Thesauri Juris Comitum & Dominorum S. Romani Imperii Part. I. & II. ut quæ in ejus Parte IIItia habentur huc pertinentia taceamus. Prodiit collectio splendida ope ac consilio Viri, dum viveret Heris ac Dominis suis Celsissimis Hohenlöicis Comitibus amicissimi JCti. ac Polihystoris Celeberrimi Præstantissimique GEORGII TOBIÆ PISTORII, Francofurti & Lipsiæ, An. MDCCXXV. fol. Post quam, haud ita diu deinceps prodierunt duæ Commentationes luculentissimæ, altera Dn. WILHELMI FRIDERICI DE PISTORIUS (n) filii patre optimo dignissimi, Perillustris nunc ac Splendidi Co-

(n) Sub Tit. Historisch- und Juristische Anmerckungen über allerhand/ den Ursprung/ Historie und Vorrechte derer des H. Röm. Reichs-Graffen betreffenden Materien. IV. Theil.

Comitum Imp. Immediatorum ad Comitia Imp. Legati, Patroni nostri pie devenerandi, alteraque JOH. ADAMI KOPPII (o) nuper non sine magno rei literariæ damno defuncti JCti. ad Marpurgensium Cancellariæ Directoris Celeberrimi, adde his Consilium de Comitibus Imperii editum a Perill. Dno. BAR. DE SENCKENBERG & eruditissimis observationibus Wirtembergicis etiam illustratum, (p) quæ jam hac in materia omne punctum ferunt.

§. VII. Quemadmodum quoque seriem sat amplam eorum, qui de Comitibus Palatinis Germaniæ nostræ, in genere quidem, sed data opera scriptis quædam scitu maxime necessaria tradiderunt, numerare licet, istoque nomine vel ad solos catalogos, tum in Bibliotheca Historica Stuviano-Buderiana (q) tum in Bibliotheca Lipenio-Jenichiana (r) exhibitos, ablegasse sufficiat, sed & hos inter præcipue PETRI PITHOEI (s) MARQUARDI FREHERI, (t) CAROLI LUDOVICI TOLNERI, (u) nec non Celeberr. olim Batavorum JCti. jamque Bremensis Reipubl. Syndici primarii meritissimi EVERHARDI OTTONIS, (x) commendasse juvabit.

§. VIII. Ad ipsa autem instituti nostri penetralia accessuri, Comitum Palatinorum Tubingensium nunc specialem habebimus rationem, & quæ in Historia de rebus eorum fatisque occurrunt memorabilia, brevi complexu recensebimus, ac

Imo quidem Historiam Familiæ hujus in Germania nostra antiquissimæ simul & nobilissimæ, quantum satis est, ex Diplomatibus & documentis fide dignis dare.

IIdo terras eorum, quas apud nos habuerunt amplissimas, cum earum vicissitudinibus, fatis & immutationibus describere.

IIItio denique de ipso eorum Palatinatus Officio, Dignitate, Juribus, Præeminentia & Statu inde ab origine, usque ad secula superiora agere constituimus.

§. IX. Equidem circa horum etiam Comitum Historiam idem observare licet, quod in Historia Principatuum, Comitatuum, Familiarum &c. in Germania nostra generatim deprehenditur, nimirum pleraque in tenebris adhuc jacere maximis, quæ tametsi literatura iterum reflorescente, adeo non fuerunt dispul-

(o) Sub Tit. de insignibus differentiis inter S. Rom. Imp. Comites, & Nobiles Immediatos.

(p) In Præfatione Select. T. VI. Fasc. I. pag. 3. seqq. Præf. pag. 6. seqq.

(q) Cap. XVI. §. 110. pag. 852.

(r) Sub voce Comes Palatinus.

(s) Narrationem de Comitibus Palatinis tam Germaniæ, quam Galiæ.

(t) Origines Palatinas.

(u) Historiam Palatinam supra memoratam & omni encomio dignam.

(x) Dissertationem prorsus exasciatam & egregiam de Comitibus Palatinis &c. &c.

dispulsæ, ut Historiæ, Chronica, Manuscripta, quæ de quavis regione Germaniæ circumferuntur innumera, malum adauxerint, nihil diplomatice vel alia idonea ratione plerumque probaverint, falsa falsis cumulaverint, fabellis historiam repleverint, cæcus cæcum sine lumine omni sit secutus, quin de verbo ad verbum descripserit, quod querelis posterorum justam dedit occasionem. Scilicet id plerumque antea tantum egerunt, & pro parte aliquando adhuc agunt istiusmodi Chronicographi & Pseudohistorici, ut familias, quas describendas curant, faciant antiquissimas & vix sistentes gradum in temporibus post Christum, vel ad ipsa quandoque tempora patriarchalia, si non Adamum usque progrediantur, haud perpendentes, quod, uti aliis in disciplinis, ita maxime in Historia docta detur ignorantia, de qua notabilia ap. Dn. DE LUDWIG (y) & JO. JOACH. MüLLERUM (z) quodque dum fabulis lacunas explere sunt annixi, rem magis obscurarint, & ipsa quæ supererant, veritatis vestigia deleverint, sunt verba COCCEJI (a) cui addendi, qui errorem pariter hunc alterum Historicorum, præsertim veterum nimiam scilicet antiquitatis affectationem, graviter perstringunt GLADOVIUS (b) CHRIST. BROWERUS (c) WAGENSEIL (d) PETRUS FRIDERICUS ARPE (e) CASP. ABEL (f) & inprimis FRANCISCUS IRENICUS (g) cujus epicrisin haud male quoque ad fabulosas nostras olim traditas, imo adhuc nonnullis adamatas, Potentissimæ Würtembergiæ aliarumque cognatarum Familiarum origines applicat WALZIUS. (h) Quamvis eo ipso, & quod plerique Scriptores hoc audacter egerint, contigerit, ut fabulis istis, per decursum temporis, propter antiquitatem solam fides & autoritas quædam accreverit; bene id monente LIVIO (i) & MARIANA. (k)

§. X. Exemplo interim esse potest ipsa etiam nostra Historia Comitatus Palatini Tubingensis, quam nonnulli usque ad seculum post Christum primum extendunt, atque ex hoc jam jam RADBOTUM quendam vel RATBODUM an. LXXI. regnante TITO VESPASIANO, ex seculo Vto & ab anno CCCCXI. imperante THEODOSIO RADBOTUM IIdum, ex seculo VIIIvo, annoque DCCLX. magno saltu ADELBERTUM Comitem ejusmodi Tubingensem, cognomine ROTENFAHN, ex IXno annoque DCCCXL. ROLAN-

(y) Diss. Historia sine parente.

(z) Reichs-Tags-Theatro sub Maxim. I. Part. II, Cap. 70. §. 1.

(a) Juris Publ. Prudentia Prolegom. §. 2.

(b) Diss. de vitiis Historicorum.

(c) Annalibus Trevirensibus. Cap. VII. Num. 1.

(d) De Officialibus & Subofficialibus Imperii Cap. IX. §. 2.

(e) Themide Cimbrica, pag. 116. seq.

(f) Hist. Monarchiarum Orbis antiqui. Lib. I. Cap. 1. §. 9.

(g) In Exegesi Germaniæ Lib. III. Cap. 2. pag. 105.

(h) In der Würtembergischen Stamm- und Nahmens-Quell/ pag. 6. seqq.

(i) Decade I. Lib. I.

(k) De Rebus Hispanicis Lib. I. Cap. 7. ap. SAM. DE GUICHENON in Libr. splendidiss. Histoire Genealogique de la Maison de Savoye. Lib. II. Cap. 1. pag. 184.

DUM cum fratribus, & ex Xmo denique LUDOVICUM Comitem Palatinum cum fratribus, sub HENRICO I. Aucupe &c. proferunt: quas nugas bona fide CRUSIUS (*l*) noster, melior de cætero Philologus, quam Historicus, ac Criticus, quo tamen, quia de rebus Suevicis luculentiorem & meliorem non habemus, carere haud possumus, descripsit, atque aliis quoque describendas communicavit.

§. XI. Quæ vero omnia, cum similibus pluribus aliis, nostra non facimus, utpote nec ullo modo probata, neque etiam scitu tantopere hodie necessaria, minimum pleniori ac curatiori genealogia Familiæ, nostra ætate exrinctæ, quoad singula ejus membra opus non habemus, at & frustra quærimus, quod in tantis tenebris haberi nequit. Quare eorum solum ex his Comitibus Palatinis Tubingensibus mentionem injiciemus, quorum Historia ex Diplomatibus aliisque fidem merentibus indiciis potest demonstrari.

§. XII. Neque vero nos destituunt ejusmodi Documenta, etiam ante Interregnum confecta, ac publice foras prodita, secus atque de ipsa Historia nostra Würtembergica sentiunt plerique Historici Saxones, rerum nostrarum ignari, qui ultra Interregnum istud seculo XIIItio. celebratissimum nos in Historia nostra parum aut nihil progredi posse, male existimant.

§. XIII. Jam Seculo XImo prostant Diplomata Comitum Palatinorum Tubingensium, qui juxta quosdam probabiliter ab Ottonibus fuerunt instituti, (ubi tamen confer dicenda infra) mentionem facientia. Primo CHUNONUM & CONRADORUM duorum mentionem facit, (*m*) ANSELMI Comitis Palatini Tubingensis, & Comitis Ruckensis cum filiis HENRICO & HUGONE, uti etiam ADELHEIDE fundatoribus Cœnobii Blavifontani anno MXCV. cujus Diplomatis exemplum habet BESOLDUS, (*n*) quocum conferendi BRUSCHIUS, (*o*) FRANCISCUS PETRI, (*p*) CRUSIUS. (*q*) In confirmatione hujus Cœnobii a Pontifice URBANO II. facta mentio fit quoque Comitum Palatinorum Tubingensium HENRICI & HUGONIS, nec non ADELHEIDIS Comitissæ Palatinæ Tubingensis anno MXCIX. apud eundem BESOLDUM, (*r*) eosdemque etiam nominat ADRIANUS IV. Pontifex in confirmatione anno MCIIX. quam pariter inseruit BESOLDUS. (*s*) Sic etiam GEMMA Comitissa de Tübingen cum filiis suis HENRICO & HUGONE beneficia in Monasterium Hirsaugiense contulit, vid. itidem BESOLDUS. (*t*) Nam in libro donationis Monasterii Blavifontani extat, quod mater HENRICI & HUGONIS BER-

(*l*) Annalibus Sueviæ. Part. II. Lib. 8. Cap. 13. & Lib. 10. Cap. 10.

(*m*) Chronicon Hirsaug. Tom. I. p. 253. ad an. 1080. & 1081.

(*n*) Documentis Monasteriorum Würtembergensium, Part. I. pag. 909. libro alias nobis satis damnoso, invidiæque plenissimo.

(*o*) Chronologia Monasteriorum Germaniæ præcipuorum & maxime illustrium, pag. 20. seq.

(*p*) Suevia Sacra. pag. 178.

(*q*) Annalibus Sueviæ. Part. II. Lib. 8. Cap. 13. pag. 288.

(*r*) Loc. cit. pag. 910. (*s*) Loc. cit. pag. 913.

(*t*) Loc. cit. pag. 630.

BERTHA fuerit, Pater vero ejus ANSHELMUS sit vocatus. Et prius etiam ibidem SIBOTHONIS & Uxoris de Elisatia Comitissæ sit mentio, cujus utriusque effigies in templo claustrali est conspicienda. Filii eorum erant SIGFRIDUS, WERNHER Clericus & WALTHERUS. (*u*) Alia ADELHEIDIS erat HENRICI Palatini Tubingensis Uxor libera de Enzberg, quæ ad obtinendam confirmationem fundationis Cœnobii Blabyrensis Romam est profecta. (*x*) De HERMANNO Filio SIGFRIDI legitur, quod Monachus sit factus, quocum series Comitum de RUCK, qui etiam descendentes erant Comitum Tubingensium intermortua. (*y*) In Diplomate HENRICI VI. Rom. Imp. An. 1189. Spiræ dato 8vo Sept. RUDOLPHUS, Comes Palatinus de Tüvvingen inter testes occurrit apud PFEFFINGER, ex HUNDIO (*z*) Ejusdem concambium recenset LEHMANNUS. (*a*) In alio Diplomate HUGO Comes Palatinus Tubingensis Advocatus Blabyrensis apud BESOLDUM, (*b*) ejusque filius FRIDERICUS Augmentator Blabyrensis audit LUCÆ (*c*) & 1215. idem Palatinus Comes de Tubingen apud GODOFREDUM Monachum, (*d*) occurrit. Præsertim hujus loci est obsessio Tubingæ nostræ, sedis Comitum Palatinorum, circiter annum MLXXX. abs Guelphis facta, de qua distinctius agemus infra. conf. interim NAUCLERUS, CRUSIUS atque ZELLERUS. (*e*) Præsertim memorabilis est circa finem hujus Seculi HENRICUS Comes Palatinus Tubingensis, qui in matrimonio habebat ADELHEIDEM HENRICI IV. Imperatoris neptum, ex Patre Comite dicto ZEYSOLFO, sed prole caruit. (*f*)

(*u*) vid. CHRISTIAN. TUBING. Histor. Fundat. Cœnobii Blabyrensis.

(*x*) Idem CHRISTIAN. TUBING. ibidem.

(*y*) Idem TUBING. in Hist. cit. (*z*) Lib. I. Tit. XI. pag. 939.

(*a*) In der Speyrischen Chronick Lib. V. Cap. 65. p. 469. „In Nomine Sanctæ „& individuæ Trinitatis, ULRICUS Dei gratia Spirensis Ecclesiæ Episco„pus. Notum sit omnibus tam præsentis quam futuri seculi Christi fide„libus, qualiter RUDOLPHUS Illustris Palatinus Comes de Tubingen „prædia, quæ Spirensis Ecclesia in Bebenhusen habebat, concambio com„paravit pro Ecclesia in Bebenhusen & cæteris bonis, quæ Spirensis Ecclesia „ibidem tenebat, videlicet domiciliis, campis, sylvis, pascuis, agris, cultis „& incultis, quæsitis & non quæsitis, præfatus Palatinus Comes consensu „& voluntate nostra, Canonicorum quoque & ministerialium ac familia „Spirensis Ecclesiæ, dedit Ecclesiam in Meinboldsheim, duos Mansus in „Wiltingen, duos mansus in Siggingen. Factum est autem hoc concam„bium in præsentia Domini FRIDERICI Rom. Imperatoris AUGUSTI & „filii ejus HENRICI Roman. Regis gloriosissimi, præsentibus Canonicis „Ministerialibus & magna parte familiæ Ecclesiæ Spirensis. Sicque præ„dictorum bonorum commutatio publice & solemniter consummata & „rata facta est, consulentibus & approbantibus præfatis principibus, scilicet „Domino Imperatore & ejus filio gloriosissimo Rege eo tempore existen„tibus, Ecclesiæ Spirensis advocatis, aliisque adhibitis, quæ jus, ratio & „consuetudo exigebat. Acta sunt hæc Anno Dominicæ Incarnationis „MCLXXXVIII.

(*b*) Ibid. pag. 914. (*c*) Grafen-Saal/ pag. 682.

(*d*) Pag. 383. ed. STRUV.

(*e*) Merckwürdigkeiten der Universität und Stadt Tübingen. pag. 588. seq.

(*f*) Ita enim legitur in Johannis de Mutterstatt Chronico Spirensi: JOHANNES

§. XIV. In Seculis sequioribus, duodecimo, decimotertio, & decimoquarto, usque ad hujus Comitatus Palatini, præcipuarumque ejus partium ac ditionum venditionem, tot habemus monumenta publica, ut hanc eandem historiam extra omnem dubitationis aleam ponant, conf. CRUSIUS (g) Sic anno MCXI. CONRADI Comitis Palatini Tubingensis, Benefactoris Cœnobii Blabyrensis fit mentio apud BRUSCHIUM, (h) CRUSIUM, (i) aliosque. Pariter ac anno MCXXII. GODOFREDI Advocati Sindelfingensis apud eundem CRUSIUM. (k) Anno MCXXVII. alios inter fidei HEROES, Palatinus quidam Comes de Tubingen in famosa illa Expeditione cruciata adversus Saracenos memoratur apud TRITHEM. (l) Præterea anno MCXXV. MANGOLDUS primo quidem Cœnobium Langenaviæ incœperat fundare, postea vero quatuor filii ejus WALTHERUS Episcopus Augustanus, MANGOLDUS JUNIOR, ADALBERTUS & ULRICUS, istud ipsum, circiter annum MCXLIII. in illum translocabant locum, quo hodieque est situm, nempe Anhusum, & absolverunt, quodque initio HONORIUS II. Pontifex aliquot privilegiis, tumque deinceps sequuti COELESTINUS II. anno eodem, Papaque EUGENIUS, anno MCXLIX. nec non GREGORIUS V. anno MCCLXXXVI. plenis immunitatibus donabant; uti videre est apud BESOLDUM, (m) CRUSIUM, (n) LUCAM, (o) aliosque.

§. XV. Porro de eodem WALTHERO, Episcopo Augustano refertur, nescio tamen quo Autore, quod anno MCXLII. Monasterium Sti. Georgii Augustæ Vindelicorum ædificaverit & perfecerit, annoque MCLIII. ibidem Claustrum Augustinianum fundarit, & postquam Episcopatum resignasset, eodem anno Seligenstadii Monachus factus ibidem sepultus fuerit. Resignationis hujus mentionem facit BRUSCHIUS. (p) Sicque fundationi Monasterii Albæ Dominorum anno MCXLIII. ut testis subscripsit HUGO Palatinus de Tübingen. BESOLDUS. (q) Hocque anno mortuus memoratur GOTOFREDUS ex Comite Palatino de Tübingen, Monachus Cœnobii Hir-

NES XXXI. Spirensis Ecclesiæ Episcopus resedit in ea annis XVI. Iste JOHANNES fuit filius Comitis Wolframi, qui multos Comitatus & possessiones habebat in Creychau, & genuit eum de Aserla sorore præfati HENRICI quarti, & frater ejus Comes dictus ZEYSOLFUS habuit filiam nomine ADELHEIDIS, quæ nupsit HENRICO Palatino de Tübingen, sed tamen prole caruit & de genere illorum venit KOESTENBERG, MEINTERSEL & DITESHEIM, Ecclesiæ Spirensi. Apud Per-Illustr. Dn. BAR. DE SENCKENBERG in Select. Jur. & Hist. Tom. VI. pag. 167. conf. LEHMANN Speyrisch. Chron. V. Lib. XLI. Cap. p. 420. b. & antecedentia. CRUSIUS Annal. Suev. Part. II. Lib. VIII. C. 9. p. 273.

(g) Annal. Paralip. Cap. 3. pag. 5. 6. infra plene danda.

(h) Loc. cit. pag. 70.

(i) Annal. Part. II. L. 9. Cap. 7. pag. 328.

(k) Annal. Paral. Cap. 3. pag. 5.

(l) Ad hunc annum.

(m) Documentis pag. 325.

(n) Annal. Part. II. Lib. 9. Cap. 10. pag. 334.

(o) Grafen-Saal. pag. 682.

(p) Cit. loc.

(q) Document. Monast. Würt. pag. 125. & CRUSIUS A. S. Part. II. Lib. 10. pag. 404.

Hirsaugiensis, & ibidem sepultus, teste TRITHEMIO. (r) Præter hos apud Urspergensem, celebrem Historicum Seculi XIImi complures Comites Palatini de Tübingen sunt obvii; cumprimis vero memorabilis est HUGO, Comes Palatinus Tubingensis, qui se etiam Dominum Ruckensem & Gernhusanum, nec non Comitem Pfullendorffium & Bregentanum nominavit, quive Advocatus fuit Cœnobii Blavifontani, a Majoribus instituti, observante BRUSCHIO, & post bellum infeliciter gestum, captam Tubingam, superatamque captivitatem, ex voto Cœnobium Marchthalense, hodienum celebre, quod a Ducibus Sueviæ HERMANNO Patre & Filio anno M & MVI. institutum, fere ad incitas fuit redactum, restituit, & Præposituram Præmonstratensium, loco Canonicorum constituit, a Papa Cœlestino III. anno MCXCII. confirmatam. De quo, uti etiam præsertim de circumstantiis & eventibus belli cum Duce WELPHO gesti, legendi ante omnia sunt Annales Cœnobii Bebenhusani ex Manuscripto perraro editi abs LUDWIGIO (s) tum vero JO. GULERUS DE WEINECK (t) AVENTINUS (u) CRUSIUS (x) FRANCISCUS PETRI (y) STUMPFFIUS (z) NAUCLERUS (a) ZELLERUS (b) nec non, qui omnia ad historiam infaustissimi hujus belli facientia congessit CHRISTOPH. HAREMBERGIUS (c) Theologus ac Polyhistor GUELPHERBITANUS insignis, & FELLERUS (d) cumprimis vero Chronicon Weingartense. (e) Nec minorem nominis celebritatem in hoc seculo anno MCLXXXI. consecutus est RUDOLPHUS, Comes Palatinus Tubingensis, Dominus Bregentiæ, Rhetiæ & Curiæ, Institutor Cœnobii, quod prope a nobis abest, Bebenhusani, de quo laudatum Chronicum Bebenhusanum (f) conf. BESOLDUS (g) CRUSIUS

(r) Chronico Hirsaugiensi ad dict. ann.

(s) Reliquiis MSSt. omnis ævi Tom. X. pag. 410. seqq.

(t) Rhetia. Lib. IX. fol. 150. (u) Annalibus Bojorum. Lib. III. pag. 510.

(x) Annal. Suev. Part. II. Lib. 10. Cap. 8. pag. 405. Cap. 10. pag. 411. Lib. II. C. 6. pag. 456.

(y) Suevia sacra, p. 564. seqq. (z) Chronico Helvetico, pag. 276.

(a) Part. II. pag. 190. nec non SULGERUS Annal. Zwifalt. p. 139.

(b) Loc. laud. pag. 588. seqq.

(c) Historia Gandersheimensi diplomatica. pag. 289. seq.

(d) Des Braunschweig-Lüneburgischen Hauses Genealogische Historie. Cap. X. tot. pag. 406. seqq.

(e) Cap. 12. pag. 787. & Cap. 14. p. 791. seq. apud LEIBNITIUM inter Scriptores rerum Brunsvicensium. Tom. I. Num. LV.

(f) Apud LUDWIGIUM Rel. MSSt. Tom. X. p. 411. hæc habet circa annum „MCLXXXIII. RUDOLPHUS Comes Palatinus, HUGONIS Palatini de „Tubinga, Brigantiæ & Rhetiæ Curiensis Comitis, Monasterii Marcktalen„sis instauratoris filius, Divina inspirante gratia, consensu dilectæ uxoris „suæ MECHTILDIS, Comitissæ de Eberstein, & liberorum suorum in præ„dio Spirensis Ecclesiæ, quod per concambium ordine judiciario adquisi„vit, favente & confirmante FRIDERICO Imp. gloriosiss. ejusque Filio „HENRICO Rege, & eorundem authoritate, monasterium Bebenhusanum „construxit & Ordini Præmonstratensi deputavit. Conf. supra §. XIII. lit. a.

(g) Documenta pag. 354. & 357. seq.

SIUS (b) FRANCISCUS PETRI, (i) LUCÆ. (k) Diem is obiit supremum anno MCCXIX. d. 19. Apr. atque una cum uxore MECHTILDE & duobus filiis in Capitulo ante Altare S. Johannis Bebenhusæ jacet sepultus; inscriptione MECHTILDI facta, adhuc hodie conspicua. conf. CRUSIUS (l)

§. XVI. Præprimis vero ex Seculo XIIItio inter alia sequentia dare licet Documenta facile, si opus esset, adaugenda. Sic in confirmatione Privilegiorum Monasterii Laureacensis Imperatoris FRIDERICI IIdi testis occurrit RUDOLPHUS Palatinus Comes Tubingensis anno MCCXV. BESOLDUS, (m) CRUSIUS. (n) In Diplomate, quod HENRICUS Romanorum Rex, Imperatoris FRIDERICI II. Filius, Cœnobio Adelbergensi exhibuit Eslingæ anno MCCXXVIII. inter reliquos, qui actui interfuerunt, testis adcitatur Palatinus Comes de Tübingen, atque quod non minus notandum in subscriptione ante Burggrafium de Nürenberg collocatur, apud BESOLDUM. (o) In registro INNOCENTII III. (p) Pontificis Comes Palatinus de Tuing. occurrit, observante supra jam memorato EVERHARDO OTTONE: (q) HUGONIS Comitis Palatini de Tübingen Diploma super venditionem Juris Advocatiæ in Niederthal exhibet JO. FRID. SCHANNAT. (r) Notatu quoque dignum, quod Sec. XIII. in tres ramos abiverit Prosapia horum Comitum Palatinorum. Namque ULRICUS WILHELMI Filius nactus est Comitatum Aspergensem, a quo denominantur Comites Aspergenses, filii vero RUDOLPHI, RUDOLPHUS junior & EBERHARDUS in lineas Tubingensem & Herimontanam sunt divisi, illo Herrenbergam, hoc Tubingam possidente. Plures v. gr. RUDOLPHUM, qui Viennæ est mortuus & Bebenhusæ sepultus IV. Maji. An. 1277. EBERHARDUM etiam supra nominatum, qui consentiente fratre RUDOLPHO Vineas Jesinganas Bebenhusæ vendebant. WALTHERUM de Gerolzeck nominatum de Tüingen, recenset CRUSIUS. (s) Atque in universum quidem Comites Palatini Tubingenses hujus Seculi eo minus quicquam relinquunt dubii, quo plures apud nos Bebenhusæ, Sindelfingæ &c. jacent sepulti, atque resurrectionem expectant, & quo magis variis donationibus Cœnobiis factis, inclaruerunt.

§. XVII. Ita namque e. g. RUDOLPHUS, RUDOLPHI filius, Advocatus Sindelfingensis, anno MCCLXXII. mortuus, Sindelfingæ cubat sepultus, & uxor ejus ADELHEIDIS, Comitissa Eberstenia & Badensis, Bebenhusæ d. 19. Sept. ejusd. ann. est recondita, quemadmodum filius HUGO Sindelfingæ terræ

(b) Annal. Part. II. Lib. 11. Cap. 17. pag. 497. Cap. 11. pag. 476. Lib. 12. Cap. 1. pag. 507. Part. III. Lib. I. Cap. 2. pag. 5.

(i) Suevia sacra, pag. 126. seq. (k) Grafen Saal/ pag. 683.

(l) Annal. Part. III. Lib. I. Cap. 2. pag. 8.

(m) Document. Monast. Würt. pag. 728. seq.

(n) Annal. Part. III. Lib. I. Cap. 1. pag. 3.

(o) Docum. Mon. Würt. redivivis. p. 30. (p) Epist. 14.

(q) Laud. Diss. de Comitibus Palatinis. Cap. III. §. 2. pag. 30.

(r) Vindemiis literariis. Collect. I. pag. 207.

(s) Annal. Part. III. Lib. III. Cap. 8. pag. 166. & Lib. IV. C. 14. pag. 244.

terræ mandari voluit. conf. CRUSIUS. (t) Ac eodem fere tempore WILHELMUS, filius RUDOLPHI Senioris, alia notabili fundatione defunctus, Cœnobio Bebenhusano vicinam nobis Ecclesiam Lustnaviensem dono dedit. Præprimis memoratu hic dignum est Diploma, quod de WILHELMO Comite Palatino Tubingensi ad ostendendam renunciationum in Germania antiquitatem exhibet Celeberr. Dn. BARO. DE SENCKENBERG (u) quod in notis dabi-

(t) Annal. Part. III. Lib. 2. Cap. 22. pag. 129.

(u) In Meditat. suis Fascic. II. Medit. VII. p. 410. seqq. „WILHELMUS Comes „de Duingen, cum dignum est, ut facta memorie digna scripturarum te„stimoniis fulciantur. Innotescere cupio tam presentibus quam futuris, „quod de communi consilio & Assensu conjugis mee WILLEBURGIS „nec non Amicorum & hominum meorum cum quinque consiliariis meis, „videlicet BELREYNO de LIESELBERC. WERNHERO de BERNHU„SEN. HUGONE de HALVINGEN. CUNRADO de DISSINGEN & „HENRICO de KIRCHBERC. Sub cautione juratoria CUNONI filio „Domini ULRICI de MINZENBERC filiam meam ADELHAIDIM copu„lavi in Matrimonium, tali huic inde conditione interposita, quod pre „ceteris coheredibus suis CUNO & filia mea hereditabunt castrum Baben„husen cum universis eidem castro pertinentibus. Verum si CUNO ante„quam filie mee misceatur decesserit, filie mee prelibatum castrum cedet, „aut Quingente Marce argenti conferentur eidem. Si vero ingressus fuit „ad eam & antequam prolem habeant obierit. Idem castrum cum suis „pertinentiis possidebit filia mea, aut Mille Ducente Marce ipsi conferen„tur, pro quibus Mille ducentis Marcis ac prescriptis Quingentis Marcis „ad Castrum Babenhusen Ducente Marce annuatim de justis prediis assi„gnabuntur. Ceterum si CUNO & filia mea liberos procreaverint & pre„terea prefatus CUNO decesserit, ipsa filia mea Castro prenominato cum „possessionibus ad ipsum deputatis absolute possesso cum suis liberis he„reditatem accipiet cum coheredibus Mariti sui. Verum si ipsa ad me „reverti voluerit dabuntur ei MCC. & pueri patris sui CUNONIS here„ditatem capient absolute. Ceterum si fato mortis filiis meis privabor, „filia mea de MINZENBERC hereditatem accipiet cum sororibus suis ju„stu modo, hoc excepto quod ministeriales & homines meos non heredi„tabit nisi eos, qui voluntarie ad ipsam decreverint declinare. Si vero fi„lios habuero nullam a me habebit hereditatis portionem. Idque de com„monitione Domini ULRICI Senioris & filii sui CUNONIS. Domini „GODEFRIDI de BICGENBACH. Domini CUNRADI REYZ de BRU„BERC. HEYNRICI de LIEBESBERC. CUNRADI de CLINGENBURC „pincerne. OTWINI de GUNSSE. ANSHELMI de DIPURC. RUDOL„PHI GRASLOC. WERNHERI & CUNRADI fratrum de BELDERS„HEYM. Ipsa inducetur ut voluntarie renunciet, quod & prescripti fide „data & sub cautione Juramenti complere promiserunt. Alioquin intra„bunt Wormaciam inde non egressuri, nisi filia mea sue renuntiaverit he„reditati. In particione autem hereditatis omnium heredum Minzenber„gensium talis ordinabitur divisio. Ut Castrum Minzenberc & ministe„riales & infeodati nobiliores parti cedant CUNONIS junioris. Acta „sunt hec Anno Domini MCCXXXVI. V. Idus Junii. Ne igitur hujus „ordinationis succrescat oblivio presens scriptum sigillis Marchionis HER„MANNI de Baden & meo feci communiri. Hujus rei testes sunt EBER„HARDUS Comes de Wirtenberc. BERCHTOLDUS Advocatus de Wi„zensteyn. VOLLBOTTO de BOLTRIENGEN. WALTHERUS PLE„BANUS de WEYBELINGEN. MACHARIUS de LINDEN. SIGENAN„DUS de BUCHEFEGGE. GERNANDUS HUNT. DIETERICUS de „ENSELNKEYM. CHRISTIANUS de BICGENBACH. ANSHELMUS „HUNT. CUNRADUS de BOLTRINGEN. ALBERTUS ABBAS de „ARNSBURC & alii quam plures.

dabimus integrum. Et anno MCCLXVII. RUDOLPHUS Comes Palatinus sibi competens Jus Advocatiæ resignavit in Blaubeuren, prohibuitque ne alius ibi Advocatus constitueretur, BESOLDUS (x) Chronicon Bebenhusanum (y) conf. CRUSIUS. (z) Mortuus idem WILHELMUS anno MCCXXXIII. Bebenhusæ die S. Aftæ in pomœrio est sepultus. Porro anno MCCLVII. laudatus RUDOLPHUS Palatinus Tubingensis Comes in recompensationem, ut Diploma habet, damnorum Monasterio Blaubeuren occasione Advocatiæ illatorum multa jura in oppido Blaubeuren ipsi concedit, BESOLDUS. (a) Ad annum MCCLXXXIV. annotat idem Chronicon Bebenhusanum. (b) Hujus in nota occurrentis HUGONIS filius alter RUDOLPHUS, Diaconus & Canonicus Sindelfingensis, mortuus est ibidem anno MCCLXXII. Et in ambitu Collegii Franciscanorum Esslingensium muro inscripta legebantur verba: *Anno Domini MCCLXXV. secundo die mensis Martii obiit Frater HAINRICUS Pallentinus & Comes Tubingensis, cujus anima requiescat in pace.* An. MCCLXXXVIII. in Instrumento venditionis & traditionis, quod BURCARDUS Comes de Hohenberg super villa sua sive oppido Oberyethingen confici jussit Comitis testis est LUDEWICUS Comes Palatinus de Tuvvingen ap. BESOLD. (c)

§. XVIII. Nec reticendus est RUDOLPHUS, qui pro more istius ævi sueto, quo vix Princeps, Dux, Comes ac Dominus fuit, qui non peculiare agnomen ridiculum imo quandoque injuriosum tulit, communiter SCHÆRERIUS vocatur, ac præter Comitem Palatinum, etiam Dominus Ruckensis, Gernhausensis & Böblingensis fuit, Cœnobio Bebenhusano donationem fecit, de qua idem Chronicon Bebenhusanum (d) conf. de eo CRUSIUS (e) LUCAS. (f) Diem is obiit Viennæ d. 4. Maji anno MCCLXXVII. sepultus Bebenhusæ. Et ad annum hunc CRUSIUS, (g) Filios habuit RUDOLPHUS hic duos, alterum GODO-

(x) Docum. Monast. Würt. pag. 916.

(y) Ap. LUDW. sæp. cit. pag. 416. ubi sunt verba. „An. 1267. WILHELMUS Comes Palatinus de Tuvvingen solenni donatione contulit & legavit Conventui & Ecclesiæ in Bebenh. Ecclesiam in Luschnovv cum universis attinentiis.

(z) Annal. Part. III. Lib. 3. cap. 137. ubi Diploma donationis extat in extenso.

(a) All. Docum. pag. 918. seq.

(b) Ap. LUDVV. cit. pag. 419. „HUGO Palatinus Comes de Tubingen, „OTTO, & LUDOVICUS filius ejus contulerunt Ecclesiæ nostræ (scil. „Bebenhusanæ) molendinum VValdach.

(c) Documentis Monasteriorum Virginum sacrarum, pag. 472.

(d) Ap. LUDVV. l. c. pag. 414. „Anno MCCLXXIV. RUDOLPHUS Comes „Palatinus, filius filii fundatoris contulit Ecclesiæ nostræ cuncta prædia, „quæ possedit in VValthausen, cum omnibus Juribus & pertinentiis eorundem.

(e) Ann. Part. II. Lib. 12. Cap. 1. pag. 509. Part. III. Lib. 3. cap. 1. p. 133. seq.

(f) Grafen Saal/ pag. 683.

(g) Annal. Part. III. cap. 2. p. 138. add. p. 133. ita scribit. „An. MCCLXXVII. „RODOLPHUS Comes Palatinus, dictus SCHAERER contulit solenniter Eccle-

GODOFREDUM, vulgo Gözen dictum, Dominum Herrenbergæ & Bœblingæ, cujus circa annum MCCXCIII. memoratur sigillum, in quo equo insidebat armatus cum clypeo in latere sinistro, & vexillo in manu dextra. vid. CRUSIUS. (b) Alter filius erat HENRICUS, dictus Dominus Böblingæ, mortuus, anno MCCLXXV. Esslingæ sepultus d. 2. Mart. RUDOLPHO autem II. duo fuere filii, GOTHOFREDUS (i) & HENRICUS, mortuus An. MCCLXXXI. Cui itidem duo fuerunt filii, EBERHARDUS alter (k) nomine familiæ jam communiori facto, etiam Schærer dictus, alterque RUDOLPHUS, (l) qui tum ipsi jam tum cum posteritate sua alumnæ suæ Bebenhusæ pleraque tandem bona sua allodialia vendere necesse habebant.

§. XIX. Sic ipsum Chronicon Bebenhusanum (m) rem refert. Quæ documenta omnia Historiam Nobilissimæ hujus Comitum Palatinorum Tubingensium

„Ecclesiæ S. Mariæ in Bebenhusen quendam locum & collem, lignis cædendis & pascuis aptum apud VValthusen, dictum Gaisbühel, cum omnibus terminis ad illum spectantibus.

(b) Annal. Part. III. Lib. 3. cap. 8. pag. 163. cap. 11. p. 176.

(i) CRUSIUS Annal. Part. III. cap. XI. pag. 176.

(k) CRUS. Part. III. Lib. 3. cap. 8. pag. 166.

(l) Idem CRUS. Part. III. Lib. 3. cap. 11. pag. 170.

(m) Ap. LUDVV. cit. p. 421. seq. „Anno MCCXCII. EBERHARDUS Comes Palatinus de Tubingen dictus SCHAERER, vendidit Monasterio nostro mansum dictum Forsthub inter Tübingen & VVildenau, cum omnibus pertinentiis, piscariam in fluvio Neccari apud Luschnau, itemque tres curias & piscariam in Rüsten pro 705. libris denariorum Hallensium. „Et pag. LUDVVIGII 423. anno MCCXCI. GODOFREDUS Comes Palatinus de Tubingen vendidit Monasterio nostro pro 140. lib. halerorum opidum Hagenloch cum universis suis juribus pertinentiis & proventibus, montem Hohenberg, Steinberg, Nuba & omnia circum jacentia inter rivum Ammer & rivum Attelbach. Nec minus antea cit. pag. 422. idem Chronicon diserte habet. „GODFRIDUS Comes Palat. de Tubingen vendidit Ecclesiæ nostræ pro duobus millibus librarum denariorum Hall. monetæ curias in Tubingen, dictum Fronhöff, quibus Jus Patronatus annexum est, quod tamen non vendidit, sed libere donavit, item curiam ibi dictam des von Kumttget/ vineas dictas Pfaltzgrafenberg/ cum totculari, Montem Hohenberg usque ad rivum Arlebach, & ab ipso monte & rivo, usque ad castrum Entringen; curiam in Jesingen cum Sylva Buchhalden; montem Creuzberg omniaque bona, quæ habuit apud VVeil, Altorff, & Neuvveiler. Item pag. 423. seq. Anno MCCXCVIII. EBERHARDUS Comes Palatinus de Tubingen, dictus SCHAERER, vendidit nobis pro 104. libris denariorum Hall. omnes suas vineas apud Jesingen, cum omnibus appertinentiis dictis Vorlehen/ aream cum torculari, dominium seu Jus advocationis in bonis apud Lachin. Sed & eodem adhuc anno Jus Advocatitium, reditus, servitutes, ac omne Jus, quod habebat in oppido Riethausen pro 80. libr. den. Denique ad Annum *MCCXCIX.* RUDOLPHUS Comes Palatinus de Tubingen Ecclesiæ nostræ vendidit pro 700. libr. den. Hall. curias Ober- und Nieder-Fronhoff/ quibus annexum est Jus Patronatus Ecclesiæ in Altingen, quod tamen non vendidit, sed pure donavit. Curiam dictam Rudigesguth, areas quoque decem in eadem Villa Altingen, & generaliter omnia, quæ in eadem villa habuit, cum omnibus Jutibus ac pertinentiis. Hæc autem „omnia

gensium Familiæ Suevicæ, eamque antiquissimam & Interregnum longissime excedentem, abunde comprobant. Compendium Chronologicum aliquoties tactum hujus Familiæ exhibet integrum CRUSIUS. (n)

§. XX. Magis e re erit, ostendere, quas terras ac ditiones re vera possederint? quæ earum fuerit conditio? qua ratione donationibus, venditionibus, aliisque modis earum jacturam fecerint? Quæ pleræque ac potiores earum Terris Wurtembergicis accreverint? & quis denique hodiernus earum sit status

„omnia vendidit plenario consensu uxoris suæ LUITGARDIS, Comitissæ „de Schälklingen, quia ad ipsam dotis nomine pertinebant. HENRICUS „Episcopus Constantiensis hoc confirmarit.

(n) In Paraleipomenis Suev. Annal. cap. III. de Comitibus Tubingensibus p. 5. seq. inquiens: „Vivebant An. 1099. ANSHELMUS Palatinus Tubing. cum Filiis suis HUGONE & HAINRICO, Blabyrense Monasterium Benedictinum fundavit. Fratres habuit HUGONEM & SIGIBOTONEM. A. 1104. „Obiit Episcopus Spirensis JOANNES: parentibus natur, VVOLFRAMO „Palat. Comite Craichgoiæ & ADELHEIDE, filia Palat. Tubing. HAINRICI, quem Rhenus absorbuit. An. 1122. GOTFRIDUS, Comes Tubing. „Patronus erat Syndelfingæ. Idem Cal. sequentis anni testis erat Spiræ, „apud Imp. HENRICUM V. An. 1123. reperitur GOTFRIDUS, Palatinus „Calvensis & ALBERTUS, Comes Levvensteinius, nepos ex fratre ejus: „vel (ut Aventinus habet) Fratruelis (non patruelis, ut CRUSIUS) vid. „Idem in Ann. Part. II. Lib. IX. p. 233. atque ibid. Diploma HENRICI de „An. 1123. conf. BESOLD. Doc. rediviv. ed. noviss. pag. 148. GOTFRIDI, VVirtembergam (confundit CRUSIUS VVirtembergam cum VVartemberga adeoque fallit. vid. Leibnitius Script. Rer. Brunsvvic. T. I. „pag. 187.) Arcem possidens. An. 1125. HUGO Comes de Tuvvingen, & „GOTFRIDUS Comes de Herrenberg Testes. Eodem anno, 6. id. Janu. „testis apud Cæs. HENRICUM GOTFRIDUS, Com. Palatin. Datum Argentinæ. An. 1126. 4. Non. Jan. in Confirmatione cœnobii Ochsenhusensis, testis idem GOTFRIDUS Argentinæ. An. 1135. Monasterium S. Georgii Augustæ a Palat. Tubingensi & Episcopo Augustano fundatum est. „Anno 1138. apud Regem CONRADUM III. testis erat VVILHELMUS „Palatinus Tubingensis. datum Bebenbergæ. Anno 1139. Comes HUGO „de Tuvvingen Testis. An. 1141. 4. April. apud R. CONRADUM testis „HAINRICUS Comes Palatinus Argentinæ. An. 1147. testis apud eundem, „HERMANNUS Palatinus, datum Fuldæ. An. 1164. HUGO III. Advocatus Cœnobii Blabyrensis erat. Hic Ducem GUELPHONEM a Tuvvinga „rejecit. An. 1167. HAINRICUS Palatinus. Hic Barbarosam secutus, in „Obsidione Urbis Romæ peste interiit. An. 1171. HUGO Tubing. Palat. „& Uxor ejus ELISABETHA, Comitis Brigant. RUDOLPHI Filia, Marcthalense cœnobium quasi condiderunt. A. 1181. filius hujus HUGONIS „RUDOLPHUS Palatinus Tubing. Briganti & Curiensis Rhetiæ Dominus, „Bebenhusam multis beneficiis donavit. Circa idem tempus, eidem RUDOLPHO (cum quo nupta erat Ebersteinia BEATRIX) Comiti Tubingensi & Brigantino, domino Bretigoiæ lis erat cum Comite HARTMANNO Kyburgensi. An. 1182. Comes Palat. Tuvvingensis HUGO in matrimonio habebat Nobilissimam Brigantini RUDOLPHI filiam ELISABETHAM, quæ erat nata ex sorore Ducis VVELPHONIS, & ex cognatione Imperatoris de Hohenstauffen, HENRICIque Noricorum Ducis, atque „aliorum Principum. An. 1183. Palat. RUDOLPHUS Tubing. testis erat „fundatæ VVengensis apud Ulmenses Præpositura. An. 1191. Obiit Dux „VVELPHO, cujus uxor fuit ITHA, Palatini GOTEFRIDI Tubing. & „Com. Calvensis suo tempore ditissimi per Sueviam Comitis filia. Anno circiter „1267. Palat. RUDOLPHUS Tubing. sed Advocatia Blabyrensi abdicavit, „de his hactenus.

ſtatus? & quę ſunt ſimilia. Nimirum cum partim noſtrates variis titulis tot tantasque ſenſim terras, licet valde invicem diſſitas acquiſiverint, quæ non juſtum ſaltem, ſed potentem plane Comitatum effecerint, quarumve in poſſeſſione per plurima Secula, ante earum diſſipationem, fundationes ſcilicet immodicas, venditiones, aliasque alienationes intempeſtivas, quietiſſima, a nemine hominum ſive jure, ſive facto turbata, extiterunt ac manſerunt, partim vero exploratum ſit, Comitibus hujusmodi Palatinis, ac per conſequentiam quoque noſtratibus, olim ad exemplum reliquorum Regni officialium præmii vel ſalarii loco, certas quasdam terras immediatas ad utendum fruendum abs Imperatoribus conceſſas fuiſſe, quas ipſas tandem hi, poſteaque cum reliquis hæreditario jure tenuerint, inde quoque communiori loquendi uſu omnes hæ poſſeſſiones junctim ſumtæ, Comitatus peculiaris dici cœperunt, idque ad inſtar Comitatus Palatini Rhenenſis, nominatim Tubingam hanc noſtram iidem, cum omnibus appertinentiis, civitate ſcilicet ac arce noſtra ſuperiore Palatina, (cui potiſſimum Palatinatus dignitas & jura adhæſerunt, & cujus utriusque memorabilia venerandus quondam ex B. avi noſtri fratre nepos Dn. Abbas ZELLERUS (o) poſt RAITHIUM (p) egregie & luculenter deſcripſit,) ceu ſedem ſuam & judicii ſui Palatini ordinariam habuerunt, abs qua civitate etiam appellati nomen ſuum primarium ſunt ſortiti. Ubi tamen, quod oppido monendum, nemo putet, præter civitatem arcemque omnes una ſingulasque villas & pagos, noſtra ætate ad diſtrictum hunc ſeu præfecturam Tubingenſem pertinentes, bona horum Comitum Tubingenſium fuiſſe propria, cum pleraque titulis longe aliis Würtembergiæ noſtræ acceſſerint.

§. XXI. Id quod etiam obſervandum eſt circa alterum eorum Comitatum ſeu Dynaſtiam Böblingenſem, quem ad hos quoque Comites Palatinos Tubingenſes attinuiſſe, nullum eſt dubium. Dici equidem pariter nequit, qua ratione iidem in poſſeſſionem Dynaſtiæ hujus Böblingenſis, terrarumque eo ſpectantium, ſive dotis, ſive hæreditatis, (q) ſive alio titulo, cum ejus rei nulla proſtent indicia evidentia, pervenerint? interim primus, quantum novimus, fuit RUDOLPHUS, dictus SCHÆRERIUS, qui præter Comitem Palatinum Tubingenſem, ſe etiam Dominum Ruckenſem, Gernhauſenſem & Böblingenſem Anno MCCLXVIII. ſcripſit, quod & ejus poſteri GODOFREDUS Dominus de Böblingen anno MCCXCIII. vocatus, HENRICUSque Dominus de Böblingen dictus anno MCCLXXXI. mortuus, probant, quodque venditio, poſtea afferenda, magis confirmabit.

§. XXII. Tertio loco Comites hi Palatini Tubingenſes poſſidebant Comitatum Herrenbergenſem, cum pertinentiis, de quibus ex contractu venditionis, inferius dando, ulterius patebit. Quod vero tam prior iſta familia, quam deinceps, qui fœminino forſan vel alio jure ſucceſſerunt, Herrenbergenſes Do-

---

(o) Merckwürdigkeiten der Univerſität und Stadt Tübingen. cap. III. p. 20. ſeqq. & cap. XVIII. pag. 568. ſeq.

(p) Diſſ. de Tubinga, edita An. 1677.

(q) Confer. tamen Celebratiſſ. Viri Per-Ill. D. BAR. de SENCKENBERG Præf. ad Tom. VI. Select. Jur. & Hiſt. ubi ait: „Comitum Gentes per nuptias „olim profeciſſe, tam certum eſt, quam quod certiſſimum. Non aliunde „profecto bona Comitum abinitio augmentum cœpere. Eo pacto primo „plures Comitatus plura Comitum & Dominorum Territoria combinata. „Imo multi iſta in immenſum excreverunt, p. 31.

mini Palatinos Tubingenses & Böblingenses cognatione attigerint, ex more istius ætatis, quo alter alterum cum terris suis hæreditavit, vix potest esse ambiguum. Nam patet satis ex armis & insignibus Tubingensibus, Böblingensibus & Herrenbergensibus, quæ eadem fuere, & sunt quod una fuerit familia; patetque potissimum ex hæreditatis aditione, & quidem in partes facta; quam luculenter satis probat venditionis deinceps sequutæ, mox & abs nobis proferendæ, historia. Fuisse vero ex Comitibus Palatinis Tubingensibus complures, interque hos cumprimis GOTTOFREDUM, supra allatum GOEZ dictum, qui se Dominos de Herrenberg scripserint, supra dictum. Jam CONRADUS hanc Dynastiam a RUDOLPHO Patre suo & ULRICUS partim a CONRADO, de quo CRUSIUS, (r) Patruo suo, partim a RUDOLPHO juniore suo Patre hæreditavit, a quo CONRADUS II. eam a Palatino ULRICO accepit, abs quo eadem, ut dicemus infra, pariter & Würtembergicis est vendita.

§. XXIII. Quarto ad Comites Palatinos Tubingenses etiam attinebat Calva, arx & oppidum cum pertinentiis; uti non tantum exvenditione, infra danda, sed etiam ex alio venditionis diplomate pagi Stamhaimensis Ecclesiæ Hirsaugiensi per HENRICUM, Comitem Tubingensem, nomine fratriæ suæ, viduæ WILHELMI fratris factæ de An. MCCCXXVII. quod & ipse BESOLDUS (s) ex antiquo originali edidit, cui junge CRUSIUM (t) qui adhuc clarius ac distinctius cognationem istam determinat, apparet.

§. XXIV. Quinto ad bona propria Comitum Palatinorum Tubingensium etiam pertinuerunt oppidum Sindelfinga & Zavelsteinium cum pertinentiis. conf. CRUSIUS (u) Claret illud ex his rationibus, quia Imo Sindelfinga cum pertinentiis fuit in possessione horum Comitum, & dotis loco ULRICO DE RECHBERG juniori, qui AGNETEM, Comitissam Tubingensem, in matrimonium assumsit, fuit data, CRUSIUS. (x) Quia IIdo Sindelfinga & Zavelsteinium GOTTOFREDO Comiti Tubingensi ad dies vitæ erant concessa, & reluitio An. MCCCLXV. facta, plenaria autem acquisitio fuit An. MCCCLXIX. Comiti Würtembergico EBERHARDO asserta: Quia IIItio Præposituræ Sindelfin-

(r) Part. III. L. 4. cap. 11. pag. 236. notabile attestatum judiciale de An. 1338. sequentis tenoris profert. „Wir Graff Conrad von Tübingen / genandt „der Schäter verjehen und thun kundt allen denen / die diesen Brieff sehen / „oder hören lesen: daß wir zu Gericht sassen zu Herrenberg NB. in unserer „Graffschafft / an des Reichs-Land-Straß / da sieben Richter waren / da kam „für uns Heinrich von Nünecke / und Sophia seine ehliche Wirtin: und baten uns / daß wir jn einen fürsprechen geben. Das geschahe &c. &c.

(s) Docum. Mon. Würt. sæp. cit. pag. 559. & notanter in Notatione scribit idem pag. 561. „Ex historicis priscisque consignationibus constat, Tubingenses (Comites) Calvvensibus jure cognationis successisse, hocque intuitu hic in Diplomate ponitur, daß deren von Tübingen Altvordere dieses Gotts-Hauß (Hirschau) Stiffter gewesen.

(t) Annal. Sueviæ Part. II. Lib. 8. cap. 6. pag. 262. verbis: Extinctis autem „pluribus annis post ALBERTUM Comitibus Calvvensibus, in eorum bona successere Tubingenses Comites, ut genere propinqui & Hæredes „proximi.

(u) Ann. Part. II. Lib. 8. cap. 6. pag. 261. L. 9. cap. 13. p. 349.

(x) Ann. Part. II. Lib. 8. cap. 6. pag. 262.

delfingensis, quam bonis insignibus amplificaverant Comites Palatini Tubingenses, Advocatus fuerat RUDOLPHUS, ibidem, ut diximus, anno MCCLXXII. mortuus & sepultus, uti etiam allati alii, veluti HUGO, ejus filius, nec non RUDOLPHUS Diaconus & Canonicus Sindelfingensis, quæ infra solidius exponemus. Non tamen hic negligemus relationem de Sindelfinga Anonymi in Collectan. Diplomat. Wurtemberg. & Privilegium RUDOLPHI I. quæ in notis exhibebimus. (y)

§. XXV. Porro vero cum hi Comites Palatini Tubingenses præterea etiam dicti fuerint Comites Curiæ, Rhetiæ, Domini Ruckenses, Bregentani, Gernhusani, Pfullendorffani &c. utrum hoc ideo factum sit, quod dotes uxorum, uti tum temporis moris erat, in hisce terris ipsis fuerint constitutæ, sive quod hæreditate eædem iis obvenerint, (uti e. g. ELISABETHA, uxor HUGONIS & filia RUDOLPHI hæreditaria erat in Bregentia) sive aliis rationibus, titulis ac fundamentis nobis hodie incognitis, certo affirmare non possumus, sicque nec pro explorato statuminare ex hisce aliisque terris ipsos quasdam in possessione actuali habuisse, quod tamen ax amplissimis largitionibus, fundationibus, donationibus & amplificationibus Monasteriorum, Canonicatuum & Præposituram &c. nec non ex connexionibus & cognationibus cum præcipuis illustrissimisque istius ætatis familiis, haud adeo sit improbabile. Ubi jam (quod minime hic reticendum) id magis ac septimo loco constat pro certo, eosdem per Sueviam amplissima hujusmodi bona, tam feudalia, quam allodialia possedisse.

§. XXVI. Dicimus, Palatinos nostros Comites amplissimarum ditionum possessores esse debuisse, alias enim vix esset ad comprehendum, qui iidem tot Cœnobia instituere, & reditibus sufficientibus donare potuerint? Testibus vel solis Blabyrensi Monasterio, inclinante Seculo undecimo excitari cœpto; aliisque, cujus fundatores hodieque in sellis exsculptis templi Cœnobiani in

suis

(y) Anno Dni. 1477. „Generosus Comes tunc Wirtembergensis Montisque „Pelligarti, post quoque Wirtenbergensis Teccenlisque Dux inclytus EBER„HARDUS, barbatum quem dicunt, cum illustrissima genetrice sua, do„mina MECHTILDA, nata Palatina Rheni ac Austriæ Archiducissa trans„lato ad Tübingam priore Collegio Canonicorum Secularium deinde Re„gularium Canonicorum Collegium ex Monasterio Ruffgarten, juxta VVor„matiam situato, Anno quo supra, Deo disponente, in hunc locum feliciter „introduxit. SIXTO quarto Pontifice Maximo & FRIDERICO Tertio „Romanorum Imperatore semper Augusto.

RUDOLPHI I. Privilegium Regium Civibus in Sindelfingen concessum. „RU„DOLPHUS Dei Gr. Rom. Rex Semper Augustus. Universis Sacri Im„perii fidelibus gratiam suam & omne bonum. Decet benegnitatem Re„giam, subditorum ac fidelium profectibus, ac saluti ea liberalitate in„tendere, quod exemplo eorum, quibus favoris & gratiæ commodum est „impensum, cæteri serviendi, promtiorem assumant in animo voluntatem. „Ea propter dilectis fidelibus nostris de Sintelfingen civibus, cupientes fa„cere gratiam specialem, volumus & benegnitate regia concedimus, quod „eadem dicti Cives, qua & illi de Duingen gaudeant libertate. In testi„monium prædictorum præsens Xhristum exinde conscribi, & nostre Ma„jestatis sigillo fecimus roborari. Datum Hagen. &c. Palm. Martii Anno „Domini MCCLXX. IVto. Indictione secunda. Regni vero nostri Anno „primo. apud Laudatiss. Per-Jll. BAR. de SENK. Tom. II. Select. p. 222. sqq. „Conf. CRUS. Paral. p. 37.

suis imaginibus cum hac inscriptione visuntur: *ANSELMUS COMES BERTHA UXOR EJUS. EGO CUM CONJUGE MEA BERTHA CONTULI VILLAM, QUÆ DICITUR ROTTENACKER ET HODORFF, ET FUI FUNDATOR DIMIDIÆ PARTIS ECCLESIÆ. HENRICUS COMES: HIC DEDIT SUPER ALPES QUINQUE ALLODIA, HEDENHUSEN, BERCHüLEM, WINIDEN, HOHENHULIVA, FRAGENWYLER. FRIDERICUS PALATINUS ET UXOR EJUS. EGO CONTULI S. JOHANNI BAPTISTÆ ECCLESIAM S. ALBANI IN LAICHINGEN, ET MOLENDINUM ULMÆ. SIBOTO COMES DE RUCK. CONTULI S. JOANNI BAPTISTÆ SUPER ALPES VILLAM, QUÆ DICITUR SUSSEN. SIGFRIDUS COMES, SIBOTONIS FILIUS. HIC FUIT FUNDATOR DIMIDIÆ PARTIS HUJUS ECCLESIÆ, ET DEDIT TREFFENBUCH, WALLSTETTEN, CALMüNZBUCH IN DOTEM ECCLESIÆ CUM DECIMIS IN SUSSEN. WALTHERUS COMES. EGO ET FRATER MEUS WERNHERUS CLERICUS CONTULIMUS AGRUM BERMEGRUB ET ALTENTAL.* Ex quibus sane tum possessiones ulteriores horum Comitum, tum eorem liberalitas, possunt intelligi, & Familiæ quoque eorum genealogice dignosci.

§. XXVII. Cui exemplo Blabyrensi mox Anhusanum jungere licet, ceu quod Cœnobium Seculo sequente anno *MCXXV.* pariter instituit *MANGOLDUS* quidam Comes Palatinus Tubingensis, cum filiis suis *ULRICO, ALBERTO* & *WALTHERO*, Episcopo Augustano, qui non tantum ædes condiderunt, sed etiam suis suorumque bonis & possessionibus largiter donaverunt. Horum vestigia legit *HUGO*, Comes Palatinus Tubingensis anno MCLXXI. Cœnobium Marchthalense instituens, ut supra jam observavimus, & quidem his Cœnobitis hodieqe florentibus, propius constabit, quam nobis, quibus possessionibus & bonis eos pii hi eorum fundatores beaverint? Diploma interim exhibentibus *FRANCISCO PETRI* (z) & *LüNIGIO.* (a) Id quod etiam dicendum de Monasterio Sti. Georgii Augustano anno MCXXXV. a laudato *WALTHERO* instituto, tum & de Præpositura Sindelfingensi. Cumprimis vero optime meriti sunt de nostro oppido ac Civitate Tubinga. Nam & Claustrum Franciscanorum, quod optimo postea consilio in Collegium Illustre fuit commutatum, & Augustinianum, quod ceu Ducale Stipendium est celebratissimum heic instituerunt, suaque liberalitate haud parva irrigarunt. vid. *CRUSIUS.* (b) Denique vero Bebenhusam ita bonis juribusque accumularunt, ut filia tandem fere devoraverit matrem, uti ex inferius dicendis apparebit.

§. XXVIII. Jam, si quæratur, quænam harum terrarum Comitum Palatinorum Tubingensium fuerit conditio? non tantum ex antiquis documentis apparet, sed etiam ex præsenti earum ratione, quod partim fuerint feuda Imperii nostri Germanici, partim allodia, eademque immediata, ac nulli alii Principi vel Domino subjecta. Unde etiam ratione horum bonorum suorum non solum fuerunt, ac comparent etiamnum in Matricula Imperii, sed & inter reliquos Imperii Comites Recessibus Comitiorum subscripserunt. vid. *LIMNÆUS.* (c)

Et

(z) Suevia sacra. pag. 563. seqq.

(a) Spicilegio Ecclesiastico. Part. III. pag. 343. seq.

(b) Ann. Part. III. Lib. 2. cap. 15. pag. 104. & Lib. VI. cap. XI. pag. 342.

(c) Jure Publ. Addit. ad Lib. IV. cap. 7. pag. 497. & 558.

Et vero quod Comitatus hicce, uti postea appellatus fuit Palatinus, cum Civitatibus Tubinga, Herrenberga, Böblinga, Calva, Sindelfinga, villisque, pagis, & inprimis sylva Schœnbuch, atque aliis pertinentiis, feuda Imperii fuerint, ex antiqua eaque authentica recensione de anno MCCCCXX. satis clarescit, (d) quod vero allodia etiam habuerint, ex recensitis donationibus Blabyrensibus aliisque Monasteriis factis, luculenter constat. Ac memorabiles præsertim sunt Literæ Investituræ super sylva dicta Schœnbuch, LUDOVICI V. Bav. Imperatoris. (e) Conferatur præprimis locus Viri Perillustris Mæcenatis ac Protectoris nostri Maximi Domini a Consiliis Würtembergicis Intimis ZECHII, (f) ex quo

(d) Recensio feudorum habetur apud Dn. Prof. STEINHOFERUM, in der neuen Würtembergischen Chronick 2ten Theil/ pag. 706. ubi Procurator Feudorum Wirtenbergicorum, oder Lehen-Träger/ Comes RUDOLPHUS de Sulz Imperatori SIGISMUNDO inter hæc Feuda Imp. refert, die Pfaltz-Graffschafft zu Tübingen/ mit den Städten Tüwingen/ Herrenberg/ Beblingen/ Sindelfingen/ Dörffern/ Weilern/ Schönbuch und anderer Zugehörung/ qui etiam LUDOVICI & ULRICI Minorennium Feuda An. 1419. ab Imp. SIGISMUNDO eorum nomine accepit.

(e) Quæ ita habent: „Nos LUDOVICUS Dei gratia Romanorum Rex semper „Augustus, notum esse volumus præsentium Inspectoribus universis, quod „constituto in nostræ Majestatis præsentia Nobili Viro CONRADO Co„mite dicto Schærer de Tubingen, fideli nostro dilecto, & petente a nobis, „quod nemus, dictum Schainbuch, cum juribus ac pertinentiis suis, *quod „NB. a nobis & imperio in feudum descendere* dinosceretur, & idem Comes ju„re successionis ad se dicebat esse devoluta, sibi conferre, & ipsum de iis „investire designaremur. Nos suis hujusmodi petitionibus, de liberalitate „regiæ benevolentiæ favorabiliter annuentes, dictum nemus, cum ipsius ju„ribus & pertinentiis, eidem Comiti jure quo debuimus, auctoritate Re„gia contulimus & concessimus ac ipsum investivimus de iisdem. In cu„jus rei testimonium præsentes conscribi, & nostræ Majestatis sigillo feci„mus communiri. Datum in Franckenfurt, d. 6. Maji anno Dni. M. Tre„centesimo vicesimo quarto, Regni vero nostri Anno 10. apud laud. Dn. „BAR. de SENCKENBERG, in Select. Jur. & Historiar. Tom. II. pag. 237. „conf. venditionem Tubingæ pag. 232. seq. ibid. Namque sylvam Hercy„niam nigram Schönbuch & quidem feudum Imperii apud nos esse, indu„bium est. Adde Privilegium Bebenhusæ a FRIDERICO II. An. 1187. „datum: FRIDERICUS Dux Sueviæ, filius FRIDERICI Imperatoris dedit „Monasterio Bebenhus. libertatem in sylva Schainbuch in his, quæ in ædi„ficiis, Pascuis, Bonis cremandis aliisque necessariis. BESOLDUS, CRU„SIUS, Chron. Bebenhus. MSS.

(f) In Libro edecumatæ Eruditionis, & ob summam, quam præbuit utilitatem, nunquam satis prædicando, cui Tit. Meditationes de Origine, Indole, Effectibus, atque Historia Juris Reformandi pag. 290. seq. in Not. ubi sunt verba: „Hinc potestas acquirendi nonnunquam societatibus Religiosis „permissa fuit generali Privilegio, uti patet ex literis HENRICI VII. Imp. „Monast. Bebenhus. datis, apud BESOLD. in Docum. Monast. Würtem„berg. redivivis. pag. 29. Cum vero Principes Jure territorii uti incipe„rent, eorum auctoritate semper opus fuerat, hinc FRIDERICUS Suevo„rum Dux Monasterio Adelbergensi per literas indulsit, ut a subditis bona „tam mobilia quam immobilia, per donationes libere acquirere possent. „An. 1189. ibidem concessit Cœnobio Bebenhusano, ut libere posset po„tiri nemore, cui nomen est Schainbuch, quod a Comitib. Palat. Tubin„gensibus in Claustrum hoc tanquam bonum proprium fuit collatum. Imo „ipsi Comites Palatini Tubingenses Ministerialibus suis, Senatoribus at„que Rusticis, ipsorum ditioni subjectis, hanc potestatem faciunt, de re„bus

quo deducit, quod Principum ex jure Territorii fuerit, veniam dare ad conferenda bona immobilia Clericis.

§. XXIX. A tot tantisque regionibus, terris, bonis, juribus, dignitatibus prorsus egregiis successive sensimque exuti sunt, imo semet ipsos exuerunt Comites Palatini Tubingenses. Quod, quibus contigerit modis, postquam supra incidenter saltem indicavimus, hic jam ad Historiam hanc Comitum Palatinorum Tubingensium curatius pernoscendam paulo distinctius exponendum est. Nimirum præter ea, quæ nimiæ largitiones, donationes & dotationes Monasteriorum bonis & terris ipsorum manifeste surripuerunt, iidem Comites variis aliis, præsertim bellorum privatorum calamitatibus hinc inde impliciti fuerunt, tantumque damnorum perpessi leguntur, ut ad reliquam vitam Comitum, tam publicam quam privatam honeste sustinendam, unam villam, pagum ac ditionem post alteram pro parata pecunia vendere necesse habuerint. Et enim supra aliquoties memoratus GOTTOFREDUS Comes Senior jam A. MCCXCI. d. 7. Aprilis bona sua, quæ habebat Böblingæ, (rectius Plieningæ) & in Birckach, Cœnobio Bebenhusano pro 600. libr. obol. Hallens. vendiderat; literas venditionis exhibente CRUSIO (g) quocum conf. Chronicon Bebenhusanum. (h) Ejus Conjux erat ELISABETHA, Comitis HEINRICI de FüRSTENBERG filia, ex qua tres filios sustulit, GODOFREDUM II. WILHELMUM & HENRICUM. Cui GODOFREDUS III. & WILHELMUS Filii fuerunt, hoc propter debita bona sua vendere necessum habente. Nam Anno MCCC. idem GODEFREDUS civitatem quidem hanc Tubingensem cum arce & omnibus petinentiis pro certa pecuniæ summa eidem Monasterio Bebenhusano in vim pignoris, uti tum invaluerat, germanici concessit, quod tamen eodem adhuc anno, restituto pretio, reluerat. CRUSIUS (i) Donec anno MCCCXLII. hæc Comitatus Palatini conspicua civitas Tubingensis arxque ejus Palatina, cum omnibus pertinentiis, Domui Würtembergicæ venditionis & emtionis jure cesserunt. Cujus venditionis literas exhibet BESOLDUS, (k) & ex

„bus suis mobilibus atque immobilibus transferendi in Monasterium Be-„benhusanum, uti ex Diplomate fundationis RUDOLPHI apparet, ib. ap. „BESOLD. quod etiam de Comite de Eberstein observare licet in funda-„tione Monasterii Albæ Dominorum, qui eandem potestatem suis Vasallis, „Ministerialibus atque hominibus propriis facit.

(g) Annal. Part. IV. Lib. 3. cap. 10. pag. 171.

(h) Ap. LUDW. sæp. cit. p. 421. sequentia narrans: „Anno MCCXCI. GOD-„FRIDUS Comes Palatinus de Tubingen dictus Böblinger de consensu „uxoris suæ ELISABETH Comitissæ de Fürstenberg vendidit Monasterio „nostro omnes suas possessiones, apud Plieningen & in Birckach cum „omnibus juribus & jurisdictionibus pro 600. Libr. denar. Hal. atque An. „MCCXCVII. Pagum Vayhingen in Sylvestribus Hospitali Esslingensi pro „500. lib. Hall.

(i) Ann. Part. III. Lib. 3. cap. 15. pag. 188.

(k) Docum. rediviv. Monast. Würt. pag. 360. verba ita habent: „Götz und „Wilhelm Graven zu Tüwingen/ verkauffen Graf Ulrichen zu Würtemberg/ „Tüwingen Burg und Statt/ Leut und Gut/ gesuchts und ungesuchts/ fun-„dens und unfundens/ innwendig der Festin und außwendig/ unter der Erden „und darob/ an Feld und Wald/ an Wasser an Wasser Rissen/ an Gülten/ „Vällen/ mit aller ihrer Zugehör/ umb 20. M. Pf. guter und geber Heller und „haben

ex laudatissimi Viri, Dn. BAR. de SENCKENBERG Selectis Juris & Historiarum B. ZELLERUS (l) conf. CRUSIUS. (m) Ex quibus apparet, quod venditor GOTTOFREDUS plenissime comitatum hunc cum omnibus, uti ille ab antiquo a prædecessoribus ad eum devenit pertinentiis, Comiti ULRICO Würtembergico cesserit, nihil sibi reservans, præter præstationes pro canibus Bebenhusanas & jus venandi in Sylva Schœnbuch vendita, quibus tamen juribus ipsis sequenti Anno MCCCXLIV. renunciavit. CRUSIUS (n) Porro eodem anno, sicque bienno post venditionem Tubingensem, etiam Böblingam Civitatem & Arcem, una cum villis Dagersheim & Darmsheim, item jure forestali in Schœnbuch & Glemsvvald iidem Comites Tubingenses, Comitum Böblingensium posteri, Comitibus Würtembergicis EBERHARDO & ULRICO juniori, simul regnantibus, vendiderunt. CRUSIUS (o) Equidem cum terris hisce emtores dicti venditoribus suis post duos menses iterum Præfecturam & procurationem ita concesserunt, ut eorum liberi masculi, si quos sint habituri, horumque masculi hereditario jure hæc sint possessuri, nunquam tamen Domui Würtembergicæ sint adversaturi, reservato etiam jure aperturæ, sed & hoc jus alio contractu, anno MCCCLVII. inito sublatum, mox evanuit. Dum vero res Comitum nostrorum ita ubique collabascerent, sua quoque ex parte CONRADUS Comes Schærerus dictus de Herrenberg, qui modo dicto Contractui ut Comes Herimontanus subscripserat, Comitatum hunc Herrenbergensem, quem jam anno MCCCLXXIX. EBERHARDO Comiti Würtembergico certis sub conditionibus oppignoraverat, eidem triennio post anno MCCCLXXXII. plenarie vendidit, nimirum arcem Herimontanam & civitatem Herrenberg. arcem Rorau, Villas Kay, Munchberg, Gilsten, dimidiam partem villæ Altingen, Wolffenhausen, Remmingsheim, Nebringen, Hasslach, Cuppingen, Jesingen, Nufren, Gärtringen, Hausen in Sylva, cum omnibus juribus, hominibus & bonis ad hunc Comitatum pertinentibus; quæ omnia late describit CRUSIUS. (p) Imo prius quoque nimirum Anno MCCCXLV. WILHELMUS natus Comes Palatinus Tubingensis, Calvam dimidiam, arcem & civitatem cum hominibus & bonis, Comitibus Würtembergicis, EBERHARDO & ULRICO, vendiderat; Alteram vero partem dimidiam Calvæ jam An. MCCCVIII. Comites de Schelklingen EBERHARDO Comiti de Wirtemberg tradiderant. Ita enim habent manuscriptæ Consignationes apud BESOLDUM, (q) quo cum conf. CRUSIUS. (r)

„haben ihnen weiter (venditores sc.) nichts vorbehalten/ dann die Hundlegen „zu Bebenhausen/ und das Gejädt im Schönbuch. Und das solcher Verkauff „stehe und vest gehalten werd/ haben sie geschworen zu den Hailigen mit auff„gehabenen Händen/ Anno 1342.

(l) Tract. cit. p. 568. seq. (m) Ann. Part. III. Lib. 4. cap. 13. p. 240.

(n) Ann. Parr. III. Lib. 4. cap. 14. pag. 240.

(o) Ibidem p. 243. conf. præsertim Literæ in P. I. der Archival. Urkund. p. 43. seq.

(p) Ann. Part. III. Lib. V. cap. 14. pag. 299.

(q) Docum. Mon. Würt. pag. 535. „Wilhelm Pfaltzgrave von Tübingen gibt „seinen lieben Oheimb Graff Eberhard und Graff Ulrichen Gebrüdern und „allen ihren Erben/ die Stadt Calw und Burg/ sein Vestin/ mit Leuthen und „Gütern inwendig und auswendig/ aigne/ und was Lehen ist / um sieben tausent Pfund guether Heller zu kauffen. Actum Calvv Anno Chr. 1346.

(r) Annal. Paral. cap. 24. pag. 98.

§. XXX. Uti vero Comites de Asperg ramum fuisse Comitum Palatinorum Tubingensium, jam diximus, qui Arcem & Oppidum Beilstein etiam possederunt, sic An. MCCCVIII. Aspergum Arx & Oppidum, Lichtenberg Arx, & Clemsgau cum pertinentiis, ab ipsis Würtembergiæ accessit; Beilstein vero An. MCCCXXXVIII. a Comite ULRICO de Asperg ad filios suos & ab his An. MCCCXL. ad Dominum ULRICUM de Würtemberg, Præpositum ad S. Witten Spitæ, venditione pervenit. Literæ memorabiles habentur in Collectaneis Diplomaticis Würtembergicis apud Perill. Dn. BAR. DE SENCKENBERG. (s) Cumprimis autem ad dignitatem Comitum horum Palatinorum Tubin-

(s) Sel. Jur. & Hist. Tom. II. pag. 218. hisce verbis: „Wir Grave ULRICH „vom Asperg verjehen ann diesem Brieffe unnd thun kund allen den, die „inn sehen lesen oder hœren lesen, das vvir unnserem Oheim dem Acht„baren Herrn Graven EBERHARDT von Württenberg gegeben han„Asperg, Burg unnd Statt, Lichtenberg die Burg, unnd das glembsgævve „mitt Leuten unnd mitt gutten, gesucht unnd ungesucht, mitt der Gra„veschafft unnd vvas darzu gehœrdt, mitt Lehen, mitt mannlehen, mitt „mannen, mitt dienstmannen, mitt dem Wildt Panne, mitt hœven unnd „mitt hofstætten, darein die Kirchensez gehœrendt, unnd mit den Kir„chensezen, unnd mitt allen den Rechten, als zu den vorgenanten gutten „hœrendt, ohne das Dorff zu Munchingen, unnd ohne die gutt die darzu „gehœrendt, die vvir vonn unnserer muotter Erben sollen, Witer den „Kirchensaz den haben vvir Ime auch gegeben, unnd geben Ime unnd „seinen Erben die vorgenanten Guth inn allem dem Rechten allze vvir „sy haben, das aigen für das aigen, das Lehen für das Lehen, unnd sollen „Ime unnd seinen Erben die Lehen Tragen ob sy vvœlten, vvir sollen sy „auch unnseren Lehen Herren uffgeben, unnd In bitten leihen, vvir sol„len sy auch leihen, vvenn Er sy unns bitten leyhen, Ime unnd seinen „Erben zu tragen, vvir sollen Ime auch fertigen Reuchenberg die Burg „unnd vvas darzu gehœrdt, vonn Frau Annen Vnsere Eheliche Wirtin, „vvann sy Ir Morgengabe daruff hatt, und zu ainer Vrkund und zu ainer „Vestung. Dieser vorgeschriebenen Rede, haben vvir Grave ULRICH „vonn Asperg unnserem Oheim Grave EBERHARDT vonn Wirttemberg, „unnd seinen Erben disen Brieff gegeben, besigelt mitt unnserem Innsigel, „das geschach unnd diser brieve vvar gegeben, ann dem Sontag zu Mittenfasten, da mann zalt vonn Gottes Geburt, dreyzehenhundert Jare „unnd Inn dem Achtzehenden Jar darnach. Ubi etiam Anonymus dict. pag. 218. annotat: „Die Graven von Asperg haben inn Ihrem schilt ge„fiert ainen Fanen vvie Werdenberg oder Tübingen. Conf. Archival. Urkund. P. I. p. 13. ibid. Apud Per-Illustr. Dn. BAR. de SENCKENBERG. p. 220. & seq. occurrit diploma sequens: „Wir ALBRECHT vonn Gottes „Gnaden Rœmischer Kœnig deß Reichs allezeitt ain mehrer verjehen ann „disen brief unnd thun kund allen denen die disen brieff sehendt oder „hœrendt lesen das vvir vonn Kœnigelichen gnaden, unnd durch Lieb „die vvir han gen unseren lieben Oheim Graven EBERHARDT von Wür„tenberg han gelobet, das vvir Ine noch syne Erben nimmer geirren sol„len, mitt kauffen noch empfahen, noch mitt kainer schlacht anderen sache „ann dheiner schlacht gutten, deß Edlen mannes Vnnsers lieben Oheims „Graven ULRICHES vonn Asperg. VVir verjehen auch das vvir den „vorgenanten unnseren Oheimen vonn VVürttenberg unnd sin Erben, „mitt kaufle oder mitt anderen sachen nimmer sollen geirren, ann den „guetten die hernach geschrieben standt, das ist ann der Burg unnd ann „der Statt zu Bülltain, unnd vvas darzu gehœrdt, ann der Burg zu Rei„chenberg unnd vvas darzu gehœrdt, ann der Statt zu Backenang unnd „vvas darzu gehœrdt, unnd ann annderen gutten die Er vonn dem Marg„graven vonn Baden hatt. Vnnd zu ainem Urkund diser ding, geben „vvir disen Brieff besigelt mitt unnserem Kœnigelichen Innsigel, dises ge-

„schach,

Tubingensium faciebat Nobilium & Hominum copia, qui Vasallagii nexu iis erant obnoxii, quique annotantur in neu heraus gekommenen Reichs-Ständischen Archival-Urkunden (*t*) sequentes: Seculo XIII. An. 1290. Friderich von Gomaringen/ Ministerialis der Graffschafft Tübingen. Seculo XIV. Wernher Gerringer von Holtzgerlingen/ Edelknecht der Graffschafft Tübingen An. 1383. Eodem Henne Wamolt von Umstatt. Nachtolff von Gilstein/ Edelknecht der Pfaltz-Graffschafft Tübingen An. 1386. Hanß von Lustnau/ Lehenmann der gedachten Pfaltz-Graffschafft nennt sich einen Edelknecht. Ex Seculo XV. An. 1400. Burckard von Höllenstein/ Edelknecht der Pfaltz-Graffschafft Tübingen/ & Wolff von Echterdingen/ Edelknecht der Pfaltz-Graffschafft Tübingen.

§. XXXI. Jam quod speciatim Sindelfingam attinet, nactus eam est ULRICUS DE RECHBERG cum uxore sua AGNETE, nata Palatina Tübingensi. Hic ULRICUS DE RECHBERG dictus de Sindelfingen duos habebat filios, ULRICUM, qui se etiam de Sindelfinga nominabat, & JOHANNEM, & vivus adhuc Pater ULRICUS quædam eis bona relinquebat, inter quæ erat Sindelfinga, quam initio in communione possidebant, sed An. MCCCXXVI. vivo etiamnum Patre inter se dividebant, ULRICO urbem Sindelfingam, JOHANNE vero partem arcis in Parcken cum pertinentiis obtinente. ULRICUS possidebat Sindelfingam usque in annum MCCCLI. quo eam utrique

„schach, vnnd diser brieff vvar gegeben zu Vlm ann St. Jacobs Tage, da „man zalt vonn Christi geburtt dreyzehenhundert Jar, unnd in dem viert„ten Jar darnach, unnsers Reichs inn dem sibenden Jare. & Loc. cit. pag. „230. Wir Grave WILHELM unnd Grave JOANNES gebrüder von „Asperg, verjehen offentlich, vnnd thun kund allen denen, die In ansehen „oder hœren lesen, das vvir verkaufft haben, unnd zu kauffen geben ha„ben, Recht und Redlich allss ain Kauff Crafft unnd macht hatt, vnnd „gehaben mag, mitt gunst vvillen vnnd Rath unnsers Erbaren Vatters „dess Edlen Grave ULRICHEN vonn Asperg, vnnd annder vnnser Freun„de, dem Erbaren Herren, Herren ULRICHEN vonn Wirttenberg, „Probst zu St. VVyden zu Speyr, unnser Burg vnnd Statt Bülstain genant, „mit allen Iren zugehœrden, mitt Leutten vnnd mitt gutten ann Holz, „ann Veld, ann VVasser, ann VVayde, ann VVasen, vnnd ann Zvveig, „gesucht vnnd vngesucht, vnnder der Erde vnnd ob der Erde, vmb Sechs„zehenhundert Pfund Heller, gutter vnnd geber, der vvir vonn Ime gar „vnnd genzlich gevvert sein, vnnd die zu vnnserem kündtlichen nuz kom„men sein, vnnd geben Ime dieselben guth vnnd Vestin Jezt ein, vnnd „haben sy Ime eingeben, fürbass zu haben vnnd zu geniessen zu besezen „vnnd entsezen, evviglich ohne alle vnnser vnnd vnnserer Erben ansprach „vnnd vorderung, vnnd sollen In auch darzu bevveisen, hundert vnnd Sech„zig Pfund Rechter Herren gælt, vnnd zu ainem Vrkund diser vorgeschribner „ding aller, so haben vvir dem ehegenanten Herren, Herren ULRICHEN „vonn VVirttenberg Probst zu St. VVyden zu Speyr disen brieff gegeben, „besiegelt mitt vnnserem Aigenen Innsigelen, vnnd globen das auff vnn„ser Aide vvar vnnd stett zu haben, an allerschlachter geverde, vnnd „darzu so hatt der vorgenant vnnser lieber Vatter, der Edel Grave UL„RICH von Asperg sein Innsigel auch gehenckt ann disen Brieff, zu ai„nem Rechten Vrkund vnnd gezeugnusse der vorgeschribnen dinge, das „geschahe vnnd diser brieff vvar gegeben, da man zalt vonn Christi ge„burtt dreyzehenhundert Jar, vnnd darnach Inn dem vierzigsten Jar, ann „dem nechsten monattag vor mittenfasten.

(*t*) Part. I. S. I. cap. I. pag. 24. seqq.

Comiti Würtembergico & fratri suo JOHANNI DE RECHBERG vendidit, Comitibus Würtembergicis dimidium MMD. tt. pecunia numerata solventibus, altera vero dimidia fratre ejus Gröninga & bonis ad eam pertinentibus compensante, ita quidem, ut JOHANNES Sindelfingam ad dies vitæ possideret, solusque ea frueretur, eo vero mortuo ad prædictos Dominos Comites atque eorum hæredes perveniret, quod etiam eo vivis sublato contigit. Qua vero ratione Zavelsteinium neque ut proprietas neque ut pignus ad GODOFREDUM sive GOEZIUM de Tübingen transierit, sequentia ex documentis Archivalibus, æque ac immediate antecedentia, desumta, quod devota mente agnoscimus, docent. Anno MCCCXLV. die Veneris post Natalitias Domini Comites de Würtemberg EBERHARDUS & ULRICUS a Comite Tubingensi WILHELMO dimidiam Calvam oppidum & arcem emebant, non solvebant autem plenas tabulas, sed quinque M. tt. restabant, pro quibus ei Arcem Zavelstein cum pertinentiis concedebant, reluitione pignoris reservata, quæ reluitio An. MCCCLXV. fuit facta. Nihilominus Arx Zavelstein atque Urbs Sindelfinga, atque insuper annuatim duæ vehes vini zwey Fuder Wein GODOFRIDO, GOEZIO dicto, loco victalitii ad dies vitæ fuerunt datæ. At A. MCCCLXIX. dictus Comes GODOFREDUS Zavelsteinium & Sindelfingam Domino Comiti EBERHARDO reddidit, & pro iis M. tt. atque quatuor vehes vini Esslingensis annuatim termino Martini consequebatur. Ex quo tempore & Sindelfinga & Zavelsteinium perpetuo apud Serenissimam Domum Würtembergicam fuit, & adhucdum est.

§. XXXII. Quemadmodum autem ex hactenus dictis satis apparet, pleraque bonorum istorum tam feudalium, quam allodialium Würtembergiæ accessisse, magnamque præterea eorum partem ad monasteria, variis fundationum, donationumque, emtionum, item permutationum &c. titulis devenisse: Ita de prioribus, utpote secularibus nullum supererat dubium, quin Würtembergiæ reliquæ mox incorporarentur, ac præsertim in sequuta Erectione Ducatus, reliquis Principatibus, Comitatibus & Dominiis Würtembergicis jungerentur; cum ea, quæ Ecclesiis Monasteriisque in Würtembergia sitis, hujusque Landsassiatui dudum obnoxiis, veluti Bebenhusæ, Anhusæ, Blabyræ, &c. accesserunt, aliquandiu ecclesiastica permanserint, sed & ipsa quoque inter saluberrimam abs DEO T. O. M. procuratam Reformationem, sub titulo juris advocatiæ plenioris (quam isto quidem ævo a Superioritate Territoriali parum vel nihil abludisse constat) occupata tandem ac peculiari fisco Ecclesiastico adscripta fuerint. Quam etiam occupationem sive adquisitionem famosissima Lex Imperii publica, Instrumentum Pacis Westphalicæ Art. IV. §. 24. inconcusse confirmavit, sicque nos extra omnem teli jactum per ævum omne futurum constituit, ut nemini super eorum possessione vel respondere, vel rationes reddere teneamur, quicquid etiam Scriptor novissimus maledicentissimus OLIVERIUS LEGIPONTIUS, O. St. Ben. Congregationis Bursfeldensis Monachus Schediasmate impudentissimo sub tit. Monasticon Moguntinum edito ogganniat, dum pag. 3. de Cœnobio Adelbergensi perhibet, quod apud Ducem Würtembergicum maneat TOLERATIVE, quodque Monasterium Blabyrense a Patribus unionis Bursfeldensis sæpius, sed frustra sit reclamatum, p. 10. de Monasterio Hirsaugiensi ait, quod pios vindices suspiret, pag. 49. De Monasterio Laureacensi, nec non Murhardino in Würtembergia nostra perhibere nil veretur, quod ad prædones redierit, pag. 59. Quæ omnia eo sunt terribiliora, quo magis hic Monachus Pacem Westphalicam contra totius Germaniæ, ipsarumque ejus Universitatum Catholicarum sensum & consensum, pro invalida declarare audet, adeoque in ejus pœnas & violationem omnium Capitulationum post hanc pa-

cem,

tem, ipsiusque Imperatoris FRANCISCI gloriosissime regnantis Capitulationem & pacificationem recentissimam gravissime incurrit; cum tamen hic homo & sui, qui omnes exteri, nihil quicquam Juris in Würtembergiam nostram vel ratione petitionis, vel possessionis unquam habuerint, vel habeant, & ex abundanti etiam Romæ, ut notissimum est, causa ceciderint.

§. XXXIII. Ceterum circa hanc familiam Comitum Palatinorum adhuc observamus, quod licet Seculo XIV. bona sua pleraque Würtembergica vendiderint, tamen adhuc Dynastiam Liechteneck in Brisgoia & Burgensem possederint, quæ pignus Austriacum erat, sic etiam adhuc An. MDCXXIII. propriam aulam Argentorati habebant, quæ Aula Tubingensis dicebatur, imo usque ad finem Familiæ quotannis CCCC. florenos Feudum Camerale & CC. florenos pro servitio habebat. Consiliarios item Nobiles & Præfectos superiores a servitiis suis, ut JOHANNEM WOLFF DE BUBENHOFEN & CHRISTOPHORUM KHOELDERER DE HOECH retinebant, Comitia frequentabant, uti e. g. MCCCCLXX. CONRADUS, Comes de Tübingen Comitiis Ratisbonensibus interfuit, atque iisdem subscripsit, vid. Perr. Jll. Dn. BARO de SENCKENBERG. (u) Præterea usque ad finem seculi XVI. cum auxilia imperii concederentur, in computum peculiarem, æque ac alii Imperii & Circuli Suevici Status venerunt. Sic An. MCCCCLXXX. Norimbergæ ad concordata Imperii auxilia in computo Imperii quatuor equites, An. MDX. tres pedites ad auxilium contra Turcas, An. MDXXXII. duos equites & duos pedites, atque An. MDXLII. in Matricula Imperii Camerali Spiræ confecta quatuor Florenos dederunt, imo adhuc MDLXVI. in distributione auxilii inter X. Circulos unum equitem & unum peditem in computo habuerunt, ut adeo diu post venditionem bonorum ad Comitatum & Dynastias eorum in Suevia pertinentium, statum suum Imperii & Circuli conservaverint, quare etiam semper in specie ad conventus Circuli Suevici sunt evocati, quanquam ab Austria exempti non comparuerint. Accedit quod usque ad suam extinctionem Conjuges habuerint in matrimonio ex Comitum atque Baronum Familiis, ut adeo, quæ de Statu quasi privatorum, in quem pervenerint, recenset B. noster Consanguineus ZELLERUS (x) non nisi de Filii cujusdam naturalis prosapia sint intelligenda.

§. XXXIV. Quo ipso jam ad tractationis meæ momentum III. idemque præcipuum, nimirum ad Comitum nostrorum officium, splendoris ac potestatis plenissimum, cum inde pendente autoritate, dignitate Regali Imperiaque, juribus item prærogativis & præeminentiis prorsus eximiis pervenio. Quod ipsum jam quoque ex historia, genuinisque ejus monumentis curatius nonnihil quoad ortum suum, progressum, durationem ac interitum, scilicet quomodo exoleverit, brevibus licet, ac quantum fieri potest, nervose exponere constitui.

§. XXXV. Nimirum, ut ab ovo rem repetam, ex quo Germani antea liberi, inque diversos populos, cognatos quidem invicem sanguine, moribus & lingua, ast in reliquis ab invicem discreti, suoque quivis ingenio viventes, suamque quilibet peculiarem civitatem constituentes saniora edocti (jam enim

(u) Sel. Tom. IV. pag. 384.

(x) In Merckwürdigkeiten der Stadt und Universität Tübingen, p. 46. seqq.

enim in istis populorum statibus separatis, Romani sæpius hos illosve armis devicerunt, percommode axiomate illo antiquissimo politico: divide & impera usi) sensim in peculiaria ista fœdera magna, Alemannicum, Francicum, Bojoaricum, Thuringicum ac Saxonicum, Frisicum &c. ac inde tandem in unam civitatem coalescere cœperunt, de quo ex instituto Exc. Dn. MASCOVIUS, (y) nec non b. CHRIST. HOFFMANNUS, (z) junct. CLAR. JAC. SPENERO, (a) hos inter tandem eminuere Franci, qui primi justum ac proprium Regnum constituere, flexoque a devictis Gallis victoriarum cursu, successive omnes reliquos in Germania magna superstites populos subjugarunt, inque unam Rempublicam redegerunt. Atque de hisce jam Regibus tenendum, quod minime barbaro vel simplici duntaxat more & ritu vivendi se exhibuerint, dignitatis regiæ observantissimi, mox non solum apud exteros tantam opum seu potentiæ ac virtutis existimationem acquisiverint, GREGORIUS M. (b) quam in rem plura alia testimonia præbet HERTIUS, (c) sed & aulam præ cæteris illius ævi splendidissimam majestatisque plenissimam aluerint, testibus vel solis officiis illis ac ministeriis aulicis, & numero & autoritate facile omnes alias istius ævi aulas antecellentibus, quorum splendor, præsertim in curiis solennibus, ubi præcipui horum Officialium officiis suis, partim prælatione insignium ac armorum, partim vero alia ratione fungi tenebantur, sese exserebat; de quibus curiis solennibus, præsertim diebus festivis celebrari solitis, legi meretur Gallorum omnium sui ævi eruditissimus CAROLUS DU FRESNE, (d) BURC. GOTTH. STRUV. (e) tum & inprimis alius quidam autor Gallus perdoctus nomine PEYRAT. (f)

§. XXXVI. Memorantur inter Ministeria hæcce Aulica ac Officiales Palatinos potissimum Archicapellanus, Comes Palatii, Domesticus, Camerarius, Seneschallus, Buticularius sive præpositus Pocillatorum, Comes Stabuli, Mansionarius, Venatores principales quatuor, Falconarii, Magister Ostiariorum &c. abs HINCMARO, (g) maximæ dignitatis ponderisque Viro, de cujus vita scriptis, fatis & auctoritate in aula Francica prolixam recensionem dedere

(y) Tum in denen Geschichten der Teutschen/ Lib. II. §. 34. & fusius Lib. VIII. per. tot. tum & in Principiis Jur. Publ. Lib. II. cap. 2.

(z) In den Grund-Sätzen des Teutschen Staats-Rechts. p. 291. §. 4. seqq.

(a) In exasciata Hist. Germ. univers. Lib. I. cap. 5. §. 2. & L. II. cap. 2. §. 1.

(b) Qui Lib. V. Epist. 6. scribere haud veritus est: „Quanto cæteros homi„nes regia dignitas antecedit, tanto cæterarum gentium regna, regni Fran„corum culmen antecedit.

(c) Notit. veteris Franc. Regni. cap. 6. §. 8.

(d) In not. ad Joinvillei Hist. LUDOVICI IX. Diss. V. edit. abs Dn. de PISTOR. in Amœnitatibus Historico Juridic. Part. I. Num. 5. pag. 92.

(e) In Corp. Jur. Publ. cap. 9. §. 9.

(f) In peculiari libro, cui titulus: Instituta Sacra & Civilia Aulæ Francicæ.

(g) In Epistolis de Ordine Palatii cap. 16. & in II. Tomis Scriptorum passim.

dere Auctrices (*b*) doctæ. Ex quo aliisque monumentis ulterius officia ista exposuere JO. NICOL. HERTIUS (*i*) & qui reliqua omnia etiam minoris ordinis omnium prolixissime secundum ordinem alphabeticum recenset Dn. FRID. CAROL. BURI (*k*) juncto b. JO. LAURENT. FLEISCHERO. (*l*)

§. XXXVII. Et ut adhuc distinctius ac specialius procedam, cum juxta aliam coævam recensionem Abelardi Abbatis, prouti eam exhibuit laudatus HINCMARUS (*m*) cui ABELARDO consona refert WALAFRIDUS STRABO (*n*) LUDOVICI PII, Imp. æqualis. Ubi quidem, quod ad Archicapellani munus ac Jurisdictionem in causis Ecclesiasticis attinet, eam jam utpote ad præsens institutum haud spectantem seponere, ac ad Autores alios, qui plura de iis dabunt, remittere liceat, veluti ad PETRUM DE MARCA, (*o*) CAROL. DU FRESNE, (*p*) BERNHARD. DE MALLINKROTT (*q*) JOH. WILHELM. DE GOEBEL (*r*) laudatos quoque HEINECCIO, (*s*) quibus add. CHRIST. HENR. ECCARD. (*t*) GOD. F. F. HELMERSHAUSEN, (*u*) nec non NICOL. HIERON. GUNDLING. (*x*) potiusque jurisdictio-

---

(*b*) Derer summarischen Nachrichten von der Thomasischen Bibliothec. Tom. I. Part. VIII. num. I. Part. X. num. I. & Part. XII. num. I.

(*i*) In dicta Notitia veteris Francorum Regni cap. III. §. 9. seqq.

(*k*) In SCHILTERO illustrato. pag. 239. seqq.

(*l*) In Instit. Jur. Feud. pag. 185. §. 54. seqq.

(*m*) Epist. 14. cap. 19. „Reges ipsi rarius jus dicerent, eorumque vice plerumque tum *Archi-Capellani*, si causa videretur Ecclesiastica, tum *Comites Palatii* si civilis, judicarent, factum inde, ut (quæ sunt verba Hincmari) „potiores hi duo in Palatio Regio Ministri regii evaderent, & prior quidem Apocrisiarius sive Capellanus appellatus, de omnibus causis ecclesiasticis ac Ministris Ecclesiæ, posterior vero Comes Palatii de omnibus secularibus causis vel judiciis suscipiendis, curam instanter habuerint, ut „nec Ecclesiastici nec Seculares prius Dominum Regem absque eorum „consultu inquietare necesse habuerint, quousque ille provideret, si necessitas esset, ut causa ante Regem venire merito deberet.

(*n*) Libro de rebus Eccles. „Quemadmodum (inquiens) sunt in Palatiis *Præceptores* seu *Comites Palatii*, qui Secularium causas ventilant; ita sunt & „illi, quos Capellanos Franci appellant, Clericorum causis prælati.

(*o*) In Concord. Sacerdot. & Regni, cap. VII. §. 3.

(*p*) Glossar. voc. Capellanus.

(*q*) De Archi-Cancellar. & Cancellar. Imper. pag. 7. & 17. seqq.

(*r*) In pecul. Comment. de Capell. Imp. & Cancellariis.

(*s*) In Elem. Juris Germ. Tom. II. pag. 568.

(*t*) In nitidissima Introductione ad Rem Diplomaticam. Sect. III. cap. 5. pag. 127. seqq.

(*u*) In erudita Diss. de Archi-Cancellariis S. Rom. Imp.

(*x*) In Discoursen über die Churfürsten-Staaten. Tom. I. cap. I. Sect. II. §. 16. pag. 450. seqq.

dictionem reliquamque auctoritatem, & potestatem prioris scilicet Comitis Palatii summam, & paucis adumbrasse e re nostra visum.

§. XXXVIII. Et de hoc vero jam in genere observandum, quod

I. quemadmodum apud Romanos plures sacri Palatii Comites, dignitate pares conspiciebantur, ita apud Francorum Reges nonnisi unus fuerit, qui præ cæteris hoc titulo utentibus eminuerit, post plures alios TOLNER (y) junct. EVERHARDO OTTONE, (z) nomen inde *Majoris Palatii Comitis*, item *Majoris Domus Regiæ Comitis* ab ipsa Domo Regia adeptus, cum cæteri Officiales domestici solum tales fuerint.

II. Eundem inter primarios Regni Aulæque Officiales, non initio statim ac apud Merovingos solum Reges, sed & sequutos habitum fuisse, modo audivimus.

III. Præter hanc dignationem summam ipsum munus amplissimum latissimumque obiisse, patet ex ulterius narratis laudati HINCMARI Rhemensis, (a) quibus omnino add. tradita GREGORII TURONENSIS, (b) Et quam brevem quidem, sed ex Diplomatibus aliisque monumentis fide dignis desumtam, adeoque solidam descriptionem præbet STEPH. BALUZIUS (c) nec non quæ distincte, separatis Archicapellani, Seneschalli & Curopalatis muneribus vicinis exponit laudatiss. EVERH. OTTO. (d) Juxta quæ tamen

IV. Præcipua ipsius occupatio in justitiæ administratione consistebat: Quam quidem ita curabat, ut ceu præses supremi in Aula Tribunalis, als der Obriste Hofrichter/ non solum eas causas, quæ alibi locorum in provinciis decidi non poterant (veluti ubi Reipublicæ vel Principis intererat, vel quod pax publica rupta esset, vel quod Principi insidiæ structæ, sive ejus domania & fiscus diminuerentur &c. utpote quæ proprie causæ Reipublicæ dictæ & in prima confestim instantia ad Tribunal Regium pertinebant) vel quæ per viam provocationis partium litigantium ad Regem devolvebantur, sed & illas quæ vel circa Palatium Regum ad in ipsa aula exortæ, adscitis Viris quibusdam juris

---

(y) Sæp. laud. Hist. Palat. cap. 4. pag. 109. seqq.

(z) De Com. Palat. cap. II. §. 5. & 6.

(a) Cit. Opusc. S. Epistola ad proceres Regni pro institut. CAROLOMANNI Regis &c. cap. 21. ibi. „Comitis autem Palatii inter cætera pene innu„merabilia, in hoc maxime sollicitudo erat, ut omnes contentiones lega„les, quæ alibi ortæ propter æquitatis judicium, Palatium adgrediebantur, „juste ac rationabiliter determinaret, seu perverse judicata, ad æquitatis „tramitem reduceret, ut & coram Deo propter justitiam, & coram homi„nibus propter legis observationem, cunctis placeret. Si quid vero tale „esset, quod leges mundanæ hoc in suis diffinitionibus statutum non ha„berent, aut secundum consuetudinem crudelius sancitum esset, quam „christianitatis rectitudo, vel sancta auctoritas merito non consentiret, „hoc ad Regis moderationem reduceretur, ut ipse cum his, qui utram„que legem nossent, & Dei magis, quam humanarum ita decerneret, ita „statueret, ut ubi utrumque servari posset, utrumque servaretur,

(b) In Annal. Francic. Lib. 9. cap. 30.

(c) In Capitular. Tom. I. pag. 914.

(d) Cit. diss. cap. II. §. 8.

ris peritis, qui & ipsi Comites Palatini, licet simplices saltem dicti, Consiliariis & Assessoribus judicaret. Pariter ac in Criminalibus Capitalibusve quodammodo partes ejus supremæ fuere; ita tamen, ut de causis gravioribus, non nisi prævio Regis jussu, multoque minus de Rege ipso, si qua de causa capitali, veluti male gesti Imperii, vel alia publica, reus hic videretur, judicare valuerit. Latius hæc omnia exponente ac probante quoque laud. Dn. EVERH. OTTONE, (e) juncto PFEFFINGERO. (f)

§. XXXIX. Equidem quod V. quæstionem illam posteriorem nimis arduam longeque gravissimam attinet, expeditum est, initio ac de regula Regum ac Imperatorum causas indiscriminatim in Comitiis disceptatas fuisse, docente HEINECCIO, (g) nec non laud. MASCOVIO: (h) Haud eo minus cum præter ac juxta hanc instantiam aliquando Comitum Rheni Palatinorum judicium celebretur, quo in ipsos Imperatores jurisdictionem exercuisse leguntur, idque sero licet demum, diuque post Carolingorum tempora, teste vel ipsa historia HENRICI IV. Regis (utpote juxta quam, tot inter eum & Imperii Ordines gliscentibus controversiis, altum de hoc judicio silentium est) interimque jurisdictionis ipsius illius in causis, quæ inter Reges & Status Imperii vertebantur, exempla haud desint, ceu ex annalibus vetustis ostenderunt BURC. GOTTH. STRUV. (i) & PFEFFINGERUS. (k) Hisceque accedat, quod Lex Imperii fundamentalis Aurea Bulla Tit. V. §. 3. ipsamet ejus mentionem faciat, neque Autor ejus CAROLUS IV. eandem in se in dubium vocet; sed in saltem ibidem caveat, ut ne judicium istud alibi, quam in Palatio Imperatoris, adeoque eo præsente instituatur habeaturque; cum hæc, inquam, ita sese habeant, non quidem Judicium illud in totum pro non ente seu pro fabula, quod rotunde declarare pleniusque demonstrasse visus Per-Ill. Dn. BAR. de SENCKENBERG, (l) cui quoque assentire videtur b. IMMANUEL WEBER, (m) habere convenit, quod in excessum abire existimem, quamvis ex altera parte id quoque falsum sit, Comitem Palatinum unquam Capitis vel damnasse, vel damnare potuisse Cæsarem vel Regem, potiusque inter somnia referri mereatur, quicquid desuper multis absurde satis memorant Autores Speculi Suevici (n) nec non Weichbildi Saxonici (o) & qui horum fiducia nimis crasse ratiocinatur Autor Glossæ Speculi Saxonici, scribere haud veritus: „Der Pfaltz Graf solle „alsdann dem Kayser mit einer goldenen Parten den Kopf abschlagen.„ Quantove audacior pro more suo, olim sueto JO. PETR. de LUDWIG. dum pro existentia ac usu hodierno hujus judicii Palatini, cum omni extensione

(e) Cit. Diss. cap. 2. §. 8. 9. 10. & 11.

(f) Tom. I. pag. 936. cum ibidem allegatis pluribus.

(g) In Elementis Jur. Germ. Tom. II. Lib. 3. pag. 388. seq.

(h) Diss. de Paribus Curiæ, §. 5. seqq.

(i) In Syntagm. Jur. Publ. diss. 24. §. 2. seq.

(k) Vitriar. illustrat. Lib. III. Tit. 12. §. 14. seq.

(l) In pecul. Tr. jam An. 1731. in dias luminis emisso, multumque auctiore deinceps sub Tit. Fabula Judicii Palatini in Cæsarem edito.

(m) In Diss. de Capitibus quibusdam Chryso-Bullæ mutatis. cap. 2. §. 2.

(n) Cap. 23. 147. & 156. (o) Lib. I. Art. 8.

ne sua strenue pugnans, Augustissimum Cæsarem adhuc eidem indistinctè, nec virtute quadam regia, sed ex absoluta veraque subjectum putat, (*p*) sequutus in eo justo rigidiores quosdam Jurium ac privilegiorum palatinorum vindices, seu assertores, quos inter præprimis eminet Autor Scripti, (*q*) quod olim inter disturbia palatina prodiit apud LONDORP. (*r*) cui add. JOH. FRID. HERTLING (*s*) JCtus Heidelbergensis, nec non b. noster SCHWEDERUS. (*t*) Quod tamen mox perstrinxit Illustris Dn. de LUDOLFF, (*u*) quemadmodum priorem, LUDEWIGIUM scilicet, solide confutatum dedit Nob. Dn. FRID. LUD. de BERGER (*x*) & contradixit huic Judicio Palatino Agnatus Palatini Bavarus LONDORPII (*y*) ubi notabiliter refertur, An. 1567. Palatinum tum tempore regentem in Comitiis Ratisbonensibus postulasse, ut prærogativæ hujus palatinæ mentio fieret in Ordinatione Camerali, quod tamen Ordines Imperii unanimiter ore ac calamo rejecerint. Sed & memorabilis hic est responsio eruditissimi Electoris Palatini CAROLI LUDOVICI, quam ex Consiliariis uni, de Jurisdictione ista in Cæsarem per Aur. Bull. ipsi *secundum communem doctrinam* competente nimis sollicito, dedit: **Ihr seyd nicht klug/ daß ihr meynet/ daß aus der Privat-Doctoren Büchern mir dieses zukomme/ weiset mir ein Exempel und die** Practique. Quanto moderatius ex adverso, simul & majori cum fundamento reique convenientius ratiocinari videntur, qui vel ex præcipua ista officii Comitum Palatinorum parte, origines hujus judicii repetunt, qua scilicet hi inter alia indiscriminatim super Imperatorum Regumve ipsorum domaniis rebusque fiscalinis, quales iidem olim per Germaniam omnem dispersas habebant, si qua controversia desuper Fiscum inter atque subditos exoriebatur, jus dicere, (cujus exemplum satis notabile suppeditat Historia ALBERTI I. Imp. qui cum abs tribus Electoribus Ecclesiasticis Imperii domanium præcipuum, olim in turbis occupatum, vectigalia scilicet Rhenensia repetere vellet, hi non solum possessionem longi temporis obvertebant, sed simul quoque ad RUDOLPHUM Palatinum Comitem, tanquam harum rerum judicem provocabant, verbis quæ referunt Chronicon COLMARIENSE (*z*) & HENR. REBDORFIENSIS, (*a*) vel si Imperator ex alia causa civili v. gr. ex contractu cum privato, vel Principe sibi subjecto inito descendente impetitus fuerit, juxta formalia A. B. ac pro substrato casu æque aliquando contra Cæsarem ex sponte concessa abs eodem judicandi potestate, ac contra privatum pronunciare debebant.

(*p*) In Comment. ad Aur. Bull. Tom. I. pag. 585. seqq.

(*q*) Sub tit. **Bedencken/ ob ein Churfürst zu Pfaltz** in Causis gravatoriis **des Kaysers Richter seyn könne?**

(*r*) Tom. II. pag. 21.

(*s*) In Diss. de Regalibus Palatinis, sive de præcipuis Serenissimæ Domus Palatinæ Juribus & prærogativis. cap. 7.

(*t*) Diss. de juribus & prærogativis Sereniss. Comitum Palatinorum.

(*u*) Libro ampliss. sub tit. **Schaubühne der Welt.** Lib. X. C. 2. §. 30.

(*x*) Animadvers. ad Coccej. cap. 8. §. 4. pag. 118. seq.

(*y*) Tomo I. supplet. & continuat. pag. 457.

(*z*) Apud URSTISIUM pag. 61.

(*a*) Ad An. 1300. ap. FREHERUM Tom. I. pag. 412.

bebant. Quæ ſententia præprimis eſt JO. NICOL. HERTII, (*b*) atque JOH. PAULI KRESSII, (*c*) quamque etiam defendere veritus haud eſt B. venerand. Parens cum Reſpondente Prænobiliſſ. atque Conſultiſſ. jam Univerſitatis Secretario Dno. JAC. SAM. HOSERO (*d*) quove etiam inclinat EVERH. OTTO. (*e*) nec non b. noſter SCHWEDERUS (*f*) vel quæ eſt novior opinio Excell. Dn. JO. JAC. MASCOVII (*g*) non minorem veri præ ſe ſpeciem ferens, qua ſcilicet totum Judicii hujus fundamentum inſtitutis veteris parium curiæ judicii inniti, ipſumque etiam locum Aureæ Bullæ fruſtra explicandum contendit ſuſcipi, niſi veræ cujusdam Curiæ parium imaginem quis ante oculos habuerit, ubi ſcilicet cauſæ occurrere potuerint, quæ ipſum Imperatorem concernerent, atque ubi præcipuam eſſe Comitis Palatii auctoritatem, vetus forte traditio invaluerit, cujus veſtigia etiam ante Auream Bullam extiterint. Enim vero uti, bene monente HEINECCIO, (*h*) jam olim rariora, imo pauciſſima ad effectum deducta, ejus exempla fuerunt, ita multo magis de hodierno ejus uſu, poſt mutatam prorſus Imperatoriæ Majeſtatis auctoritatem, poteſt dubitari.

§. XL. VI. Tametſi vero ita unus ex Principibus Aulæ Regiæ Officialibus ſpectatus noſter Palatii Comes, ut ſimul inter priores Regni, & primates ejus majores relatus fuerit, titulo Viri Illuſtris quoque præ cæteris gaviſus, OTTO (*i*) tamen differebat gradu permagno adhuc a Majore Domus, neque ergo cum illo confundendus, utpote qui omnes reliquos anteibat, quive ceu ſupremus Miniſter ſive Miniſtriſſimus omnia, ſtatum integrum, pacem bellumque ſpectantia curabat, ceu recte docuerunt JO. NICOL. HERTIUS, (*k*) JO. FRID. PFEFFINGER, (*l*) EVERH. OTTO, (*m*) & JOH. ANTON. KüHN. (*n*) Quemadmodum quoque

VII. Obſervandum, quod, quantivis faſtigii & auctoritatis Officialis Comes hicce Palatii fuerit, tamen inter Miniſteriales Regis Regnique recte referatur abs Exc. Dn. ESTORE. (*o*) Nec non quod

(*b*) Opuſculor. Vol. I. Tom. II. pag. 443. Ubi ſimul ad Conringii Cenſuram Diplomat. Lindav. Cap. XI. provocat.

(*c*) In Diſſ. erud. de variis Jurisdict. in Germ. generibus §. 16. p. 53. & §. 19. ſeq.

(*d*) In Diſſ. ejus inaug. pro Lic. Poſit. 21. pag. 20.

(*e*) Diſſ. ſæp. laud. de Comit. Palatin. C. 3. §. 6. & 7.

(*f*) In Diſſ. de Sereniſſ. Comitum Palat. Rheni ſingularib. Jur. ac Prærogativis. §. 21. ſeqq.

(*g*) Diſſ. de Paribus Curiæ. §. 22. & 23. (*h*) Dict. Loc. Tom. II. pag. 394.

(*i*) Dict. Diſſ. cap. 2. §. 12.

(*k*) De Origine & progreſſu ſpecialium Rerump. in Germania. §. 5.

(*l*) Tom. I. pag. 929. (*m*) Cit. Diſſ. cap. 2. §. 7.

(*n*) Diſſ. de Jurisdictione Mareſchallorum in Germania. Sect. I. §. 11. & 12.

(*o*) In exaſciato Tract. de Miniſterialibus. cap. I. §. 45.

VIII. dignitas ejus ipso eo, quia munus & Officium fuerat, ubi personæ industria requirebatur, initio minime hæreditaria extiterit, quam & ideo Rex pro arbitrio dare vel adimere potuerat. Præprimis vero

IX. quod, uti initio statim causas ad Regum Imperatorumque cognitionem delatas in Palatio tractaverit judicaritque; ita nulli provinciæ vel villæ Regiæ veluti ex. gr. terræ Rhenensi affixus fuerit, sed regum lateri per omnia Regni Palatia, ubi degebant, adhærere, eundemque hinc inde frequentius per Germaniam proficiscentem (neque enim ante tempora LUDOVICI IV. Bavari ordinarias statasque sedes ac residentias habuerant Imperatores) comitari debuerit; unde quoque est, quod tam sero, nec antea Palatini Rhenenses audierint, quam cum Reges fere ordinarie in istis Rheni Palatiis, in hac regni parte præstantioribus, degissent, ubi postquam ex notabili instituto HENRICI Aucupis, ejusque filii OTTONIS M. Lotharingiæ Regnum tam arcto nexu Germaniæ junctum, ut Lotharingi quintam provinciam ejus primariam efficerent, apud quos sedem Regni Francici postliminio renovari placuit, de quo Excell. Dn. MASCOV. (p) In hoc regno autem in Ducatum converso, situm erat Aquisgranum, sedes olim Regni Carolingici & Thronus Regalis, der Königliche Stuhl zu Aachen / de cujus magnificentia vid. OTTO. (q) Plerumque ibi degerat quoque Comes ejusmodi Palatii generalis, teste vel solo Monacho Brovillerensi (r) apud LEIBNITIUM, (s) juncto TOLNERO, (t) qui ideo pro primario in Germania habitus, OTTO (u) ipsique Comites hi Palatini sensim propria patrimonialia & allodialia bona, terrarumque dominia sibi variis titulis, de quibus plura peculiaria habet TOLNERUS, (x) adquirere valuerint. Minimum juxta falsum HENR. de COCCEJI, (y) suppositum Comites nostri nunquam Duces Rhenenses fuere, vel pro talibus haberi debent. Denique vero

X. quod, quantum ex Historia curatius colligere licet, hocce splendidissimum Comitis nostri Palatii munus, nonnisi ad extrema fere usque tertiæ Imperatorum Saxonicæ stirpis scilicet tempora duraverit, tuncque una cum altero præcipuo illo Aulico *Archicapellani* munere, in *Archicancellarii* aliorumque Officia, Dignitates & prærogativas transierit, ceu ex PETRO DE MARCA, (z) nec non ex MABILLONIO (a) probat OTTO. (b)

§. XLI.

(p) In Diss. de Nexu Regni Lotharingiæ cum Germania. §. 7.

(q) Cit. Diss. cap. 2. §. 3.

(r) In vita EZONIS, famosi talis Comitis Palatini.

(s) Tom. I. Scriptorum Rerum Brunsvicensium pag. 314.

(t) In Hist. Palat. cap. 1. pag. 5.

(u) d. l. cap. 3. §. 3. & 4.

(x) Dict. Histor. Palat. cap. 2. & 3.

(y) In Jur. Publ. Prudent. cap. 3. §. 92.

(z) Concord. Regni & Sacerdotii. Lib. II. cap. 15. §. 1. & Lib. 4. cap. 7. §. 4.

(a) Lib. II. de Re Diplomat. cap. 12.

(b) Cit. Diss. cap. 2. §. 12. in fin.

§. XLI. Jam ut ad viam, unde paulatim declinavimus, redeamus & ad nostros tandem Comites Germaniæ Provinciales, Land-Pfaltzgraffen/ quaquales nostri Tubingenses quoque fuerant, deveniamus, Imperatores Regesque sat cito quoque per Provincias, uti palatia sua, ita peculiares suos Comites Palatinos habuisse constat, qui inter alia præprimis lites ac controversias, ad Regis Judicium delatas, nec omnes amplius per Superiorem istum Comitem Palatii propter infinitam multitudinem suam judicari poterant, NB. secundum cujuslibet populi jura dirimerent; postquam nec Missi ita dicti Dominici famosi sufficere amplius videbantur. (c) In quorum locum etiam proprie Comites

(c) Quorum institutum longe saluberrimum laudeque dignissimum, jam Francorum Regum tempore cognitum, cumprimis deinceps sub CAROLO M. perpolitum, utpote qui, uti Episcopis inter alia commisit, ut Comites In Provinciis simul observarent, *quemadmodum in Monasterio quisque suo placita & justitias facerent*, juxta

Capitulare primum de partibus Saxoniæ apud MEIBOMIUM in Introduct. ad histor inferior. Saxon. pag. 27.

ac ex altera parte vicissim Comitibus injunxit, attendere, quam religiose Episcopi conversentur ac prædicent; per

Capitulare Lib. 2. Gap. 12. apud LEHMANN. in Chron. Spirens. Lib. 2. Cap. 35.

Ita ad utrosque ex inopinato aliquando Missos suos Dominicos ablegavit, qui in unius alteriusve res gestas inquirerent; qui & inde Legati Missi Dominici, Missi Palatini vel de Palatio, imo & Missi de Latere, vel ex Latere dicebantur,

CAROL. DU FRESNE Glossar. voc. Missus.

quosque haud male Kayserliche Landrichter vocat

LEHMANN. Chron. Spirens. Lib. 2. Cap. 10.

Quorumque officium & auctoritas cumprimis ex Francorum Regum Capitularibus addiscenda. Hi enim uti minime vilioris conditionis homines, vel Parasiti fuere, vel qui opus habuerint ex commissione ejusmodi ditescendi, vel super innocentibus munera accipiendi, sed tales, in quos nulla corruptionis suspicio cadebat, quive ditiores & honoratiores in Palatio fuerant, veluti Archi-Episcopi, Episcopi, Abbates, cum Ducibus & Comitibus. Hi inquam, extra ordinem e Palatio in certas Provincias mittebantur, cum amplissima potestate, de *omnibus causis*, quæ *ad correctionem pertinere viderentur, quanto possent studio, per semet ipsos* REGIA AUCTORITATE *corrigendi, & si aliqua difficultas in qualibet re ipsis obsisteret, id ad Regis vel Imperatoris notitiam deferendi.* Juxta præscriptum

Capitular. de An. 810. §. 3. Cap. 5. seq.

Quæ proprie instructio quædam generalis. Specialius vero id negotii dabatur Missis illis, ut in Comitum reliquorumque Magistratuum Acta inquirerent.

Chronicon Moissiacense ad An. 815.

Judicibus, sordide officio fungentibus, potestatem abrogarent, sanctioresque surrogarent, juxta formalia

Capitular. Lib. III. §. 33.

porro-

mites nostri Provinciales successere, nomine magis immutato, quam re ipsa sublata, juxta CONRINGIUM (d) & SPENERUM. (e)

§. XLII. Quamvis de ipsorum ortu, seu qua ætate actualiter ab Imperatoribus ita per præcipuas Germaniæ Provincias constituti fuerint, etiamnum dubium indeque lis ac controversia sit. Compluribus eorundem Originem ad ævum prorsus Carolingicum referendam contendentibus, quos tamen notare

---

porroque de Episcoporum Abbatumque vita & moribus ad regem referrent, eumque in finem monasteria & Ecclesias coram lustrarent

Capitul. Lib. I. §. 121.

insuperque Provinciam latronibus aliisque pravis hominibus purgarent.

Capitul. CAROLI Calvi. Tit. XI. §. 1. Tit. XII. §. 4. Tit. XIII. §. 1. & Tit. XX. §. 7.

Denique vero quemadmodum omnia, quæ emendanda videbantur, ad horum Legatorum curam & sollicitudinem pertinebant; Ita &, si cui justitia vel a Comite aut Scabinis, vel a quibuscunque aliis, esset denegata, ipsi jus dicebant, & viduarum, præcipue pupillorum, aliarumque personarum miserabilium curam gerebant.

Capitular. Lib. IV. §. 66. Capitular. CAROLI Calvi Tit. XVII. §. 7.

Hinc quoque Missi dicti ad justitias faciendas & oppressiones populorum relevandas.

Annal. Metens. ad An. 798. & 814. Rupertus de Casibus S. Galli. cap. V.

Eoque consilio tandem ordinarie quatuor per singulos annos conventus juris dicundi causa, diversis locis, statisque temporibus, puta mensibus Januario, Aprile, Julio, ac Octobri agebant, quos Francorum more, communi conventuum & judiciorum vocabulo, appellabant.

Capit. III. anni 812. §. 8. & Lib. III. §. 83.

Quam descriptionem, post JO. HERTIUM de Origin. & Progress. Special. Germ. Rerump. §. 5. pag. 14. aliosque, satis accuratam præbet HEINECCIUS in Elem. Jur. Germ. Lib. III. Tit. I. §. 26. 27. & 28. pag. 377. seqq. ipsoque eo, quia adeo plane eadem, ac ex ipsis Legibus Francorum deprompta, magis cum Viri hujus laudatissimi, quam meis verbis tradere malui, cujus & jung. §. 53. ibid. pag. 404. sq. ubi omne tandem istud institutum, in desuetudinem abiisse docet, nisi quod adhuc sub OTTONIBUS Missorum Regiorum mentionem fieri, observet ex CONRINGII Diss. de Judic. Germ. Thes. 88. Huc vero vel maxime commendandus, qui ex instituto argumentum hocce de Missis Regiis pereleganter exposuit FRANCISCUS DE ROY Antecessor Andegavensis, in peculiari Tractatu de Missis dominicis, eorumque officio & potestate, primum Andegavi an. 1672. 4to edito, nostraque qua semper rarior fieri cœpit ætate, aba JOH. WENDELINO NEUHAUSEN Lipsiæ An. 1744. in 8vo recuso, ubi universum eorum officium per III. Classes præcipuas distinctum, & quidem quomodo 1) ad justitiam in causis tam civilibus quam ecclesiasticis & clericalibus administrandam 2) ad disciplinam publicam tuendam, tum vero & 3) ad reditus Cæsareos, per Provincias colligendos, constituti fuerint, explicat. Apud Hebræos analogiam habuit Sagan, observante VITRINGA Obs. Sp. ult.

(d) Cit. Diss. de Judic. Germ. Thes. 89.

(e) Jur. Publ. Lib. II. Cap. 11. §. 3.

re haud dubitavit CONRING. (*f*) bene arbitratus, ita statuendo cum nostris Provincialibus Comitibus *tam* illos Palatinos Comites, quorum præter Magnum istum Judicem Aulicum, plures semper in Aula Regia reperti, qui illius Assessores saltem ac Consiliarii fuere, & de quibus sermo est apud BALUZIUM (*g*) nec non apud PISTORIUM, (*h*) ubi add. WILH. ERNEST. TENZELIUS, (*i*) *quam* & istos Comites, quos CAROLUS M. sublatis Ducibus in horum locum provinciis præfecit, ut in curte publica jus dicerent, & vicarii essent Regum, male confundi; Jam enim posteriores pariter quidem eo ipso cum nostris Provincialibus convenire, quod nomine Regum jurisdictionem administrarint; sed in eo tamen admodum distinctos fuisse, quod potestatem suam judiciariam per universam provinciam, cui præpositi, exercuerint, cum nostri Comites postea ab Imperatoribus constitui solùm istum regionis tractum, qui ipsorum Palatinatui adscriptus fuit, gubernarint, inque ea jus dixerint. Ita recte CONRINGIUS, cujus argumentis & illud adhuc addi potest, quod isti Comites, quia Ducibus substituti, plus auctoritatis ad gubernandum acceperint, omniaque reliqua, quæ Ducibus olim demandata, sive bellica, sive politiam, securitatemque publicam spectantia, una curarint. Cum e contrario alii Seculo XI. demum eos per provincias collocatos, & ad latus Ducum ordinatos, ac quidem præcise sub CONRADO II. Salico in Historia ac monumentis publicis occurrere statuant, veluti Illust. olim HERTIUS. (*k*) Enimvero, si dicendum quod res est, disquisitio hæc ad illud præcisum redigi nequit, ut certus quidam Imperator, sub quo ita peculiaribus mandatis instructi in provinciis Germaniæ præcipuis collocati fuerint, nominari possit, pariter ac & illud incertum, nec positivi quid respondere licet, ad quæstionem alteram parallelam: num scilicet omnes uno eodemque tempore fuerint constituti, an potius unus post alterum exoriri & in scenam prodire cœperit? Adeo dubia hic sunt omnia, nec qui vera ac stabilia hac in re nos docere allaborant, firmo quodam fundamento, sed conjectura saltem, nituntur. Interim tamen illos, qui Saxonicis Imperatoribus honorem istum vindicant, a veritate parum abesse, ex historia & monumentis, quantum quidem eorum supersunt, vetustissimis colligere licet. Sic namque ex. gr. Comitum Palatinorum Saxoniæ jam sub OTTONE III. mentionem facit DITHMARUS MERSEBURGENSIS. (*l*) Sed & sub idem tempus eosdem memorant HELMOLDUS (*m*) & ADAM. BREMENSIS. (*n*) Sicque porro in altera Comitia Bavariæ primus occurrit ARNULPHUS, unus ex potentissimi Ducis ARNULPHI Mali filiis, (qui post mortem patris OTTONI M. Imp. obsequiosior præ reliquis fratribus fuit, indeque honorem hunc tulit,) apud ROT-

(*f*) Tum in dict. Diss. de Judic. Germ. Thes. 89. seq. Tum & in Censur. Diplomat. Lindaviens. (libro quantivis pretii) cap. 11. p. 203.

(*g*) Lib. III. Capitular. 77. Tom. I. pag. 768.

(*h*) In Charta Lib. I. Antiquit. Fuldensium pag. 474.

(*i*) In Vindiciis CONRINGIAN. pro Censura Diplomat. Lindaviens. Cap. 8. §. 11. pag. 179.

(*k*) Tam in Tr. de Origine & Progressu specialium Rerump. in Germania. §. 7. quam in Commentario de Consultationibus, Legibus, & Judiciis in specialibus Germaniæ Rebuspublicis, Tom. II. Opusculor. pag. 442. seq.

(*l*) Lib. IV. pag. 352. edit. LEIBNIT.

(*m*) In Chronico Slavorum, Lib. II. cap. 7. (*n*) Lib. 4. cap. 8. & 28.

ROTGERUM (o) bene docente b. GUNDLINGIO. (p) Ut nihil dicam de origine pariter vetusta, imo reliquis omnibus forsan vetustiori, illius Franconici Comitatus provincialis, de quo quidem admodum parci sunt rerum Germanicarum Scriptores, ita ut needum distincti quidquam de iis sciamus, neque hodie in specie, utrum in magni istius Regni Palatii Comitis Palatini persona conjunctus fuerit, evictum sit.

§. XLIII. Magis expeditus est ipsorum numerus, quem & sollicite indicant collectores veterum nostrarum Legum & Consuetudinum, Autor WEICHBILDI. (q) Itemque Speculi Saxonici, (r) inprimis vero speculi Suevici. (s) Ubi quidem posteriora verba interpretibus crucem fixerunt, nec quid sibi ea velint, quivis assequi valuit. Minimum in iis explicandis mire se torsit COCCEJUS, (t) donec nodum felicissime solvit GUNDLING. (u) Quamvis ipso eo veram causam constitutorum in dictis Provinciis Comitum Palatinorum minime quæsiveris, sed ob alias rationes id factum fuerit, de quibus mox. Cum ex adverso de priore ista, eademque principali laudd. Compilatorum relatione hoc minus dubitandum sit, postquam ex historia constat, Germaniam nostram isto medio ævo cumprimis in quatuor cardinales Provincias, Sueviam, Franconiam, Saxoniam & Bojoariam divisam fuisse, quarum unaquævis, uti peculiares suas rationes habuit, conf. COCCEJUS, (x) ita quoque peculiarem suum Palatinum accepit. Quamvis plures eorum fuisse velint CONR. SAM. SCHURZFLEISCH (y) & SCHWEDERUS (z) nec diffiteri liceat, plures eorum posteriori ævo, præsertim in terra Francorum originaria circa Rhenum inferiorem, nec non circa Mosellæ limites, vid. BROVERUS (a) comparuisse, quamvis prioribus haud pares, longeque minorum gentium Deos. Cæterum numerus ille quaternarius semper ita fixus certusque mansit, ut præter istos

(o) In vita Brunonis. cap. 16. Tom. I. LEIBNIT. Scriptor. Rerum Brunsvicens.

(p) In Gundlingian. Part. XXI. num. I. §. 35.

(q) Art. 7. §. 5.

(r) Lib. III. Art. 53. Edit. Augustanæ de anno 1519. ibi: „Jewelck Dudesch Land „hevet synen Palentzgrefen/ Sassen/ Bayern/ Francken und Schwaben/ „die waren alle Konigricke. Atque ita quoque Codex Latinus apud GOLDAST. Consuetud. Imperial. pag. 150.

(s) Edit. Communior. Lib. I. Art. 19. sed correctior. JO. GEORGII SCHERZII in Thesaur. SCHILTERIAN. Tom. II. cap. 103. von vier Landen. ibi: „In „tütschen Landen hat jeglich Land sinen Pfaltzen Grafen/ Sachsen hat ainen/ „Baiyern hat ainen / Suuaben hat ainen/ Francken hat ainen/ disind vier „Lant uuaren hievor Kunigrich.

(t) In Jure Publico. cap. 15. §. 17.

(u) In Gundlingianis. Part. XXI. num. 1. seqq. ubi quatuor ista Regna haud longe scilicet a divisione LUDOVICI Germanici inter filios facta repetit. Jam etenim tum natu majori CAROLOMANNO Bavaria, LUDOVICO Juniori Franconia & Saxonia, ac CAROLO Crasso natu minimo Alemannia, & quidem omnes sub forma peculiarium Regnorum concessæ.

(x) In Jur. Publ. Prud. cap. 12. §. 3.

(y) In Epist. arcan. Tom. I. Epist. 36.

(z) In Diss. de Prærogativis Comitum Palat. §. 1.

(a) Annal. Trevirens. Lib. XV. ad An. 1142. & Lib. XI. ad An. 1111.

istos nullus alibi, minimum cum auctoritate tali constitutus fuerit; hincque nec Bohemiæ nec reliquæ Venedicæ provinciæ eos habuerunt, quantumvis eædem ad summum Regiæ ac Ducalis dignitatis fastigium evectæ; sed nec in Marchia terris Brandenburgicis horum Comitum vestigia adsunt, licet jam sub HENRICO I. Germanici juris factæ fuerint, ex ratione admodum perceptibili, quia scilicet minime fictitius iste LUDEWIGII Ducatus, peculiarem provinciam constituit, sed Saxoniæ Ducatui innexus, sicque ejus Comiti Palatino, ubi jus dicendum, subjectus fuerat. Nedum denique de peculiari ejusmodi Comite Palatino, in Lusatia constituto, aliquid constat, quantumvis talem nobis ex LAMBERTO SCHAFFNABURGENSI (*b*) producere ac persuadere voluerit HERTIUS, (*c*) qui LAMBERTUS tamen plane non de Comite Lusatorum, sed Lutharioꝛum loquitur, vid. omnino EVERH. OTTO. (*d*)

§. XLIV. Cæterum cum ita unanimi fide & calculo Scriptorum quatuor tales Comites, *Saxo*, *Bavarus*, *Suevicus* & *Franconicus* nominentur, de eorum existentia quoque dubitare velle, idem foret ac soli in meridie obloqui. Primus vero eos inter laudatur *Saxo*, idque haud immerito, quia Comitatus ipsius omnium fere patentissimus fuit, & per integram Saxoniam veterem (i. e. prout partem hodiernæ superioris aliquam, itemque inferiorem totam, nec non Westphaliam & Angariam universam comprehendit) sese extendit, ita ut inde quoque Saxones hi Comites majori ubivis in æstimio habiti, statimque post Duces immediate positi, omnibus aliis Comitibus, Burggraviis, Landgraviis &c. prælati fuerint. De quibus ulterius notandum I. quod non nisi raro in Documentis titulo Comitum Saxoniæ occurrant, sed plerumque saltem simplici Comitum appellatione veniant, per observata PFEFFINGERI. (*e*) II. ortum eorum minime cum PAULINI, (*f*) aliisque ad tempora Carolingica, vel CONRADI jam aut HENRICI Aucupis referendum, per generaliter deducta in præcedenti §. 42. sed demum sub OTTONIBUS quærendum. III. Initio Palatinatum hunc ex Imperatorum beneficio tenuerint Comites WETTINENSES, deinde GOZECCENSES ac SOMMERSEBURGENSES successive, in quorum posteriorum familiis quoque hæreditario jure substitit ac permansit, donec unus masculorum superesset. Ceu pluribus testatum reliquere, Autor Libri, (*g*) qui semel integrum Palatinorum horum stemma præbuit MEIBOMIUS (*h*) nec non SCHAMELIUS (*i*) quibus add. omnino SAGITTARIUS (*k*) GUNDLINGIUS (*l*) LEUCKFELD. (*m*) & qui Historiam Comitum illorum Sommersebur-

(*b*) Chron. ad An. 1057. (*c*) d. l. de Consult. Legib. & Judic. §. 19.

(*d*) Sæp. laud. Diss. Cap. 3. §. 2.

(*e*) Tom. I. p. 935. in fin. (*f*) In Annal. Isenacens. §. 33.

(*g*) De fundatione Monast. Gozeccens. MADERI Chron. Montis Serini adjecti, pag. 210. 212. 215. & 229. seqq.

(*h*) Chron. Marienth. T. 3. Rer. Germ. pag. 246. seqq.

(*i*) In der Beschreibung des alten Benedictiner Closters Gosek.

(*k*) In Antiquitatibus Alstedii & Palatinatus Saxoniæ.

(*l*) In Gundlingianis. Part. XXI. n. 1. §. 13.

(*m*) In eleg. Tract. cui tit. Beschreibung dreyer in der Guldenen Au gelegener Orten

seburgensium pariter illustrant BüNTINGIUS, (n) FABRICIUS. (o) Ab hisce prorsus extinctis, & post mortem ultimi Sommerseburgici Comitis ADELBERTI II. qui An. 1178. vivendi finem fecit, teste ALBINO (p) HENRICUM Leonem Saxonum Bojorumque Ducem Comitiam hanc jure propinquitatis sibi vindicasse, ac Imperatore quoque FRIDERICO I. ad gravissimas persuasiones eo tandem adducto, ut eandem ipsi concederet, occupasse, tituloque ac dignitate Comitis Palatini usum fuisse, sunt quidem qui cum PFEFFINGERO (q) statuunt, veluti SCHURZFLEISCHIUS, (r) FABRICIUS, ALBINUS, dictis locis. Sed rectius quoad Tituli gestionem dubitant ac dissentiunt GUNDLINGIUS (s) HARTMANNUS, (t) atque CONR. FRID. REINHARDUS. (u) Utut sit, exauctorato mox An. 1180. HENRICO, ac praeter Bojoariae Saxoniaeque Ducatus hocce etiam Palatinatu privato, idem ad Thuringiae Landgravios pervenit, & quidem in persona HERMANNI, FRIDERICI olim V. Sommerseburgici Palatini Generi, cui FRIDERICUS I. Imp. eum beneficiali lege contulit, teste longe gravissimo, eodemque omnibus reliquis antiquiore, ac temporibus illis propiore ARNOLDO LUBECENSI (x) cui paria tradunt MONACHUS REINHARDSBRONNENSIS (y) THEODORUS ENGELHUSIUS, (z) itemque Anonymus ERPHESFORDIENSIS (a) pluresque alii recentiores, veluti BUNTINGIUS, REINECCIUS, PAULINI, SCHILTER & TENZELIUS apud REINHARDUM. (b) Cui HERMANNO An. 1215. defuncto, ex duobus, quos ex SOPHIA filia FRIDERICI dicti V. Comitis Goseccensis reliquerat, filiis, primus LUDOVICUS VI. placidus sive sanctus, huicque pariter An. 1217. improle diem supremum obeunti, in Palatinatu Saxoniae HENRICUS VII. RASPO cognomine successit, probante REINHARDO, (c) qui dignitate hac quoque Palatinatus, Landgraviali ipsius accessoria saltem, interim vere Saxonici (ut duplicem eapropter Saxonicum scilicet & Thuringicum statuere, haud liceat cum COCCEJO (d) haud parum gavisus, eamque nonsolum in donationum tabulis Coenobio dicto REINHARDSBRONNENSI frequentius datis, sed & aliis in occasionibus sedulo nominavit, imo & ab ipso Imp. FRIDERICO II. in peculiari diplomate de An. 1242. apud ANTON WECKIUM (e) Palatinus Saxoniae & Procurator (i. e. Vicarius) Germaniae vocatur:

Orten pag. 228. seqq. ex quibus supplendus PFEFFINGER. dict. Tom. I. pag. 957. seq.

(n) Chron. Brunsvvicens. Part. IV. pag. 603.

(o) In Saxon. Illustrat. p. 89. (p) Chron. Misniae Tit. XLV. p. 192.

(q) Tom. I. pag. 938. (r) De Vitrico Ecclesiae pag. 24.

(s) Gundlingian. Part. XXI. num. 1. §. 14.

(t) Diss. de Vicariatu Sax. per Frisiam Orientalem. pag. 16.

(u) Tr. de Offic. Imp. Saxon Sect. I. §. 12. pag. 50. seq.

(x) Chron. Slavor. Lib. II. cap. 30. pag. 288. & cap. 36. pag. 297.

(y) Hist. veter. Thuring. Landgravior. pag. 959. apud PISTOR. Tom. I.

(z) Chron. pag. 71. edit. MADERIANAE.

(a) Hist. de Landgr. Turing. cap. 22. seq. apud PISTOR. d. l.

(b) d. l. §. 13. pag. 52. seq. (c) d. l. §. 13. pag. 53.

(d) Jur. Publ. cap. 15. §. 18. (e) Chron. Dresdens. pag. 152.

catur: notabile epitheton, de quo etiamnum gloriantur Saxones, conf. SCHUBARTUM, PAULINI & MEIBOMIUM (f) CASP. SAGITTARIUM. (g) Inde vero & ex quo HENRICUS ille, instigante INNOCENTIO IV. Pontifice Rom. Imperatori suo perfidus factus, adversus eum in Regem Rom. sese A. 1246. eligi passus fuit, sed sequenti mox An. 1247. ex vulnere lethali, ante Ulmam in obsidione accepto mortuus est, Palatinatus hic Saxoniæ in famosa illa successionis controversia super Thuringiæ Landgraviatu, sequutaque tandem ejus divisione, præter hodiernam Thuringiam proprie sic dictam, ad HENRICUM Illustrem Misniæ Marchionem pervenit, qui etiam tituli istius inde in diplomatibus suis ac sigillis minime oblitus, utut de eo invicem decertarint b. GRIBNERUS (h) & laud. REINHARDUS (i) conf. JO. GOTTLOB. HORNIUS. (k) Et quamvis idem Palatinatus honor ac dignitas brevi post iterum Misnensibus ademtus, ita ut nec filii Magni istius HENRICI Illustris in ea successerint; postquam RUDOLPHUS I. Imp. ALBERTO II. ASCANIO, Genero suo, Saxoniæ Duci, Comitiam hanc contulissent, tamen extincta hac quoque Ascaniorum familia in Saxonia, fato felici una cum Ducatu & Electoratu isto etiam Palatinatus hicce postliminio ad FRIDERICUM Bellicosum, Misniæ Marchionem, indeque ad ejus descendentes An. 1423. auctoritate SIGISMUNDI Imperatoris pervenit; quam etiam dignitatem familiæ semel quæsitam, hæc strenue conservavit, nec amplius dimisit; solenniter quoque per omnes casus & occasiones, juxta cum reliquis Ducatibus, principatibus ac Dynastiis eadem investita; quam solennitatem nec ultimi duo Electores, Reges Poloniæ Potentissimi desugerunt, ubi jam conf. qui de argumento hoc latius omniumque distinctissime egit REINHARDUS (l) junct. KEMMERICH: (m)

§. XLV. Alter sive SECUNDUS, qui ita inter Comites istos Provinciales Palatinos magna auctoritate eminuit, refertur Bavaricus; Ita tamen ut, quod observant nostri diplomatum ac monumentorum ruspatores, & hi Comites rarissime in antiquis chartis, cum additamento Bavariæ occurrant, sed vel nude Comites Palatinos, vel quod omnium ipsis usitatissimum ac frequentissimum, Comites Schirenses aut Wittelsbachios sese scripserint, ceu operose probat PFEFFINGER. (n) Jam enim harum præprimis terrarum Dynastæ fuerant, de quibus tamen obiter notandum, quod invicem commisceri aut confundi haud debeant, prioris enim Schiræ scilicet nomen antiquius ac Wittelsbach, utpote quæ arx demum An. 1101. extructa, ac familiæ deinceps appellationem dedit; cum e contrario prior sedes sat cito in monasterium Ordinis S. Benedicti abierit, quo sub nomine adhuc percelebre est, de quo & recentiori ætate duo Chro-

(f) De Erect. Ducat. Brunsvicens. pag. 204. Tom. III. Rer. Germ.

(g) In pecul. Schediasm. sub tit. Gründlicher Bericht von Landgraff Heinrichs in Thüringen Röm. Königs Wahl. edit. An. 1692. Jen. in 4to.

(h) In peculiari Programmate de hoc HENRICI titulo.

(i) In pecul. Diss. de Tituli Comitis Palatini Saxoniæ, in literis HENRICI Illustris origine.

(k) Tract. de HENRICO cognomento Illustr. Marchione Misniæ cap. 8. §. 25. & sigillum majus in frontispicio exhibitum.

(l) d. Tract. de Offic. Imp. Saxon. Sect. I. §. 14. 15. 16.

(m) Jur. Publ. pag. 144. seqq. (n) ad VITR. Tom. I. pag. 959.

nica Schirensia dicta, quorumque unum Aventinum Autorem habet (o) prodierunt; conf. TOLNERUS. (p) Primus qui isto nomine ac honore Imperiali beneficio sese ostentavit, fuit ARNULPHUS, filius ARNULPHI Mali, Bojoariæ Ducis Potentissimi junior, apud ROTGERUM (q) cujus descendentes quoque diu satis, vid. OTTO (r) serieque haud interrupta dignitatem illam servarunt, quosve inter rara prorsus felicitate usus OTTO quidam, qui proscripto HENRICO Leone, Saxonum Bojorumque Duce, An. 1180. ab Imperatore FRIDERICO I. cui sese totum mancipaverat, Bavariæ Ducatu auctus fuit, cujusque nepos OTTO Illustris deinceps nuptias cum Agnete, natu majori filiarum HENRICI, Filii HENRICI Leonis, Saxonum Ducis, Comitisque Palatini, celebrando, accedente Imperatoris FRIDERICI II. consensu, præter Bojoariæ Ducatum quoque opulentissimum Rheni Palatinatum obtinuerat, communis inde Bavariæ Ducum Comitumque Palatinorum parens, de quo plura AVENTINUS, (s) & qui ex recentioribus distincte omnino explicuit JO. PETR. LUDWIG, (t) ut taceam, quæ de ipsis historiis suis fideliter inseruerunt ADLZREITER, BRUNNERUS, GEROLDUS, ERTELIUS &c. Equidem postea quoque OTTONE isto licet Duce facto familia hæc in possessione illius Palatinatus Bavarici permansit. Scilicet unus ex illis Wittelsbacensibus Comitibus OTTO IV. duos habebat filios OTTONEM V. Majorem dictum, (ipsum eum qui modo mox memorato post exauctoratum HENRICUM Leonem Bavariæ Dux factus, cujusque Linea & propago Illustrissima adhuc durat in Potentissimis Bavariæ Ducibus Comitibusque Palatinis) & OTTONEM VI. juniorem dictum, qui Pater fuerat OTTONIS VII. famosi illius occisoris PHILIPPI Suevi An. 1208. ab Imp. OTTONE IV. proscripti, ac deinceps a Comite Pappenheimensi ad Danubium trucidati. A quo Comites Sylvestres, unsere heutige Wild- und Rheingraffen descendere, diu fabula fuerat, quam tamen eleganter confutavit Per-Illustris Dn. BAR. de SENCKENBERG. (u) Imo nec post hos Wittelsbacenses Palatinatus Bavarici dignitatem evanuisse, sed Ortenburgicis Comitibus collatam fuisse probat notabile Diploma de A. 1212. cui RAPPOLDUS, Comitum istorum unus, tanquam Comes Palatinus Bavariæ subscripsit, apud TOLNERUM. (x) Quemadmodum quoque hancce Comitum Palatinorum Ortenburgensium seriem WIGULEJUS HUNDIUS (y) illustrat.

§. XLVI.

(o) Cura b. GEORGII CHRISTIANI JOHANNIS.

(p) Hist. Palat. cap. I. §. 2. pag. 10. & 11. & cap. 10. pag. 267.

(q) Supr. jam laud. in Vita BRUNONIS. cap. 16. in LEIBN. Tom. I. Rer. Brunsvicens.

(r) De S. Blasio in Chron. ad An. 1208.

(s) In Annalibus Bojorum. Lib. IV. fol. 294. seqq.

(t) Germania Principe Lib. V. cap. 1. §. 13. seqq. ibique in Illustrationibus prolixis Autor quisquis sit nomine parumper obscurus D. FINSTERWALDER Tom. II. pag. 57. seq.

(u) In Meditat. Jur. Publ. & Historiar. Vol. I. Fascic. 1. pag. 17.

(x) Cod. Diplomatic. Hist. Palat. adjecto. Num. 81.

(y) Im Bayrischen Stamm-Buch. Part. II. pag. 25. seq.

§. XLVI. *Tertius*, qui inter Comites hujusmodi Provinciales Palatinos, eadem Regia & Imperiali auctoritate constitutos, diserte memoratur, fuit *Suevicus*, ex familia Per-Illustri Comitum nostrorum Tubingensium semper desumtus, in qua quoque dignitas hæc usque ad ipsius interitum continuavit, ita tamen, ut, quod & in prioribus observatum, raro Palatinorum Sueviæ nomine veniant, vid. tamen URSPERGENSIS (z) & BESOLDUS, (a) nec ipsimet nisi vel simpliciter Palatinos, vel Comites Palatinos de Tubingen, ubi ordinariam seu præcipuam sedem suam ab antiquo habuere, testante famoso illo Registro INNOCENTII III. Pontificis, (b) sese scripserint. (c) Verum cum ipsi hi Comites, utpote Consalini olim nostri, præcipuum ac proprium præsentis Tractationis objectum constituant, partim ad ea quæ jam supra in antecedentibus de iis late satis prodidimus, remittere juvabit, partim vero ad mox sequentia ulteriora provocare liceat.

§. XLVII. Denique vero primarios inter illos Comites Palatinos Provinciales refertur *Quartus Franconicus*, cujus tamen peculiaris ac distincta notitia hodienum dari nequit, postquam rerum nostrarum Germanicarum Scriptores ac monumenta aut plane de illis silent, aut obscure saltem inter alia de iis aliquid, minimeque vero certam familiam memorant, cui dignitas hæc in specie collata fuerit, vel in qua specialis Franconiæ Palatinatus honor hæserit. Quicquid aliqui reperisse sibi videntur, ac si scilicet Comites a Limburg tales Franconiæ Palatini fuerint, quia insignia eorum cum Franconiæ insignibus conveniant, iidemque ex eadem Ducum Franconiæ diu adhuc & ad CONRADI II. Imp. tempora florente familia fuerint. Cujus seriem præter PFEFFINGERUM aliosque solertissime præbuit Excell. Dn. JO. DAVID. KOELER. (d) Unde quoque præcipui primæque caveæ Historici nostri ac Juris Publici Interpretes in eo consentiunt, ut Palatinos istos Franconicos unos eosdemque cum Rhenanis habeant, maxime postquam peculiaris Ducatus Franconiæ sub LUDOVICO Infante jam erectus, idemque latissime sese extendens, totam terram Franconicam, Salicam dictam, juxta cum reliqua terra Rhenensi ad utramque Rheni Ripam in Lotharingiam usque conspicua complectebatur; quocum æque ac cum Comitis Palatini officio ac prærogativa CONRADUS I. Rex EVERHARDUM, fratrem suum, admodum probabiliter investivit, in cujus posteris quoque HERMANNO, EZONE, OTTONE, HENRICO de LACU &c. dignitas Comitialis Palatina Rhenensis permansit. Quo jam vid. qui præcipua argumenta affert, valdeque sese desuper torquet PFEFFINGER (e) interimque sententiæ suæ asseclas plures eosdemque, quos jam dixi præcipuos, veluti CONRINGIUM, COCCEJUM, LEIBNITIUM, TOLNERUM &c. allegat.

§. XLVIII. Jam ordo rei requirit, ut in quonam *Officium* nostrorum horum Comitum Palatinorum Provincialium constiterit brevibus, sed distincte edoceam. Scilicet

 I. cum

(z) Ad An. 1163.

(a) In Monum. Würtemb. & Monaster. Bebenhusano. Num. 3.

(b) Epist. 14. (c) PFEFFINGER. Tom. I. pag. 939.

(d) De Familia Augusta Franconica. (e) Tom. I. pag. 939.

L. cum multitudini causarum, ad Aulam devolutarum, earumque definitioni sive decisioni sufficere haud viderentur, neque Rex ipse, neque Comes Palatii magnus iste Judex primarius, der Oberste Hofrichter/ certos quosdam Viros Illustres ac fideles, reique Judiciariæ peritos sub splendido Comitum Palatinorum nomine ac titulo Imperatores in Provincias Germaniæ præcipuas delegabant, qui controversias indistincte alias ad Aulam delatas, ad parcendum sumtibus subditorum, NB. *secundum cujusque populi jura* nomine Regis dirimerent, vid. supr. §. 36. & 39. In quo ultimo potissimum ac præcipuum momentum potestatis eorum judiciariæ consistebat. Jam enim cuilibet Germaniæ Populo statim a conjunctione sua cum Franciæ Regno inter alia id præcipue relictum, ut proprium jus suum, propriasque leges retinere quiverint, quam etiam libertatem ubivis postea retinuerunt; ita ut ipsemet potentissimus Bojoariæ olim Dux ultimus Tassilo re vera secundum Legem Bojoaricam, judicatus & condemnatus fuerit, quo vid. b. GUNDLINGIUS (*f*) & quod idem obtinere nequiverit, ut scilicet juxta legem Suevorum judicaretur, valde conquestus sit HENRICUS LEO ante & post exauctorationem suam, conf. JO. GEORG. SCHERZII (*g*) JCti Argentoratensi. Quamvis, quod de Ducibus ipsis ita refertur, quod scilicet juxta propriarum Legum suarum Provincialium præscriptum judicari voluerint, magis ex libero arbitrio atque peculiari erga provincias, quas gubernabant, amore factum sit, cum iidem ordinarie nullum alium judicem habuerint agnoverintque, quam Cæsarem & Imperium, publicasque eo nomine institutas Curias, quibus præcipui Germaniæ Ordines ac proceres, tam Ecclesiastici quam Seculares assidebant; uti exemplis Diethmari An. 977. & Comitis Wirihnari de eod. anno probat LAMBERTUS *Schaffnaburgensis* & *Chronographus Saxo* (*h*) & ex Judicio Comitis FRIDERICI de ISENBURG occisoris Archi-Episcopi Coloniensis ENGELBERTI sub HENRICO VI. Imp. constat, quarumve Curiarum sub auctoritate deinceps una quoque pleræque omnes sententiæ a Cæsare contra aliquem ex Imperii Ordinibus latæ prodierunt, ac publicatæ fuerunt, qualem formulam valde notabilem protulit b. Dn. a LUDWIG. (*i*) Quemadmodum quoque postquam Comites isti Provinciales jam constituti fuerant, ut causas tam civiles quam criminales ad ipsos ex Provincia delatas judicarent, id ipsum ea moderatione factum, ut si quando Dux aut Comes apud ipsos super crimine deferrentur, his præter simplicem notionem & relationem ad Cæsarem faciendam nihil competierit. JO. PAUL. KmESS. (*k*) Ac proprie personæ judicio Palatinorum subjectæ, exceptis Ducibus ac Comitibus majoribus, Marchionibus, Landgraviis & Burggraviis, fuere immediati reliqui, qui sub ipso Pala-

(*f*) In singulat. ad L. Jul. Majest. cap. 2. §. 8.

(*g*) Comment. de FRIDERICI I. Imp. Judicio de HENR. LEONE Sax. & Boj. Duce. pag. 26. & 28.

(*h*) Pag. 343. & 397.

(*i*) De Prærogativ. Ducat. Würt. Sect. II. p. 96. ibi: „D. G. Imperator etc. Notum fieri volumus, quod *nobis residentibus Hagenowe in generali Curia* NB. „pro judiciis audiendis NB. *adsistentibus* nobis *plerisque Principum* & *Procerum* „nostrorum, dum conveniret GOTTOFREDUS WALTHERUM de in„juriis. Demum ita *conventum* &c. Et ut hujus *conventionis* sit robur, „præsentem paginam fecimus NB. *subscriptoribus* S. R. Imp. *Ordinibus*, „cætera.

(*k*) Laud. Diff. de variis Jurisd. Crim. in Germ. Generib. cap. 2. §. 17. p. 33.

Palatinatu inque ejus districtu habitabant. Idem *KRESS.* (*l*) Pariter ac ex adverso, sicubi Palatinus ipse deliquerat, ut in ordinem redigeretur, & in eum animadverteretur, juris dicundi potestas non Ducis in provincia, sed Cæsaris ac Principum & quidem æque in curia solenni fuerat, observante KRESSIO. (*m*) Et quidem jus dicebant II. ex Palatiis Regiis passim per Provincias reperiundis, de quibus peculiarem illum Catalogum quantivis pretii, eumque MABILLONIANO illo in Arte Diplomatica publicato, multo ampliorem ac pleniorem nobis reliquit Reverendiss. olim maximeque eruditus *Abbas* Autor, (*n*) unde quoque Comites Palatinorum dicti, quod suo jam ævo satis diserte explicare scivit famosus novior Historicus CYRIACUS SPANGENBERG. (*o*)

§. XLIX. Præter quam præcipuam functionis partem III. iisdem adhuc alia, nomine Cæsaris administranda commissa; veluti cura fisci ac domaniorum, redituum & prædiorum, quæ Cæsares ubique per Germaniam, singulasque ejus Provincias, indiscriminatim tam in terris, quas COCCEJUS immediatas vocat, quam in mediatis, adhuc illibata habuerunt, per eleganter deducta GUNDLINGII, (*p*) quæve partim in terris fiscalinis, oppidis, villis, vineis, sylvis &c. partim vero in variis adhuc aliis reditibus & juribus consistebant, de quibus evolvendus b. SCHWEDERUS (*q*) cui add. Excell. Dn. BUDER (*r*) itemque Dn. GRUPEN, (*s*) & super quibus, si quando lites inter Fiscum & subditum obortæ, Palatinus noster judicabat, ita ut tum revera judicem in Cæsarem, intuitu nimirum causarum ejusmodi fiscalinarum egisse dici queat, idque ex spontanea submissione

(*l*) Ibid. §. 15. ubi notat, de mediatis Imperii Subditis ideo Palatinis judicare non licuisse, quia alias turbassent Jurisdictionem Comitum reliquorum, Gograviorum, Scultetorum, &c.

(*m*) d. l. pag. 33. ubi præjudicium seu casum in terminis nobis servasse scribit OTTONEM FRISINGENSEM in vita FRIDERICI I. pag. 470. utpote qui Cæsar severus justitiarius in solenni ejusmodi Curia Wormatiensi A. 1156. nec HERMANNO Palatino, ex præcipuis uni, pepercit, sed eidem tanquam pacis turbatori pœnam gestationis canis, per certum provinciæ districtum dictitavit. De qua Κυνοφορία plura vid. ap. MEIBOM. in pecul. Tract.

(*n*) Inter præliminares quasdam Chronici GOTTWICENSIS Tractationes prodromi saltem instar editas. Tom. I. Lib. III. cap. I.

(*o*) Im Adels-Spiegel Tom. I. Lib. 10. cap. 17. pag. 305. verbis seqq. „Pfaltzgraffen haben den Nahmen a palatino vom Pallast. Dann Palatium heisset des Kaysers Hoff/ Aula & Curia Imperatoris, in den Provintzen/ und „unterschriebenen Landen des Römischen Reichs / da ein Kayser / wann er „derer Orthen war/ seinen Hoff/ Sitz/ Reichstag und Gerichte hielte ꝛc. ꝛc. „Und ist derer Meynung am gewissesten/ die es dafür halten/ daß die Pfaltzgraffen den Nahmen/ von ihrem Amt/ Stand / Würden und Adel haben: „dann sie waren Richter des Königlichen Hoffes oder Pallasts: Pfaltz-Richter Kayserliche oder Königliche Hoffrichter / so dem Hoff mit Gericht und „Recht vorgestanden/ und das Hoffgericht verwaltet haben ꝛc. ꝛc.

(*p*) Tr. de HENRICO Aucupe. §. fin.

(*q*) Diss. de Domaniis Imperat. per tot.

(*r*) In amœnitatibus Juris publici. Num. 9. pag. 163. seqq. ubi erudita tractatio de compendiis Fisci Regum German.

(*s*) In pecul. Observat. de Fisco Regali & in Originib. Hanoveranis. p. 124. seq.

missione Cæsarum, qui hac ratione coram Palatinis suis, de bonis & reditibus Cameræ ac domanialibus suis sese conveniri passi sunt, atque, quod supra jam notavimus, ipso eo occasionem ad persuasionem illam communiorem de Judicio Comitis Palatini Rhenani præbuerunt. Quod institutum deinceps alii quoque Reges exteri, Galliæ, Hispaniæque, juxta cum plerisque Principibus Germaniæ, sequuti, ita ut nec novum hodie quidquam, nec insolens sit, quod Domini territoriales cum subditis in causis ipsorum interesse concernentibus, præsertim patrimonialibus & fiscalibus, ubi dominii potius quam imperii quæstio vertitur, litigantes, sponte sua illorum quoque Tribunalium atque Instantiarum Ordini sese per procuratores sive Syndicos, Cammer-Procuratores und Anwälde/ sese submittant, in quibus subditis alias jus dici consuevit, per statuminata Vener. b. Parentis (t) ubi exempla Electorum Potentissimorum Saxoniæ, nec non ipsorum nostrorum SERENISSIMORUM DUCUM WüRTEMBERGICORUM, qui eas nunquam non causas, quæ Camerale sive Fisci utriusque, tam Ecclesiastici quam Secularis, interesse concernunt, plerumque per Remissionis, nos apud usitatæ viam, ad supremum, quod hic Tubingæ floret, provocationum Tribunal transmitti, ibique parem cum subditis justitiam reddi curarunt & adhucdum curant, affert. Quocum conf. qui pleniorem ex universo fere Germaniæ usu Catalogum exhibet b. JO. GOTTL. HEINECCIUS. (u) Quove etiam referendum recentissimum illud Serenissimi Landgravii Hasso-Casselani exemplum, qui postquam An. 1742. ab Imperatore CAROLO VII. illimitatum istud de non appellando Privilegium obtinuit, mox per literas patentes in omnes terras suas emissas de dat. 26. Nov. An. 1743. declaravit, quod causas proprias, die Dero Cammer-Aemter und Jura betreffen/ novo Tribunali ad dijudicandum in posterum relinquere vel demandare velit, quas literas in extenso vid. ap. Per-Illustrem Dn. BAR. de SENCKENBERG. (x) Quibus omnibus IV. junctam legimus diligentiorem ipsorum Palatinorum curam & inspectionem, ut ne detrimenti quid hæc vel ruinam caperent, Regibusque per totam Germaniam adhuc proficiscentibus commodo diversorio ac requiei, absque gravi subditorum dispendio, inservirent. Ceu hæc omnia in Compendio complexi sunt duo Scriptores Bavariæ gravissimi, alter, officium Palatinorum Bavariæ Orthenburgicorum describere volens, WIGULEJ. HUNDIUS (y) alterque JOHANNES AVEN-

(t) In Specim. I. Jurisprud. Ordin. Imper. privatæ. §. 24. pag. 41. seqq. cui Supremo Dicasterio hodie præfulgent Per-Ill. Dn. BAR. de PFLUG & Magn. Dn. p. t. Rector Acad. D. SCHOEPFF Mæcenates Summi, qui postremus de hoc Judicio eruditissime scripsit.

(u) In Dissert. de Dominis subditos suos in suo judicio convenientibus. §. 2.

(x) In Collect. trium Tractatuum de Judic. Princip. Imperii. pag. 162. seqq.

(y) In dem Bayrischen Stamm-Buch. Part. II. pag. 27. verbis seqq. „Seyn „die Graffen von Orthenburg darzu von OTTONE IV. constituirt worden. „Das Pfaltzgraffen-Amt ist nach dem Hertzog das fürnehmste Amt in Bayern „geweßt. Haben 1) das Oberste Landrecht besessen/ 2) der Kayser-Gulden/ Zinß/ Steur eingenommen/ 3) vor ihnen seyn die Hertzoge verklagt/ „und hernach 4) die Sachen weiter an den Kayser gebracht worden. Sind „aber auch diese Pfaltz-Graffen mit RAPOTen An. 1244. ausgestorben/ und „haben hernach die Hertzoge in Bayern die Vizthumb und Rentmeister auf- „gerichtet.

AVENTINUS, (z) quibus, si placet, addi possunt HEIDER, (a) STRUV (b) ac TOLNERUS. (c)

§. L. Neque vero dubitandum, quin officium hoc sive munus gravissimum spectatissimumque magnam dignationem, autoritatem ac prærogativas peculiares secum traxerit. Quas inter & aliquas saltem nominasse sufficiat. Jam enim, ut nil hic amplius, post latissime supra jam deducta dicamus de primario isto Palatii Regii Comite, quem ad differentiam aliorum a tractu Rheni Rhenanum tandem dictum fuisse constat, partim quod unus alterque eorum, ad Imperatorum longiores aliquando ibidem remoras, sensim prædia ac terras sibi adquisiverunt, partim vero Aquisgranum, quod antea jam tempore CAROLI M. & LUDOVICI Pii Archisolium, post quam divisionem Imperii Carolingici solius quidem Regni Lotharingici Palatium, ac HENRICI & OTTONIS temporibus, instaurato iterum Francorum regno, postliminio iterumque Palatium universale, ex quo NB. Comes iste intra terminos officium suum exercuit, factum fuit; ubi quoque partim acquisitionibus, emtionibus, matrimoniis &c. partim vero ex donatione OTTONIS III. PRIDERICI I. HENRICI VII. &c. magis magisque ita crevit, ut inter varia reliqua facta, ad vota fluentia, præcipue post collata prorsus Imperii Archi-Officia, necessario inter primos regni officiales haberetur, fere eum ad modum, quem de Hungaria Palatii Comite, ex antiqua Ordinatione de Officio Comitis Palatini, eademque ex Formula Francorum vel Germanorum petita refert GOLDASTUS. (d) Et quamvis tempus ordinationis hujus incertum sit, aut in turbida Imperii tempora incidat, multique de fide ejus plane dubitent, de qua vid. b. SIM. FRID. HAHN, (e) satis tamen erit testimonium GUIL. NEUBRIGENSIS, (f) qui CONRADUM FRIDERICI I. Imp. fratrem, Comitem Palatinum, *virum in Imperio summæ post Imperatorem amplitudinis*, vocat. Jam enim, ut mittamus, inquam, peculiares istas Comitis illius Palatini Rhenensis prærogativas, quæ ipsum tandem supra Duces extulerunt, idque haud mirum; quamvis enim Ducatus dignitas per se sit eminentior, quam Comitatus Palatini, quatenus tamen Comes Officium imperii aulicum maximi momenti & quotidiani usus gerebat, reliquis præferri poterat; EVERH. OTTO (g) quoad nostros Provinciales Palatinos I. in

 gene-

(z) Annalib. Bojoar. Lib. IV. pag. 296. cujus sequens habetur relatio: „Comes „Palatinus a) vice Cæsaris, præsidendo senatui Provinciæ principali, fun„gebatur, b) fidem Imperatoris implorantibus aderat, & c) jus dicebat, „d) fiscum Augusti, prædia salica, reditus regios procurabat, e) Cæsareum „censum exigebat, f) nihil citra ejus auctoritatem Duci aut decernere „aut statuere licebat, g) si senatus consultum Reguli (Ducis) displicebat, „intercedebat & ad Cæsarem referebat.

(a) In Apologia pro Civitat. Imp. pro. der Reichs-Vogteyen. pag. 7.

(b) Corp. Jur. Publ. cap. 21. §. 12. (c) Hist. Palat. Cap. 5. pag. 142.

(d) Const. Imp. Tom. III. pag. 403. ibi: „Adeo amplam potestatem, jurisdic„tionem & auctoritatem habet, ut demta Regia dignitate, nullus omnino „justitiariorum ampliorem, sed nec parem habeat.

(e) In Diss. de Regia & Cæsarea CONRADI II. Electione & Coronatione. §. 7. not. b. pag. 41. seq.

(f) De Rebus Angliæ Lib. IV. cap. 30.

(g) Diss. sæp. laud. cap. 3. §. 5. pag. 35.

genere notandum, ipsum hoc jam satis ipsis honorificum, maximoque merito æstimio cessisse, quod nomine Regis, publicaque adeo authoritate, ex loco atque foro justitiario publico, Palatio Regio jus dicere, ac maximi momenti causas dirimere potuerint, vid. supr. §. 46. junct. *Speculo Saxonico.* (*h*) Cui II. proximum, quod uti a Regibus ipsis immediate constituti, ita præter Imperium ac Ducem Provinciæ, nullum habuerint vel superiorem, vel æqualem, istoque etiam nomine omnes reliquos Comites, Burggravios, Landgraviosque antecesserint, docente AVENTINO, (*i*) cumque illo, Duce scilicet interea munus ita divisum habuerit, ut Dux rem Provinciæ publicam omnem, qua bellum, qua pacem, & politiam, Palatinus vero Comes rem judiciariam omnem una cum inspectione redituum, fisci & palatiorum Regiorum curaret. Porro III. hoc non inter minores Comitis Palatini prærogativas referendum, quod cum initio hancce dignitatem Imperatores, pro libero arbitratu suo, præprimis in Saxonia, mox in hanc mox in illam familiam conferrent, id quod nemo curatius monuit & explicuit REINHARDO (*k*) sat cito tamen & inprimis Seculo jam XII. FRIDERICIque præcipue Imperatoris ævo, eandem jam insignibus quibusdam Regalibus juribusque ac fundis opimis auctam, Comites nostri quodam jure hæreditario possidere, & ad liberos transmittere cœperint, prævia tamen IV. inauguratione seu investitura solenniori, ab Imperatoribus ipsis semper petenda. Quarum investiturarum exempla quam plura hinc inde adhuc reliqua adducere liceret, cujusve extantissimum sine dubio & satis magnificum præbere potest Charta CAROLI IV. per quam An. 1350. Thuringiæ Landgraviis confert **die Pallàntz-Graffschafft zu Lauchstett/** extat hæc in KRESSIO. (*l*) Quorum Regalium bonorum

---

(*h*) Pag. 467. Edit. GäRTNERIAN. ubi Palanzgravii seu Palatini, & Landgravii, sub Banno Regis (sive ejus vice) ut Comites judicare dicuntur, & ideo iis sexaginta solidi pro mulcta dari jubentur.

(*i*) Lib. VI. Annal. pag. 269. junct. pag. 298. ubi de Præfecto Prætorio (i. e. Comite Palatino) Bavariæ disserens scribit: „ Quæ tum maxima Dignitas „secundnm Regulum„ (i. e. Ducem) erat, quod & ulterius probant CONRINGIUS, COCCEJUS, TOLNERUS & STRUVIUS locis ante jam alleg.

(*k*) Tr. laud. de Officiis Imperii Saxonicis Sect. I. §. 17. pag. 96. seq. junct. pag. 71. seq.

(*l*) Cit. Diss. de variis Jurisd. Crim. in Germ. Gen. §. 18. pag. 33. seq. ubi verba gravissima ita fluunt: „Leihen ihnen die Pallantzgraffschafft zu Lauch„stetten mit allen Herrschafften und Amten/ damit dieselbe Pallantz-Graff„schafft gewirdet/ geeret und ußgesätzt ſt/ von Alter bey Nahmen mit Mann„schafft/ Lehen/ Geistlichen und Weltlichen mit dem Banne/ das man nen„net Obrist Gerichte/ mit allen Bann-Stücken/ die von Alter der egenann„ten Pallantz-Graffschafft geschafft und usgegeben sind/ mit allen Strazzen/ „Geleyten/ Zollen/ Müntzen/ Juden/ Merckten/ Dorffern und Margrichten/ „mit allen Bergwercken/ die in GOtt beschert/ und Namen gehaben mügen/ „versucht und unversucht/ bi Namen mit allen Waldbanen/ als des Römi„schen Reichs Obrister Jägermeister/ und die Folge der Jant/ uf allen Wel„den in derselben Pallantz Graffschafft/ und allen sinen Ummesessenen/ die Vol„ge zeu waten/ uff sinen Höltzern/ Förstem/ Heiden/ und Welden und sonder„lich die Tzolle und Geleite uff flyssenden Wassern/ darnach Welde/ Holtz„Förste/ Heiden und Strücken/ mit Wild/ Zydilwende/ mit Fischerie/ fliessen„den und unbeflossenen Wassern und gemeynlich mit allen Ehren/ Wirden/ „Nutzen/ Freyheiten und ihren zugehörenden/ alß diese Pfallantz-Graffschafft „der Achpare Fürste Friderich seliger je Vatter und ander je Vorfahren/

„den-

norum atque jurium loco antea V. pro more istius ævi sueto, (quo scilicet in defectu pecuniæ adhuc frequentiori Officialibus salaria nondum parata eadem ac numerata exsolvi potuerant) præter mulctas ex jurisdictionis administratione profluentes, terræ quædam immediatæ ipsis ad utendum fruendum assignatæ sunt, quæ tamen neque cum prædiis Palatinis, utpote ad Regium usum destinatæ, & quorum duntaxat curam & inspectionem habebant, neque cum terris Comitum ipsorum hæreditariis (quas quidem, quia ex Illustribus familiis fuerant, pro se amplissimas possidebant) confundi debent. EVERH. OTTO. (m) Cumprimis vero VI. quod hic omnino haud omittendum, imo inter præcipuas ipsorum prærogativas referendum erat, quod inter Immediatos *Ordines Imperii* præcipuos auctoritateque insignes numerati, tantumque non omnes iisdem, quibus reliqui Principes, Privilegiis, maxime personalibus gauderent. Constituebantur quippe ab Imperatore, qui ritu solenni beneficiario hanc ipsis dignitatem, una cum juribus ac regalibus jam pluribus concedebat, cujusve in se imperium illi solum agnoscebant. Quo magis contra omnem historiam impingunt ex recentioribus quidam, dum nostros Comites uti alibi, ita cumprimis in Saxonia, a Ducibus ejus dependisse, eorumque Landsassios vere fuisse, sibi aliisque persuadere conantur, quorum commentis jam satis respondit laud. REINHARD. (n) Interim ipsius prærogativæ illius VII. consequens erat *Jus Comitiorum*, quod Nostris licentiam publicis Imperii Conventibus interesse, potestatemque inter alios Imperii status suffragium in iis ferendi tribuebat, id quod pro certo ipsis vindicat b. SPENERUS. (o) Ubi quidem, quod ad Magnum istum Palatii Comitem attinet, de eo, sive ut primarium adhuc Aulæ Officialem, sive ut Palatii Rhenensis Francicique Præfectum illum consideres, nullum dubium, quo minus semper Imperatori suo sicque etiam in Comitiis præsto fuerit, superesse potest, quemadmodum hodieque voto haud uno, sed quamplurimis, licet ex diversis fontibus, gaudet. conf. TOLNERUS. (p) Cumque de Saxonicis olim non adeo expeditum esset, propter defectum luminum historicorum, ipsum tamen istud hodie satis evictum est & demonstratum Diplomatibus & exemplis, præcipue FRIDERICI I. Comitis Palatini Sommerseburgensis, quem Comitiis Brunsvicensibus, Merseburgensibus & Bardevicensibus interfuisse jam pervidit STRUV. (q) quocum conf. REINHARDUS (r) nec non CASP. HENR. HORNIUS. (s) Quemadmodum quoque de Suevicis nostris sive Tubingensibus id omnino clarissime demonstrari potest, juxta infra plenius docenda. Quibus omnibus tandem VIII. accedit, quod nostrates Palatini omnes in Chartis suis, Diplomatibus ac reliquis Scripturis auspicato illo præfamine *Nos Dei Gratia* usi fuerint; Formula initio magis ad testandam muneris dignitatisve eminentioris impetrationem, piamque hujus

---

„den GOtt Gnade/ van den Heyl. Röm. Reich behalten und erworben ha„ben/ vor unseren Königlichen Gnaden/ und geligen haben ewiglich zu besitzen/ „zu recht fürstlichen Liehen.

(m) Cit. Diss. cap. 3. §. 2. (n) d. l. §. 7. pag. 41.

(o) In Jur. Publ. Part. II. pag. 277. verbis: „daß unsere Pfaltz-Graffen Reichs„Stände gewesen.

(p) Hist. Palat. (q) In Corp. Jur. publ. cap. 21. §. 30. pag. 754.

(r) Dict. Tract. Sect. I. pag. 81. seq.

(s) In Programmat. de Comitib. Palatin. Saxon. §. 23.

agnitionem adhibita, poſtmodumque vero ad denotandam poteſtatem propriam & territorialem uſitari cœpta, de qua ſi placet conf. quæ ſcripſi, multisque auctoritatibus firmavi. (t)

§. LI. Equidem ſunt, qui alia adhuc jura Palatinis noſtris in univerſum, quæ vi dignitatis ſuæ habuerint, quæve pro parte adhuc effectum aliquem in familiis, quibus tandem ceſſerint, prodere debeant, vindicare ac tribuere conantur, veluti dum IX. legentes, quod primariis ipſorum Collegis, Rhenenſi atque Saxonico in controverſiis atque cauſis majoris momenti Cæſarem attingentibus, judicandi poteſtas competierit, eandem quoque reliquis duobus, qui Palatinatus ejusmodi in Provinciis ſuis ad ſe traxerunt, Bavariæ ſcilicet & Würtembergiæ Ducibus etiamnum, ad minimum per veteres Palatinatuum diſtrictus, juxta generale principium LUDEWIGII, (u) quo cum re i. e. terris, Palatinatus conſtituentibus, jura quoque commoda & onera, olim dignitati cohærentia, ad poſſeſſores præcipuos Würtembergicos tranſiiſſe putat, audacter ſatis adſcribunt; Jam enim 1) quod de Saxonico ipſo dicitur, falſum eſt, nec exemplum unquam exerciti ita ab eodem tanta cum auctoritate in Imperatorem judicii ex annalibus oſtendi poteſt, ceu hoc nomine JO. BODINUM, forenſem ac extraneum, confutat REINHARDUS. (x) 2) Status Germaniæ noſtræ dudum ita mutatus, ut Imperatores neque Palatia amplius propria, nedum domaniorum ſive bonorum fiſcalium tantillum, ſeu quicquam in provinciis habeant, quorum nomine peculiaria Judicia Palatina inſtitui queant. Ejusdem farinæ excogitatum 3) commentum eſt, quod, dum laudatiſſimi duo iſti primarii Palatini, Rhenenſis & Saxo NB. qua tales tempore Interregni, & quidem quilibet in terris ſibi adſcriptis, ubi nimirum vel jura Alemannica, ſeu Franconica, vel Saxonica vigent, Vicarios Imperii ordinarios agunt, idem munus, eundemque honorem, adeo non imminutum vel evileſcentem, ut identidem jura ipſius magis adaugeantur ac præter Aureæ Bullæ ſenſum extendantur, ceu in tribus ultimis Capitulationibus non ſine ſtatuum reliquorum diſſenſu factum videtur, etiam Bavarus Würtembergicusque nimium per ſuas terras, & quidem cum exemtione a Vicariatibus iſtis ordinariis, vel ad exemplum Vicariatuum Italicorum, inprimis Sabaudici, per Capitulationem noviſſimam, (y) junct. Illuſtriſſ. literarum Mæcenatis Perill. Excell. Dn. L. B. de MüNCHHAUSEN (z) prætendere poſſint; cum tamen adhuc dubium ſit, nec adeo expeditum, utrum ipſa hæc Vicariatus jura ex Palatii Comitiva, an vero, quod probabilius, aliis ex fontibus repetenda ſint, per egregie obſervata Jll. atque Excell. D. MASCOVII. (a) Nec majoris ponderis eſt 4) quorundam perſuaſio, quod, quia Rhenenſes Palatini ulterius jure ac privilegio Comites, Barones ac Nobiles creandi gaudeant, idem quoque Saxo cum maxime, tumque vero & Bavaricus Würtembergicusque (cuilibet minimum cum effectu per territorium ſuum

(t) In Specim. II. ſive Continuat. Vener. b. Parentis Jurisprud. Princ. Imper. privatæ. §. 9. pag. 33. not. g.

(u) In Diſſ. de Prærogativis Ducatus Würtembergici. cap. 8. not. r.

(x) De Offic. Imperii Saxonicis. Sect. I. pag. 83.

(y) Art. 24. §. 4.

(z) Diſſ. eruditiſſima de Vicariatu Italiæ.

(a) In Jur. Publ. Lib. III. cap. 8. §. 5. ſeqq. & ſ. 10.

suum valituro) exercere valeant. Cum tamen ipsi Rhenenses prærogativam illam non tam qua Palatini, quam ex peculiari Cæsarum privilegio vel indulgentia magis tacitaque concessione habeant, ceu ipsimet Scriptores rerum nostrorum Comitum Palatinorum præcipui negare haud valent; inter quos primo loco vid. FREHERUS (b) THULEMARIUS, (c) GIOVANI, (d) SCHWEDERUS, (e) cum LIMNÆO, (f) PFEFFINGERO, (g) aliisque. Sic porro 5) æque fallum est, originem, progressum ac fundamenta alterius famosi juris *de non avocando* subditos extra provinciam exinde deducere ac repetere velle, quod Imperatores, dum Imperium ejusque Provincias olim toties juris dicundi causa circuire oportuerit, jam præcipuis illarum Palatinos Comites dederint, qui nomine Regum justitiam intra Provinciam exercuerint, neminique potestatem extra eam vel eundi vel quenquam evocandi alteri concesserint, cum LUDEWIGIO, (h) & hic pro more ingenio nimium indulgente, cujus argutias atque conjecturas propriis ipsiusmet verbis legisse, haud pœniteat; ita enim ille. (i) Verum enim vero

Rr 3 quem-

(b) Ad PETR. de ANDLO. Tit. 2. cap. 10.

(c) De Octoviratu. cap. 18. §. 35.

(d) In Germ. Princip. Lib. V. cap. 4. §. 13. cum Illustratore suo, adhuc mihi aliisque incognito Dn. FINSTERWALDERO. Tom. II.

(e) Diss. de Sereniss. Comit. Palatinor. Rheni singular. Jurib. & Prærogativ. §. 28.

(f) Jur. Publ. Lib. III. cap. 9. §. 82.

(g) Tom. III. Lib. III. Tit. 11. p. 918. (h) Dict. Diss. pag. 95.

(i) Ead. Diss. pag. 72. postquam Carolingicos Cæsares ad exemplum Imperatorum Romanorum causas ab judiciis inferioribus frequenter avocasse, idque jus in Germania quaqua versum sibi arrogasse, imo ulterius progressos esse docuit, dum nonsolum sibi id tribuerint, ut ipsi avocarent evocarentque causas & partes, sed etiam Missis i. e. Judicibus subdelegatis hoc dederint, ut in Jure dicundo cum Magistratibus Ordinariis concurrerent &c.&c. tandem quærere pergit: „Quid vero tempore post Carolingico ab A. 913. „Germanicorum Imperatorum? & fateor respondet, ipsos etiam Ottones „idem institutum sibi proposuisse. Nam hoc fine singulis provinciis ob„trusere Comites Palatinos, id est, viros qui instructi essent ad jus dicen„dum, juxta Magistratus ordinarios & dominos territorii. Verum grave „fuit Archiprincipibus (fictitiis scilicet suis Bavariæ, Sueviæ, Saxoniæ, Vandaliæ, Lotharingiæ &c. Ducibus, jam omni superioritate territoriali juxta ipsius reliquam opinionem instructis) tolerare in suo tractu Cæsareos „Judices & Tribunalia Palatina. Atque hæc causa est, quare neque Van„daliæ, neque Bohemiæ Provinciis, (sed quæ non historiarum contorsio & fallacia causæ non causæ?) assignati Provinciales Palatini. Harum enim „Domini omni ratione id egerunt, ut ejus generis Palatinos declinarent, „ne Cæsareis Officialibus jus esset, subditos & incolas abstrahendi a Tri„bunalibus Provincialibus, causasque eorundem sibi vindicandi, siquidem „ita visum esset actori; Ubi porro subjungit: „Cæterum cum Palatini „ejus generis uni tantum Provinciæ dati essent adscriptique, ideoque ne„que his obesse videbatur sive lex sive privilegium, de partibus non evo„candis. Quoniam Palatina Provinciæ Tribunalia videbantur aperta esse „intra limites Provinciæ, non extra eandem. Inde factum, addit, ut in „privilegiis adversus evocationes (deinceps scilicet tamen ab Imperatoribus „impetrandis) verbatim etiam hæc haberetur formula: ut subditi acquies„cerent non solum sententiis, latis in Curia Domini Territorialis, sed

etiam

quemadmodum de ista LUDEWIGII dissertatione pro certo hic ac anecdoto notandum, quod ex ore b. Parentis audivisse me memini, eandem, utut externe in gloriam ac honorem Potentissimæ Domus Würtembergicæ scripta videatur, tamen Aulæ nunquam placuisse, neque JCtos Würtembergicos, cum tot tantaque in ea legantur paradoxa, pro nostra agnoscere, præsertim postquam Autor extraditionem Manuscripti ante impressionem abs Administris nostris Illustrissimis ad perlustrationem & correcturam tantopere petitam denegasset, quo facto deinceps tota defensio ipsi tanquam privato, prævia protestatione nostra, relicta fuit; Quemadmodum, inquam, res ita cum scripto isto LUDEWIGIANO ex vero sese habet, ita dictum famosum de non *evocando jus* longe facilius certiusque ex postliminio attentata quidem, sed jam ex parte Statuum acriter contradicta Imperatoris Judiciorumque Imperii summorum veteri potestate deduci potest, ceu & ordine naturali historiæque conformiter hoc egere, adhuc ex antiquis unus, cujus memoriam conservari æquum est, JCtus Giessensis insignis CHRIST. KALTIUS (*k*) & ex recentioribus DIET. HERM. KEMMERICH (*l*) tum vero & inprimis Per-Illustr. Dn. BAR. DE SENCKENBERG, (*m*) junct. b. Dn. JO. HENR. FELZIO. (*n*)

§. LII. Ita vero ad nostros tandem Comites Sueviæ Provinciales, Compatriotas Tubingenses, inoffenso pede ulteriori redimus, atque hæc hactenus late satis de statu reliquorum hujusmodi Comitum veteri edisseruimus, ea applicative penes Nostrates omnia quoque obtinuisse, brevibus adhuc docebimus. Antequam vero id fiat, duo præcipua adhuc dubia ac obstacula, eademque maximi momenti removeri necesse erit. Quorum primum novum idemque prorsus inexpectato obmotum Tubingensibus nostris Comitibus plane quæstionem status affricat, & an iidem ad Sueviæ Palatinatum unquam adhibiti fuerint? dubitat, ita ut, licet iidem Palatini dicti, tamen incertum putent, utrum & re vera Officium Comitis Palatini per Sueviam exercuerint, an vero dignitatis saltem causa titulum gesserint? ad exemplum plurium aliorum istius ævi Comi-

---

„etiam nullibi respondere tenerentur alias: Sollten vor keinem andern als „ihrem Landes-Herrn Recht zu nehmen schuldig seyn/ und von allen fremden „Gerichten in und ausserhalb Landes-Befreyung haben; (cujusve tenoris etiam nostrum est Würtembergicum solenne d. An. 1495. specialissime illustratum tum a LUDEWIGIO ipsa hac Diss. p. 78. seq. tum vero & à B. Consiliario Regiminis Dn. MARTINO BURCKARDO in dem Kleeblatt dreyer Würtembergischer Privilegien/ Exc. Dn. MOSERO item, aliisque) post quæ tandem concludit: „Cum privilegiis ejusmodi plurimi sese munivissent adversus Jurisdictionem Provincialium Palatinorum, eorum au„toritatem sensim eviluisse, mox etiam prorsus expirasse; hocque rerum „statu nihil porro in evocationibus timere potuisse a Palatinis Dominos „Territoriales; Ita LUDEWIGIUS hypothesin suam connectit.

(*k*) Schediasm. An & quatenus subditi mediati foro ordinario sui Magistratus renunciare &c. &c. ap. Per-Illust. Dn. BAR. DE SENCKENBERG in Meditat. Jur. & Historiar. Vol. I. Fascic. I. pag. 166. seqq.

(*l*) Diss. de jur. de non evocando Electorum &c. &c.

(*m*) Tam in Diss. prælimin. ad nov. edit. ZANGERI de Exceptionibus Tom. I. Cap. 4. num. 2. quam in pecul. diss. adject. Tom. II. ibid. sub tit. de Exceptione Jur. Germanici qua Evocationes.

(*n*) Diss. de Privil. Dom. Austr. illustr. Cap. 5. §. 6. seqq.

Comitum, qui, vel ut nobiliores reliquis habetentur, vel ut ipsi Palatium adcundi jure gauderent, vel ut de Palatio Regis censerentur, quibuscum aliquid Analogi videntur habere hodierni Comites Palatini. (o) eodem usi sunt? Agere hoc haud veriti recentiores quidam Scriptores præsertim Saxonici, qui rebus nostris, quod præfiscini dixerim, quandoque nescio quam ob causam invidere solent; Et quam vellem ac optarem, ut ne Illustris Dn. MASCOVIUS (p) ipsemet in hac persausione præcipuus esset, cujus merita cæteroquin tantopere colo, intimamque simul cum vener. dum viveret Patre meo amicitiam profunda pietate prosequor: qui tamen pro mitanda animi æquitate sua, sicubi in causa hac qualicunque patriæ meæ ab ipso dissensetim, ægrius haud feret. Et vero 1) uti Comites Palatinos Tubingenses in universum, in tanta diplomatum & documentorum copia negare velle, esset diem inficiari; Ita nimis crude ac nude, sineque ulla ne in speciem quidem allata ratione, adeoque auctoritative ponitur, eosdem minime Palatinatus Suevici officio, munere ac dignitate gavisos fuisse, neque quicquam ejus exercuisse; Cum tamen 2) pro nobis stent tot unanimes Sctiptorum commemorationes, ipsarumque veterum nostrarum legum compilationes, supra jam §. 41. sollicite adductæ, clare satis docentes, quatuor potissimum Palatia seu fora Juridica per præcipuas Germaniæ Provincias, interque has nominatim quoque pet Sueviam ab Imperatoribus constituta fuisse, hisque Præfectos Comites certos, provinciales dictos Palatinos, qui præter id, quod curam palatii habuerint, Fiscumque Regis administrarint, cumprimis loco Imperatotis causas ad hujus judicium delatas, exceptis majoribus & reservatis, ad parcendum subditorum sumtibus, dijudicarent. Quemadmodum vero dubium non est, neque a quoquam rerum nostrarum Germaniæ vel parum gnaro negari potest, Saxones hujusmodi Comites non nomine saltem, sed te ipsa fuisse Palatinos Comites, æque ac Bavatos, nec non Rhenenses postmodum cum his conjunctos Francos; Ita illud Suevicis nostris Tubingensibus, absque ratione apposita, denegare velle, sane nimis grave foret. 3) Provocamus ad Chartas ac Diplomata, magno jam numero superius a nobis adducta, quibusque complura facile superaddi possent, in quibus Comitum Palatinorum Tubingensium toties fit mentio, quoties fere reliquorum trium Comitum Palatinorum Germaniæ Provincialium; ubi quidem, uti v. g. Saxones non permittent, ut suos Palatinos dignitatis tantum titulum habuisse, non vero re vera officio quoque defunctos fuisse, affirmemus; sic idem juris etiam nostris statuere, æquum fuerit. 4) Sic hic noster Palatinatus Tubingensis Sueviæ non fuit veri officii nomen, sed dignitatis tantum titulus, faciant nobis hanc gratiam Dn. Dissentientes, atque ex monumentis fide dignis, Scriptoribus, Chartis, Epitaphiis &c. nobis sistant Comites Sueviæ Palatinos alios, quam nostros, quales quidem nos hactenus deptehendere non potuimus. 5) Cum hactenus cum talibus adversariis pugnemus, qui nulla ratione ulteriori addita, nec quoque ulla deinceps forsan tam facile repetiunda, aliquid peculiate asserere volunt, ulterius arguere licet, non tantum probabile non esse, reliquas Germaniæ Provincias præcipuas, Saxoniam, Bavariam, Franconiam veti nominis Comites Palatinos habuisse, solamque Sueviam non habuisse; sed & contrarium experientiam docere historicam, quæ alias apud Philosophos saniores, neque saltem apparenter tales, inter demonstrandi principia primas tenet. Ad quam experientiam provocat

(o) Splendet hac dignitate & quidem solus in hac Academia Magnificus atque Reverendissimus Dn. Cancellarius D. Pfaffius, Patris loco observantissime colendus ac Venerandus.

(p) In Princip. Jur. Publ. cap. 5. §. 37. junct. præced. §. 33.

vocat quoque supra sæpissime laud. Dn. EVERH. OTTO. (*q*) Verum enim vero ut 6) nullum prorsus dubium circa veram non solum Comitiam ejusmodi Palatinam Suevicam, sed & potissimum circa existentiam atque actuale officii hujus, dignitatisque Tubingensi competentis exercitium supersit, facit, insimulque totam litem conficit, Diploma quantivis pretii, quo LUDOVICUS IV. Imperator Viris Nobilibus GODOFREDO & WILHELMO hæc Jura Palatinatus diserte confirmavit, & quo sane testimonio publico quid clarius esse possit? non videmus. Conservavit nobis istud monumentum cimeliumque, nunquam sine honoris pietatisque præfamine nominandus Vir Per-Illust. Dn. BAR. de SENCKENBERG. (*r*) Atque hæc de primo contra Comites nostros Palatinos Tubingenses, eorumque existentiam prorsus obmoto, feliciter tamen remoto, insultu. Alterum præjudiciale dubium jam ante 40. annos & quod excurrit, exseruit LUD. PETR. GIOVANI (*s*) dum pro libertate sentiendi, atque quic-

(*q*) In Diss. de Comitib. Palatin. cap. 3. §. 2. notanter „*præter hos quatuor Co„mites Palatinos* (Saxonicum scilicet, Bavaricum, Suevicum & Franconicum) „nulli, scribit, immediati reperiuntur, & quotquot *alii Comites honoris causa* „*Palatini* dicti, (qualem tamen Tubingensem nostrum invita omni historia effingere voluerint quidam) Duci vel Marchioni Provinciæ obsequium de„buere. Qui idem Autor doctissimus, ut æquiorem se nobis præberet, omittere nequivit, quin ipsummet quoque Celeberr. Dn. MASCOVIUM modeste ac tribus notaret verbis seqq. „Cl. inquiens, MASCOVIUS (loco „citato) in dubium vocavit, Officiumne Comitis Palatini revera gesserint, „(Tubingenses) an vero dignitatis titulum, sicut alii Comites simplices „tenuerint? At vero (respondet) habuit Alemannia pariter ac Saxonia „leges suas proprias, & ratio speculatorum Saxonici & Suevici in eam qua„drat, quod hæc terra olim fuerit Regnum.

(*r*) In Select. Jur. & Historiar. Tom. II. pag. 236. seq. meretur illud totum huc apponi: „Wir Ludwig von GOttes Gnaden Römischer Kayser/ zu allen Zei„ten Mehrer des Reichs / berichten offentlich ann diesem Brieff / und thun „kund allen denen / die in ansehen oder hören lesen/ daß Wir durch besonder „Gnad und Gunst/ so Wir haben zu den Edlen Mannen/ Götzen und Wil„helmen/ Pfaltzgraffen zu Tübingen/ unsern lieben getrewen/ bestettiget haben/ „und bestettigen auch mit diesem gegenwärtigen Brieff/ alle die Freyungen/ „Recht/ Ehre/ Nutz/ alt und gut Gewohnheit/ die sye vonn unnseren Vor„fahren / Kayseren und Königen / und ihre Vorfahrer gehabt haben / und „auch noch han / und durch Recht haben sollen / Inn all ihren Staaten und „Güettern / die durch Recht und von alter zu NB. ihrer Pfaltzgraffschafft ge„hören sollen/ und sonderlich der vorgenannten Statt zu Tübingen/ vonn unn„serm Kayserlichen Gewaldt/ und wöllen/ das sy niemand daran hindere noch „irre / in keinem Weegen. Und darüber zu ainem Urckund geben Wir In „diesem Brieff/ mitt unserem Kayserlichen Innsiegel versiegelt / der geben ist „zu Nürnberg/ da man zalt von Christi Geburt/ dreyzehenhundert Jar/ dar„nach Inn dem Ein und dreyßigsten Jar/ an dem Oster-Abend; Inn dem „Siebenzehenden Jar unseres Reichs / und inn dem vierdten des Kayser„thumbs.

(*s*) in German. Principe. Lib. V. cap. 1. §. 3. pag. 5. junct. seq. pag. 7. Cujus verba, quia mentem optime exprimunt, huc dedisse juvabit. „Et vero „habuit olim, inquit, Imperator in Aula Judicem, cujus opera in jure di„cundo utebatur, Hunc & Aulam sequi & personam Cæsaris oportuerat, „nisi forte absentis etiam vices agendi jussus fuisset. Ast vero auctis in „Imperio causis litigiosis singulis Ducatibus singulos etiam Palatinos de„dere Imperatores: partim, ut illi res minoris momenti nomine & aucto„ritate Cæsaris expedirent; partim, ut majores causas ad Imperatorem mox

per

quicquid speciem aliquam habebat, scribendi inque publicum divulgandi, more consueto, ipsum quidem institutum cum Palatinis istis Provincialibus in generalitate sua recte & historiæ conformiter tradit, sed optimis nostris Tubingensibus Comitibus pariter impravisam status quæstionem movit, non modo per hic subjuncta in nota, sed & dum *Sueviæ Palatinos* nunc *Altorfenses*, nunc *Tubingenses*; iterumque *Habsburgicos*, mox vero *Alsatiæ* Comites, ipsoque eo dignitatem illam non *uni loco* affixam fuisse, neque sedem adeo certam, quam habuerint Palatini, definiri posse, contendit. Quod quidem in summum Tubingensium nostrorum rursus præjudicium ac extenuationem vergeret, nisi merum LUDEWIGII traditum & assertum foret, quod ne minimo quidem colore vel argumento probavit, neque hactenus ex asseclis ejus quisquam probare ausus fuit. Quin potius, quoadusque in Historia Comites Sueviæ Palatini occurrunt (quod tamen sat cito fieri supra evictum fuit) nulli alii præter Tubingenses, qui officio isto revera defuncti fuerint, memorati reperiuntur. Tam etsi, quod vicissim bona fide agnoscere oportet, Palatinatus hic magis circa Sueviam superiorem, terrasque ad Lacum Bodamicum vergentes occupatus fuerit, ceu ubi bona Cæsarum Domanialia omnium longissime conservata, nec nisi extinctis Ducibus Sueviæ, ad alios, veluti Austriacos, Furstenbergios &c. nec non Civitates Imperii pervenerunt, de quo nonnulla quidem tetigit, sed non plenius exposuit Generosus Dn. de BALBACH. (*t*) Mirum omnino est, Doctissimum Dominum de LUDEWIG, & ipsummet quidem Suevum, discrimen, quod inter judicia Altorfinum sive Habsburgicum & Sueviæ Palatinatum Tubingensem intercedit, non observasse, sed hæc inter se confudisse. Lippis enim & tonsoribus apud nos notum est, quod judicium Altorfinum aliud non sit quam Weingartense, CRUSIUS (*u*) hodieque durans, sed censuræ Imperii & Circuli Suevici cum Rothvvilensi obnoxium, Capit. Noviss. (*x*) quod utpote habitum ad pagum Altdorff, etiam Altorfinum itemque Austriacum audit. Nunquam autem hoc, & reliqua Judicia Provincialia hodierna Suevica fuerunt Comitatus Palatini, neque unquam hoc nomine veniunt. Quanquam negandum forte non sit, hæc judicia, ex quo magna pars Sueviæ Augustissimæ Domui Austriacæ, eidemque ex illo tempore Cæsareæ cessit, Comitatum nostrum Palatinum Tubingensem obscurasse & suffocasse, vid. LIMNÆUS (*y*) nec non BESOLDUS. (*z*) Accedit, Comites Wirtembergicos tum temporis Præfectos Sueviæ (uti se adhuc An. 1392. EBERHARDUS Contentiosus Præsidem in Suevorum partibus ad BENEDICTUM IX. scribit) atque adeo ejusdem muneris & dignitatis ac Palatinos fuisse neque hoc titulo & officio opus habuisse. Quæ magis adhuc confir-

„per literas aut nuncio perferrent; partim demum ut Palatia, quæ Cæsar „in omnibus Germaniæ Ducatibus habuerat, curarent.„ Hactenus omnia bene, nervose vereque dicta! „Verum quando pergit, eam muneris ratio„nem fuisse, quæ virum *Jurium Germaniæ peritum* voluerit, adeoque succes„sionem hæreditariam non permiserit; nec hic in generalitate, & sicubi initium quorundam eorum spectes aberrat, per ea quæ supra jam §. 48. concessimus ipsi.

(*t*) in Diss. Altorfi sub Præsidio Excell. Dn. Prof. KOELERI habita, de Ducatu Alemanniæ §§. ultim.

(*u*) Ann. Suev. P. I. Lib. XII. C. 10. p. 337. P. 2. p. 26. 31. 303. 358.

(*x*) Art. 18. §. 8. p. 88. (*y*) Jure Publ. Lib. VI. C. 3. n. 56.

(*z*) Thes. Pract. pag. 496. seq.

confirmantur ipsa Viri Celeberrimi LUDEWIGII tractatione de Sueviæ Tribunali S. R. J. Austriaco **dem Kayserlichen Landgericht**/ (quod vel Geographice in fronte descripsit) in Quadrurbe, ubi bene ait: Uti non memini vestigii alicujus Landvogtiæ Imperialis, **des Kayserlichen Landgerichts** sub Sueviæ Ducibus, quibus Comites paruerunt, cumque iis etiam provinciæ illius judicia omnia, ita extincto Ducatu, Judicii Imperialis in hac Provincia fit mentio passim, idque ex documentis Würtembergicis comprobat, (*a*) quam ætatem huic Judicio etiam assignat ex iisdem documentis HERTIUS. (*b*) Jam vero Comitatum Palatinum Tubingensem, eundemque hæreditarium, immobilem & perpetuum non uno ante extinctum Ducatum Sueviæ extitisse Seculo, adeoque cum Judicio Altorfino non posse eundem esse, dedimus evictum in superioribus.

§. LIII. Hisce vero partim feliciter remotis, partimque præstructis pro viribus vindicatis, jam ulterius facile est ad demonstrandum, Tubingenses nostros Comites, quemadmodum officium ipsorum satis splendidum fuerat, ac iisdem Capitibus ac momentis, de quibus lare supra §. 46. & 47. actum fuit, absolvebatur; ita quoque eandem ipsos dignationem, easdemque prærogativas jura & privilegia cum reliquis Comitibus Palatinis Provinciarum Germaniæ habuisse, inque possessione istorum jurium, privilegiorum ac regalium, a Regibus Imperatoribusque concessorum, & *ab antiquo ad eorum* Palatinatum pertinentium, ceu graphice loquitur charta Imperatoris LUDOVICIANA ad §. præced. producta, deinceps permansisse, adeoque non nomen tantum & dignitatem Comitum Palatinorum gessisse, sed ipsummet actualem Palatinatum **eine würckliche Pfallentzgraveschafft**/ ad administrandum accepisse; Atque inter illa quidem Tubingenses quoque nostros Palatinos 1) id cum aliis præcipuum habuisse, quod per Sueviam si non totam, tamen potiorem ejus districtum, Palatinatui adscriptum Imperatoris nomine justitiam potestatemque judiciariam, juxta formulam ipsis præscriptam administrarint, tuto credere licebit; neque hic nobis obverti potest, nullam tamen hujus judicii a Comitibus Palatinis Tubingensibus in causis eo pertinentibus exerciti exemplum prostare, nedum seriem quandam actuum produci hactenus valuisse; Etenim, a) quod non male observat LUDEWIG. d. l. isto ævo non omnia ita sollicite conscribi suevernnt, b) autem argumentum istud nimium probat. Sic namque pariter deficiunt exempla judicatorum a Comitibus Palatinis Saxonicis & Bojoaricis, neque vera neque actus ejusmodi solennes ex parte ipsorum exerciti ullibi cum circumstantiis recensiti leguntur; An exinde sequitur, quod nec hæc Judicia Palatina fuerint? Et quamvis Aurea Bulla tanquam Lex Imperii fundamentalis actualem ejusmodi eandemque constanter ab antiquo exercitam jurisdictionem etiam in Imperatorem quodammodo ipsum testetur, neque reliquorum Comitatuum Palatinorum, Saxonici, Bojoarici & Suevici disertam mentionem injiciat, non tamen hisce etiam antiqua jura sua & privilegia adimit. Et notissimum est, argumentum negativum non valere, neque sequi, ea facta non esse, quæ non sunt scripta, cum præsertim, quod mox antea monitum, antiquissimis illis temporibus paucissima in literas fuerint relata. Sufficit rei ipsi contradici haud posse. Æque minus dubii 2) habet, quod & nostri Tubingenses Palatini *immediati* fuerint, nec præter Deum Superiorem alium atque Cæsa-

(*a*) Tract. cit. pag. 59. seqq.

(*b*) de Consultat Leg. & Judiciis in Special. R. G. I. Rebus publicis. pag. 443. seqq. quocum conf. HEINECCII Elem. Jur. Germ. Lib. III. Tit. I. §. 44. pag. 395. seq.

Cæsarem & Imperium agnoverint. Et quanquam historia doceat, non unius autoritatis fuisse Comites Palatinos, plusque valuisse, qui in ipso Cæsaris erant Palatio, quam qui missi fuerunt in Provincias, neque adeo Comitem Palatinum Tubingensem primi ordinis unum fuisse affirmemus; Attamen inter immediatos Regni Officiales eosdemque haud infimos eum locum obtinuisse, nisi per se notum esset, vel ex eo satis pateret, quod Imperatoris nomine jus dicendi facultatem in Suevia administrarint, curam Fisci Regii habuerint, &c. omniaque peregerint, quæ a nemine alio, nisi a Cæsari & Imperio immediate subjecto, suscipi ac curari poterant. 3) Sat cito & nostros Tubingenses Palatinos hæreditario jure istud suum Officium indeque pendentem dignitatem jura & privilegia possidenda accepisse, ex eo probatur, quod partim nullius familiæ alterius, cui Palatinatus iste concreditus fuerit, mentio in historia fiat, partim vero, & vel maxime ex divisionibus terrarum, ad Palatinatum istum spectantium, quas inter se nostri inierunt Comites, frequentioribus, ita tamen, ut qui Tubingæ, ceu in sede primaria degerunt, ibique permanserunt, præcipuorum semper loco habiti, & quod 4) supra indicatum, investituram, uti supra Palantiam ipsam, ita quoque de Regalibus juribus ac privilegiis sensim eidem acquisitis, iisdemque (teste notabili isto Diplomate Cæsareo LUDOVICIANO) momentosis, petere adstricti fuerint. Pariter ac 5) minime dubitandum, quo minus ad exemplum aliorum Comitum Palatinorum sibi similium, imo ad exemplum quorumvis aliorum istius ævi Regni & Imperii Officialium initio salarii loco præter mulctas, ordinaria illa jurisdictionis compendia, certas quasdam terrarum immediatarum particulas ad utendum, fruendum, statumque suum conservandum acceperint. 6) vero omnium maxime certum ac expeditum est (imo longe certius ac quoad reliquos Saxoniæ, Bojoariæ & Franconiæ Palatinos demonstrari potest) Tubingensium nostrorum Comitum Jus *Ordinum Imperii immediatorum*, indeque 7) *pendens* Jus *Comitiale*. Et vero cum iidem partim qua Palatini Comites jam per se ad Aulam & Palatium Imperatoris spectarint, partim inter Cæsaris Officiales ac Ministros referrentur, facile ad comprehendendum, qui & ad Comitia ac Conventus Imperii, sicque ad suffragium pro salute Imperii cum aliis Statibus Imperii immediatis ferendum admissi fuerint. Factum id non solum in Comitiis ac Curiis Seculo XII. XIII. & XIV. præsertim in Suevia nostra celebratis, ubi quantum ex levidensibus adhuc atque confusis, minimeque perfectis Comitiorum istorum historiis ac descriptionibus patet, identidem quoque nostrorum mentio fit, & quidem cumprimis ubi in ipsis istis Conventibus publicis Concessiones, Chartæ vel Diplomata subscribenda fuerant, nomina ipsorum frequenter reperiuntur; sed & postea, quam Diætæ nostri Imperii magis ordinate fieri, ac ad hodiernam formam redigi cœperunt, serie fere haud interrupta ad recentiora usque Seculi præteriti tempora inter Comites in Recessibus Imperii occurrunt, testantibus ipsorum subscriptionibus publice prostantibus. Et quamvis ex quo Tubingam suam, ceu sedem Palatinatus sui præcipuam jam An. 1342. Comitibus vicinis Würtembergicis vendiderant, sensim titulo Palatinorum sponte abstrahentes, sese simpliciter Comites Tubingenses scripsere, tamen de ipsorum Jure Status aliquoties quæsitum fuit disceptatumque, præcipue quoad bona, quæ ad ultimum in Suevia superiore & Alsatia reliqua conservarunt. Ubi quidem oppido notandum, quod sub FERDINANDO I. Rege desuper actum fuit, cujus circumstantias alienis potius Illustris scilicet Dn. MOSERI (c) quam meis verbis referre placuit.

 Qui-

(c) In dem teutschen Staats-Recht Tom. 38. pag. 169. junct. Tom. 27. p. 31. ita vero ibid. „Anno 1548. erklärte sich König FERDINAND I, gegen dem „Reich

Quibus adde, quæ de fatali interitu Familiæ, tam illustris olim, tamque potentis ac opulentæ An. 1631. in persona GEORGII EBERHARDI sequuto, deque successionis lite super Dynastia ejus, atque bonis in Liechteneck, Umkirch, Limburg, und der Vogtey Schalingen inter CAROLUM SALMENSEM, & FRIDERICUM LUDOVICUM LOEWENSTEINIUM Comites exorta habent JO. FRID. LUCA. (d) JAC. GUIL. IMHOFF (e) itemque PFEFFINGER. (f) Denique vero & 8) illud peculiaris auctoritatis potestatis ac prærogativæ haud mediocris signum & indicium in Tubingensibus nostris Comitibus observatur, quod scriptis suis literis, Chartis ac Diplomatibus formulam nonnisi Principibus aliisque ipsis similibus Dynastiis hæreditariis solennem: Von GOttes Gnaden ꝛc. absque ulla ullius contradictione præmittere, eoque ipso sese præ aliis Comitibus minoris dignationis exhibere potuerint. Cujus exempla

---

„Reich: Gleicher Weiß wollten Ihro Königl. Majestät die Graffen von Tü„bingen mit ihren Personen und Gütern/ so sie ohne Mittel im Reich haben/ „bleiben lassen/ also / daß sie ihren Graffenstand und Güter / so sie ausserhalb „Ihrer Königlichen Majestät Landen haben/ dem Reich gleichwohl selbst ver„steuren mögen: was aber dieselbe Graffen für eigene und Pfandgüter in der „Königlichen Majestät Landen liegen hätten/ damit sollen sie/ wie andere aus„ländische/ so Güter in der Königlichen Majestät Landen haben/ alt ersessener „Freyheit/ Gebräuchen und Herkommen nach gehalten werden/ und sich deren „billig gar nicht zu beschweren haben.„ Quæ deinceps declaratio publica sanctione in Recessibus Imperii de dict. An. 1548. confirmata fuit, formalibus hisce: „Auch der Graffen von Tübingen halben haben gemeine Stände „unsers freundlich lieben Bruders (FERDINANDI I.) Bericht und Außfüh„rung/ daß sie als Graffen des Reichs ihrer Güter halben / so sie ohne Mit„tel im Reich haben/ gleichwohl in den Reichs Anschlag gezogen werden mö„gen; Aber der Pfandschafft/ auch eigenen und Lehengüter halben/ so sie von „Sr. Liebden und in derselben Oesterreichischen Erblanden haben/ vom Reich „billig unbelegt bleiben sollen/ zu gutem Begnügen angenommen.„ post quæ solenniter acta & decisa laud. Dn. MOSER non solum ulterius indicat: „was gestalten hierauff solches beyde Theile/ sowohl Oesterreich / als der „Schwäbische Crayß vor sich angeführet/ und der letztere die Graffen biß An. „1571. in seiner Matricul behalten habe;„ sed & ex GEIZIGKHOFLERO suo ejusque Relatione ad Imperium dato de An. 1602. ostendit: „wie die „Graffen von Tübingen noch in An. 1571. auff 1. zu Roß und 1. zu Fuß be„leget worden; Imo, wie sich im Nachsuchen bey den alten Reichs-Zahl- und „Anschlags-Registern so viel gefunden/ daß die Graffen von Tübingen etliche „mahl zu des Reichs gefreyten/ und ungefreyten Hülffen contribuiret/ und „sonderlich zu der Niederländischen eylenden Hülffe An. 1489. zu Franckfurth „bewilliget 16. fl. Dergleichen zu der dreyjährigen Unterhaltung Regiments„und Cammer-Gerichts Anno 29. bewilliget/ ihre Gebühr erlegt haben/ und „dahero das heyl. Reich gegen wohlermeldten Graffen im Innhaben und Be„sitz seye/ die Reichs-Steuren zu erfordern;„ cum addito: „Wie dergleichen „des Schwäbischen Crayses Außschreibende Fürsten in Anno 1558. an das „Kayserl. Cammer-Gericht den Bericht gethan/ daß sie bey ihren Ständen „und ihren selbst Protocollen und Verzeichnüssen/ auch NB. aus der Reichs„Matricul befunden/ die Graffen zu Tübingen/ wie obgemeldt auff 1. zu Roß „und 1. zu Fuß je und allweg belegt/ solche Anlag auch von ihnen erfordert/ „und derselbe Crayß dessen in possessione seye/ auch solches anders nicht bey „der Mayntzischen Cantzley zu finden seyn werde. Hæcce celeberr. Dn. MOSERUS.

(d) In dem Fürsten-Saal pag. 192. seqq.

(e) In Notitia Procerum Imperii Germanici. edit. novior. pag. 609.

(f) ad VITRIAR. Tom. I. pag. 938.

pla magno numero proſtant, & ex quibus vel unicum ſaltem, idemque tamen momentoſum RUDOLPHI Comitis Palat. Tubing. de An. 1101. cujus & ſupra jam mentio facta, allegaſſe ſufficiat.

§. LIV. Equidem non deeſſe audaciores quosdam, qui uti poſthabita tantum non omni rerum noſtrarum Germanicarum mutatione, ſibi ſemper peculiaria ſtatus Jurisque publici Syſtemata ex ſera ſæpius antiquitate fingunt, ita quoque veterum noſtrorum Comitum Palatinorum, qui tamen ante tot ſecula deſierunt, jura hodienum extollere, modernisque ad Palatinatus iſtos olim ſpectantium terrarnm, bonorum, Regalium &c. poſſeſſoribus tribuere laborent, ſupra jam §. 49. indicatum, ſed & ſerio ſimul confutatum fuit in genere, quod omne facile quoque ad noſtros Tubingenſes Comites applicari poteſt. Jam enim quoad hos in ſpecie rurſus doctrina LUDEWIGII nimium excedit, dum rotunde: non video, inquit, qui Palatinatus Sueviæ jura, Sereniſſimæ Domui Würtembergicæ in dubium poſſint vocari, (g) ubi cumprimis urget exemplum ſatis celebratum quæſiti ante aliquot annos a Saxonibus Palatinatus ſui Alſtadienſis nomine ac cauſa novi in Comitiis ſuffragii, cæterorumque dignitati huic olim acceſſoriorum, atque inter hæc in not. ſubjunct. 5. jus nobilitandi in toga ſagoque, tum & famæ reſtituendi, publicæque fidei documentis inſtruendi, ac plura alia, nomine Auguſtiſſimi Cæſaris opera Palatinorum Comitum olim peracta, referre haud hæſitavit. Quæ omnia adeo ex ipſius ſententia eodem conſecutionis filo prætendere queant Duces Würtembergici, eaque ſine ulla præſcriptionis formidine, utpote cum eam jura non permittant in rebus ac caſibus, quorum exercitia ſunt in mero arbitratu: licet titulus ipſe quam diutiſſime non fuerit adhibitus, veluti de Saxonicis æque ac Würtembergiæ Ducibus conſtat, quod nomen Palatinorum depoſuerint, non tamen adpoſuerint jura eidem cohærentia. Quod ſi vero quis ex ejusmodi omiſſione tituli renunciationem dignitatis hujus vel illius, juriumque ei annexorum colligere velit, næ ille valde a vero aberret? verba ſunt in ſimili materia CASP. HENR. HORNII (h) quo cum conf. qui argumentum hoc ex inſtituto pertractat b. GRIBNERUS. (i) Quamvis quod ad poſteriores Würtembergicos attinet, licet hi arcem ipſam ac ſedem Palatinatus Tubingenſem pretio redimerint, tamen titulo hoc, ſi vel maxime voluiſſent, uti ſemper prohibiti, quia per tantum adhuc annorum decurſum linea Comitum reliqua fuerat, donec priori Seculo demum exaruit. Aſt vero quemadmodum Sereniſſima Potentiſſimaque Domus Würtembergica hisce aliisque hujuscemodi farinæ argutiolis inanibusque prærogativis ac prætenſionibus minime delectari ſueta, nec ad Aulæ palatum unquam fuere tales adulatores: Ita quoque Conſilia iſta LUDEWIGIANA mox reprobata hactenus omni effectu deſtituta, neque eorum executio ulli unquam Miniſtro in mentem pervenit. Cum ſatius omnino judicatum fuerit, poſſeſſione omnium plerorumque ſatis opimorum abs Comitibus iſtis veteribus juſtiſſime acquiſitorum bonorum juriumque quiete, inque bona pace uti frui, quam profundiſſimo illi Prætenſionum minime fundatarum pelago ſeſe committere. Quo bene obſervato præque oculis habito Reipublicæ ſcopo hactenus Würtembergia ad invidiam usque effloruit, ac in poſterum quoque ulterius efflorescet.

(g) Dict. diſſ. de Prærog. Dom. Würtemb. pag. 9. ſeq.

(h) Schediaſ. de Comitib. Palatin. Sax. pag. 27.

(i) Diſſ. de Jur. Suffrag. Principum Imp. uſu intermiſſo non pereunte.

DISSERTATIO XVIII.

DE CONRADINO

ULTIMO SUEVIÆ DUCE.

§. I.

QUi veterum recentiumque historiarum monimenta cum judicio legunt expenduntque, non quod fieri ab imperitioribus solet, intra exteriorem narrationum recensuumque corticem subsistunt: sed facta, resque gestas & varios humanorum consiliorum eventus ad praxin deducunt, & si quid in exemplis expressum signarumque luculentius deprehendant, morali & practica adplicatione in vitæ hujus moderamen usumque convertunt. Quo fit, ut summorum una Virorum consilia, virtutes, vitia, affectus, propriis quasi visisque characteribus ac notis demonstrentur, honestorumque adeo ac turpium discrimina, divinæ denique providentiæ, hisce omnibus, quæ inter mortales geruntur, sapientissime mirabiliterque moderantis specimina e tam diversis vitæ casibus actibusque non sine fructu ostendatur. Cujus quidem rei, ubi exemplum qualecunque edendum impræsentiarum fuit, Conradini ultimi e Suevis Ducis Historiam sumsimus ad manus, quam ex idoneis fideque dignis auctoribus, sed breviter, pro instituti nostri ratione, excerptam probatamque ac fultam primo dabimus, & observationes deinceps, Philosophiæ practicæ beneficio, pro Academicæ Exercitationis modo rituque subjungemus.

§. II. Lugent nimirum plorantque adhuc infelicis *Conradini sui* calamitatem Suevi, quis ne Dii quidem pares, Cæsare auctore, neque dum illatam suo sanguini injuriam penitus concoxere. Cæterum nomen ei fuit Conradi, quod mox in Conradini vocem apud nonnullos excrevit, Itali haud raro Corradinum appellitant. Prodiit in hanc lucem anno Æræ vulgaris MCCLIII. quo anceps jam erat Imperii Status, Landishutæ Bavaricæ, Parenre *Conrado IV.* Rom. Imp. ac Neapoleos Siciliæque Rege, Duce Suevorum, longa serie ab antiquissimis Suevis, per tres ordine Cæsares Fridericum II. Avum, qui & Manfredum e concubina genuerat, Henricum VI. Proavum, & Fridericum denique I. Barbarossam Abavum ducta; Mater fuit Elisabetha Ottonis Bavariæ Ducis filia, soror Ludovici, qui Imperatoris Ludovici Pater ex Anna Polona extitit. Pater Conradus IV. sexto, antequam Conradinum infelix eniteretur Mater, mense in Apuliam, relicta Landishutæ gravida, avitum paternumque Regnum repetiturus contendebat: Cujus jura, quum Innocentius, quæ quidem nec ipse habebat, immani nec tamen insueta Tyberino Præsuli licentia ausuque, Carlotto Anglico tradidisset, negligi ab se adeo haud posse ratus, Papæ iras haudquaquam metuebat; qui quum potentiæ Regiæ imparem se sentiret, sacris eum omnibus atque Ecclesiæ usurpatione prohibuit. Vixisset ingentis animi Princeps, & quam *non penes Papam stet, jura scribere imperantibus aut regna pro libidine distribuere,* optime edoctus, Pontificiis molitionibus frenum injecisset. Sed alirer visum supremo Numini. Namque nemine jam de Maximi Imperatoris interitu cogitante,

tante, subito per factionem Manfredi (quæ constans cordatiorum sententia erat) Siciliarum dominatui dudum inhiantis (*a*) veneno extinguebatur: condito tamen paulo ante obitum testamento scriptoque herede Cunradino. (*b*)

§. III. Lætus hoc obitu Innocentius, ad occupandum regnum Neapolitanum se accinxit, neque jure se modo quod Ecclesia prætendat, sed & exulum Nobiliumque precibus ad id conandum erigi adfirmavit. Inter hæc & Manfredus Neapolim delatus, id a Pontifice, quem humili cultu mellitisque verbis delinierat, obtinuit, ut in Apulia, pulsis Conradini Tutoribus pro lubitu victitaret; sed uti fere cum amicitia, quæ subdole coaluit, evenire consuevit, ut parum firma existat: sic Manfredus compositis nonnihil rebus suis, bellum contra Innocentium parare, hocque e vivis sublato, Alexandrum sacris sibi interdicentem armis impetere, Conradinum mortuum per subordinatos lugubrique habitu incedentes Germanos nunciare, exequias per Regnum universum instituere. Neapolim occupare, Rex salutari. Quibus quidem perceptis Conradinus, ablegatis ad Pontificem Oratoribus, vivere se testatus est. Lucenses quoque & Florentini decreta ad eundem Legatione in Sueviam misere Simonem Donatum & Bonacursum, equites: qui quum Conradinum puerili fere ætate, neque dum ad res gerendas aptum vidissent, non sine spe fati melioris, votoque pro felicibus desideratissimi Pueri incrementis, discessere. Inter hæc Urbanus IV. Præsul Romanus missis in Galliam, e qua genus duxerat, Legatis, veniam delictorum omnibus, qui contra Manfrednm, evocatis hoc fine ex Africa Saracenis omnia vastantem, præsto sibi futuri essent, promisit: mox & eo egressus est, ut Carolo Andegavensium Duci, Ludovici Francorum Regis Fratri Campaniam, Apuliam, Siciliæque Regnum largiretur, ea tamen lege, ut id armis suis adquireret Carolus, tributumque annuum tam benefico Largitori persolveret. Conditionem ille accipit, venit, prælio vincit: Cadit Manfredus, Nobilissimæ conditor Manfredoniæ, vitamque cum Imperio finit. (*c*) Sublato illo Cunradinus tredecim annorum adolescens hortari suos, ne qui in Italiæ præclarum nomen Patris Avique ductu, peperissent, extincta jam veluti Suevicæ nobilitatis indole gentisque fortissimæ Majestate, Siculo se regno exui paterentur. Igitur ab Alamannis quoque in consilium vocatis definitum, proficisci in Italiam cum Exercitu Conradinum oportere. Constabat jam Suevos Bavarosque, e quorum sanguine Matrem Conradini prodiisse memoravimus, conjunctis firmatisque copiis, Regnum, e paterna avitaque successione Juveni Principi debitum repetituros, sed & Hetruscorum Gibellini a Guelphis malo antea fato pulsi in spem novarum rerum erigebantur. Pontifex denique, pendente Cæsarum duorum, Alphonsi Castellæ Regis & Richardi Cornubiæ Comitis Angli, lite curam Imperii ad se pertinere clamitans, Carolum Suevis objicere meditabatur, vetans

(*a*) *Posito a Medicis in clystere veneno, queis Manfredus magna erat pollicitus*, Alter tamen Auctor. Hist. Eccles. Gothan. IV. 5. 8.

(*b*) *Vixissent Suevi, non eo tandem redacta res Imperii fuissent, ut aliquando Imperatorem facilius fuerit in ordinem redigere, quam scabiosum Monachum.* Vide Sekendorf. Hist. Lutheranismi II. 110. & Luther. To. IV. Altenburg. p. 112.

(*c*) *Memorabile de eo est, quod alibi legimus, deceptum vehementer Manfredum fuisse, ubi ad prælium cum Carolo se accingeret, accepto tali per oraculum responso: Non, Non, Gallus superabit Apulum. Nempe duplici negatione fefellit incautum Principem Bonus ille Grammaticus, quam affirmationi interdum æquipollere Manfredus non advertebat.* Adde Georg. Mœbium de Orac. c. 49. e Phil. Mornæi. de V. R. C.

tans insuper, ne quis Regem Siciliæ diceret Conradinum, ne vel consilio, vel re ipsi adesset, imo ne Principes, qui vocem, quod ajunt, in electione Cæsaris Romani haberent, ipsum in Regem Romanorum eligerent, sub excommunicationis poena. His ergo apud se expensis, missa in publicum epistola Conradinus vehementer conquerebatur: *Innocentium innocenti sibi nocuisse, se in manibus S. Matris Ecclesiæ a patre tenellum condito testamento relictum esse, Papam vero terras alienas inter Consanguineos & Nepotes suos distribuisse. Interim quum Manfredus, qui illas recuperatas perfide ad se traxerat, e vivis excessisset, sibi heredi legitimo ab Innocentii successoribus,* Alexandro, Urbano, Clemente IV. easdem ereptas, atque ad Carolum Andegavensem nullo jure translatas esse. Nec destitisse Clementem, quin & regni titulum, dum Carolum Gallum per Italiam Vicarium Imperii scripserit, auferre. His se lacessitum injuriis jus suum de Carolo vindicaturum.

§. IV. Vertente igitur anno, Cunradinus, Veronensium, Papiensium, Senensium, Pisanorum, Romanorumque Legationibus literisque excitus, hortante insuper Matre Elisabetha, ad transalpinam expeditionem se prorsus accinxit. Eunti Comites fuere Fridericus, Hermanni Austriæ ac Styriæ Ducis Filius, itemque Ludovicus Bavarus, avunculus, Exercitus præter peditatum X. M. Equitum constabat: e quo, quum Veronam venisset, VII. M. remisit, pecuniæ defectu, *quod initium mali fuit.* Bavarus quoque specie Comitiorum Augustalium in Germaniam Papæ jussu reversus est. Quanquam ne nunc quidem infelicius processere res Conradini: Namque Mantuæ & Papiæ maxima omnium congratulatione exceptus, atque Genuensium littore Pisanis navibus Pisam vectus, & aliquandiu ibi commoratus, multis (*d*) Gibellinorum, Longobardorum, veteris utrinque dominii memorum, ac Æmilianorum copiis auctus mirifice est.

§. V. Multum quoque sub id tempus auxilii Conradino attulit Fridericus Hispanus, ejusdem Consanguineus, qui cum valida Saracenorum manu universam prope Siciliam (exceptis Massana, Syracusis & Panormo) in potestatem redegit: Pisana etiam classis XL. fere magnarum triremium maritima regni loca perlustrans, Carolinas naves Messinam usque persequuta est; Interim Conradino Pisis solventi, quum Senas attigisset, (*e*) interdictum a Papa prælectum, ne contra Carolum quidquam moveret, neve Regnum Neapolitanum, (*f*) quod ad Eccle-

(*d*) Vide Du Fresne Glossar. Voce: *Gibellini, quo cum a Weiblingensibus dictos esse existimamus,* Andr. Brunner. Annal. Bojor. P. III. p. 822. *Pisas accessit, tanto ubique Gibellinorum plausu exceptus, ut mirum non sit, incauti Adolescentis aures adversus Pontificis minas obsurduisse.*

(*e*) Observatu indignum non erit, quod Brunnerus ex Jesuitarum ordine Scriptor adnotat: *Adsuetæ ejusmodi fulminibus aures minus jam excommunicationis nomine movebantur: & rara esse necesse est, quæ formidini esse velis.* Addat. Henr. Stero, Monachus Altahæ inferioris, ap. Marq. Freher. Tomo uno Rer. German. p. 385. *Romæ Conradinus gloriose tanquam Imperator cum magno triumpho suscipitur, parvi pendens Papæ excommunicationem.* Similiter Martin. Polonus Chronol. Rom. Pontif. app. ad Hist. Æneæ Sylvii p. 378.

(*f*) *Agnita tamen eo usque ab Hispanis est Pontificum in Siciliam cis Pharum facultas, ut feudi loco a P. R. accipiant, eaque propter quotannis equam albam ephippio & ornamentis ex boloserico rubro ornatam simul VII. M. aureorum pendant, ubi Pontifex accepta pecunia dicere fertur: sufficiant pro hac vice.* Conf. Becm. H. O. P. II. c. I. §. 2. 437. 438.

Ecclesiam pertineat, (quo Jure? Non alio, quam quod latitanti in scrinio pectoris papalis Spiritui sic visum) adpeteret, secus si fecerit, *Sacram incursurum censuram.* Sed is posthabitis Papæ minis Apuliam mox omnem, in amplexus exoptatissimi Principis sponte sua ruentem occupavit: Romæ denique haud secus quam Augustorum proles, & Campaniæ, Apuliæ, Calabriæ, Siciliæque legitimus hæres a S. P. Q. R. & Henrico Castilæ Regis filio, Senatus Principe exceptus, in Capitoliumque ductus, & eo quidem honore, qui Imperatori suffecisset, affectus est.

§. VI. Ibi vero, quum Cassinum custodiret montem, angi vehementer cœpit Carolus, quod copias suas distraxisset, & Cunradinum Roma egressum via Tiburtina versus Regnum proficisci audiret. Summa rerum consiliorumque tum penes Alardum, Veteranum inter Gallos militiæ Ducem stetit, quem a Visitatione quidem Dominici sepulchri Neapolim adpellentem, Messanæ adversus Fridericum Hispanum altera exercitus parte consistente, altera vero defensioni oræ maritimæ destinata, propere ad se vocavit Carolus, qui & aciem mox instruxit ipso Augustini die, V. Kal. Sept. M CC LXVIII. præmissis duobus agminibus, Duce Philippo de Monteforti, qui in secundo constitutus agmine, regio ornatu insignibusque conspicuus ita prominebat, ut ipse Rex Carolus esse a suis quoque putaretur. Tertium agmen ex optimis fidissimisque collectum una cum Carolo in valle vicina, ubi conspici non poterat, latebat. Alardus in summo colle, quo in vallem prospiciens, paratus in omnem eventum esset. Succedebat jam Cunradini acies militari ordine sub signis: (g) primi ibant Romani, Itali, Hispanique omnes: Sequebantur Cunradinus & Austriæ Dux, æquales ætate cum ter mille gravis armaturæ viris, queis Principum data custodia erat. Ventum ad manus: Philippus Montfortius, qui vestitu & insignibus Carolum præsentabat, dato ad confligendum primo agmini signo, ad adversis partibus magno animorum ardore exceptus, strati Galli; Ipse interim Dux acerrime pugnans hostem ad tertiam usque horam sustinet, ut in quam partem victoria inclinaret, cognosci non posset. Tandem conglobati quidam Itali Hispanique, facta in larvatum Regem valida impressione, Philippum humi ictum stratumque interfecere. Sequuta propediem fuga, quod ipse Carolus putaretur interiisse. Potitos se victoria rati Cunradiani, dissipatos insequi & spolia legere, Germani quoque, qui circa Principes Juvenes custodiæ caussa constituti erant, negotio se admiscere, ita ut profligatis Gallis quum passim effusissima fieret fuga, victor & exercitus dissiparetur.

(g) Orationem Conradini ad milites graphice delineavit Jesuita Brunnerus, quem libenter heic sequimur, Papæ tricas haud omnino dissimulantem: *Quinque, dicebat, Cæsaribus unicus hæres succedo. Supra centum annos Imperium Germaniæ in nostro sanguine stetit. Coronam Imperii Principum favore tot Cæsarum soboli destinatam Alexander Pontifex invidiosissimis literis, quibus omne gentis nostræ nomen confixum est, intercepit. Sicilia supererat nobilissima certissimaque portio paternæ hæreditatis, eam quoque si adiissem, nimis felix futurus Pontificibus sum visus. Ergo conjuratis ad evertendas omnes spei meæ reliquias animis, jure Gentium frui me non sunt passi: & quia soli hodie imperant, regnaque Sportularum instar dividunt mancipiis aut Clientibus suis, Coronam meam alter homini extero ostentavit, alter imposuit. Nullum jam meo nocentius est caput; ego colubri pullus, ego Lernæa hydra pestilentior Basiliscus, ego mali corvi pessimum ovum Pontificum literis traducor. Omnia in me arma acuuntur, & nullum hodie sanctius bellum dicitur, quam quod in adolescentem innoxium, omnibus pupillis calamitosiorem, Pontificum auspiciis apprecationibusque est susceptum.* Annal. Boj. P. III. 826.

§. VII. Nullum ergo jam in campis amplius erat justum agmen; nullum in subsidiis robur: cingebant aliquot utilissimi calones corpus Principis. Vagus miles, prædæ intentus, quasi certissimus Victor exultabat. At vero senex ille Veterator Alardus, postquam e collis, quem antea dixi, vertice omnia notasset, Carolum Regem e valle repente moventem hostibus dispersis prædaque onustis supervenire jubet. Ille mox circumducta delectorum acie in planitiem venit, hostes cædit, fugat, capit, ad ipsa Conradini signa penetrat: qui quum videret, quem repente in locum res suæ deductæ essent, cœli velut ignibus ictus, de vita vivens ambigit ipse sua. Attonitus ergo, cum Friderico Austrio paucisque aliis fugit, triduumque vili indutus veste per sylvas ac saltus ignotæ Italiæ oberrat. (*b*) Ubi Asturam venit, navis conscendendæ consilium cepit, quæ Pisas, fidam ac sociam urbem dirigeretur. Jamque cum naviculatore convenerat, & conscensa navis. Sed panis & commeatus deerat, quem mittunt eundem illum præstinatum. Pecunia etiam deerat; igitur alter annulum, raram habentem gemmam digito detrahit; Miratus aurifaber a sordido piscatore tam nobile ad se deferri cimelium, & suspectans unde haberet, quærit. Ille candide a duobus, inquit, juvenibus ingenui vultus, sed habitu & vestitu squallidis: neque se ultra scire. Delata mox ad Dynastam urbis Johannem e Romana, ut apud Carolum Sigonium lego, Frangepanum familia hujus rei fama ex prælii eventu nonnihil jam suspicatum, navis ejus jussu instructa: adolescentes retracti & ducti. (*i*) Quo audito Carolus Asturam terra marique obsessam in suam redegit potestatem, & postquam Ginatianum reversus, Calvanum atque Galeottum Conradini in fuga Comites capitibus in via truncasset, Conradinum cum Austrio Neapolim abducit. Ibi toto fere anno detenti in vinculis tetro miserabilique, & quod ab Amicis accepimus, adhuc superstiti ergastulo, Nobilissimi Juvenes: Hoc elapso convocatis Neapolim e Jureconsultorum censu præcipuis, quid faciendum sibi cum captivis esset, percontatus est.

§. VIII. Ab his in eam denique sententiam conclusum est, *tollendos e medio & publice capite minuendos.* Quamvis ea præcipuis e Gallica nobilitate viris minime probaretur, Roberto imprimis Flandriæ Comiti, Regis Genero, qui asserebat tanto genere ortum neutiquam tollendum, sed in Gentis propinquitatem matrimoniali fœdere trahendum. Sed vicit illorum, quos ante diximus judicium: Itaque Neapoli locus sericis iisque rubeis tapetis instruitur, eo in foro, ubi Carmelitarum (*k*) Eliæ instituta vanissimo ausu jactantium Templum. (*l*) Producti in Scenam Cunradinus & Fridericus Austrius, Gerhardus item

---

(*b*) *Agasonem indutus, tuto sub censoribus latitaturus, si ex prioris fortuna insignibus nihil sibi retinuisset, Sed annulus, qui digito hæsit, fabulam evertit.* Brunn. III. 831.

(*i*) *Sed nulla suberat caussa, cur magnopere dolerent se deprehensos. Extra hosticum jam erant. Nullam Frangepanes maleficii caussam habebat: humanitatis permultas: & si pretium operæ aliud nullum adpareret, servasse Principes Germanicæ juventutis, quibus non triumphis erat anteferendum?* Sed avarus animus & honesti cura intactus lucri spe nobilissimam prædam hosti venalem fecit. *Adde Brunner. III. 832. qui æternis convitiis, non ut hominem sed ipsius humanitatis proditorem arbitratur.*

(*k*) *Docuit hoc utique Eruditissimus Papebrochius, in perpetuum ac indelebile sociorum opprobrium.*

(*l*) *Diem plerique designant XXVI. Octobr. MCCLXIX. vel IV. Kal. Nov. Feria secunda*

et

item Comes Pisanus, qui in prælio Thuscorum Dux fuerat; Præterea Richardus Reburfa, Jo. Grutta, Marinus Capeccius & Rogerius Buffus, Magnates Neapolitani. Confluxerat eo maxima hominum multitudo, non Neapolitanorum modo & Gallorum, sed ex Italia quoque omni, tam crudeli supplicii spectandi caussa. Aderat & ipse tam feri barbarique ac immanis facinoris auctor Carolus. Cathedram ea propter extructam Robertus Barius, Caroli Protonotarius conscendit, sententiamque capitalem in omnes pronunciat. Momenta ejus præcipua erant: *Conradinum quoniam Ecclesiæ pacem turbarit, Regni nomen usurparit, Regi denique ipsi necem intentarit, morte damnari.* Qua promulgata animose ad Barium dixisse fertur et Latino quidem sermone Conradinus: Serve nequissime, Serve sceleftissime! itane filium Regis damnasti? & ad populum: Nullam ego, ait, Ecclesiæ injuriam intuli unquam, sed recipere Regnum, a Deo mihi concessum, ab hostibusque iniquissime ereptum, fategi. Moriendum infami & indigna familia mea morte. Sit ita. Matris meæ agnati, Germani mei, Duces Bavariæ cæterique e gente affines mortem hanc meam vindicabunt. Dictis his chirothecam (*m*) altera manu exutam, adversus populum projicit, heredem a se institui afferens Petrum Aragonium. Hanc (*n*) ad Petrum (*o*) detulit Henricus *Dapifer Waldburgius*, jusque in Regna Sicula eidem assertum memoravit, cui a Rege in perpetuæ gratitudinis tesseram, Suevici Ducatus insignia data, tres puta Nigri Leones, quos adhuc in gentilitio deigmate servant Illustrissimi Waldburgii. Mox Fridericus Austrius ingeniculare primus jubetur, cui caput incisum. Illud e tabulato sublatum Conradinus amplexus, osculatusque profusis lachrymis dixit: *O miserum me, qui Te, tam charum caput, a viduæ Matris complexu abstractum, hanc in calamitatem conjeci.* Inde multa de acerbitate & perfidia inimicorum conquestus, innocens, ait, ac præter fas & æquum hæreditate atavi, proavi, avi, parentis sanguine parta, ipsa denique vita spolior: Causam ad Dei tribunal rejicio. Videbit hoc scelus, vindicabit hoc parricidium summus in cœlis Judex, cui animam ab hoc corpore mox divellendam committo. Sic flexis ad Deum genubus, veniaque peccatorum petita, fortiter carnificem expectat, qui caput amputat, & ab alio mox interficitur, ne extaret, qui generosum, quique in tot Imperatoribus Regibusque stillaverat, sanguinem ab se exstinctum esse, insolentius jactaret. Addamus & Epitaphium Conradino scriptum:

Asturis ungue Leo pullum rapiens aquilinum
Hic deplumavit, acephalumque dedit

& Guazz. in Chronicis Italicis: Saxeus vere, inquit, esset ille, cujus animum non commoveret tanta crudelitas.

---

ut Henr. Stero apud Freberum Tomo uno R. G. p. 385. unde & Schraderum aliosque emendes, qui ad An. 1268. hanc necem referunt. Vignierus Histor. Ecclesiastica Gallico Idiomate Lugduni Batav. An. 1601. edita XXIX. Octobris definiri a quibusdam advertit.

(*m*) *Addunt alii: cum annulo.* conf. Imhof. Notit. Proc. S. R. I. VII. 18. 3. 531.

(*n*) *Quidam Fridericum Castellanum, sed perperam,* Cruf. III. II. 28. pag. 119.

(*o*) *Qui Jus quoddam habere videretur ex Conjuge Constantia Manfredi Frider. II. filii noth. filia,* Adde Pufend. Introd. p. 72.

Tantum ergo facinus in Principem Germanum, in Suevum, patravit Gallus: Atque hic exitus Conradini fuit, quo cum nobilissima simul Ducum Suevorum familia occidit, quæ paterno maternoque genere jam a Clodovæis Carolisque multos Imperatores, Reges, Principes produxerat. Cujus quidem Historiæ recensui pluribus haud immoramur: (*p*) Quippe qui non tam historiam scribere, quam adplicatione Morali eandem illustrare constituimus.

(*p*) *Multo minus ergo miracula enarrabimus, qui sub hanc cædem contigisse meticulose Æneas Sylvius, fidenter autem Brunnerus memorat. Illum legant, qui fabellis delectantur.*

❀ ❀

DISSERTATIO XIX.

DE

PRÆROGATIVIS WÜRTENBERGICI DUCATUS.

SECTIO I.

DE WüRTENBERGICIS PRÆROGATIVIS POTIORIBUS.

CAP. I.

VENIA INSTITUTI.

UT aliarum provinciarum jure consulti principis sui PRÆROGATIVAS responderunt in academica arena: (*a*) ita neque nobis vitio vertendum, quod in eodem hic argumento versamur, PRÆCIPUI JURA recensituri WüR-

---

(*a*) Eminent in hoc numero *jureconsulti Saxonici.* Nam olim 1) ZIEGLERUS 2) BECMANNUS 3) STRAUCHIUS, nostra ætate 4) GRIBNERUS, 5) STRUVIUS, 6) RECHENBERGIUS, triumviri jureconsulti & historici celeberrimi de *prærogativis Saxoniæ* domus scripserunt ac disputarunt in thematibus academicis. Quibus addi possunt *Jo. Georgii* KIEFFERI & *Christoph. Philippi* RICHTERI academicæ dissertationes de *prærogativis Augustissimæ Austriacæ domus* institutæ. Quod cum ita sit, alia enim exempla prætermimus, nemo hoc argumentum accusare potest alicujus insolentiæ & novitatis.

WÜRTENBERGICI DUCATUS, nobis patrii (*b*) omnium in Germania principatuum amplissimi. Instruemus vero hanc scenam summatim, aliorum forte industriam excitaturi, ut demum pleniori filo brachioque fortiori hæc jura tractent, principis tabulario (*c*) & codicibus scriptorum ineditis adjuti, (*d*) quibus fere nos destituimur.

§. II. Excutimus enim ea, quæ in litteraria *dn. Præsidis* supellectili offendimus, nobiscum liberali manu ab ipsomet communicata, (*e*) quæ eo ordine dige-

(*b*) Serenissimo enim principi meo cum vitam debeam, quidni studia mea & litteras. Quapropter in hoc potius argumento animum defigere malui, in quo colendo ac perficiendo, si fata jubeant, terenda olim ætas, quam in aliis, ab hoc instituto alienis.

(*c*) Utinam hanc spartam olim occupassent *Nicolaus Mylerus ab* EHRENBACH aut postea *Joan. Georg.* CULPISIUS in curia Wurtenbergici ducis primarii consiliarii, quibus non solum principis tabularia patuerunt, sed etiam publici privatique juris interiores recessus. Tenet nostra ætate plurimos spes, fore, ut *vir perillustris* L. B. *de* SCHUNCK, inter præcipuos serenissimi principis rerum, domi ac foris peragendarum, administros, hanc curam vel ipse suscipiat vel alii rerum, juriumque perito demandet. Cum in eo totus sit, ut promoveat sommopere, quæ ad commoda, gloriam, dignitatemque PRINCIPIS, in cujus amore est, facere videntur.

(*d*) Vix certe veniam merentur viri litterati in hoc ducatu, quod patriam historiam & publica ejus jura adeo prætermiserint. Præsertim cum tot manibus exarati codices supersint, de *rebus Wurtenbergicis* conscripti. I. de HESENTHALIO ita scribit MYLERUS cap. 4. Gamol. §. 5. *Hanc Wurtenbergicam historiam fide dignam non esse, demonstrabit Dn. Magnus Hesenthal in historia Wurtenbergica.* Esset igitur requirendum, ubi lateant hujus viri collectanea. II. De *Oswaldo* & *Joanne Jacobo* GABELKOFERIS patre & filio commemorat CULPISIUS *ad Monzambanum*, ad c. 2. §. 8. pag. 405. quod historiæ Wurtenbergicæ volumina reliquerint *quinque:* alii, qui illa in tabulario offendisse volunt, addunt duo, mirumque horum virorum industriam, fidem, monumentorum adparatum extollunt. Celebrantur etiam III. *Joannis Augusti* ASSUMII. IV. *Bartholomei* LEDERSCHNEIDERI V. *Georgii* HENGHERI VI. *Baltasaris* MUTSCHELINI VII. *Brotbecii & Simonis* STUDIONUM VIII. *Friderici* RUTTELII IX. BETZENII X. FRITSCHII collectanea, quæ ultima sub examen misisse dicitur XI. *Joan. Ulricus* PREGIZERUS, qui pariter in hoc conatu est demortuus. Porro clarum nomen habent XII. UNFRIDUS in historia Wurtenbergica. XIII. *Joan. Ulricus* WILDIUS in collectaneis Wurtenbergicis. XIV. *Michael* BRAUN in miscellaneis Wurtenbergicis XV. Joan. OETINGERUS in Würtenb. Land-Buch XVI. *Joh. Martinus* RAUSCHER in collectaneis Wurtenbergicis XVII. instar omnium commendatur *David* WOLLEB Schondorffensis, qui anno 1591. chronographon Wurtenbergicum scripsit, dicavitque Ferdinando Austriæ archiduci. Dicitur hic auctor admodum plenus esse. Præsertim cum omnes fere istius ævi celebres & litteratos viros nominet, qui symbola sua contulerint illius instituto. Taceo XVIII. volumina anonymorum. *Duo* certe in Lipsiensi, *unum*, sed grande & amplum in *Francofurtana* bibliotheca reperit *dn. præses*, qui & ipse *duo* in literaria suppellectili servat, nitide descripta. Quod cum ita sit, vere dici potest, *Wurtenbergicis* rebus non scriptores deesse, sed typographos. Spissa illis esse tabularia, nudas vero tabernas.

(*e*) Dum enim a viginti & pluribus annis id agit *dn. præses*, ut *jura publica* habeat, cuique *Germaniæ principatui singularia*, plurima adnotavit, quæ primo

digeremus, quo illa accepimus. Neque etiam pigebit, PRÆROGATIVIS immiscuisse SINGULARIA cum principum, tum principatus, quorsum adeo limites JURIS PRÆCIPUI prolatos volumus in hujus speciminis argumento.

CAP. II.

DE HONORE DUCALI ET PRINCIPALI.

IN DUCALI Wurtenbergicorum principum DIGNITATE singularia plura sunt, quæ advertere instituunt juris interpretes & historici. *Principio* id potest adfirmari, Wurtenbergicos principes ante possessores & dominos fuisse TECKIANI *ducatus*, præsertim ab An. 1417. atque adeo ante etiam DUCES, quam a Maximiliano I. imperatore DUCES adpellarentur An. 1495. (f) Imo & *Wurtenbergicum* olim COMITATUM non nudum, sed PRINCIPALEM, eine gefürstete Gravschafft/ cui in comitiis votum inter principes singulare: (**) non

---

mo intuitu se solent offerre alias. Laudat *Ioan. Ulrici* PREGIZERI *jus publicum Würtenbergicum* ejus filius. Cujus etiam vir beatæ memoriæ mentionem fecit in litteris, quas vivus multoties dedit ad *dn. præsidem*. Sed ille liber carceres mordet adhuc. Utinam etiam ad manus esset volumen *MStum* WALZII Würtenbergische Verträge/ Vergleiche/ Theilungen/ Landschafftliche Abschiede/ cetera. Quod majoris haud dubie pretii, quam ejus *chronicon Würtenbergicum* 1657. editum, brachioque congestum leviori.

(f) Non solum hoc adserit PRAUNIUS in libro von des Adels herkommen/ cujus auctoritas in hoc juris genere non adeo magna; sed etiam *Franc.* GUILLIMANNUS *in Helvet. lib. 3. c. 7.* qui addit, permovisse hoc Maximilianum I. ut *Wurtenbergicum* comitem An. 1495. adpellaret ducem, quoniam ille fuerit *Teccensium ducum* heres successor. Clarius ipsum diploma Cæsareum Maximiliani I. Cæsaris An. 1495. conceptum, ubi formula habetur: haben wir seine Landschafft in Schwaben/ es seyn Hertzogthüme/ Gravschafften/ Herrschafften rc. rc. zu einem Hertzogthum gemacht/ verordnet/ erhaben und aufgerichtet und den Titel und Nahmen des Hertzogthums Wurtenberg gegeben. Igitur ipse imperator agnoscit, *Eberhardum* Wurtenbergicum, antequam dux adpellaretur, DUCEM fuisse.

(**) Longæ inter juris publici doctores sunt concertationes, quid sibi velint nomina in imperio ein gefürsteter Grav. Me judice illa vel in sensu *vulgari* exponenda, vel *curiali*. In *primo* COMES PRINCIPALIS dici potuit omnis ille, qui in suo tractu instructus fuerat *jure ducali* der Landes-Hoheit. Is enim *verbo* comes, *re* ipsa *dux* fuit seu princeps, quæ in medio ævo fuerant synonyma. In *altero* autem sensu ille salutatus est ein gefürsteter Graf/ cui imperator *principales* scripsit *codicillos*. Licet enim philosophorum illud axioma, quod magis & minus non variet speciem, quod *quantitatis nulla efficacia*, atque adeo omnes *comitatus*, ducali potestate, id est, superioritate territoriali, sive exemti a ducatu, sive ducatu extincto, instructi, dici potuissent *ducatus*. Verum, quod hoc nomen, tempore *septem* Germaniæ provinciarum, id est, ducatuum, *latifundia* requireret & singulares provincias, aurium judicio grave fuerat, tribui nunc idem tractuum spatiolis & comitatuum domicellis. Inde alii *comitis* nudo verbo acquisiverunt: alii accessorium requisiverunt, id est, verbum *principale*, idque vel suo & amicorum vel Cæsaris instituto & codicillis: alii, comitis verbo rejecto, *principis* retinuerunt: quibus opes & latifundia majora, illi nomen *comitis* cum *ducis* verbo autoritate Cæsarea commutarunt. Hoc lumine indigent scriptores, qui tam de *Wurtenbergico*, quam *Mombelgardensi* adfirmant,

non inter comites curiatum. Inde hunc non tam collatum esse honorem, quam instauratum & renovatum. *Deinde* DUCATUM Wurtenbergicum ipso jure possessores suos nobilitare honore DUCIS, exemplo Friderici An. 1595. (g) Idque forte ideo, quoniam *comes*, Teckiani ducatus intuitu, *principalem* jam ante habuerit dignitatem (gg) vel possessio ducatus ipso jure tribuat DUCIS nomen possessori. (*h*) Ultimum certe Germanici juris omni tempore fuit, instar *regnorum*. Quorum acquisitio regem facit, non inauguratio.

CAP.

---

mant, eos esse *principales*. Mombelgard sowohl als Wurtemberg wären Gefürstete Gravschafften; eorundem possessores se scripsisse audivisseque ab aliis Fürst zu Wurtenberg/ Fürst zu Mombelgard, antequam *duces* a Cæsare essent adpellati. In quo numero STUMPFIUS *in chron. Helv. l. 3. c. 7.* LIMNÆUS *l. 5. c 16. tom. 2. addit. pag. 463.* SPRENGER *in delineatione statuum* p. 367. seq. & qui huc provocat BESOLDUS *in thesauro* V. gefürstete Graven. Ubi etiam illud potest conciliari, 1) quod in vetustiori tempore habeatur Furst und Grav zu Wurtenberg 2) dicantur Wurtenbergici comites ab aliis principibus hochgebohten 3) An. 1495. comitatu VVurtenbergico in ducatum verso, possessor ejus nomen ducis habuerit, non *agnati*, quibus nomen manserit *Wurtenbergici comites.*

(g) Ita BOCERUS *de qualitate feud. c. 3. n. 19.* scribit: *Princeps* VVurtenbergicus FRIDERICUS COMES Mumpelgardensis, *solo* successionis *jure in ducatum Wurtenbergicum* (extincta ducali linea in Ludovico An. 1593.) & *Teccensem* DUX *est effectus sine speciali imperatoris* CREATIONE. Idem habet BESOLDUS in nomicopoliticis lib. I. diss. 5. n. 17. idemque HUNNIUS *de feud. cap. 6. §. 3.*

(gg) Frustra enim est malevolentia BESOLDI *in dissert. nomicopolit. lib. I. diss. II. n. 16. p. 135.* quod TECCENSIUM *ducum* honorem sibi tribuere nequeant VVurtenbergici duces. Quoniam Domini non sint *Teccensis* ducatus *universi*. Satis enim est, cessisse VVurtenbergicis primariam & potissimam partem. Et quamuis alii cum *Francisc.* GUILLIMANNO *lib. 2. rer. Helvet. cap. 15.* sentiant, ducalem honorem *Zeringensibur* & *Teccensibus*, personæ intuitu, datum, oon territorii. Est tamen satis, quod ipse Maximilianus I. A. 1495. id etiam dederit sigillatim ducibus VVurtenbergicis, ut pristinum *Teccensium ducum* titulum & ipsi continuarent dicerenturque Duces in VVURTENBERG & TECK, licet *Teccense* territorium VVurtenbergico fuerit innexum. Und wiewohl das Hertzogthum zu TECK mit andern dem Hertzogthum Wurtenberg auch eingeleibet und vereiniget; so geben wir doch zu' daß sich der Hertzog zu Würtenberg und seine Nachkommen (non descendentes, sed posteri successores) von solchem Hertzogthum zu TECK, Wappens und Nahmens/ auch aller Ehre und Würde gebrauchen sollen und mögen. Unde idoneas causas habuit VVurtenbergicus legatus, ut An. 1663. in solennibus comitiis SUFFRAGIUM TECCENSE sibi adrogaret. Quamvis rei nondum responderit dignus manifesto jure eventus. Cæsare JOSEPHO etiam causæ æquitatem agnoscente & commendante in comitiis An. 1708.

(*h*) Frustra sunt jureconsulti, qui eunt in adversa. Neque enim opus est, cum *Valentino* ARITHMÆO *disp. feud. IV. §. 4.* fingere, ducalem dignitatem Friderico comiti de *Mompelgard* per investituram demum collatam. Cum patrii annales testentur, scripsisse se Fridericum hunc ex morte agnati sui An. 1593. *Ducem*, antequam ab imperio fuisset inauguratus. Quapropter etiam *Wilhelmus* LUDVVEL *in tractat. feud. cap. 2. pag. 48.* fallitur, qui ea de re hoc prodit judicium: *Prædictur* DUX VVurtenbergicus FRIDERICUS *dignitatem istam (ducalem) non a territorio vel provincia, in quam successit, consecutus est, sed ab* imperatore, *a quo de ducatu isto tanquam dux* (VVurtenbergicus) *fuit investitus. Eo ipso enim, dum* imperator *eum de* ducatu *investivit,*

tacite

CAP. III.

WURTENBERGICI SUEVIÆ MARESCHALLI.

VEtustissimis etiam temporibus WURTENBERGICI tractus dominos inter principes ordines fuisse universæ Sueviæ, illud, post alia, fidem facit, quod spartam habuerint SUEVIÆ MARESCHALLORUM, id est, Sueviæ ducum vicariatum (*i*) diplomate Cunradi IV. imperatoris, tanquam Sueviæ ducis, Wurtenbergico comiti delatum An. 1259. Unde facile ad intelligendum calumnias *Besoldi*, (*k*) comites *castri tum unius* effingentis, quorum potestas patuit per Sueviam universam.

CAP. IV.

CIRCULI DIRECTORES.

JUre itaque meritoque, pago Sueviæ iterum instaurato, præfecti sunt duces Wurtenbergici supremi huic circulo RECTORES (*l*) An. 1495. Etenim, Sueviæ

tacite *simul & dignitatem* ducalem *contulisse censendus est. Alias* ducatus *Wurtenbergici tantummodo* possessor *fuisset non Wurtenbergicus* DUX. Sed apage somnia. Qui enim *regnum* possidet, *rex* est, qui *ducatum*, dux. Neque opus aliqua *adpellationis* ceremonia. Taceo, quod in hereditariis principatibus *successio* deferat principatum, firmet vero, non conferat eundem investituræ renovatio. Quapropter *Joannes Fridericus*, dux VVurtenbergicus jure etiam ante comitiis potuit interesse, quam accepisset a Cæsare investituram, insuper habilita lite ei A. 1600. facta, teste *Jacobo* GOTHOFREDO *in libro de praecedentia cap. I.* §. 3. *pag.* 28. Quod etiam agnovit sigillatim in *Wurtenbergicis* SPRINGSFELD *cap. II. apanag. n.* 92. Idem olim etiam juris fuit in nobilium clientelis. Juxta poetam: *Nobilis est ille, quem nobilitant bona, villæ.* Quos mores tempora migraverunt posteriora, quæ codicillarem substituêre nobilitatem.

(*i*) Diploma An. 1259. his verbis conceptum. CHUNRADUS II. *D. G. Jerusalem & Siciliæ rex, dux* SUEVIÆ. *Præsentibus profitemur, quod dilecto fideli nostro inclyto comiti Ulrico de* VVIRTENBERG *officium & omne* JUS MARESCHALCI, *quod ad nostrum ducatum per* TOTAM SUEVIAM *dinoscitur pertinere, contulimus liberaliter & benigne.* Datum *An.* 1259. Nulla hic mentio *feudi*, nulla *posterorum*, ad quos Ulrico demortuo hoc officium debuit pervenire. Sed tamen litteræ hæ pro moribus istius ævi accipiendæ sunt, in quo his etiam formulis feuda sunt delata. Jllud quoque certum, quod *mareschalli munus* tum temporis constiterit, cum in convocandis ordinibus provinciæ, tum in exercendo banno ducali.

(*k*) *In documentis redivivis monasteriorum* in ducatu VVurtenbergico. Quem locum *dn. pref.* etiam alibi notavit de *foro subfeudorum imperialium cap. 2. §. 11. p. 24. 5.* Certe comitum potestas uti non uni loco aut castro adfixa, ita hoc multo minus de VVurtenbergico verum est, cui amplissimum *Sueviæ Mareschalli* munus & ducalis vicariatus non delatus fuisset, nisi inter Sueviæ comites ipse habuisset aliquem principatum. Tantum abest eundem infimi generis comitibus potuisse accenseri.

(*l*) Licet enim non conveniant invicem doctores, quo fato, auctore, tempore, fortunaque CIRCULI DIRECTORES nominati, cum alii hoc imperatori, alii provincialibus ordinibus, alii juribus hoc tribuant proedriæ, ut pri-

Sueviæ circulum aliis omnibus in Germania universa instructiorem esse legibus, ordinum conventis, opibus, milite, disciplina, officialibus, pace belloque, id quidem præcipue debetur Curiæ rectoris Wurtenbergici. *(ll)*

CAP. V.

DUCES CIRCULI.

IDeo benevolentia concentuque ordinum Sueviæ plurimum fit, ut summa quoque rei militaris cura ducibus iisdem conferatur. Ita enim fortitudo & rerum usus SERENISSIMI DUCIS hodie regentis, mereri videbatur, ut ex ordinum provincialium unanimibus suffragiis CIRCULI Suevici DUX eligeretur, *(m)* causam non minus fovente ac promovente Cæsare Augustissimo.

primariis statibus hæc sparta necessario accesserit: in *Wurtenbergico* tamen duce eo minus poterat dubitari, quin ipsi munus DIRECTORIS concedendum. Cum ipse dignitate, viribus, juribusque ita præ reliquis Sueviæ civibus & principibus emineat, ut nullus cum ipso mereatur conferri. Imo inde ab anno 1250. quoties Suevia in unum fœdus coivit, toties primas Wurtenbergicis reliquisse, leguntur. Hoc lumine illustrari possunt ea, quæ habent GOKELIUS, ZEILERUS, aliique Suevici pagi scriptores. Imo id quoque advertere solent rerum administri, quod in *Suevicis Comitiis* ducis Wurtenbergici major sit auctoritas, quam in alio pago *directoris ullius*, idque nonsolum ordinum, sed etiam rectoris collegæ ergo. Nam *Constantiensis* episcopus non habet, quod præcipui jura invideat principi, rerum consiliorumque potentissimo. Cum ille contra & viribus eo sit inferior & remotior paulo a Sueviæ tractibus, ut a pluribus geographis, licet cum errore, pro extraneo habeatur. Inde etiam est, quod *Austriaca* domus maluerit Sueviæ dynastias pago Austriaco adscribere, quam laurum hanc dubiam reddere Wurtenbergicis.

(ll) Neque sine causa. Non enim solum *Wurtenbergicis* principibus *res circulares* ideo magis curæ cordique sunt, quoniam in perpetuo veluti metu a vicina Gallia olim versabantur; sed etiam ejus consiliis ideo majus accedit pondus, quo longiori spatio reliquos ipse ordines superat robore, potentia, opibus, cultu, aliisque momentis, quæ ad *Suevici pagi* salutem solent conferre. Non opus est, ut aliquid hic detur calamo GOCKELII, DATTII aliorumque *rei circularis* scriptorum: habetur enim *codex rerum circuli Suevici*, unde, quod diximus, intelligere licet ex plenæ fidei documentis. Liber his verbis est inscriptus. Eines Schwäbischen Craißes alte und neue Reglementen, edit. Stuttgardiæ 1696. in f. 3. alphab. Quamvis enim institutum libri hujus, in publicum prolati, auctorem habeat CULPISIUM, qui ita *perpetui in Germania militis*, cujus ipse egerat maximum patronum, causam consiliaque voluit commendare, si scilicet Sueviæ militiam circularem omnibus proponeret in exemplum: tamen exinde circularia jura & artes intelligi & addisci possunt, ut ideo aliis rei circularis administris merito queat commendari, ut in tantis tenebris & languore habeant, quod sequantur, & unde ad cultum rei circularis zu Handhabung der Creyß-Verfassungen excitentur.

(m) Post scilicet, quam e vivis discessisset marchio BADENSIS, princeps meritorum gloria adversus patriæ hostes cumulatissimus.

CAP. VI.

ADVOCATI ARMATI.

QUam vero omni tempore *Suevia* universa præsidium ac salutem expectaverit petieritque a WURTENBERGICIS ducibus, illud etiam certissimum est argumentum, quod CRUSIUS (*n*) *viginti quatuor* imperiales Sueviæ *civitates* numeret, quæ Wurtenbergico duci se addixerint clientela, nominaverintque eundem TUTELAREM & protectorem, idque jure perpetuario.

CAP. VII.

ADVOCATI COENOBIORUM.

EAdem quoque fiducia Sueviæ *collegia sacra*, vere innumera, WURTENBERGICUM principem adsciverunt ADVOCATUM. (*o*) In iisque princeps antistes *Ellwangensis*. (*)

CAP.

(*n*) Locus CRUSII *in Annalibus Sueviæ* habetur *part. 3. lib. 5. c. 4.* apud HORTLEDERUM tom. I. lib. 3. p. 666. Quod repetit MAGERUS de *advocatia cap. 5. n. 529. p. 180.* Et diserte MYLERUS *de principibus Imp.* part. I. *cap. 18. §. 3.* ait: *Comes* WURTENBERGIÆ EBERHARDUS *cognomine rixosus XXIV.* civitates *circuli Suevici in* protectionem *suscepit tempore Caroli IV. circa An. 1350.* Unde forsitan invidia & maledicentia *Felicis Fabri lib. I. Suev. cap. 54. p. 164.* quasi parum abfuisset, quin universa Suevia iterum redacta esset, ac coiuisset sub imperium unius.

(*o*) De advocatia in *Zwifaltense* cœnobium Wurtenbergici ducis testis est MAGERUS *cap. 16. n. 579.* Impetit hæc jura inimico calamo SULGERUS in *annalib. Zwifaltens. ad an. 1442. cap. 2. pag. 45.* Est vero is campus, in quem malevolo licet instituto, excurrit BESOLDUS, cujus tres nobis libri ad manus de hoc argumento. In I) nomen suum non prodit, qui his verbis est inscriptus: *Prodromus vindiciarum ecclesiasticarum Wurtenbergicarum an. 1636. in 4. 1½ alph.* In hoc id principe loco agit, ut clausi territorii jura Wurtenbergicis infringat, idque in gratiam tam cœnobiorum quam nobilitatis clientelaris. Qui libellus referri potest inter eos, qui difficillime reperiuntur. In II) hæc legitur inscriptio: *Documenta rediviva monasteriorum præcipuorum in ducatu Wurtenbergico sitorum, præmissa deductione immedietatis illis competentis 1636. in 4to.* In hoc ingens diplomatum medii ævi thesaurus, quæ tamen virulento commentario editor conspurcavit & mutilavit, eodem quem supra dixi fine. In III) eodem modo illustrat *sacrarum virginum collegia in ducatu Wurtenbergico*, iisdemque utitur rationibus, in 4to. His libris duo scripta opposuerunt administri curiæ Wurtenbergicæ. *Primum* est: An Käys. Majest. Anzaig auf ein von den Innhabern derer in ihrem Hertzogthum gelegnen Closter und Stiffter ausgewürcktes monitorium An. 1640. edit. An. 1645. 4. *Alterum:* Gründlicher Beweiß / daß die Prälaten und Closter deß Hertzogthums Wurtenberg vor 90 - biß 200. Jahren zu dem Land gehörig gewesen / Erb-Huldigung geleistet / auf landtagen erschienen / dagegen sich die neuen Inhaber eine immedietät vergeblich anmaßen wollen / edit. An. 1645. 4t. sed causæ justitia vicit in WESTPHALICA pacificatione apud æquos rerum æstimatores. Nam ART. IV. §. 24. 25. jura hæc cœnobiorum adscripta sunt Wurtenbergicis.

(*) Alium quam reliquæ fontem habet TUTELA ELLWANGENSIS præsulatus, præpositur æ & principatus, quæ juris vere pactitii extra *Wurtenbergicum territorium.*

CAP. IIX.

PALATINI SUEVIÆ.

TUbingæ comites universæ SUEVIÆ PALATINOS fuiſſe, conſtat. (*p*) Qui tractus cum Wurtenbergico duci An. 1342. emtione acceſſerit, (*q*) non video, qui PALATINATUS SUEVIÆ jura huic domui in dubium queant vocari. (*r*) Saxoniæ Palatinatus cauſa ante aliquot annos novum in comitiis ſuffragium ceteraque Saxones requiſiviſſe, aliaque huic dignitati acceſſoria, illud quidem eſt reſtatiſſimum. (*s*) Sed idem hic filum conſecutionis, quo uti poſſunt in eadem cauſa duces Wurtenbergici. (*t*)

CAP. IX.

JUDICES ac PROTECTORES JUDÆORUM.

DUcibus Wurtenbergicis licet *ſumma rerum* in JUDÆOS per Sueviam æque ac Germaniam univerſam a Cæſare Friderico V. An. 1471. ſit demandata, (*u*) proſcripſerunt tamen illi e territorio omnes Judæos lege publica. Quæ illis

(*p*) De *Tubingæ* & *Altdorfi*, quæ caſtra ſibi vicina, *palatinis* legi poſſunt BUCELINUS, CRUSIUS, LAZIUS, LUCA, LEIBNITIUS in Guelphicis, alii.

(*q*) Caſtrum *Tubingen* An. 1342. cetera An. 1447. De quo patrii annales, in iisque CRUSIUS & PRAUNIUS von adels herkommen/ quos paulo ante commemoravi.

(*r*) Nam illud certum eſt, quod *palatinatus* jura oſſibus caſtri tractus *Tubingenſis* fuerint adfixa, nequiverintque vendito caſtro inde divelli ac ſeiungi. Res itaque cum ſuo jure, onere & commodo tranſiit. Et ſane eſt *palatinatus provincialis* e numero eorum, quæ ſine *territorio palatino* nequeunt ſuſtineri.

(*s*) Nota ſunt deſideria Auguſtiſſimi Poloniæ e regis, tanquam *palatini Saxoniæ*, quod *Alſtadienſis palatinatus* ergo An. 1705. & deinceps jura petierit *palatina* cum in imperialibus comitiis, tum in huic dignitati acceſſoriis rebus aliis, nobilitandi in toga ſagoque, famæ reſtituendi, publicæ fidei documentis inſtruendi, ceterisque nomine auguſtiſſimi imperatoris, opera *palatinorum comitum*, peragendis.

(*t*) Nam & illi tenent pagum *Suevico palatinatui* addictum; neque illis jura præſcribi potuerunt, quorum exercitia ſunt in mero arbitratu, recurruntque in ſingulis comitiis. Qua de re b. m. HORNIUS legi poteſt in ſchediaſmate de hoc argumento.

(*u*) Exhibetur *diploma*, eo fine ſcriptum, a GOLDASTO in den Reichs-Satzungen ad An. 1471. pag. 186. 187. Unde potiſſima argumenta deſcribemus. Wir Friedrich von GG. Römiſcher Kayſer entbiethen Ulrichen Graven zu Wurtenberg Gnad und alles gut. Wir werden bericht/ wie die Jüdiſchheit im H. R. und beſonder in den Provinzien Mentz/ Trier/ Saltzburg und Biſantz wohnen und unziemlichen Wucher treiben. Wo nun dieſe Jüdiſchheit uns ohn mittel zu gehöhrig: ſo geben wir dir hiermit vollen Gewalt/ daß du die Jüdiſchheit in unſern und dein Schutz / Schirm und Fried empfaheſt/ beſtraffeſt. Haltſt dich in ſolcher gerichtsform/ als recht iſt/ cetera. Unde plura elucent. *Primo* Wurtenbergicum ducem eſſe judæorum PROTECTO-

illis adeo ſancta eſſe ſolet, ut aliter Judæo ne quidem provinciam Wurtenbergicam tranſire liceat, niſi ante impetrata venia & ſalvo conductu. (x)

CAP. X.

VEXILLIFERATUS S. R. I.

VEXILLI IMPERIALIS (deß H. R. R. Sturmfahne) gerendi cuſtodiendique jus WURTENBERGICO duci, ſi non antea, tamen a Ludovico IV. imperatore anno 1336. demandatum atque hoc archiofficium Groeningenſi comitatui innexum eſſe, fide ſcimus publicorum diplomatum teſtatiſſima. Quare hodieque VEXILLIFERI IMPERIALIS ſparta in litteris clientelaribus a Cæſare adſcribitur duci Wurtenbergico. (y) Partium ſtudia ſummum virum, LEIBNITIUM, ea in re egerunt in tranſverſum, ut negaret, eſſe hoc vexillum *imperiale*

TECTOREM: deinde JUDICEM: demum EXECUTOREM, in poenis, ſuo judicio adverſus delinquentes irrogatis. Idem teſtantur MUNSTER *in Coſmograph. lib. 3. c. 399.* CRUSIUS *in comment. ad A. B. tit. 9. pag. 374.* dn. PRAESES in Erläuterung der *A. B. tit. 9. p. 576.*

(x) Loquatur hic MYLERUS *de principib. part. 2. cap. 60. §. 3.* Cujus verba ſunt, quæ ſequuntur: *Multi* judæos *non recipiunt. Prout in noſtro ducatu* Wurtenbergico & Teccenſi *ne liberum quidem tranſitum habent abſque ſalvo conductu* ſeu ſecuritatis litteris, ohne Schirm-Zettel/ *quas a præfecto loci redimere tenentur. Interdictum eſt etiam* ſubditis *ducatus Wurtenbergici ſub gravi pœna, ne cum Judæis contrahant. Ac extat memorabile reſponſum Wurtenbergici ducis* Chriſtophori *de non recipiendo Judæos apud* GILHAUSEN in proceſſ. l. c. 1. §. 1. n. 70. OTTONEM *in jur. publ. p. 19.* Fuit dictum Chriſtophori ducis hoc: Wenn dieſe verfluchte Leute/ die Juden/ mir Geld vollauff wolten geben/ wolte ich ſie doch in meinem Fürſtenthum nicht leiden. Weil ſie an meinem Bruder und Erlöſer treulos worden. Pœna vero contrahentium cum Judæo eſt hæc in ORDINAT. WURTENB. *tit. 27. §.* Wir gebiethen bey Straff Leibes und Gutes und Verweiſung aus dieſem Hertzogthum ſich mit denen Juden in keinen Handel einzulaſſen. Cetera de quibus *Georg. Ludovicus* LINDENSPUR ad ordin. Polit. *p. 106. 107. ſeqq.* quod opus eſt BESOLDORUM; taceo *Harpprechtum, Plepſtium, Lauterbachium, Vabrbublerum* in argumento eodem. Sunt vero in Franconiæ, Sueviæ & Rheno vicinis tractibus odia adverſus Judæos ideo majora, quam alibi, quoniam illarum regionum incolæ candida, fida & aperta pectora animosque bonos & ab omni vaſritie alienos circumferunt, quibus ad circumveniendum facilius abuti poſſunt ex fraude & fallaciis compoſiti Judæi.

(y) Sub formula: Beleihen ihn auch mit unſern und des Reichs (non ergo Sueviæ ſolius) Sturmfahnen mit ſeinen gebührenden Herrlichkeiten und Gerechtigkeiten/ cetera. Ut in litteris clientelaribus medii ac noviſſimi temporis legitur, quas exhibet LUNIGIUS. Ceterum etiam hoc inde intelligitur, quod hoc *imperiale munus* innexum fuerit comitatui caſtroque *Groeningenſi.* Qui cum jure VEXILLIFERATUS IMPERIALIS acceſſorio, primum emtione temporia An. 1301. EBERHARDO & reluitione An. 1316. facta, anno demum 1336. æternum Ulrico Wurtenbergico jure contractus ejusdem fuit delatus. Quam hiſtoriam deſcribunt CRUSIUS *part. 3. ad b. an. p. 181. & 797.* aliique. Qui etiam hoc addunt, quod hanc ſpartam poſſeſſori *Groeningæ,* quæ tertio lapide a Stuttgardia diſtat, detulerit Ludovicus IV. imperator ob ſtrenue nauatam operam in Italicis bellis adverſus pontificem Romanum.

riale, diceretque illud *Suevica* tantum provinciæ proprium. (z) Verum hoc erat solis lucem in dubium vocare & convellere publicæ fidei monumenta. (a*) Quapropter acerbe hunc conatum notavit CULPISIUS, (b*) eo etiam successu, ut Cæsaris æque ac imperii calculos haberet mereretur que. Et licet institutum GENERALIS VEXILLI per exercitum imperialem universum migraverint tempora nostra: permanet tamen hodieque & radios spargit vetustissimæ dignitatis clarum lumen, ut omnino auctores sint, qui WURTENBERGICIS principibus ante alios προεδρίαν adseverunt ex hujus archiofficii argumento (c*) Contrahimus autem hic vela, ubi laudati scriptores illa expanderunt, ut satiare queant lectores.

CAP. XI.

VENATORES IMPERII.

TEstatissimum etiam illud est, quod Wurtenbergicus dux VENATOR audiat (d*) aut REI VENATORIÆ PRÆFECTUS IMPERIALIS Reichs-

 Jäger-

(z) Ejus enim scripti pro Novemuiro Hannoverano adversus ducem VVurtenbergicum von der Würtenbergischen Sturmfahne auctorem esse Leibnitium, neque ipse in litteris dissimulavit dn. præses. Quamvis sua etiam symbola contulerint ad illud, in Augusti principis gratiam, summi viri HUGO & LIMBACHIUS.

(a*) *Primo* enim adpellant hoc vexillum in litteris Cæsaris *imperiale*, ergo provinciale haberi nequit. *Deinde* contenderunt de hac sparta Wurtenbergici duces semel & iterum cum *Saxoniæ* ducibus imperii archimareschallis & ducibus Pomeraniæ, viceruntque, sed hi *imperiale* vexillum sibi adrogarunt, non provinciale Suevicum. *Præterea* dn. præses in differt. *rerum Halensium c. 3. §. 7.* ostendit: *Suevicum vexillum* Halensibus demandatum, civibus nobilibus, non principi aut duci.

(b*) Ipse enim ducis VVurtenbergici primarius tum administer calamum strinxit pro hac sui principis prærogativa in scripto: Von der Reichs Sturmfahne. Et ante in *comment. ad Monzambanum cap. 2. § 8. p. 478. 479. seqq.* Neque etiam post ante clientelarem inaugurationem ab imperatore voluit requirere, quam *vexilliferi imperialis* jura ducibus Wurtenbergicis firmarentur. Quo fine libellum in vernacula edidit, in quo causas exposuit dilatæ investituræ. Accessit etiam post An. 1699. confirmatio a Cæsare illis quidem verbis: daß dieses des Reichs-Sturmfahne und Sr. Hochfürstl. Durchl. in solcher von niemand ferner beeinträchtiget werden solle.

(c*) Hodie in arte militari acquiescitur *singularibus* turmarum singularum *vexillis*, neque haberi solet *generale* exercituique commune universo. Quo tamen gaudet utiturque exercitus Turcarum, dem Roßschweiff. Ceterum narrat CULPISIUS *ad Monzamb. cap. 2. §. 8. pag. 493. Quod juris vexilliferi imperialis ergo* PRÆCEDENTIAM *ante alios principes sibi adseruerint Wurtenbergici.* Neque dubito. Quoniam hoc munus nomen meretur *archiofficii imperialis*, cui vexilliferi inferiores haud dubie obtemperarunt, ut adeo aliis principibus dignior & honoratior haberetur princeps archiofficialis. Imo cum *vexillorum* non solum in *bellis*, sed etiam in *clientelari* inauguratione, imo in *coronationibus* regum & imperatorum usus esse queat, eo magis dignitatis hujus conservari meretur memoria.

(d*) Pendet hic animi CULPISIUS *ad Monzamb. c. 2. §. 1. p. 494.* Sed hujus spartæ,

Jägermeister. (e*) Respicit forte huc rei venatoriæ singularis ordo, S. *Huberto* dicatus. Festus ei dies III. mensis *Novembr.* in ducatu Wurtenbergico isque singulis annis. (f*) Instituto serenissimi principis singulari ad augendum decus & elegantiam curialem, atque excitandum ad studia & artes rei venatoriæ, huic vere ducatui proprias.

CAP. XII.

JURA SUCCESSORIA IN WURTENBERGICIS.

Quam incerta & dubia sint jure succedendi in omnibus fere Germaniæ principatibus, cum alii pro LINEÆ, (g*) alii pro GRADUS, (h*) multi pro ÆTA-

---

sparte, duci Wurtenbergico assignatæ plures sunt testes. GOLDASTUS *tom. I. Constit. pag. 35.* inter *quatuor* imperii VENATORES numerat *comitem* URACENSEM. Sed hic comitatus matrimonii jure accessit 1235. Wurtenbergicis, cum eoque IMPERIALIS VENATORIS dignitas ei accessoria. Inde tubulus venatorius in *Wurtenbergicis insignibus* & libellus MSctus *Joan. Georgii* WALZII das Wurtenb. Jägerhörnlein. Quam spartam haud dubie plenius instruxit & exornavit PREGIZERUS in singulari libro de *Wurtenbergicis insignibus* in alioque de *jure publico Wurtenbergico*, qui carceres mordent adhuc. Nos interim fide scribimus CRUSII, LIMNÆI *ad A. B.* BESOLDI & illorum, qui hos catervatim sequuntur. In quibus etiam EIBEN *de tit. nob.* §. *30.*

(e*) Plurium principum aliorum memini, qui nomen sibi adrogant VENATORUM IMPERIALIUM. Primo *Misnensis* marchionis; deinde ducis *Carinthiæ*; post *Juliacensis*; præterea *Pomeraniæ*. Est tamen hoc certissimum, quod nulli horum in *venationibus* instructissimis quicquam concedat *dux Wurtenbergicus*. Sive ferarum copias sive campos & sylvas late patentes sive venatorum studia & artes sive canum sagacitatem sive equorum excellentiam celeritatemque in hoc attendas instituto. Non jam satis est, feras sclopetis occidere, insequuntur nunc canes, equi, homines etiam cervos, animalium velocissimos, eo quidem usque, dum fatigati subsistunt herbamque vitamque relinquunt venatori. Nova ars novum meruit in Germania nomen, die parforcejagten. Quod genus venandi expeditissimum stupeas hodie in Wurtenbergicis.

(f*) Dedit causam, PATROCINII rei venatoriæ S. HUBERTO delati, quod de ipso hanc narrationem habeant annales & acta sanctorum, *S. Hupertus, Bertrandi ducis Apuitaniæ filius. Cum suo more die parasceves* VENATIONE *esset occupatus*, CHRISTUS EI IN FORMA CRUCIFIXI INTER CUJUSDAM CERVI CORNUA *adparuit. Hac occasione Hupertus est conversus. Inde bona sua in pauperes distribuit & in eremum secessit. Post contulit se Romam & a papa ordinatur Trajectensis episcopus. Verum a. 714. sedem episcopalem Trajecto transtulit Leodium. Mortuus d. 3. Nov. a. 735. Ita Joann* ROBERTUS, SURIUS, FISEN, BEYERLINCK aliique in vita ejusdem. Ceterum BARONIUS diem obitus corrigit signatque eo diem XXVI. mensis *Septembris.* Addunt, ossa hujus viri vulnera sanare, a canibus aut feris inflicta: qua causa ejus sepulchri magnam esse celebritatem. Quasi scilicet *sanctis reliquiis* artis venatoriæ mansissent arcana adversus ferinos morsus remedia. Quæ legenda expendit TRIERES *en traité des superstitions.*

(g*) In his castris militant FREHERUS, ENGELBERTUS, HAGENMULLER, LUDOLF, TEXTOR aliique, quos recenset DN. PRÆS. in *comment. ad A. B. tit. 7. §. 3. p. 708. 709. sq.*

(h*) Pro graduali successione certarunt GOLDASTUS & SCHILTERUS, magno

ÆTATIS (*f**) certent prærogativis, illud quidem adeo est certum, ut plures in hoc labyrintho Cæsaris imperiique desiderent decisionem: (*k**) verum id præcipui jure omnino habet domus Wurtenbergica, quod in illa tam PRIMOGENITURÆ jura certa sint, (*l**) quam LINEALIS successio. (*m**) Imo etiam ultragenitis masculis definitum APANAGIUM, (*n**) & filiabus statuta DOS

---

gno rerum argumentorumque adparatu, quem notavit *dn.* PRÆS. *in comment. A. B. tit. 7. §. 3. p. 709. 710. sq.*

(*i**) Huic favet *Matthæus* VVACKERUS, de quo *dn.* PRÆS. *ad A. B. tit 7. §. 3. pag. 707.*

(*k**) Præsertim cum neque in Germania principatus neque in orbe aliquod regnum sit, ubi non sanguine sit decertatum in hoc argumento. Novissimum exemplum nunc habemus in plaga septentrionali. Ex quo enim Sueciæ rex An. 1719. mense Januario vitam finiit in obsidione, eadem contentionis serra nunc ducitur in regno, utrum successio deferenda nepoti ex prima sorore, an sorori secundo-genitæ. Cum primus lineæ, altera gradus & ætatis urgeant prærogativas. Ut dubium sit, quos calculos probatura sint ordinum regni suffragia.

(*l**) Clarus enim & apertus est imperialis codicillus MAXIMILIANI I. cum consensu ordinum imperii scriptus An. 1495. Wurtenbergicis. His quidem verbis: Und daß auch solches unser und des Reichs Hertzogthum nicht zertrennet noch zertheilet werde/ sondern bey einander bleib/ als auch vorhero die Hauß-Verträge wollen. Hinc de jure primogenituræ VVurtenbergico cum exteri scriptores testantur, tum domestici GOLDASTUS *de majoratu lib. 2. c. 18. n. 2.* REINKING *de regim. secular. lib. I. c. 4. c. 17. n. 26.* LIMNÆUS *jur. publ. lib. 5. c. 16. §. 118.* SPRINGSFELD *de apanag. cap. 3. n. 58. & cap. 5. § 3. n. 44.* RUMELINUS *ad A. B. part. 3. dissert. 5. pag. 761. 779.* PLEBSTIUS *de jure locali Wurtenb. disp. 3. thes. 33.* de LUDOLPHIS *part. gener. jur. primogenit. §. 13. n. 4.*

(*m**) Quod domini PRÆSIDIS judicio ad A. B. *tit. 7. §. 3. p. 716. 711.* Germanici juris quoddam est postulatum: *ut, ubi jus primogenituræ vigeat, ibi etiam successio locum habeat linealis:* in VVurtenbergico illud ducatu iterum extra aleam ponit codicillus imperialis MAX. I. anno 1495. his verbis: und ob der erste und andere Sohn keine oder nicht erben Mannspersonen seines Stammes (quo verbo haud dubie nominati omnes posteri legitimi) gelassen hätte: alsdann (non antea, quoto etiam gradu proximior sit ultimo defuncto) das Hertzogthum auf den drittgebohrnen Sohn fallen/ und damit belehnet werden: also daß die erstgebohrnen und dieienigen von ihrer absteigender Linie/ allzeit vor andern (obgleich dem Grad nähern) Stand und Vorgang haben/ so lang Herrn von Würtenberg seyn werden. Commentarii instar consuli possunt ea, quæ habent proxime laudati jureconsulti. Audire tamen placet RUMELINUM *ad A B. part. 3. diss. 5. p. 759.* qui ita scribit: *Similiter & antiquis familiæ ducatus* VVurtenbergici *pactionibus* Vraci *An. 1473. &* Mynsingæ *An. 1480. erectis atque a Friderico V.* imperatore *An. 1484. & 1492. ac rege Max. I. An. 1495. in conventu* ordinum *confirmatis*, statutum reperitur: das Wurtenberg zu ewigen Zeiten von Erben zu Erben auf den ältisten ehelichen Leibes-Erben und nach eines ältisten Absterben/ auf desselben ältisten Sohn und Descendenten fallen solle. Sicuti ex *Joanne* FESSLERO cancellario VVurtenbergico, in Beschreibung wie das Land Wurtenberg zum Hertzogthum erhöhet worden intelligitur. Æque etiam in MOMPELGARDENSI comitatu ac in VVurtenbergico ducatu jus primogenituræ receptum esse, docuit BESOLDUS *lib. I. Polit. c. 6. n. 26. & in Nomicopolit. lib. I. n. 13. p. 94.*

(*n**) Quod etiam intuitu MOMPELGARDENSIS principatus adprobat *Audr.* OSIAN-

DOS, (o*) præsentissimo remedio ad contundendas in hoc genere lites, aliis Germaniæ principatibus exitiosas.

CAP. XIII.

DE LANDSASSIATU ORDINUM.

Illud etiam jure meritoque instar sacræ anchoræ tenent duces Wurtenbergici, *quod ducale territorium habeant clausum, in suoque tenens complexu* ORDINES PROVINCIALES die Landes-Stände 1) PRÆLATOS 2) clientes NOBILES die Ritterschafft 3) civitates ac CIVES. Id quod, licet ab aliis aperte ab aliis clam & per latus impetatur, ex idoneis tamen hoc patet rationibus & argumentis. *Primo* enim sub Sueviæ etiam ducibus Wurtenbergiæ domini *comites* & ipsi fuerunt & tractus, ab illis post acquisiti *comitatus* aut *dynastia*. Ut vero omnis tum *ducatus* in pagos fuit divisus seu *comitotus*; ita comitibus & dynastis fuere addicti incolæ nobiles die Landsäßigen von Adel/ uti hodieque in plerisque Germaniæ provinciis parent capitaneis den Landes-Ambts- oder Creyß-Hauptleuten/ eratque tum *comes* absque nobilibus incolis, uti sine membris caput. (p*) *Deinde* Sueviæ ducatu An. 1269. extincto, *ducali* etiam in Suevicam *nobilitatem* jura accessere uti *comitibus* & *dynastis* aliis, ita

OSIANDER *in orat. funebr.* FRIDERICI *ducis Wurtenberg p.* 33. Cujus verba sunt: *Hujus etiam juris* primogenituræ *intuitu olim princeps* Ulricus *una cum* VVURTENBERGICO *ducatu* MOMBELGARDENSEM *comitatum sibi servavit.* Richenvvilerana *ditione* Georgio *fratri attributa, Ac demum* Christophorus, *post* Ulrici *parentis obitum*, patruo *integrum* Mombelgardiæ *comitatum & præfecturæ* Neoburgensis *reditus satis amplos fruendos* (non juris necessitate) *sed liberalissime concessit.* Quod idem calculo suo adprobat SPRINGSFELD *cap.* 3. *de apanag. n.* 60. Plura singularia magis de *opanagio Wurtenbergico* haud dubie scripsit definivitque MYLERUS cancellarius *in apanalogia*, quæ superesse dicitur *MSCta*, cum ad eandem illustris auctor provocet multoties.

(o*) Loquatur RUMELINUS nostras. Cujus verba *in part.* 3. *diss.* 5. *ad A. B. p.* 779. sunt hæc: *Pori modo in* VVURTENBERGICO *ducatu* promogenitus OMNIBUS *ex* FAMILIA *Wurtenbergica* FILIABUS *condecentem* DOTEM *constituit*, und wird solch Heyrath-Gut von der Landschafft Einkommen abgestattet/ *vigore* Christophori *ducis Wurtenbergiæ &* Georgii *comitis Mombelgardi* TRANSACTIONIS *die* 4. *Maji An.* 1553. §. und wie wohl es, & in dem Land-Tags-Abschied *die* 19. *Jun.* An. 1565. §. daß auch gemeine, *Ubi* FILIABUS *illustribus ipsius* PRIMOGENITI 32000 *floreni Rhenenses pro* dote *definiuntur. Quæ autem summa in* FILIABUS ULTRAGENITORUM *ad* 2000. *aureos moderata fuit.* Quid vero de linea *Silesiaca* ejusque filiabus? Num & his eodem modo numeranda dos ab ordinibus VVurtenbergicis? Casum An. 1708. *mense Majo* respondit Dnus PRÆSES. Nobis religio obest, quin ejus generis litium calculos moveamus. Legi potest QUESTEL *de jure primogen. c.* 7. §. 28. *p.* 240.

(p*) Universum quemque *ducatum*, Id est, omnes ducatus ordines provinciales etiam nobiles divisos fuisse in *pagos* sive tractus decem, duodecim, plures; singulis autem *pagis* præfectum fuisse *comitem* aut dynastam, illud quidem nemo negat, nisi medii ævi prorsus ignarus. Legi possunt interim de *pagis Germaniæ* scriptores *Meibomius*, *Fritschius*, *Paulinus*, *Knouthius*, alii. Quod cum ita sit, *omnes quondam nobiles constat egisse sub comitum jurisdictione.*

ita etiam *Wurtenbergicis* & huic ducatui postea innexis dynastiis. (q) Quod ab imperatore, qualis tempore interregni tum non fuerat, *ducalis* potestas non potuit vindicari. Neque aliud judicium de *cænobiis* & collegiis sacris, quæ uti in provinciæ comitatibus fundatæ, ita cesserunt quoque comitibus: nisi docerent *exemtionem*, quæ, uti facti est, ita probationem requirit. (r) Ex hoc igitur tempore Wurtenbergicis rerum dominis *tres* ORDINES provinciales paruere 1) *prælati* 2) *nobiles* 3) *cives*. Id quod etiam *porro* docuit effectus & experientia. Sunt enim tres hi ordines ad *comitia provincialia* die Land-Tage vocati; comparuerunt illi in iisdem, nunc armis, nunc opibus duci suo auxiliati; quod in conventu auf dem Land-Tag placuit pluribus, in eo principi suo fuerunt præsto; agnoverunt ex causa eadem *imperia* ejus, *jussa*, aes alienum, forum & *jurisdictionem*; *fidem* ei praftitetunt *clientelarem*; salutarunt *dominum* suum, omniaque schemata ac jura ejus agnoverunt, quæ requiri solent a *domino* territorii. (s*) Atque in hoc rerum statu Maximilianus *etiam* imperator anno

(q*) Extincto *Conradino*, ultimo Sueviæ duce, an. 1269. uacavit *dignitas ducalis*, id est, nostri ævi verbo, *territorialis superioritas*. Hanc igitur sibi iterum adrogare poterant 1) *imperator*, sed eo uacavit imperium, 2) *nobilitas*, verum illa ante jam egerat sub *jurisdictione* comitum, ut juris prorsus inconcinni esset, sub alio judice agere & tamen audire dominum territorialem, 3) *comites* & *dynastæ*. Atque his demum facile fuit ad *jura ducalia* occupandum & conjungendum cum *jurisdictione*, quam eos diximus per omnes Sueviæ pagos habuisse, 4) quæ exempla etiam *episcopos* & illos *antistites*, qui *jurisdictionem* in fundis sacris habuerunt, excitare poterant ad idem faciendum sibique adrogandum 5) *de civitatibus* illis, quibus merum aut mixtum imperium, idem dicendum est & adfirmandum. Quid vero ad hæc Rudolfus, qui filium suum commendare voluit Suevis ad spartam *ducis?* Recusarunt hoc Sueviæ ordines, ne quod semel tempore interregni & ducibus extinctis sibi adseruerunt, iterum amitterent. *Princeps* igitur *Sueviæ* factus est junior Rudolphus, id est, ad sola ducis pristini domania & provincialia judicia die Land-Gerichte vocatus. Quibus hodieque gaudent Austriaci, agnati; salvo *comitatus* Sueviæ ducique Wurtenbergico *territoriali jure* cum in alios subditos, tum in *prælatos* & *nobiles* clientelares. Legi potest ea de metamorphosi *Dn. Præs.* cum in A. B. tum in *Austriacis*. Quo tamen lumine omnes fere destituti sunt, qui de *Suevicis rebus* sunt commentati.

(r*) Nam majoris ordinis *collegia sacra* uti a comitum jurisdictione fuerant sejuncta; ita, ducatu extincto, ducalia jura vel ipsa invaserunt, vel reliquerunt advocatis. Inde discrimina der Landsaßigen Closter und unmittelbahren Reichs und gefürsteten Closter. Inde ELLVVANGENSEM PRÆPOSITUM in protectione VVurtenbergici quondam ducis egisse, non vero potestate territoriali, constat. Contra die Commenthurey Winnenden/ cum adscriptitia esset VVurtenbergico territorio, ORDO TEUTONICUS consensit in emtionem VVurtenbergico duci factam. Pari judicio æstimatur ABBATIA ZUVIFALTENSIS, quæ pariter de territorio VVurtenbergico; in dem solche Abtey auf die Würtenbergische Land-Tage kommen; zur Fürstlichen Landschreiberey contribuirt / auch noch heutiges Tages die Creyß-Contributiones dahin bezahlet werden. Qua de re videatur Abdruck der Duplicschrifft deß Wurtenbergischen Anwalts wider die Reichs-Ritterschafft p. 59. *edit. Stutgardiæ 1706. f.*

(s*) Testantur hoc *scripta publica* cum adversus *prælatos* edita, tum *clientelarem nobilitatem*. Quorum mentio fiet inferius. Et sane cum singula hæc non dicis gratia scripta, sed comprobata sint adpendice plenæ fidei documentorum, ad hæc pars adversa merito solet expallescere. Æquus vero rerum æstimator in verba erumpet; quantum mutatus ab illo!

1495. Wurtenbergico rerum domino *codicillos ducales* hac quidem formula scripsit, ut inter subditos & ordines Wurtenbergicos referret **die Prälaten / Ritterschafft und Städte.** (t*) Et quemadmodum verba, *immediata nobilitas*, **die unmittelbahre Reichs-Ritterschafft/** ante tempora An. 1400. non audita sunt; ita ne quidem sub exitum seculi XV. locum habuere in Wurtenbergicis. (u*) Et sane, mercenario milite ante Friderici V. aut Maximiliani I. tempora incognito Germaniæ, qui maxima bella etiam contra imperatores Rudolfum I. Henricum VII. Carolum IV. alios Germaniæ principes præpotentes ducere valuisset comes Wurtenbergicus, nisi Provinciam habuisset, *milite* eoque *nobili*, quoniam aliis non licuit *equestri militiæ* interesse, instructissimam. (x*) *Imo* tempora etiam patent improbi nobilitatis *secessus.* Nam an. 1395. testatissima pluribus auctoribus est historia, *quod tum omnes fere nobiles Wurtenbergici ducis eidem facti sint rebelles. Tandem vero cum ipso redierint in gratiam* (y*). Quamvis vero tum obsequio retenti, brevi tamen post ab anno 1400. quum *Sigismundo imperatori operam suam in bello Hussitico ea lege addixissent, ut sub peculiari militarent vexillo, S. Georgio dicato,* **dem so genannten St. Georgen-Schild/** altiores spiritus conceperunt. Ex eo enim tempore singulares instituere *conventus, societates,* fœdera, *ordines ærarium, tabularia* ceteraque, ut si qua fieri posset, se rerum dominis in Suevia, Franconia, Rhenoque vicinis provinciis subducerent, aut relinquerent illis nihil, quam inane nomen *fidei clientelaris* (z*). Contulere ad hanc nobilitatis

---

(t*) In diplomate An. 1495. sæpius adducto. Nam uti Maximilianus I. imperator ea lege detulit *Eberhardo* ducalem honorem, ut familia ducali extincta, *Wurtenbergica*, fierent Cæsaris *domanium;* ideo hoc casu promisit ordinibus libertatem & pristina jura his verbis: **Wir und unsere Nachkommen Röm. Kayser und König wollen und sollen in obgemeldtem Falle 1) die Prälaten 2) Graven/ Herrn und Ritterschafft/ und 3) Stätten/ als des verlebten Hertzogthums geistlich und weltlich getreulich handhaben/ schützen und schirmen. Sie bey ihren Gnaden beschützen lassen/ und davon nicht dringen oder ringern in keinen Weg.**

(u*) Inaudita ante seculum XIV. verba: *immediata nobilitas*, **die unmittelbahre Reichs Ritterschafft/** quod omnis tum nobilitas provincialis. Sed in Wurtenbergicis An. 1495. adhuc mentio facta *equitum* & *equestris ordinis* Wurtenbergæ *provincialium.*

(x*) Loquuntur annales coævi. Interim evolui potest scriptor domesticus *Joannes Pedius* THEDINGERUS *in comment. de reb. gest. Wurtenberg.* in voluminibus Schardianis.

(y*) Habet hæc historia An. 1395. plurimum hic momenti. *Principio* de rebellione *Wurtenbergicæ nobilitatis & nobilium Wurtenbergici* ducis sermo est. Ergo *nobiles provinciales* Wurtenbergæ fuisse, est quidem testatissimum. *Deinde* dicitur, quod redierint ad *obsequium Wurtenbergici* principis, igitur necessum est, eos quondam in eodem fuisse ac temere inde discessisse. Scriptores videndi TRITHEMIUS *in chron. Hirsaug.* Tom. 2. p. 299. ad An. 1395. NAUCLERUS *in generat. 47. ad An. 1395.* CRUSIUS *part. 3. lib. 6. annal. cap. 5.* SULGER *in annal. Zwifalt.* ad *An. 1395.* alii.

(z*) Negant enim obsequia; vasallos se dicunt non subditos; servitia clientelaria in dubium vocant, quasi imperialia tollerent ea, quæ debentur provinciæ domino; fugiunt jurisdictionem; conventus; aversantur formulas clientelarum olim solennes; eneruant aperturas; exuunt reverentiam, domino feudi debitam ab hominibus beneficiariis, & quæ sunt generis ejusdem. Ut jam nunc ludibrio sit, vasallos habere & carere milite & ope.

bilitatis provincialis licentiam plurimum diffidia ducum, perfidia administrorum, qui plerumpue ex nobilitate delecti, Ulrici exilium, cetera. Quod cum ita sit, frustra sunt cum PRÆLATI, tum NOBILITAS clientelaris, quod *clausi territorii* jura duci Wurtenbergico infringere conantur. PRÆLATORUM causam malam defendere instituit BESOLDUS (a), quod meritis illius, quæ non parva, non responderent fortunæ, quarum fuit justo appetentior, ab æmulis forte aut invidis administris irritatus. Sed liti finem dederunt tabulæ Westphalicæ An. 1648. (b) Videat ergo NOBILITAS clientelaris, ne nimium indulgeat consultoribus & advocatis, indubias impetendo principum Germaniæ prærogativas, hisque se temere æquando. Vulgi est verissimus sermo: *arcuum intensio frangit.* (c)

(a) Opera *Besoldiana* recensuimus supra c. 8. *lit. o.* cum illis, qui causam hanc pro duce Wurtenbergico responderunt. Quæ hic repetenda nostroque lumine illustranda.

(b) *Artic. IV.* §. 24. *Pac. Osnabr.* Irriti igitur conatus fuere cum *Besoldi* tum *advocatorum* pro cœnobiis. Conferri huc etiam meretur LUNDORPIUS *tom. 7. pag. 791. sq.*

(c) Grandia jam volumina prodierunt, quibus causa *Wurtenbergica* & *nobilitatis clientelaris* hujus ducatus est ventilata, quorum dabimus inscripta nomina. I. Abdruck der Rutterschafft in Schwaben contra Herrn Eberhard Ludevvig Hertzogen zu Würtenberg an dem Reichs-Hoff Rath in puncto collectationis deß heimgefallenen Dorffs Lindach übergebene Supplique und der Hoch-fürstl. Würtenbergischen dagegen eingerichten standhafften exceptionum, edit. *Stuttgart* An. 1700. f. 2. alph. Causam quidem huic volumini dedit pagus Lindach, apertus, mortuo vasallo, duci Wurtenbergico. Nam voluit nobilitas, ut pagus ordini equestri collectas solueret, licet accesserit principi VVurtenbergico. Quapropter voluit hic, ut causa plene responderetur, *nobiles Wurtenbergico principi clientelares inter status provinciales numerandos, tenerique eos instar reliquorum subditorum.* II. In jure & facto bestgegründete Gegen-*Deduction*, worinnen die Reichs-Ritterschafft in Schwaben vor und nach erection des Hertzogthums Würtenberg gehabte Reichs-Immedietät der zu Stuttgart An. 1695. und 1701. gedruckten Deduction und neuerlich imputirten Land-Sassiat defendirt und gerettet wird/ edit. An. 1702. in f. 3. alph. III. Abdruck der Allerunterth. *Duplic*schrifft auf der Reichs-Rutterschafft eingegebene replicas, edit. Stuttgardiæ 1706. f. 1. alph. IV. An Käys. Majest. deduction und gravamina in 1) militaribus 2) civilibus 3) feudalibus der Fürsten und Stände deß Schwäbischen Creyses wider die Reichs-Ritterschafft edit. Ulm. 1692. f. 1. alph. 4. b. Summa libri eo recidit: *ordinis equestris insolentiam quotidie ruere in pejus.* Negare enim eundem omnia jura publica, feudalia, civilia, ad quæ omnino teneantur, præsertim si patriæ pericula & hostiles invasiones aliter cohiberi nequeant, quam milite, nummis, opibus, aliisque remediis, quæ ipsi plane declinent. V. Gründliche Deduction die in den Reichs-Constitutionen und Herkommen fundirte Concurrenz der Reichs-Ritterschafft in Schwaben zu gemeiner Creyß-Verfassung und Defension betreffend edit. Stuttgart 1695. f. 1. und ein halb alph. Quod idem habet cum priori argumentum. VI. An Käyserl. Majest. der Reichs-Ritterschafft in Schwaben Gegen-Deduction und Defension wider die von einem Schwäbischen Reichs-Creiß Vermeinthabende Gravamina edit. Noribergæ 1697. in fol. 3. alph. Ubi equestris ordo respondet ad singula, tuerique vult immunitatem sub verbo equestris libertatis.

CAP. XIV.

CANDIDATI IMPERII.

NOn Sueviæ, ſed univerſo etiam Germanico imperio WURTENBERGICOS principes, vetuſtiori etiam tempore maximos fuiſſe, inde conſtat, quod EBERHARDUM *mitem* anno 1400. ſufficere voluerunt Cæſari Wenceslao (*d*) eique conferre imperiale diadema.

CAP. XV.

DUCATUS EXPECTATIVA.

TAnti quoque fecit WURTENBERGICUM DUCATUM Maximilianus I. ut legis inſtar ſanciret An. 1495. ne, *ducali familia extincta, inter res infeudari ſolitas ille haberetur, ſed, facta conſolidatione, alimentis relinqueretur imperatoris, fieretque ejus* DOMANIUM (*e*) & *archiſolium.* Verum pactis, An.

(*d*) In *adparatu juris publici* & actis, *Wenceslai* imperatoris deſtitutionem concernentibus, ſive *Schiltero* ſive *Wenckero* auctore hoc proditur ex tabulario *Argentoratenſi*: Und wollen Sie dann zu einem Römiſchen Könige wählen von Beyren/ von Sachſen ꝛc. ꝛc. oder den Graven von Würtenberg. Cauſam DATTIUS *de pace publ. part. 3. c. XII. n. 80.* in cultu quærit & elegantia curiali, virtuteque *Eberhardi mitis.* Verum, utut hoc fuerit, ego certe firmiſſimum inde habeo argumentum: *fuiſſe illo tempore Wurtenbergicos principes rerum divites & potentes.* Nam ejus ævi Cæſar, diſſipatis ac profuſis Germanici imperii domaniis, non potuit cultum & victum aliunde ſperare, quod olim fuerat atque temporibus illis, ubi comites *Naſſovii, Schwarzenburgici, Habsburgici* ad hanc ſpartam pervenerunt. *Deinde* bella metuenda fuerant inteſtina, quibus iterum par eſſe debuerat imperii candidatus, idque ex ſuæ provinciæ reditibus & ærario. *Accedit*, quod provincialis tum nobilitas duci VVurtenbergico haud bubie non deſuerit, quo eum durities temporum & audacia nobilium incolarum deſtituerunt. Ceterum illud ſingulare eſt, quod DATTIUS *part. 3. cap. 12. n. 84. 85. ſq.* ex principali tabulario oſtendit, *ter* actum fuiſſe de VVurtenbergico comitatu vertendo in *ducatum. Principio* An. 1415. in concilio Conſtantienſi inſtituto *Sigismundi Cæſaris*, *deinde* An. 1450. conſilio imperatoris Friderici V. *demum* An. 1495. Maximiliani I. benevolentia, qui honore *ducali*, morte aut caſibus aliis intercepto, tandem *Eberbardum* inauguravit. Illud etiam facile ad credendum CRUGERO de ſeptemuiratu pag. 29. quod ab An. 1692. ubi conſilia agitata *novemviri novi*, judicia fuerint plurimorum, hanc ſpartam præ aliis imperii principibus duci *Wurtenbergico* deferendam,

(*e*) Ita enim aperte Maximilianus I. imperator in *ducalibus codicillis* dem Hertzogs-Brieff inquit: Und als wir auch vermercken Hertzog Eberhards Willen/ womit er uns und dem Reich zugethan/ ſamt den Verwandten ſeines Hertzogthums/ haben wir uns mit ihme und er mit uns dahin verglichen und verpflicht ewiglich: Ob es wäre (das GOtt in Gnaden verhüten wolle) daß der Stamm und Nahme der Hertzoge und Herrn von Würtenberg (ultimo verbo ideo fuerat opus, quoniam ducale nomen tantummodo delatum poſſeſſori dem regierenden Landes-Herrn/ aliis agnatis, exemplis Auſtriacæ & Bavaricæ domuum, *comitum* verbo acquieſcentibus) gantz abſterben/ und keiner mehr ſeyn würde/ daß alsdann ſolch Hertzogthum vom Kayſer nicht ſolle oder möge ferner iemand verliehen oder etwas davon vergeben werden/ ſondern ſolch Hertzogthum bleiben bey Römiſchen Kay-

anno 1599. cum Rudolfo II. Cæfare initis conftitutum, ut hujus *expectativa* jura haberent in *orbe ultimi*, Auftriaci (*f*).

CAP. XVI.

REI MONETARIÆ PRÆFECTI.

Cum *trium* Germaniæ pagorum, *Suevia* fcilicet, *Bojoaria*, *Franconia*, viciniæ & commerciorum ergo interfit, ne monetas habeant jufto viliores, fuprema earundem cura demandata fuit duci WURTENBERGICO (*g*) idque in

Xx 3

Kayfern und bey dem H. R. Reich ewiglich und alfo / in Mehrung diß Widdumbgut/ der Cammer incorporiret und verleibt feyn. Scribit itaque BESOLDUS *lib. 3. differt Nomicopolit.* §. 15. *Inclytus* VVurtenbergicus *ducatus, fi, quod Deus avertat, abſque* herede *effet, non ab* imperatore *alteri dari poſſet in* feudum, *fed perpetim* libera *imperii provincia, ex fingulari privilegio effet manfura. Quod diferte fancitur in erectione 1495.* Verum nihil inde accederet provinciæ in libertate, cum ducis tum perfonam & jura indueret quisque imperator. Qui tamen ex imperiali codicillo 1495. teneretur provincialium ordinum jura relinquere in priftino ftatu.

(*f*) Teftatiffima eft calamitas, qua ULRICUS dux WURTENBERGICUS a fœderis Suevici fociis *ducatu* fuerit deftitutus An. 1519. & quo cafu univerfus poft in manus devenerit Auftriacas Caroli V. Qua de re HORTLEDER *lib. 4 cap. 7.* Inde transactio cum Ferdinando I. An. 1534. *Cadaviæ* in Bohemia de reftituenda duci provincia fub lege fubfeudi domus Auftriacæ. Quod An. 1552. *Paffaviæ* firmatum. Inde ab innumeris iisque extraneis etiam jureconfultis refponfa, confilia, decreta requifita: *utrum ducatus imperialis poſſit eſſe mediatus, id eſt, addictus clientelæ unius ex imperii ordinibus?* In his jureconfultis refponfa fuperfunt ALCIATI *lib. 3. reſponſ. 36.* QUETTÆ *conf 6.* BEROI *vol. 1. conſ. 76. n 40.* aliorumque, qui turpiter fe dederunt in rebus ac juribus regni peregrini, cujus nulla illis notitia. Inter noftrates de eodem argumento occurrunt KNICHEN *de veſtitur. pact. c. 5. n 263.* HERTIUS *de feud. oblat. part. 2. §. 23.* ITTER. *de feudis imper. cap. 8.* atque *L. B. de* LYNKER in *reſponſo 193.* Vidit ergo agnovitque Auftriaca domus diverfa jureconfultorum hominumque judicia de infolentia *ducatus fubfeudalis.* Atque permovit hoc Rudolfum II. Cæfarem, ut nuntium mitteret *fubfeudali* nexui fibique tantum & Auftriacis ftipularetur, extincta familia ducali, in ducatum VVurtenbergicum expectativam. Idque in *Pragenſi* conventione An. 1599. Quas tabulas exhibet poft plures LUNIGIUS. Sed licentiofum judicium BESOLDI *lib. 3. in diſſertat. Nomicopolit. 3. n. 14.* quo pactorum hujus generis convellit firmitatem, quafi An. 1495. imperio jus quæfitum fuiffet, quod poft nullatenus eripi illi potuerit ab Auftriacis. Verum tabulæ Pragenfes An. 1599. docent confenfiffe ultimis principes electores, duces Wurtenbergicos, ordines provinciales.

(*g*) Anno feculari 1700. ideo *rei monetariæ* Quatuorviri conventum hoc fine *Auguftæ* inftituerunt, ut numi ex tribus pagis profcriberentur, minus probati calculo legis monetariæ in Germanico imperio. Quem notavit *dn. praef.* in *hiſtoria epiſcopor. Bamberg. 55 p. 1060.* Ceterum quatuor principibus adjungi folent tres civitates *Ratisbona, Auguſta, Noriberga* idque ideo, quoniam major in his rerum inter mercatores peritia, commoda, damna. Illud etiam fingulare, quod in his rei MONETARIÆ conventibus, primas habeat antiftes BAMBERGENSIS. Forte quoniam fortis judicio durch Looß res ita expedita. Cum inter X. Germaniæ circulos eadem omnibus digni-

in societate *Bojoariæ* principis electoris & antistitum *Bambergensis* & *Salisburgensis*.

CAP. XVII.

IMMUNITAS A DETRACTU.

INter præcipui jura illud etiam non omitti debet, quod *subditi Wurtenbergici* nullo teneantur onere DETRACTUS (*b*), in aliis Germaniæ provinciis tam molesti ac improbi. Certissimo indicio, bene in his regionibus esse incolis, ut solum vertere non desiderent.

CAP. XVIII.

VENIA ÆTATIS.

QUod in aliis Germaniæ provinciis tantum non inter reservata Cæsaris referunt, LARGITIONEM scilicet VENIÆ ÆTATIS, illud in Wurtenbergicis indulgere possunt civitatum magistratus (*i*). Idque ex *principis* sui semel facta delegatione, ut ni conjecturæ fallunt, referri hoc mereatur, inter reliquias juris *palatinatus Tubingensis*, supra commemorati.

CAP.

---

dignitas, ut neuter alteri queat anteferri. *Deinde* sciendum, quod his CONVENTIBUS MONETARIIS denen Müntzprobations-Tagen impensæ requirantur ex *ærario circulari*. *Imo* cum monetæ universi orbis sub examen hic mittantur, illud argentum, instar sportularum, *legatis* cedit hujus conventus. Quo fine ex omni genere unum nummum recundere ac colligere solent rei monetariæ administri die General-Müntz Wardein in jedem Creyß/ ut constet etiam illud, num conveniant eorundem invicem judicia, an vero discrepent. Ceterum hodie querela est, hos conventus per tria vere lustra omissa & neglecta fuisse, præsertim *Bojoariæ* archiprincipe exule. Nam interea *Salisburgensis archipræsul* Boico legato voluit anteferri. Quoniam tum Bojoariæ provincia exuisset ac perdidisset *electoralem dignitatem*. Cui nunc eandem scimus restitutam esse idque jure postliminii.

(*b*) Testem domesticum audiamus MYLERUM *de princip. imp. part. 2. c. 63. p. 578. 580.* Ita autem ille: *In ducatu* VVurtenbergico *cives pleniori libertate gaudent. Nam vigore* Tubingensis *transactionis* An. 1514. *cum* Ulrico & *An. 1551. cum* Christophoro, *ducibus initæ*, AB ONERE DETRACTIONIS LIBERÆ SUNT. Der Tübingische Vertrag giebt jeden Würtenbergischen Bürger einen freyen Zug. KNIPSCHILD *de civitat. imp. lib. 2. c. 20. n. 15.* Daß einer sein Bürger-Recht unverhindert auffsagen/ und alles Abzugs frey/ ausser Landes ziehen mag. Tenentur tamen *detractu incolæ*, qui jure non gaudent civitatis. Quod si enim *peregrinis* hereditas ex VVurtenbergico territorio auferenda, tum quidem a principe illi *decimantur* um den zehenden Pfennig. Neque jura ei negantur *retorsionis*.

(*i*) Clara quidem lex est provincialis Würtenb. Landr. *part. 2. tit. 27.* Cujus hic evolui possunt interpretes jureconsulti. In iisque EHRENBACH *part. 2. c. 57. de princip. imp. §. 5.* In patria nostra ducatus Wurtenbergici, *inquit*, concessus est cuivis *magistratui civitatis municipalis* ex *causæ cognitione minoribus bonorum administrationem concedere*. Quam potestatem non tam jure proprio habent, quam ex principis delegatione.

CAP. XIX.

CODEX LEGUM.

NOn invenitur in Germaniæ provinciis universis JUS PROVINCIALE, quod instructius sit minusque absit a pristinis Germaniæ consuetudinibus, quam CODEX WURTENBERGICUS. (k) Meo judicio causa in eo ponenda, quod principem oporteat in consilium legum ferendarum adhibere *ordines provinciales.* (l)

CAP. XX.

HARMONIA MENSURARUM.

Quæ damna & commerciorum impeditiones Germaniæ nostræ sint ex ULNÆ, PONDERIS, MENSURÆ multiplici varietate, nemo vel nescit vel negat. Id ergo, præcipui jure, dandum WURTENBERGICO DUCATUI, ubi singula coacta in unam & omnibus locis æquabilem harmoniam. (m)

CAP.

(k) Palmam ei dubiam reddere dices, *Boicum* & *Saxonicum.* Sed utrumque magis infectum est dogmatibus juris Romani. Commentatorum juris Wurtenbergici illustria nomina & lumina 1. 2. BESOLDORUM 3. LINDENSPURII 4. HARPPRECHTII 5. PLEBSTII 6. LAUTERBABHII 6. VARBULERI, aliorumque. Mallem tamen illi plus otii posuissent in differentiis a jure Romano eruendis, quam in cogendo utrumque in unam harmoniam.

(l) Admonet nos hujus officii MYLERUS *part. 2. de princip. c. 39. §. 10.* his quidem verbis: *In ducatu Wurtenbergico pactis certis est ordinatum,* Landrecht und Landes-Ordnungen zu machen mit Einrathen und Zuthun einer gantzen Landschafft. *Hoc est, ut cum consilio & cooperatione statuum provincialium conficiantur.* Fuit certe idem quondam institutum per universam Germaniam, ut ordines provinciales in juris legislatorii essent societate. Et licet tempora migraverint hæc, mallem tamen vel ex consilii rationibus de novo juris codice non cogitetur, quam in titulis insignioribus auditi in consiliumque adhibiti ex ordinibus provincialibus illi, qui usu rerum valent præ aliis, ut aurem vellicent scriptori legum, ne patriæ consuetudines expungat novi juris scriptura.

(m) Instituto scilicet CHRISTOPHORI ducis, quod laudibus extollit in vita illius *Balthas.* BIDEMBACHIUS: Noch eine grössere Ungleichheit haben Ihro Fürstl. Gn. gefunden in Gewicht/ Maaß/ Eich/ Elen &c. da sich gemeiniglich die Ort-Aemter mit denen Anstössern verglichen. Unter und gegen einander aber gantz ungleich gewesen. Wiewohl nun die Gleichheit zu treffen/ aus vielen Ursachen gantz schwer und schier unmüglich geachtet/ von vielen widerrathen und dafür gehalten worden/ wo schon die Vergleichung aufm Papier gefunden/ so werde doch ohnmöglich seyn/ solche ins Werck zu richten und zu erhalten. Dennoch haben J. F. G. sich dieser Unrichtigkeit unterstanden/ die Vergleichung mit grosser Macht getroffen/ und durchaus also angericht/ daß im gantzen Fürstenthum Würtenberg ein Gewicht/ Maaß/ Eich/ Ehlen. Und es nun in richtigem Gang/ als ob es von viel hundert Jahr also hergebracht. Addit LINDENSPUR *ad jus provinc. p. 261.* hoc judicium: *Hoc in casu paternam sane operam præstitit* Christuphorus dux, *qui ducatum* Wurtenbergicum *e multis ditionibus ceu succrescentibus membris, ob statutorum & rituum diversitatem, nondum satis consolidatum* ORDINATIONUM *concordia* adu-

CAP. XXI.

SPES SALARIUM FEUDORUM.

Si Wurtenbergicis juribus respondissent fortunæ, in variis regni Arelatensis atque Burgundiæ provinciis cum supremo imperio instructos haberent DOMINATUS ac SOWERAINITATES. (n) Neque hodie animum exuerunt, ea requirendi ac recuperandi. Quorum etiam memoriam & jura posteris commendarunt libellis, qui hodieque supersunt in his rerum argumentis. (o)

CAP.

---

adunavit. UNUMQUE JUS MUNICIPALE einerley Landrecht / einerley Landes-Ordnung / einerley Maaß / Ehlen / Gewicht statuit ac introduxit. Idem fere repetit MYLER *part. 2. de princip. imp. c. 46.* §. 4. atque *in metrologia c. 4. §. 5. p. 36.* Cui contulit Porussiæ regis idem institutum An. 1714. *dn. præs.* in *differentiis juris in mutuo 3. lit. ee. p. 20.*

(n) Quæ tanti habuit Carolus V. imperator, ut Wurtenbergicum ducem ULRICUM An. 1547. pactis adstringeret TWILANIS §. 13. ne ad ejus generis dominia sibi pararet viam, quam juris processu. Wir Hertzog Ulrich oder unsere Nachkommen sollen auch nicht 1) verfolgen noch 2) klagen in einigen Wegen / von wegen der Gerechtigkeit und Action, so wir haben möchten in der Gravschafft Burgund. Es sey wider wen es wolle / anders denn durch das Landrecht. Bey welchen Rechten wir gehorsam bleiben sollen von wegen der Güter / die wir in gemeldter Gravschafft haben. Wie dann andere Vasallen Sr. M. die Güter darinnen haben / thun. Und solches bey Pön der privation und vor Gnaden und Gutthaten dieses Vertrages. Meminit *dn. præs.* se ab illustri quondam viro CULPISIO Hagæ comitum audivisse, mereri hæc jura spartam singularem, viro demandandam rerum Burgundicarum perito. Etiam Galliæ olim regem, præsertim Franciscum I. id egisse, ut cessionis jure redimeret hæc a Wurtenbergicis.

(o) *Duo* grandia *volumina* in *f.* extant in litteraria *dn. præs.* supellectili, his verbis inscripta, & I. *Actes, pieces & proces de tres illustre, haut & puissant prince & Seigneur* CHRISTOPHLE *duc de Wurtenberg & Teck* &c. contre *Damoiselle Françoise de* LONGVY; *Messire Grand de* RYE, *Seigneur de* BALANÇON; *Dame Louise de* LONGVY *sa femme & Messire Marc de* RYE, *heur de Dicey tant en son nom, qu'au nom de Claude François de Rye entrant en* DEUX CAUSES, *ioinctes en une, jugeas en premiere instance devant la cour souveraine du parlament de* DOLE *Conté de Bourgoigne, a cause la Seigneurie de* NEUFCHASTEL *& plusieur autres* anno 1563. edit. fol. 5. alphab. II. *Consilia seu* RESPONSA JURIS *a* collegiis *juridicis &* jurisconsultis *Gallis & Germanis, exhibita coram senatu* DOLANO *in* causa *ibi agitata inter principem & dominum D.* Christophorum, *ducem* WIRTENBERGENSEM *& Teccensem* contra *dominam Franciscam de* LONGVY *& Girardum de* RYE, *& dominam Ludovicam de* LONGVY, *ejus uxorem nec non D. Marcum de* RYE *D. de* DICEY *tam suo, quam filii Claudii Francisci de* RYE *nomine intervenientem ratione* DOMINII DE NEUFCHASTEL *& aliorum in actis nominatorum. Ex quibus & actis totius causæ, in lucem editis, quilibet mediocris & sinceri judicii facile deprehendere potest, num dictus princeps* justam *litigandi causam habuerit vel non,* edit. 1553. 2. alphab. III. An. 1620. Christ. BESOLDUS ultimi generis consilia in causa NOVICASTRI edidit, quæ *libr. I. consiliorum variorum* loco *V. VI.* & reliquis extant, omissis tamen Gallicis. IV. Facit etiam huc *Recueil de traitz de paix, de Treue, de Neutralité, de confederation d'Alliance & de commerce faits par le Roys de* FRANCE *avec tous les Princes & potentats de l'Europe & autres depuis pres de trois siecles en VI. tomes. Assemblé, mis en ordre & imprimés par Frederic Leonard premier imprimeur du Roi & de lo Daufin* edit. *a Paris.* 1693

Ubi-

CAP. XXII.

NUMERI DUCALIUM PRÆFECTURARUM.

IN universa Germania non *ducatus* est, tantis aut pluribus SACRI PATRIMONII PRÆDIIS ac bonis instructus, quam WURTENBERGICUS. Gaudet enim princeps LXXVI. PRÆFECTURIS FISCALINIS, (*p*) quas in vernacula dicere solemus **Aemter / die zur Fürstlichen Cammer gehörig.** Ut adeo principes hæ fortunæ ducis Wurtenbergici, quod in suo territorio rariores sint *utiles domini*, qui in provinciis quandoque aliis plerosque earum reditus absumunt.

CAP. XXIII.

AMPLITUDINIS MENSURA SINGULARIS.

EST hoc *Wurtenbergico* ducatui vere proprium ac peculiare, quod amplitudo & rerum adfluentia non a *longitudine* & *latitudine ejus* æstimanda, cum his

---

Ubi inprimis huc pertinent, quæ ultimo tomo in Burgundicis habentur. Verum ingens adparatus in principali tabulario superesse dicitur rerum ad causam instruendam cum Alsaticam & Mombelgardensem, tum Burgundicam & Arelatensem. Ceterum cum in RISVICENSI pace An. 1697. plurima sint restituta, quæ olim in camera BRISACENSI & VESONTINA in jus vocaverant fisci regalis advocati, ille conatus hominibus tribui debet causæ suæ regis justo faventiuribus, necquicquam vel regi vel curiæ regalis primariis administris. Meminit *dn. præf.* quod ipse quondam *in Risuicensi* pacificatione ab Harleo Gallico legato audiverit judicium vere idem: *dandum hoc esse nimietati amoris ac studii advocatorum pro suo rege, si delapsi quandoque fuerint extra orbitas & semitas justitiæ & æquitatis.* Ceterum Wurtenbergici juris in NOVUMCASTRUM Burgundicum, quod a Porussico in Helvetiæ vicinia alienum *dn. præf.* in dem Preußchen Neuburg. Qui locus aliis conciliat lumen. Addi potest LANGVETUS *lib. I. ep. 46.*

(*p*) Ne forte calculum habeas suspectum, nomina PRÆFECTURARUM sacri principis patrimonii dabimus. Ea quidem fide, qua illas exhibet & enumerat *Joann.* MEIERUS, *pastor Waldorfensis* in Geographica *tabula Wurtenbergici ducatus*, singulati industria anno 1710. descripta. Sunt autem, quæ nullo ordinis jure sequuntur: 1) *Stuttgart* 2) *Canstatt* 3) *Schorndorff* 4) *Waiblingen* 5) *Winanden* 6) *Backnang* 7) *Murhart* 8) *Gruningen* 9) *Leonberg* 10) *Vaihingen* 11) *Brackenheim* 12) *Guglingen* 13) *Bietickheim* 14) *Lauffen* 15) *Beilstein* 16) *Botvvar* 17) *Weinsberg* 18) *Marbach* 19) *Neustatt* 20) *Meckmul* 21) *Saxenheim* 22) *Asperg* 23) *Waltenbuch* 24) *Oberiexingen* 25) *Hoheneck* 26) *Kirchheim am Neckar* 27) *Heimsheim* 28) *Niderhofen* 29) *Horra* 30) *Pfaffenhofen* 31) *Klein Gartach* 32) *Hohen Haslach* 33) *Merklingen* 34) *Gros Gartach* 35) *Besigheim* 36) *Freiddenstate* 37) *Stetten* 38) *Mundelsheim* 39) *Tubingen* 40) *Urach* 41) *Kircheim* 42) *Geppingen* 43) *Haidenheim* 44) *Nurtingen* 45) *Blaubeiren* 46) *Neiffen* 47) *Herrenberg* 48) *Calb* 49) *Neuenburg* 50) *Wildberg* 51) *Nagold* 52) *Dornstet* 53) *Sulz* 54) *Balingen* 55) *Duttlingen* 56) *Rosenfeld* 57) *Hornberg* 58) *Dornhan* 59) *Beblingen* 60) *Wildbad* 61) *Ebingen* 62) *Munsingen* 63) *Wilheim* 64) *Ovven* 65) *Wendlingen* 66) *Grezingen* 67) *Sindelfingen* 68) *Bulach* 69) *Zavelstein* 70) *Schiltach* 71) *Heubach* 72) *Hetterbach* 73) *Ilsfeldt* 74) *Liebencell* 75) *Altensteig* 76) *Pfullingen*, Facile ad intelligendum, plura in his esse, quæ non reipublicæ debeantur instar *domaniorum*, sed principibus eorumque numis, fœderibus, nuptiis, gratiæ apud Cæsarem, victoriis, pactis, donationibus, successibus generis alius,

longe fit MAJOR illius provinciæ SUPERFICIES. Ideo enormis ac immensa. Quoniam in altissimos illa *montes* surgit, iterumque flectitur ac protenditur per montium *colles*, *clivos*, *jugaque*, in *spatia* & *valles*. Quæ omnia cum non sint deserta & sterilia, sed feracissima *frugum*, *vini*, *arborum*, *herbarum*, *graminum*, (q) reditus inde hujus principatus multoties adaugentur. Ut omnino *Wurtenbergicus tractus major sit*, *quam appareat videaturque*.

CAP. XXIV.

ADPARATUS MULTIPLEX.

QUi cultus in aliis Germaniæ principum curiis in re una alterave maximi fit, ille in WURTENBERGICO DUCATU eminet in universis. Quod ne frustra dixisse videar, potiora indice tantum digito attingam. In PALATIORUM magnificentia exempli loco nominamus LUDOVICIBURGUM. Quod nostro ævo surrexit, conditore EBERHARDO LUDOVICO, hujus ætatis principe laudatissimo. Rapit illud in stuporem omnes spectatores, cum perfecti operis, etiam in oculis artificum, ultimam sustineat lineam. Id unice dubium, utrum hæ principales ædes plus habeant salis, quam impensarum, cum nulla pars sit, in qua alterutrum possit desiderari (r). Meretur certe haberi dici-

(q) Res ipsa docet, *terram*, quæ in *altum* surgit reciditque ac repetit *ima*, *longiorem superficiem* habere; quam hanc, quæ patet in simplici ac nuda planitie. Adeoque montanæ regioni tot nova spatia accedere, quot *montium latera*. Quod si hoc est, uti esse nemo non intelligit, in redituum inde probandis incrementis, hoc tantummodo est requirendum, *latera montium non sterilia & petrosa esse*, sed *feracia* rerum utilium ad victum & cultum. Id quod in Wurtenbergicis intelligitur re ipsa, ut verbis non sit opus. In aliis montibus *agri*, quos imprægnare & foecundiores reddere solent carbonibus & cineribus; in aliis *vineæ* & vineta; in aliis *horti* & arbores; in aliis *pascua* & prata; in aliis *ligna* & sylvæ. Urgebunt nos physici, quod omnes plantæ surgant a radice sursum, non in latera & extremitates aut deorsum reflectantur, ut adeo feracitas a radice montis æstimanda, non ab ejus lateribus, Cum vero de nostri dogmatis veritate testentur numeri villarum, pagorum, urbium, quarum incolæ vivunt ex frugibus montanis; deinde latera montium non nuda sint, sed spissa graminum & plantarum: haud dubie natura exitus docet, datque illis per latera parum deflectentia, ut opus non sit recta sursum via.

(r) Perfecti operis gloriam consequi potest LUDOVICIBURGUM; si alium unquam palatium ullum. Quam enim primum artifex spectator notat aliquem nævum, aut aliquid in eo desiderat cum ratione, illico princeps conditor jubet emendare, invertere, corrigere, demere aut addere, insuper habitis operis, gloriæ pleni impensis. Idem dicendum de *aulaeis*, *peristromatibus*, *stragulis*, *picturis*, *suppellectili*, quibus omnia ejus conclavia nitent ad pompam & delicias. Ante aliquot annos hospitem habuit per triduum principem electorem Bavarum, ex Gallia tum ad suos reducem. Cujus judicio omnia tantopere probata, ut multorum requireret delineationem, quam sibi posset, exempli & memoriæ causa, retinere. Neque tamen prætera deesse existimes ædes alias, principe dignas. Imo tot instructissimas in hoc ducatu arces & domus principales (die Lust- und Jagd-Häuser) numerant, ut hebdomadatim in aliis atque aliis cum universa aula diverterre posse principem scribant, neque ita tamen opus illi sit, eandem toto anni spatio semel repetere. Taceo hortorum amœnitates, arboreta, labyrinthos, operas hydraulicas, præsertim in *Uraci* vicinia, ubi aqua mechanica arte

per

dicique Germaniæ ocellus. *Deinde* curialium administrorum numeri, elegantia decora & universus magni ducis comitatus faciem habet domus & familiæ vere augustæ (s). *Porro in* MILITE PRÆTORIANO, qui a principe non discedit, delectus, mundities, habitus, prætexta, ordo & artes ita præstant, ut laudem ille omnino mereatur omnibus numeris perfectæ cohortis (t). *Praterea* MUSICORUM, comicorum, artificum generis alius collegia aluntur. Quorum socii ex Italia, Gallia, Anglia Germaniaque conducti, prout ab his gentibus primæ cuivis sunt delatæ. Præstantiam porro venatorum concelebravimus supra (u). Quid de LITTERIS & viris LITTERATIS? non puto his instructiorem & beneficum magis reperiri in orbe principatum, quam re vera dici potest Wurtenbergicus. TUBINGENSIS academiæ jura & reditus sunt maximi (x). Sed in gratiam juventutis illustris ac celsarum natalium in academiæ meditullio nova academia surrexit. (y) Neque pauperes litterarum & artium studiosi convictum tantummodo habent, sed etiam tecta, habitum, doctores & doctrinas ex solius principis benevolentia. (z) Taceo cœnobia plura, in quibus educi & formari solent adolescentes ad artes, post in academiis addiscendas.

per siphunculos in montem adsurgit, den rauhen Johannes, stupendæ omnino altitudinis. Accedit uovum optimi principis institutum, quo *Necarum* fluvium reddidit navigabilem inde a Canstadio ad *Hailbronnam* urbem. Ab hoc enim loco ille ante aliquot annos pariter reparatus, ut nunc sufficiat navibus ferendis Heidelbergam. Idem nuper cum *Kochero* tentare instituerunt comites Hohenloici.

(s) Numerant certe tempora, quibus Wurtenbergicus dux sex Germaniæ principes & octo comites aluerit administros. Testis est DATTIUS *ad An 1400. part. 3. cap. 12. n. 81. 82. p. 611.* & ante eum CULPILSUS *ad Monzamb. cap. 2. §. 8. p. 471.* Quorsum etiam HEREDITARII OFFICIALES die Würtenbergische Erb-Beamte debent referri. In quibus An. 1516. offendi, qui sequuntur: MARESCHALLUM den Erb-Marschall Cunrad Thumb. II. PINCERNAM den Erb-Schencken Philipp von Nippenburg. III. CAMERARIUM den Erb-Cämmerer Wolf von Gültlingen/ VI. DAPIFERUM den Erb-Truchseß den von Späthen.

(t) Tempora fuerunt, ubi copiæ Wurtenbergicæ ad numerum adsurrexerunt unius *legionis.* Neque bella habet Germania nostra sive ab *orientali* sive ab *occidentali* hoste, quibus non insigni adjumento patriæ sint Wurtenbergicæ cohortes. Imo in *imperiali albo* numeri Wurtenbergicarum copiarum æquant illum, quo tenentur principes electores.

(u) In sect. I. §. 11. pag. 13. superius.

(x) Cujus momenta & laudes illustrarunt Theod. SCHNEPFIUS & *Christoph.* BESOLDUS in orationibus ex instituto. Pro cujus reditibus conservandis PAX OSNABRUG. Artic. IV. §. 24. *reditibus Universitati* Tubingensi *pie fundatis.* Qui honor vix contigit alii. Addi potest in der Lands-Ordn. pag. 296. 297. General Ausschreiben ins Hertzogthum d. 1. Jul. 1601. betreffend den Schutz und Schirm über gemeiner Hohe Schuel zu Tübingen. Und wie sich die Fürstl. Amt-Leute gegen die Universitäts-Verwandten halten sollen. Ubi omnia insigniaque Studiosorum privilegia confirmata sunt.

(y) GREISII oratio *de laudibus illustris collegii Tubingensis.* Jungi hic potest cum scriptis LANSII, viri celsissimæ juventuti in hoc collegio utilissimi.

(z) De quo instituto *Joan Ulricus* PREGIZER *in Wurtenbergica sacra* p. 235. 255. & alibi.

CAP. XXVI.

CIMELIA.

Ad extremum non hujus tantum ævi cura. Antiquitatum enim reliquiæ omnis generis & quibus pretium facit raritas, cum adservari solent, tum ostendi rerum curiosis. Veterum NUMI; PICTURÆ; INSTRUMENTA; VESTES; LORICÆ; CASSIDES; HASTÆ; LANCEÆ; ARMA; TOGÆ; SUPELLEX; TESSERÆ; GEMMÆ; LAPIDES; MINERÆ; OSTENTA & PORTENTA; MACHINÆ & centum alia sunt, quæ magno & sumtuoso hic adparatu conspiciuntur. (zz)

CAP. XXVII.

DE WURTENBERGICO INDIGENATU.

Quamuis in Germanico alias impetio liceat fundos & prædia acquirere, quibusvis etiam extraneis, iisque uti fruique, licet quis alibi locorum habitet institueritque alibi domicilia: (a) hoc tamen fieri nequit in Wurtenbergico ducatu per publicas principis sanctiones. *Primo* enim sedes in Wurtenbergicis figere

(zz) Præfectus est his cimeliis SCHUCKARDUS *Professor Matheseos in Gymnasio illustri Stutgardiano*, Patronus, Fautor, ac Præceptor quondam meus æternum usque devenerandus, hancque spartam non occupat solum, sed instruit & exornat. Multum sane industriæ illius cum princeps deberet, tum viri rei litterariæ & antiquitatis studiosi, si, quæ ipse notavit, eruit, descripsit, digessit, restituit, aperuit & declaravit, ederet in lucem atque hunc thesaurum VVurtenbergiæ clausum, recluderet & sisteret orbi.

(a) Nam Germania *universo* alias *orbi patria*. Ut cuique, ex quovis ille populo sit oriundus, in Germania agere, figere domicilium, rerum acquirere dominia liceat. Omni *albinagii* & *indigenatus* jure, quo olim Roma usa est adversus peregrinos, proscripto. Quemadmodum in ipso Romano etiam orbe ANTONINUS PIUS sustulit, quæ majores ad arcendos Roma peregrinos constituerant, idque auctoritate NOVELLÆ 78. c. 5. ubi imperator rem his enarrat verbis: *sicut enim* Antoninus, *pius cognominatus est*, JUS ROMANÆ CIVITATIS, *prius ab unoquoque subjectorum petitum*: HOC ILLE OMNIBUS IN COMMUNE SUBJECTIS DONAVIT. Quod institutum amplissimo commentario post ALCIATUM *lib. 2. dispunct. c. 21. Guidonem* PANCIROLLUM *varior. lib. 2. c. 64.* CUIACIUM *Observ. lib. 4. c. 5.* enucleavit *illustrissimus* Ezechiel SPANHEMIUS *in Orbe Romano exercit. 2. c. 1. 2. sqq.* Sive autem juri *albinagii* & *indigenatus* derogatum sit in Germania, judicio *L. B. a* COCCEJIS *c. 31. jur. publ.* §. 27. sive his nostra in patria nullo unquam tempore datus sit locus, perinde est. Cum certissimum sit hæc inter nos jura non regnare. Forte ideo, quoniam Germania olim vix habuit, quod ad se trahere potuisset peregrinos, ut adeo lege ulla prohibitiva non opus esse videretur. Ceterum quicquid senserint alii, egomet certus sum, olim Germanis omnino jura fuisse *indigenatus* adversus extraneos; imo pro extraneis etiam habitos fuisse incolas provinciæ alterius, licet Germanicæ. Nam ideo *Holsatiæ*, *Marchiæ*, *Saxoniæ*, *Mecklenburgicæ*, *Pomeranica* aliaque instituta medii ævi clientelaria indicavit *dn. præses* in doctrina juris feudalis, per quæ nefas fuit, *prædium equestre* alii alienare, quam nobili civi aut incolæ, exclusis prorsus omnibus extraneis. Quos mores tempora migraverunt posteriora in locis aliquibus, in aliis vero illi locum habent hodieque.

figere prohibentur *Itali, Sabaudi, Walones.* (*b*) Deinde qui *dominus* esse vult prædii, fundi reique immobilis in Wurtenbergico ducatu, eum simul esse ac permanere oportet *incolam*. Alias alienare obligatur, quod in Wurtenberg.cis habet, imo si in alienando moras trahat, propterea in jus vocatur a magistratu. Qui bona exponit hastæ publicæ, adsignatque illa incolæ plus licitanti, (*c*) invitis

 rerum

(*b*) Clara est hoc in jure lex provincialis **die Landes-Ordn.** *tit.* 2. §. 1. Scilicet quod jus civitatis dare peregrino, sit *arbitrii* magistratuum, non *legis*: deinde, quod ne quidem pro hominibus ad jus civitatis VVurtenbergicæ habilibus sint existimandi *Itali* & *Galli* transalpini. Es soll fürohin in unserm Hertzogthum weder in Dörffern/ niemand was Stands der sey/ zu einem Mitbürger angenommen werden/ er bring dann zuvor ein Mann-Recht/ gebe das Bürger-Recht/ und thue darauf uns die Erb-Huldigung/ und was sich in seinen Bürger-Rechten begeb/ darum Recht zu geben und zu nehmen/ und alles das zu thun/ wie ander unser Bürger und Unterthanen thun/ und daß auch diejenige Manns- und Frauen-Personen/ so in Städten oder Flecken Bürger-Recht begehrn/ keinen nachgehenden Leibs-Herrn haben/ sondern deren ledig seyn sollen. §. 2. Und ob gleichwohl einer also sein Mann-Recht bringt/ soll es dennoch zu dem Willen der Amtleut und Gericht stehen/ ihn anzunehmen oder nicht. Doch Uns als dem Lands-Fürsten/ wo Streit oder Klag fürfielen/ darinn Bescheid zu geben/ und unser Obrigkeit zu gebrauchen/ unbenommen. §. 3. Es sollen auch sie unsere Amtleut und Gericht kein Wahlen oder Savoyer ohne Unser Vorwissen und Bewilligen/ zu Bürger annehmen/ so wollen wir ihnen dieselben ohne sonder bewegende Ursachen anzunehmen auch nicht befehlen.

(*c*) Est ea in re lex manifesta **in der Würtenb. Landes-Ordn.** tit. 17. daß niemand keinem (einem)/ so nicht unter unsers Hertzogthumbs Obrigkeit gesessen einig liegend Gut zu kauffen gebe. Quæ constitutio meretur adscribi universa: §. 1. Es begegnet uns/ an unser Obrigkeit/ auch unsern Städten und Flecken/ an ihren Marckungen und Ehehafftinen/ auch unsern Amtleuten/ Burgermeister/ Heimbürgen/ Gerichten und Befelchhabern in unsern Städten und Aemtern/ von den Außwendigen/ so Güter bey ihnen haben/ in Einbringung der Steuren/ Satzungen/ Reisen/ Frohnen/ und dergleichen viel Irrungen und Beschwerniß/ dadurch wir und unsere Räthe vielfältig bemühet werden/ welches wir ferner zu gedulden nicht gemeint. §. 2. Hierumb unser ernstlicher Befehl/ daß unser Amtleute und Befelchhaber der Städt und Dörffer die gemeldten Außleuth/ durch Gebot und andere Mittel/ strenglich anhalten/ dasjenige/ so ihnen wie andern unsern Unterthanen ihrer Güter halb aufgelegt/ ohn Widerstand zu bezahlen/ und so sie ungehorsamb/ die Straff unnachläßlich von ihnen zu nehmen. §. 3. Doch welche Güter von Alter davon befreyet/ welches die Innhaber gläublich darthun/ lassen wir sie darbey bleiben. §. 4. Aber fürohin soll keiner unser Unterthanen einigen Außmann/ der nicht in unser Hertzogthumbs Obrigkeit gesäßen/ und uns mit der Erb-Huldigung nicht zugethan/ was Stands der sey/ einig liegend Gut zu kauffen geben oder vertauschen/ ohne Unser Erlaubniß bey Straff zwantzig Pfund Heller von einem ieden Gut/ so also verkaufft wird/ uns zu bezahlen/ darauf unser Ober- und Unter-Amt-Leut/ bey ihren Pflichten und Eyden/ ihr sonder Aufmerckens haben/ und sollich kauffen und verkauffen/ wie ob stehet/ gegen niemand gestatten/ was Stands der sey/ auch die Straffen von den Ubersahrern uns einziehen. §. 5. Und ob es gleichwohl mit oder ohne Gefahr hierüber beschicht/ soll doch solcher Kauff und Tausch kein Krafft haben/ weder in noch ausserhalb Rechtens keineswegs. §. 6. Da aber denjenigen/ die nicht in unserm Gezwang/ Eid-Pflichten/ Oberkeit und Hertzogthum wohnhafft und haußheblich gesäßen liegende Güter/ so in unsern Gebieten/ Hertzogthum und Obrigkeit gelegen/ in Erbfalls weiß zufielen/ verfangen und lebhafft seynd/ oder in künfftige Zeit verfangen und

rerum dominis. *Demum* etiam illud interdictum, ne incola mancipet servitia sua

---

und behafft gemacht werden/ oder durch Testament/ Ehesteur/ Vergabung zuständen/ oder mit der Gant zufielen/ deren mögen sie nicht genoß noch fähig seyn/ die zu behalten/ sondern sollen die an andere unsere Unterthanen innerhalb zwey Jahren zu verändern schuldig seyn. §. 7. Wo sie aber dieselben Güter in den zweyen Jahren nicht also an unser Angehörigen und Unterthanen verändern und verwenden werden/ so soll jeder unser Städt/ Dörffer und Flecken Unsers Hertzogthums Amtleut und Gericht Gewalt haben/ solche Güter öffentlich feil zu bieten und zum höchsten sie könten/ und mit besserm Nutz (darunter kein Vortheil gesucht werden soll) zu verkauffen/ dergestalt/ daß sie das erlöst Geld denselben Außgesäßnen unverwandten Personen treulich zahlen. §. 8. Wo aber dieselben Personen hinter uns haußheblich ziehen/ und wie andere unsere Unterthanen/ Zugehörig und Verwandten/ in unserm Hertzogthum wohnen wolten/ da sie dann zu Bürger/ Einwohner und Hintersäßenen auf und angenommen würden/ so mögen sie deren Güter fähig/ theilhafftig und genoß machen. §. 9. Sonst sollen und mögen dieselben liegende Güter/ vor unsern Stadt- und Dorff-Gerichten/ in der Einsatzung/ noch auch in der Gant/ oder in andern Weg den Frembden/ die nicht in unserm Zwang/ Hertzogthum und Obrigkeit wohnhafft sind/ beharrlich nicht zugelassen/ gefertigt noch ihnen zugestellt werden/ anders dann mit Bescheidenheit und Vorbehalt/ wie oben gemeldt. De recuperatorio judicio prædiorum, quæ in dominio sunt hominum extraneorum, in gratiam incolarum VVurtenbergæ agit lex provincialis in der Lands-Ordn. *tit.* 20. quam pariter recitabimus: Nachdem wir befunden/ daß an etlichen Orten unsers Hertzogthums/ unsere Unterthanen bey unsers Herrn Vaters seligen Leb- und Regierungs Zeiten über und wieder Ihr Liebden Lands-Ordnung/ in Anno 1536. jüngst verschienen im Truck außgangen/ und dann zumahl auch in folgenden Jahren den in allen Vogt-Gerichten verkünd/ etliche Güter den Ausländern zu kauffen gegeben/ und durch der Amt-Leut Unfleiß solche Käuff nicht cassirt/ noch die aufferlegte Straff eingezogen/ sondern auch durch etliche Amt Leut selbst hiewieder eigennützlich gehandelt worden/ welches Uns/ als dem Lands-Fürsten/ an unser Ober- und Gerechtigkeit/ auch dem gemeinen Nutz beschwerlich/ und wir nicht gemeint/ solches also hinzuschleiffen zu lassen. §. 2. Befehlen demnach mit Ernst/ und wollen/ daß alsbald nach Publicirung dieser unser Lands-Ordnung/ Unsere Ober- und Unter-Amt-Leuthe/ bey ihren Pflichten und Eyden/ jeder in seiner Verwaltung/ solch Kauffen und Verkauffen/ so also nach unsers Herrn Vaters seligen ausgekündter Lands-Ordnung zuwieder/ gegen Ausländischen beschehen/ cassiren/ und die verwirckte Straff von den Ubertretern einziehen/ auch sie oder ihre Erben dahin halten wollen/ dieselbige Güter in dem Kauff-Geld wider an sich zu nehmen/ oder einem andern solches zu thun/ gestatten/ und des hierinn niemands verschonen/ was Stands/ Wesens/ oder der gleich unser Diener sey. §. 3. Gleichergestalt/ wo einem Auswendigen gesessnen/ was Stands der sey/ in unserm Hertzogthum einig liegend Gut/ vor Auskündigung dieser unser Landes-Ordnung/ Erbs-Weise zugefallen/ oder zu Heurat-Gut gegeben worden/ und in Krafft hievoriger Unsers Herrn Vaters seligen Lands-Ordnung noch nicht verkaufft wäre worden; so sollen alsbald unsere Amtleuth mit Ernst verschaffen/ daß solches nochmahls ohne länger Einstellen geschehe/ immaßen in nechst vorhergehender Rubric verordnet ist. §. 4. Solte aber solches von Unsern Amtleuthen einem oder mehr hierüber unterlassen bleiben/ und anders gehandelt werden/ gedencken wir gegen einen solchen ein ernstliches Einsehens geschehen/ und darzu von ihme die Straffe einziehen zu lassen. §. 5. So viel aber die liegende Güter/ so in Unserm Hertzogthum und Obrigkeit gelegen/ vor Unsers Herrn Vaters seligen obgemeldter ausgekündter Lands-Ordnung in der Außländischen Handen gewesen und noch seyen/ wollen und befehlen wir/ daß in allen unsern Städten und Aemtern/ so offt und dick ein Auß-

sua principi peregrino sine principis rogata & obtenta consensione. (d) Inde est, quod cum alibi cives *nascantur*, in Wurtenbergico ducatu fere nonnisi fiant. Tenentur enim *civium filii*, ex quo puberes facti sunt, principi fidem suam obsequiumque solenni adstringere jurejurando. (e) Quod cum ita sit, illud etiam habent, de quo gaudeant incolæ, ut in publicis muneribus præferantur peregrinis. (f) Quæ omnia certe in Wurtenbergico ducatu constituta esse viden-

---

Außmann oder Fremder/ Uns mit der Erb-Huldigung nicht zugethan/ noch unser Oberkeit unterworffen/ derselbigen liegenden Güter eins oder mehr/ wie die Nahmen haben mögen/ in unserm Hertzogthum und Oberkeit gelegen/ kaufft und verkaufft/ das dann alsbald ein Gemeinsame/ oder ein ieder Bürger und Einwohner/ insonderheit desselben Amts/ Stadt oder Flecken/ in welcher Zwing oder Bännen solche gelegen/ dieselbigen Güter im Kauff-Geld/ wie die mit Haupt-Summa/ zihlen und ziemlichen Weinkauff verkaufft/ in einem Monat den nächsten/ als der Kauff abgeredt und beschlossen/ oder wissend oder sonst offenbar worden ist/ ohne länger Verziehen/ wieder an sich bringen und lösen sollen/ wie dann unsere Städt und Aemter Unsers Hertzogthums solche Losung im alten Herkommen/ löblichem Brauch und Gewohnheit hißhero gehabt/ die wir ihnen auch zu gut und Fürstand hiemit erneurt/ bestätigt und bekräfftigt haben. §. 6. Und wollen auch/ daß Unsere Ober- und Unter-Amt-Leute/ ob solchem allem mit Ernst und Fleiß halten/ und die unsern davon mit nichten dringen lassen. §. 7. Doch wollen wir/ Uns und Unsern Erben/ nach Gelegenheit der Sachen und Zeit/ hierinn Unser Erklährung/ Ober- und Gerechtigkeit/ in allweg vorbehalten und unbenommen haben. §. 8. Doch soll auch hierinn/ denjenigen Unsern Unterthanen/ so einige Lehen/ Boden- oder andere Losungs-Gerechtigkeit haben/ die Verlosung hiemit unbenommen/ sondern vorbehalten seyn.

(d) Est adversus hos scripta lex in der Lands-Ordnung *tit.* 9. quam huc exscribemus: Dieweil auch etliche verhanden/ die ihre Güter in unserm Hertzogthum haben/ an andern Orten aber sich in Dienste begeben/ und uns kein Erb-Huldigung thun/ und also ihres Gefallens Bürger seyn/ oder nicht seyn wollen. So nun das nicht allein Uns/ sondern auch unser Landschafft/ zu Abbruch/ Nachtheil und Schaden reichet/ ist Unser ernstlicher Befehl/ daß Unsere Ober- und Unter Amt-Leuthe/ auch Bürgermeister/ Gericht und Rath/ iedes Orts/ auff solche Leut ein gut Auffsehens haben. Und wo sich einer oder mehr an einem frembden Ort/ ausserhalb unsers Hertzogthum und Obrigkeit/ bürgerlich einlassen/ und bleiblich setzen würde/ sollen ihnen ihre Haab und Güther arrestirt/ und darzu angehalten werden/ die in Jahres-Frist zu verkauffen.

(e) Est in lege provinciali die Landes-Ordnung tit. 2. §. 5. his verbis concepta: Daneben auch/ daß alle junge Gesellen/ so ihre mannbahre Jahre erlanget/ in jährlichen Vogt-Gerichten uns Erbhuldigung thun sollen. Auch derselben Nahmen in Städten und Dörffern iedes Amts in solch Register oder Buch verzeichnet und aufgeschrieben werden. Damit man jederzeit wissen möge/ ob einer sein Eyd und Erbhuldigung auch Mann- und Bürger-Recht erstattet habe/ oder nicht. Formula *homagii* juraturis præscripta der Landes-Ordnung tit. 3.

(f) Fide hic scribimus MYLERI *hyparchol. cap. 6. §. 36.* ubi inquit: *Ducatus* WURTENBERGICUS *compactata patriæ inter ducem* Udalricum, *& status* provinciales *inita, de eligendis ad* officia *publica, quæ ita ordinant.* So wollen wir auch unsere Cantzeley mit seinen erbahren und verständigen Schreibern (Secretariis) und Personen besitzen. Und darinne diejenigen von der Landschafft vor andern (so sie darzu tauglich) annehmen und bedencken. Damit künfftiglich die Aemter im Lande mit geschickten Personen/ die der Cantzeley practi-

videntur ratione consultissima, in tanta præsertim facilitate, qua incolis solum licet vertere. (g)

CAP. XXVIII.

DE LEGE CENSORIA CODICIS WURTENBERGICI.

Plures fuerunt in patria jureconsulti, qui Romanorum CENSORIAS LEGES desiderarunt in Germania. Scilicet requisiverunt homines, qui munere publico id agerent, ut facta observarent omnis generis incolarum; admonerent quemque, ubi & quoties opus, legum suique officii; castigarent mores; revocarent singulos ad frugem; cuique essent ad optima quæque consultores; imo si perdita eorum opera, immorigeros & parum obedientes ad magistratum deferrent: (h) illud quidem institutum est der Rugen-Gerichte in Wurtenbergico ducatu. Nam quivis in eo jubetur magistratus, singulis annis cogere judicium, leges viva voce recitare & inculcare civibus ac incolis: (i) præterea explorare

---

practiquen und Ausrichtungen wissen und erfahren seyn / desto nützlicher versehen und besetzet werden. *Confirmata transactio* TUBINGENSIS *de anno 1551. die 15. mensis Aprilis.* Interest autem reipublicæ, ne hujus legis fines proferantur justo magis. Licet enim illa valere possit in muneribus ad causas judiciarias facientibus: in majoris tamen momenti consiliis omnino est opus, ut seligantur, non nascantur consultores.

(g) Qua de re supra scripsimus *sect. I. cap -- p --*

(h) In horum maxime numero fuerunt SECKENDORFF, FRITSCHIUS, atque inter Germaniæ principes *Dux Saxoniæ* ERNESTUS, Gothanæ provinciæ possessor, qui id unice egit, ut *lex censoria* in suo ducatu floreret, essetque in usu ac vigore. Qua de re Dd. ad *L. 7. C. de accusat.* atque ad *l. 6. §. 3. ff. ad SCtum Turpilianum*, in iisque ex instituto NATTA *cons. 311.* STAMM. *de servit. person. lib. 2. c. 20.* aliique.

(i) Loquatur hic testis domesticus MYLERUS, qui in *hyparcholog. cap. 4. §. 11. pag. 118.* his verbis institutum hoc enarrat: *In ducatu* Wurtenbergico & Tecciaco *principes territorii, jure superioritatis,* inquisitiones *ex* officio *instituit. Idque vel per* consiliaros *vel per* præfectos *cujusque præfecturæ,* durch Haltung jährlicher Vogt-Gerichte. *Quilibet enim præfectus* annuatim in sua præfectura judicium præfecturale instituere tenetur, in seinem anvertrauten Amt Vogt-Gericht zu halten. Qui convocatis omnibus civibus & subditis, qui homagium præstiterunt, præcedente propositione & admonitione, a singulis personis quærit & explorat, quid ab uno vel altero concive *contra bonos mores vel contra pacem publicam vel contra leges patriæ vel quid scandali commissum sit*, *ut* illud sub fide juramenti palam faciat, quo delictum debita pœna vindicetur, de qua *indagatione*, *si ipsi consiliarii* tale judicium agunt, (quod sæpissime ob præsumptam negligentiam quorundam administrantium fieri solet) sequentia in ordinatione politica nostra disposita sunt. Es soll ein ieder unserer Unterthan bey seinem Eyd schuldig seyn ohn Unterlaß/ und sonderlich in den Vogt-Gerichten/ anzuzeigen/ ob Uns durch unsere Ober- und Unter-Ambt-Leute/ Vorstmeister oder andere/ ichzit versäumbt oder abgangen wäre/ damit unserer ferner Schad verhütet werden möge. Item, Nachdem uns vielfältig Klag vorkommet/ daß die Schultheissen und Unsere Ambt-Leute zu Zeiten durch die Finger sehen/ diejenigen so ihnen gefreundt/ oder anhängig/ nicht straffen/ Witwen und Wäysen bey ihrem Recht nicht handhaben/ und unbillig beschweren/ ist unsere ernstliche Meinung und Befehlich/ daß unsere Ober-Ambt-Leuthe in den Vogt-Gerichten deß-
halb

plorare *mensuras*, *pondera*, *ulnas*, (*k*) *deos viales*, limitrophos terminos, (*l*) alia, idque annuatim, utrum illa respondeant publicis iisque præscriptis rationibus. In primis etiam provocare omnes ex populo, ut si quem immorigerum & peccatorem nossent, eum JUDICIO CENSORIO, ea causa instituto, denuntiarent. Quid? quod aliquo crimine notati atque infames interdicuntur omni hominum consortio, convictu, comitatu, omnique rerum cum aliis communione, idque sub poena in legibus definita. (*m*)

Volumen III. Z z CAP.

---

halb eine gantze Gemeine fragen/ und ihre Klag in geheim vernehmen/ alsdann den Unter-Ambtmann oder Schultheissen zu Red stellen/ seine Verantwortung hören/ und so der Ober-Ambtmann befindet/ daß er dergestalt übel gehandelt/ dasselbig in unsere Cantzley zu erkennen geben/ darauf ferner Befelchlichs und Bescheids warten/ damit die arme verlassene einfältige Leuthe auch Wittwen und Waysen nicht unterdruckt/ sondern zu Recht und Billigkeit gehandhabt werden. Wo aber die Ober- und Unter Ambt-Leuthe diesem ihrem Befehlch nicht nachkommen/ oder die Sachen sie betreffen/ und durch die Finger sehen/ alsdann soll den Klagenden oder Beschwerenden armen Leuthen erlaubt und zugelassen seyn/ ihr Anliegen dem Bürgermeister und Gericht fürzubringen/ die sollen sich alsdann gleicher Gestalt/ wie oben im Articul vom suppliciren fol. 9 gemeldet ist/ verhalten. Clariora sunt, quæ habentur in der Lands-Ordnung *tit. 91. 92. 93. 94. ad tit. 133.* Ubi tituli diversis verbis inscripti: Censur und Rug-Ordnung. 1) Von Personen/ die zu Rug-Gerichten gebraucht werden/ 2) Eyd der Rugerichter/ 3) Amt der Rugerichter/ 4) jedes Jahr solche ausser den jährlichen Vogtey-Gerichten viermahl zu halten/ 5) Ruge-Zettel und worauf die Leute acht zu geben und andere anzugeben 6) keiner solle bey seinem Eyd/ so er von dem andern etwas weiß/ dem Ruge-Gerichte verschweigen. Sed vero quis dubitet, multoties CENSORES laborare adfectibus? Et quis inter mortales semper bonus & integer. Cespitamus omnes. Neque forte reipublicæ interest, omnia peccata adfici pœna. Deus eorum olim vindex. Fori humani est, animadvertere in delicta sive facta nociva societati civili.

(*k*) Valde solicitus est in his describendis MYLERUS in *metrologia*, quæ loca nos exhibebimus. *Cap. 8. §. 3. p. 75.* scribit his verbis: *In ducatu* Wurtenbergico, *jussu principis*, *quotannis in omnibus civitatibus & pagis* mensuræ *in aridis & liquidis*, ulnæ & pondera *inspici debent. Omnium* signis publicis *carentium possessores propterea rigide puniuntur.* Quod idem repetit iisdem verbis *cap. 9. §. 6. p 87.* Claudit tandem p. 88. *Quæ consuetudo ad coercendas* defraudationum *machinationes mihi summopere placet. Imprimis si* (mensuræ) *etiam ipsius* artificis signo *notentur. Quod etiam in civitatibus Wurtenbergicis simili modo solet practicari.* Verba autem Lands-Ordnung tit. 68. 72. 79. cetera.

(*l*) Id scilicet summopere caveri solet in *Wurtenbergicis*, ne termini ejus generis ab alio vel ponerentur vel reponerentur vel emendarentur, quam ab eo, qui publica fide ad id faciendum esset instructus, atque adligatus ad formulam juris jurandi. *Joh.* OETINGERUS, *Wurtenbergicus silentiarius* scripsit de hoc argumento, ediditque librum de *finibus regundis*, in quo respexit potissimum ad instituta Wurtenbergica. Recitat *formulam jurisjurandi* agrimensoris Wurtenbergici MYLERUS *in metrologia cap. 13. §. 4. p. 177. 178.* idemque *cap. 15. §. 4. p. 331.*

(*m*) Ut eo magis in oculos incurreret pœna & effectus infamiæ aut levis notæ macula infecti hominis: ita disponitur in der Landes-Ordnung *tit. 94.* Sollen weder zu Gericht/ Rath oder andern ehrlichen Amten gebraucht/ sondern derselben entsetzt seyn. Und so zu 1) ehrlichen Gesellschafften 2) offenen Zechen/ 3) Hochzeit/ 4) Tantzen/ 5) Wirths-Häusern oder Höfen nicht beruffi

CAP. XXIX.

DE MERO IMPERIO DUCIS SOLIUS.

Si verum est, quod auctores commemorant, *civitatibus Wurtenbergicis* nudam cognitionem competere in criminalibus, cetera & ipsam executionem PRINCIPI reservatam: *(n)* illud dici potest, quod singulari exemplo MERUM IMPERIUM sit penes solum DUCEM. *(o)* Unde plurima elucent, quæ adhuc tenebris involuta Germaniæ jureconsultorum.

CAP.

---

rufft noch gelassen werden. Und ob sich das fügte/ daß sie aus Vergessenheit gerufft/ sollen sie dahin nicht gehen noch von Unsern Amt-Leuten und Burgemeistern da geduldet werden. Darzu auch kein Gold/ Seidenwath/ antragen. Welche Person auch dieses übertreten/ solle so offt das geschehe/ acht Tage im Thurm mit Wasser und Brod gespeiset/ und darzu mit 3 Pfund Heller bestrafft werden.

(n) Disputant, *num civitatibus Wurtenbergicis competat merum imperium?* Qua in re sibi contradicunt BOCERUS *de jurisdict. c. 8. n. 90.* atque BESOLDUS *Polit. class. 1. disp. 12. n. 50.* Ultimi verba recitabimus. Sunt autem hæc: *An mero imperio oppida, quæ sunt in ducatu* Wurtenbergico *gaudeant? controverti potest.* Vid. Dn. Præc. *D.* BOCER. *de Jurisdictione cap. 8. num. 90.* & ANONYM. *in Tract. de Jurisdict. & imperio cap. 6. ad fin. fol. 106. Quod vix est, ut omni ex parte admittamus, cum tam* ACCUSATIO *quam etiam ordinatio* PROCESSUS *ipsaque sententiæ* EXECUTIO *illustrissimi* PRINCIPIS *ductu instituatur*, & OPPIDANO SENATUI *cognitio* COMPETAT *nuda.* Alt-Wurtemb. Landr. part. I. fol. 49. §. Daß vor einem: ibi: berechtet/ i. e. de crimine cognosci. Fürstliche Würtenbergische Landes-Ordnung fol. 235. ubi fit mentio der Ammts-Leute (qui *Principis* vices gerunt) und des Gerichtes. IMPERIUM MERUM *pertinet tum ad facinorosi* apprehensionem, custodiam, torturam, criminis judicationem & correctionem facinorosi. *Dn. Præceptor D.* BOCER. *Disput. de Jurisd. th. 54. in class. 5. Hos autem actus omnes decuriones oppidorum Wurtembergicorum exercere*, NEMO *dicere potest.*

(o) Licet *meri imperii* apud Romanos & *jurisdictionis criminalis* & superioris apud Germanos discrimina magna sint, quæ *dn. præses* suo tempore evolvet in *utriusque juris differentiis*: illud tamen ex medii ævi patet rationibus, olim *merum imperium* in Germaniæ provinciis fuisse penes solos *duces*, contra *comitum provincialium* spartam fere in illis substitisse, quæ intra limites *mixti imperii* versantur. Idem judicium de aliis generis dynastis & *civitatibus* in Germania. Uti ergo, extincta stirpe ducali in Suevia An. 1269. *ducalis* potestas *Sueviæ comitibus, antistibus, dynastis*, delata: ita etiam accessit iisdem simul *criminalis jurisdictio*, ducali juri accessoria, idque in comitatibus & dynastiis universis, adeo ut his addicta *collegia* sacra, *nobilitas* clientelaris, *civitates* mero imperio vel destituantur vel gaudeant eo ex *principis* territorialis *privilegio, feudo, delegatione* aut *beneficii* genere alio. Quod cum ita sit, illud vinculum esse videtur consecutionis firmissimum: *qui mero imperio aut criminali jurisdictione non gaudet*, idque jure originario & proprio, *is frustra affectat in suo fundo superioritatem.* Contra, qui *primum* vel olim habuit, vel a quo hodieque illud dependet sive feudi jure sive pactitio genere alio, ille omnino credendus est habere *alterum*, quod adpellare solemus *territorialem jurisdictionem & superioritatem* die Landes-Hoheit. Atque ex hoc dogmate ingens lumen ad controversias cum sacrorum *collegiorum*, tum *nobilitatis immediatæ* componendas; quod eorundem consultores frustra

illis

CAP. XXX.

DE ASYLIS WURTENBERGICIS.

Cum exulent fere in aliis Germaniæ provinciis JURA ASYLORUM idque merito, quod *inquisitorii processus* nobis leges sint, quæ non patiuntur, ut vis fiat homini facinoroso in turbis, a multitudine, hominibusque aliis, nisi ratio pateat delicti indubia. (*p*) In WURTENBERGICO tamen ducatu asylorum

 privi-

illis *superioritatem* adrogent sub inauditis ante nominibus der Closterlichen und adelichen Landes-Hoheit/ quando constat, illis *jurisdictionem criminalem* vel etiam nunc non esse vel esse quidem ex beneficio, feudo, delegatione, modo alio *imperatoris*, ducis, *principis*, *antistitis*, *dynastæ*. In *Wurtenbergicis* igitur civitatibus, mero imperio destitutis, elucent plurima *Primum*, quod civitatibus in Germania & urbium magistratibus, ordinario jure, competat tantummodo politia, die Policey-Sachen/ reliqua nonnisi privilegio: *deinde* quod, uti imperatores jurisdictionalia in civitatibus procuraverunt & exercuerunt opera *scultetorum*, & *vogtiorum* der Reichs-Vogte und Reichs-Schultzen in den Städten; ita principes ac duces hoc idem fecisse ac peregisse per urbanos prætores den Stadt-Richter aut præfectos den Stadt-Amtmann/ cetera. Atque pro utroque conjecturæ sunt eo quidem usque, quo doceatur, extinctis *imperialibus* aut *principalibus* ejus generis administris, *jurisdictionem* singularis beneficii aut contractus lege urbanis magistratibus accessisse. Ceterum licet præsertim in Sueviæ, Franconiæ, Rhenoque vicinis regionibus magna sint, a *jurisdictione* omnis generis auch der Cent oder Vogteyligkeit/ in fundo alterius, argumenta ad *superioritatem*; est tamen in *mero imperio* der Fraisch oder Obervogteylichen Gerichtbarkeit/ filum hoc omnium firmissimum. Cum certissimum sit, illud inter *principis* fuisse potissima reservata, adeoque, si comitibus & dynastis unum idque præcipuum genus juris principalis accessit die Fraisch oder Obervogteylichen Gericht/ credo oportet obvenisse illis quoque reliqua minoris sortis accessoria, id est, regalium omnium complexum.

(*p*) Olim enim, ex quo aliquis homicidii reus est creditus, illico relictus est multitudinis insolentiæ, rabiei, furori effrenato ac præcipiti in occidendo, mactando, jugulando, obruendo lapidibus atque aliis modis interimendo. Sæpe unius etiam maleferiati hominis vox & clamor poterat plebem infrunitam commovere, atque ad necem excitare ac propellere hominis alioquin innocentissimi. Quorsum etiam apud Germanos vociferatio illa referri debet das Zetter-Geschrey über einen armen Sünder. Id scilicet relictum esse videbatur turbido populi judicio, ut homicidii reum pœna talionis adficerent, tollerentque suo instituto consilioque e medio. Verum enim vero cum migraverimus nunc hos mores turbidos & inconsultos, adeo, ut qui talia excitaverit in republica, rebellionis & qui hoc tegumento alii mortem attulerit, homicidii pœna teneatur: igitur porro non est, quod sibi a multitudine metuant alicujus facinoris rei. Neque judici liberæ hic manus sunt ad sententiam suppliciumque præcipitandum. Ad limites enim & leges potius adstrictus est, unde ne latum unguem ipse potest excedere & pœnam accelerare. Debet de corpore delicti certus esse; habere testes aut rei confessionem; formandi quæstionum articuli; constituendus ex officio defensor; defensio non semel indulgenda, verum sæpius iterumque; acta transmittenda & relinquenda judicio extraneorum jure consultorum; imo sententia concepta & semel iterumque confirmata principis offerenda arbitratui, quo illam habere debet ratam; in pleno consessu illa reo prælegenda; si etiam tunc habeat, quod denuo proferat, ad veniam sperandam, iterum audiendus; neque nisi plene vel *confessus* vel *convictus* damnandus ad mortem & quæ ambages sunt generis ejusdem aliæ. Unde facile ad intelligendum, nullum

privilegia exercentur etiam nunc in cœnobiis *Hirsaugiensi* (q) aliisque; (r) in civitatibus *Reutlingen* (s) & *Neuburg*; (t) imo in pago *Pfulingensi*. (u) Unde dissidia & discrimina multa cum peregrinis magistratibus & ipsis hominibus, criminum reis. Quæ studium excitarunt illustris MYLERI, ut ex instituto in gratiamque rerum Wurtenbergicarum scriberet de hoc argumento. (x)

CAP.

---

lum hic metum a præcipitiis neque adeo opus esse asylorum juribus, adversus illa remediis ordinariis.

(q) Habet *privilegia asyli*, quibus HIRSAUGIENSE cœnobium est munitum, præsertim an. 1495. largitore Maximiliano I. Cæsare. BESOLDUS *in docum. redivivis p. 609.* 610. cum suis commentis.

(r) De aliis post eundem BESOLDUM l. c. legi possunt MAGERUS *de advoc. arm.* c. 15. MYLER *de jure asylor. cap.* 6.

(s) Sudes omnino in oculis REUTLINGA civitas, hoc asyli privilegio instructa, sitaque in Wurtenbergici ducatus meditullio. Querelæ olim certe quotidianæ de hujus privilegii abusu, quo REUTLINGA multoties omnium facinorosorum hominum securissimum receptaculum. REUTLINGÆ imperialis civitatis cum asyli, cum alia jura evolvit KNIPSCHILD *de civitat. imp. lib. 3. cap. 44.* De asylo *Reutlinrensi* etiam *Besoldus de jurib. majestat.* cap. 4. De abusibus asyli Wurtenbergicæ querelæ infinitæ propemodum supersunt apud MYLERUM *de jure asyli cap. 4. 6.* aliisque. Quæ juris consultissimum virum excitarunt ad hunc librum, quo Reutlingensibus privilegii cum abusus exprobraret, tum insolentiam omni juris præsidio destitutam. Ceterum causam ipse *Reutlingensis* asyli in hoc ponit *cap. 1. §. 8.* Scilicet Reutlingæ nomen esse a nouelletis, quod civitas condita in loco sylvis obsito, quas eradicaverint conditores. Ut ergo cives ad se traherent eo facilius, privilegium requisivisse *asyli* ab imperatoribus. Instar Romuli, qui hoc remedio auxerit Romæ exorientis incolas.

(t) De *Neoburgensi* asylo SPEIDELIUS *in voc.* Freyheit & MAGERUS *cap. 15.* Verba MYLERI cap. 6. §. 21. hæc: *In ducatus* WWurtenbergici *civitate* NEOMONTANA, (quæ vulgo Neuenburg vocatur) *tuto versari licet per VI. hebdomadas & III. dies* (tantum enim spatium requirit *trina* citatio per XIV. dierum intervalla, & quod terminus citationis non computetur pro termino, verum sequens dies) *profugo, qui cædem ex ira ac animi impetu commisit.* Welches auch so beständig von den Nachbarn gehalten und dem Ort zugestanden wird / daß alß 1619. der Marckgrav von Baden einen Ubelthäter mit Gewalt heraus geholet/ er solchen dennoch/ auf zuschreiben von Würtenberg/ wieder nacher Neuenburg gestellet. Etiam limites asyli hujus ita definiri: Um und an der Stadt Neuenburg also nahe / daß man möchte mit einem Wappen-Handschuch werffen biß an die Stadt-Maur.

(u) Scilicet, ad vindicandos asyli *Reutlingensis* abusus, *Wurtenbergici* pagum Reutlingæ vicinum, cui nomen PFULLINGEN, pari jure instruunt asyli idque faciunt, longi temporis consuetudine tuti. BESOLDUS *in delibat. lib. I. Dig. tit. de asylis pag.* 55. Cui subscribit MYLER *cap. 8. §. 57.* his verbis: *Jure retorsionis & talionis utuntur in asylis quidam principes, quando scilicet asylo vicinum locum mactant eodem* asyli *& securitatis profugorum præsidio. Sicuti consuetudine invaluit immemoriali, ut is, qui in civitate* Reutlingensi *delictum commiserit, in vicino ducatus Wurtenbergici pago* Pfullingen *securum confugii & asyli locum habeat permanendi.*

(x) Hanc causam ipse innuit editor libri in *proœmio* idque his verbis: *inprimis vero quæ immunitatum adminicula & refugia* Reutlinga *civitas, ipsi* meditullio *Wurten-*

CAP. XXXI.

AUSTRIACA PRIVILEGIA PROPRIA WURTENBERGICIS.

Tandem, aliena fide fcribo, effe WURTENBERGICO ducatui eadem privilegia, quæ AUSTRIACÆ GENTI. (**) Aeftimant hoc cenfu interdicta adverfus *adpellationes & evocationes*. De quibus vero nunc figillatim atque ex inftituto fcribendum.

SECTIO II.

DE

WURTENBERGICO PRIVILEGIO

ADVERSUS

ADPELLATIONES

ET

EVOCATIONES,

SIGILLATIM.

CAP. I.

ARGUMENTI DESCRIPTIO ET DIVISIO.

Illud ergo nobis hoc loco dicendum & comprobandum : *in Wurtenbergico ducatu locum non effe adpellationibus ad imperii tribunalia*, neque fieri poffe, ut inde *homines vel caufæ ad extranea ulla judicia evocentur aut devolvantur.*

 Potius

Wurtenbergici ducatus infita quafi, confugis adftipulari, nixa & quæ funt reliqua. Imo in toto libro vix caput offenditur, in quo non peculiaris ratio hic fit habita VVurtenbergici ducatus in argumento de afylis.

(**) Judicium verbaque funt KNICHENI *de Sax. non provocandi privil.* ad verbum *jus. cap. 2. n. 37.* ubi inquit: *Quod Adrian.* Gylmannus *lib. I. Symphor.* p. 6. *adfeverat*, *a* DUCE WURTENBERGICO *provocationem* interdictam: *Conicio id exaudiendum intuitu privilegii* AUSTRIACI. Idem habet SPRENGERUS *fynt. vir. pub. c. 11.* Quoniam fcilicet Auftriaca privilegia cum VVurtenbergico territorio ideo communicata, quoniam olim utrumque vel fuerit vel debuerit venire fub imperium unius. Et fane clara eft *Caroli V.* fanctio An. 1530. daß das Fürftenthum Würtenberg und Teck mit Land und Leute und allem Zugehöhr fich freuen/ gebrauchen und genieffen folle aller Freyheit/ Ehre/ wie alle andere deß Haufes Oefterreich Land und Leut. Verum BESOLDUS *cap. 2. de adpellat.* p. 103. 104. exiftimat, hoc eo intelligendum, usque dum *Wurtenberga* fuerit Auftriæ *fubfeudum.* Qui nexus cum An. 1599. prorfus fublatus, etiam jura hæc expirauiffe. De quo tamen alii dubitant, quoniam manferit *expectativa* & fpes Auftriacis in VVurtenbergicum ducatum.

Potius *Wurtenbergicum ducem suorum subditorum judicem esse unum & solum, cujus judicio standum & acquiescendum.* Et quod magis est, *ipsum principem in jus vocandum esse coram suis administris*, qui *austregarum* instar, neque hic locum antea summis imperii tribunalibus.

§. 2. Atque adeo facile est ad intelligendum, *principio* agendum de privilegio adversus ADPELLATIONES cum ad suprema, tum ad Sueviæ tribunalia Rothvveilense, & provincialia Weingartense, Ravensburgense, cetera: *deinde* in medium producenda argumenta adversus EVOCATIONES & avocationes vel hominum vel causarum, earumque vel pendentium vel minus: *tandem* Wurtenbergici principis indicandas AUSTREGAS, ne quid his neglectis fieri possit inconsulte, temere, immoderate, licenter.

CAP. II.

ADVERSUS ADPELLATIONES ARGUMENTA.

Principio igitur privilegium de NON ADPELLANDO producemus in nostram arenam. Atque hoc fine *juris* hic *Wurtenbergici* audiemus decretum. Est autem hoc: (*a*) Nachdem in unserer Landes-Ordnung/ bey gesetzter Straff/ ernstlich verbothen/ (*b*) daß kein Unterthan/ Zugewandter (*c*) oder Innwohner (*d*) unsers Hertzogthums (*e*) den andern für ausländische (*f*) geistliche (*g*) oder

---

(*a*) In dem Wirtenbergischen Landrecht. *part. I. tit. 59.*

(*b*) In primis in der Landes-Ordnung tit. 10. cujus inscriptio ideo singularis: daß kein Unterthan den andern für einig ausländisch Hof- oder Landgericht laden solle. Pœna carceris & victus, ad panem & aquam adligati, statuta in transgressores. Adpendicis loco in der Landes-Ordnung habetur *num. 8.* rescriptum *Wurtenbergicum* An. 1613. conceptum adversus processus in judiciis *Rothweilensi* atque Sueviæ *provincialibus*, quibus interdicuntur subditi VVurtenbergici.

(*c*) Quo nomine haud dubie etiam designantur cujusque generis *officiales*, VVurtenbergico principi omnino addicti.

(*d*) Licet nondum *homagii* jure ac lege obstrictus sit principi VVurtenbergico. Cum huic ad hujus leges, adversus *adpellationes* scriptæ, obligationem sufficere possint jura *domicilii* solius.

(*e*) Idem etiam judicium esse volunt de tractibus *noviter* acquisitis atque principatu *Mompelgardensi*. Cum omnes ditiones iisdem juribus & legibus uti teneantur ex principum ordinumque jussibus ac decretis.

(*f*) Non solum *judicia*, sed etiam *judices* a jure dicundo in Wurtenbergicis proscripti, qui non sunt aguntque in *ducis* Wurtenbergici protestate ac dominatu.

(*g*) *Episcopi* & alii antistites hic innuuntur, quibus olim jus *diœcesanum* in Wurtenbergicis. Verum exulant illi per tabulas *pacificationum* in religione. In quibus *Wurtenbergico*, uti aliis omnibus principibus evangelicis adsignata sunt ea, quæ olim *papæ* & *episcoporum*. Ut adeo utramque illi personam nunc sustinere videantur.

oder weltliche Land- (*b*) Hof- (*i*) oder Cammer-Gerichte (*k*) keins ausgenommen/ (*l*) laden oder fürnehmen solle: (*m*) als soll auch (*n*) keinem unserer Unterthanen gestattet werden/ an ausländische Gerichte (*s*) zu ADPELLIREN. (*t*) Sondern sollen sie (*u*) mit der ADPELLATION bey ihrem Nechsten Ober- oder unserm Hoff-Gericht/ vermöge unsers Hertzogthums (*x*) alten (*y*) Her-

---

(*b*) Huc pertinent die Schwäbische Land-Gerichte/ quæ a diversis locis, ubi diverso tempore haberi solent, diversimode cognominantur 1) zu Altorf 2) Ißni 3) Leutkirch auf der Heide 4) Weingarten 5) Ravensburg 6) Nellenburg 7) Ranckweil 8) Frauenfeld & in Alsatia 9) das Land-Gericht auf der Lauben zu Hagenau. Quorum judiciorum notitiam haurias ex SCHNEIDERI commentario ad statuta des Schwäbischen Land-Gerichtes; KIEFFERI *Austriacis qu. 42.* RUMELINO *ad A. B. tit. XI. part. 2. dissert. 2. §. 6.* atque AUCTORE Germaniæ principis lib. 1. cap. 4. §. 44.

(*i*) Quo nomine ROTHWEILENSE judicium notatur, cujus amplitudinem & rationes ostendit WEHNERUS præsertim in *commentario ad statuta Rothweilensia.*

(*k*) Priora nomina habentur in privilegio MAXIMILIANI I. Cæsaris anno 1495. quo instruxit Wurtenbergicum ducem adversus *extranea judicia.* Sed ultimum hoc ibi non reperitur in exemplis editis adhuc. Verum ex usu longinquo illud additum signatque, uti colligo CAMERAM IMPERIALEM, quo verbo etiam olim ex consuetudine A. B. imperii legibus venit *curia imperialis* atque aulicum hodie judicium, qnod in locum illius successit.

(*l*) Adeoque ne quidem *supremis tribunalibus* imperii exceptis, quæ noluit interpres, forte honoris causa, verbatim nominare.

(*m*) Citare laden est *judicis;* Fürnehmen in jus vocare *partis.* Utrique igitur debuit obviam iri.

(*n*) Particula est illativa. Ne quid novi in apothesi requisitum aut introductum esse videatur.

(*s*) Sub extraneis his judiciis omnia intelliguntur illa, quæ non sunt intra limites & jura *Wurtenbergici* territorii. Adeoque, ut verba generatim & universe concepta sunt, neque *adpellatio* hic indulgetur ad suprema Germanici imperii tribunalia.

(*t*) Nam si quando de *justitia denegata* aut *protracta* querelæ aut causa in *prima* instantia ad cameram pertinet imperialem: illa omnia nostra lege nec quicquem vel restricta vel sublata esse videntur.

(*u*) Scilicet prohibentur *adpellatione* ad extraneos 1) *subditi* Wurtenbergici 2) *incolæ* 3) cujusvis generis *officiales.*

(*x*) Et omnium aliarum ditionum, quæ eodem *principe*, *jure*, *lege*, reguntur. Quod notatum supra.

(*y*) Quoniam scilicet temporum vetustas, per quæ omnis omissa ac prohibita adpellatio, magnum habet ea in re momentum. Cum ejus generis privilegia adversus *adpellationes* omnino etiam acquirere liceat præscriptione *temporis* extraordinarii & *immemorialis* atque patientia, tum esse potest instar *tituli.* Qui præterea requiri potest ex jure postliminii & *adpellationum* quondam nescia Germania.

Herkommens/ (z) Freyheiten (a) und Landes-Ordnung (b) verbleiben. (c) Wo aber ein Fremder (d) der unserm Hertzogthum nicht zugehörig (e) unser Unterthanen einen vor seinem ordentlichen Gericht fürnemmen und von demselben adpelliren würde/ soll ihme die adpellation an unsere Hofgerichte anders nicht (f) dann wie unsern Unterthanen/ obgemeldter Massen/ gestattet werden. (g) Wo auch derselbig (h) vor (i) unserm Hofgericht sich ferner

---

(z) De *observantiæ* effectibus sigillatim in imperio CULPISIUS in opusculo singulari & *dn.* PRÆSES *de jure adlegandi.*

(a) Quo verbo respicitur forte cum ad *generalem* principum Germaniæ libertatem, nesciam omnis adpellationis ante receptionem juris Romani; tum ad *singulare* aliquod privilegium. Cujus instrumenta eo facilius desiderari possunt in Wurtenbergicis, quo magis est testatum, *tabularium principale* plurimum passum esse in bellis, incendiis, furtis, rapinis, tempotum injuriis aliis. Quorsum locus facit apud MYLERUM *de princip. imp. part.* 2. *cap.* 47. §. 8. ita conceptus: *Sane casus in patriæ ducatu* VVurtenbergico *accidit. Dum post cladem Nœrdlingensem, præter alios etiam nebulones archivum ducale ingressi, scripturas, libros publicos & chirographos abstulerunt.* Neque alio fine in PAC. VVESTPHAL. *artic.* 5. §. 25. jussa restitutio.

(b) Quæ ideo majoris hic fieri debet, quoniam obstringit *subditos, incolas, officiales*, de quorum causis hic tantum agitur, quod nequeat *adpellationibus* ad exttanea judicia devolui.

(c) Neque immerito. Cum longe majotis sint momenti alia plura, quæ subditus in Germania relinquit in principis sui arbitratu. Sunt vitæ, mortis, famæ & infamiæ jura, quæ decernit in subditis suis princeps judicio suo, unde exulat omnis *adpellatio.* Quæ dari non solet in processu ctiminali. Quod si igitur *vitam* principi credimus, quidni etiam *bona*? Nam in utroque nihilominus remedia supersunt *denegatæ* & *protractæ* justitiæ, quibus coerceri potest principis ac administtotum proteruia, siquidem patare velint vim, aut partium studiis indulgere.

(d) In eo igitur *Wurtenbergicum* advetsus *adpellationes* privilegium magis est concinnum rationibus medii ævi præsertim, quam aliorum in Germania atque *A. B. tit.* 8. & 11. præsertim, quæ etiam *peregrinorum* prohibet provocationes a principis sententia ad exttanea supremaque imperii ttibunalia. Interest tamen hic plutimum inter *subditum* atque *peregrinum.* Nam si primus *adpellat*, principis ac domini sui enunciata convellit, improbat, incusat, quod vix cum religione convenit, qua subditus domino suo est addictus; sed hac neutiquam tenetur *peregrinus.*

(e) Id est, qui neque *subditus,* neque *incola,* neque *officialis.*

(f) Ea scilicet lege, ut acquiescat sententiæ lata in *judicio adpellationis* VVurtenbergico, instat subditorum,

(g) Ne scilicet pluribus *adpellationum gradibus* pars altera defatigetur ac citcumducatur, si post adpellationes in provincia etiam alias sibi restare credat extra ptovinciam ad ttibunalia suptema imperii.

(h) Petegrinus scilicet, qui neque subditus, neque incola, neque officialis ducis VVuttenbergici.

(i) Vor ponendum, non autem Von. Quia sensus est, oportere hominem peregrinum *ante* provinciale aulicum judicium vor dem Hofgericht aperire animum, num acquiescete cogitet, an veto adpellare ad *cameram imperialem.*

ferner vor das Kayserlich Cammer-Gericht (*k*) zu adpelliren nicht verzeihen wollt: (*l*) in diesem Falle (*m*) solle unsern Unterthanen gleicher gestalt (*n*) an das Kayserliche Cammer-Gericht zu adpelliren zugelassen seyn. So aber die ausländische Parthey vor unserm Hofgericht (*o*) fernerer Adpellation an das Kayserliche Cammergericht (*p*) sich begeben würde/ alsdann solle auch unsern Unterthanen keine weitere Adpellation von unserm Hof-Gericht (*q*) zugelassen seyn/ noch gestattet werden. Summa legis eo recidit: *nefas esse a Wurtenbergicis tribunalibus supremis provocare ulterius sive ad judicia* CAMERÆ *sive* ROTHWEILENSE *sive Sueviæ* PROVINCIALE *aliud. Atque hanc legem adversus adpellationes scriptum esse* SUBDITIS, INCOLIS, OFFICIALIBUS *Wurtenbergicis.* EXTRANEIS *vero hominibus integrum fore*, ADPELLATIONE, *sed non nisi ad* CAMERAM IMPERIALEM *uti. Quod si ab illis hoc declaratum sit, tum demum eodem beneficio causam suam tueri posse* Wurtenbergicos, *idque jure quodam retorsionis.*

§. II. De usu & obligatione igitur hujus *sanctionis* ideo nemo potest dubitare: *partim*, quod supra (*r*) ostensum, eandem latam esse oportet ex unanimi *ordinum decreto*, ut adeo subditi non tam principis, quam suomet facto & voluntate, si alia abessent, teneantur (*s*); partim, quod nullus subditorum, incolarum aut officialium sit, qui non adstringatur jurisjurandi religione ho-

(*k*) Igitur *solis* peregrinis aperitur & relinquitur via ad *adpellationem ad cameram imperialem:* quo ipso certum est, eam occludi ac interdici *subditis*, *incolis*, *officialibus*, *vasallis* Wurtenbergicis.

(*l*) Est ergo *arbitrii* apud peregrinos, abstinere ab appellatione: sed apud subditos illud juris *necessarii* & *prohibitivi.*

(*m*) In hoc casu, non aliis. Quia *exceptio firmat regulam in casibus non exceptis.*

(*n*) Ne partes sint juris inæqualis. Tenetur tamen *peregrinus* ante initum processum sibi *adpellationem*, nisi illa exercere velit, *reservare* verbatim, teste BOCERO *class. 6. disp. 34. n. 36.*

(*o*) Declarando scilicet hoc, antequam adpellatio introducatur.

(*p*) Nam ad alia *Sueviæ* quæque judicia, licet imperialia, nefas *adpellare* etiam hominibus extraneis.

(*q*) Videri poterat, licet peregrinus sibi reservet ad *cameram imperialem* provocationem; tamen eidem integrum esse, uti quoque *adpellationibus* intra *provinciam* VVurtenbergicam in judiciis provincialibus, atque ita circulis & ambagibus multiplicis adpellationis abuti; sed tamen dici etiam potest, *prima* electa, negari *ultimam.* Adeoque processum, coram provinciali judicio finitum, neque facto incolarum aut civium posse ad imperialem cameram devolui. Sed componet hæc dubia *usualis interpretatio*, curiæ magis cognita, quam huic arenæ. *Primo* favent, quæ habet BOCERUS *class. 6. disp. 34. n. 36.*

(*r*) Supra *Sect. I. c. 20.*

(*s*) Cum enim quoties provincialia comitia Landtage instituuntur, omnis generis ordinibus liceat per *delegatos* interesse. Hi autem instructi sint mandatis: tantum abest, quod absentes, quæ hic constituta, infringere possint, ut potius certissimi sit juris, *facto mandatarii teneri mandantem.*

magioque ad *leges provinciales* Wurtenbergicas (*t*). Taceo, legislatores ex iure ad *consuetudines*, *observantiam*, temporis *intervalla*, *libertatem* ac immunitatem territorii (*u*) provocare: quibus obstrepere velle, religio non patitur, qua subditus principi ac reipublicæ est obstrictus.

§. III. Deinde nullus dubito, inter argumenta adversus *adpellationes a Wurtenbergicis* etiam referre PRIVILEGIUM MAXIMILIANI I. Cæsaris an. 1495. in gratiam Wurtenbergici ducatus conceptum (*a*). Quamvis enim illud SUEVIÆ tantum judiciorum *provincialium* der Schwäbischen Land-Gerichte & *Rotbweilensis* curiæ aliarumque *universim* faciat mentionem, damnetque ad illas adpellationes a Wurtenbergico tribunali, sunt tamen plura, quæ plenam hic fidem faciunt, quod re ipsa imperator etiam hoc voluerit, ut Wurtenbergica judicia ab adpellatione ad *cameram imperialem* pariter essent immunia & liberata (*b*). Principio adscribemus diploma ipsum, notulis in margine illu-

---

(*t*) Illud etiam singulare est, quod in *formulis* jurisjurandi, quibus cum *officiales* tum *vasalli* Wurtenbergici instructi sunt, etiam hæc verbatim habeantur. Des Landes-Fürsten Geboth und Verboth zu halten; Von niemand Recht, als vom Lands-Fürsten zu nehmen; Die Lehen vor niemand, als vor demselben zu verrechten.

(*u*) Præsertim in *Wurtenbergicis*, Sueviæ provincia, de qua ARNOLDUS *Lubecensis lib. 2. chron. Slav.* §. *24. n. 8.* exemplum adlegat Henrici Leonis, qui dixerit: *Se in Suevia oriundum & nullum condemnari posse non convictum in terra nativitatis suæ.* Id est, judicandum in judiciis intra limites provinciæ, neque evocandum neque causas ad extranea fora devolvendas. Aliud exemplum habet dn. PRÆSES *ad A. B. tit. 8. §. 1. p. 772.* Quæ omnia illustrationis ergo in medium profero conjectorque: *Sueviæ olim duces* (quicquid senserit aliquis de aliis) *non permisisse, ut quis civis aut incola ad alia traheretur fora, sive id fieret per saltum, neglectis judiciis provincialibus, sive his salutatis, mediante adpellatione.* Inde est forte, quod provincialibus tot judiciis instruere voluerit imperator Sueviam, ne causæ essent, ad tribunalia eundi peregrina. Et Wurtenbergicæ provinciæ principes, cum in jura successerint *ducum* & *clausi territorii*, de quo supra *Sect. I. c. 13.* forte in hoc adversus adpellationes jure ideo fuerunt eo fidentiores, ut *nullis adpellationibus facerent darentque locum.* Cui instituto cum tribunalia suprema imperii tacendo consenserint, frustra sunt, qui hodie illis hoc *de non adpellando* privilegium volunt invidere aut in dubium vocare.

(*a*) Habetur hoc Maximiliani I. PRIVILEGIUM *An. 1495.* scriptum apud autores plurimos. *Primo* recitat illud *Joan. Theoph.* SCHOENWETTER in volumine his verbis inscripto, PRIVILEGIEN oder Freyheiten, welche Röm. Kayser des H. R. Stände, deren Unterthanen vom leichtfertigen *adpelliren* abzuhalten mitgetheilet haben. idque duobus in locis *p. 379.* atque iterum *p. 807.* Certo indicio Schœnvvetterum, quæ edidit ac publicis typis scripsit, neque legisse neque intellexisse. Quod operam alias non lusisset in bis adponendo crambem eandem. *Deinde* idem exscripsit *Paul. Matthias* WEHNERUS *tom. 6. symphoremat. Gylmannianorum cap. 4. n. 15. p. 125. 126.* & quidem fide exempli, a VVurtenbergicis oblati CAMERÆ imperiali. *Porro* illud operibus juris publici addidit, inseruitque verbatim LIMNÆUS *lib. 5. c. 16. n. 12.* Unde *post* facile fuit LUNIGIO eodem adaugendi farcinam *archivi* sui imperialis. Taceo *demum* exempla illa, quæ in patria lucem viderunt sigillatim.

(*b*) Sequimur hic interpretationem legibus congruam patriis. Nam in parte *L.* deß Landr. tit. 60. *primo* vinculum consecutionis est hoc: nemo alterum trahat

illustratum, ut huc facientia momenta inde facilius eruamus. Est autem hoc: **Wir MAXIMILIAN von G. G. Römischer König / zu allen Zeiten Mehrer des Reichs / zu Hungarn / Dalmatien / Croatien / rc. König / Ertz-Hertzog zu Oesterreich / Hertzog zu Burgundi / zu Lottrick / zu Brabandt / zu Steyer / zu Kärndten / zu Crain / zu Limburg / zu Lützemburg und zu Geldern / Graff zu Flandern / zu Habsburg / zu Tyrol / zu Pfird / zu Kiburg / zu Arthois / und zu Burgundi / Pfaltz-Graff zu Henigau / zu Holandt / zu Seeland / zu Namur / und zu Zupffen / Marggraff des Heil. Römischen Reichs / und zu Burgaw / Landgraff im Elsaß / Herr zu Frießlandt / auff der Wendischen Marck / zu Portunau / zu Salins und zu Mecheln rc. rc. Bekennen öffentlich mit diesem Brieffe und thun kund allermänniglich. Wiewohl der Hochgebohrne Hertzog zu Würtemberg und zu Teck / Graff zu Mümpelgardt unser lieber Oheim / Fürst und Rath** (c) **auch seine Vorfordern von weiland unsern Vorfordern** (d) **Römischen Kaisern und Königen / löblicher Gedächtniß / für sich / ihre Erben und Nachkommen** (e) **ichts zu sprechen hätten oder gewünne / von was Sachen wegen das wäre /**

trahat ad judicia *extranea*, quod diserte habet Maximiliani I. codicillus; ergo neque remedio *adpellationis*. *Deinde* in enarratione *extraneorum judiciorum* provocatur ad *tit. 10.* **der Landes-Ordnung** / ubi nominatim mentio **Land- und Hoff-Gericht keines ausgenommen** / uti pariter habet Maximiliani I. codicillus; sed **dem Landr.** part. I. tit. 60. sub hisce verbis etiam intelligitur **das Cammer-Gericht** / additurque, **niemand den andern vor ausländische Land- Hof- oder Cammer-Gericht** / utpote explicatius. Quod si ergo hoc verum est, uti verum esse nullus dubito, cum a prohibitione delationis ad extranea judicia, etiam colligendum esse ad adpellationes; tum nomen **Hof Gericht** in suo etiam complexu habere **das Cammer-Gericht**: habemus, quod volumus, Maximilianum in nostro codicillo etiam VVurtenbergica judicia munivisse adversus *adpellationes* ad suprema imperii tribunalia.

(c) Eo enim tempore consuetudinis fuit, *imperii principes potentissimos eosque regentes egisse Cæsaris administros & consiliarios*, a quibus moribus tempora nostra discesserunt. Cum ipse forte imperator intelligat, plura officia se sperare posse ab administro, curis non distracto, propriam habendi & regendi rempublicam. Est tamen hoc satis, quod EBERHARDUS dux VVurtenbergicus in magno tum fuerit augustissimi imperatoris amore, ut adeo credi debeat, privilegium hoc non parca, sed largissima manu eidem concessisse. Quod cum ita sit, indulgere hic licet interpretationi *extensivæ*, omnium firmissimæ, ex largitoris augustissimi intentione.

(d) Licet *referens* exigat alias *relatum*, id tamen inprimis tum est verum, quando *agitur de tertii* præjudicio. Quod hic non fit. Deinde credi debet adserto huic etiam ideo, quoniam infra præcipit imperator, MAJORUM PRIVILEGIIS, ad quæ hic provocetur, eam tribui vim, quam merentur, si verbatim in his codicillis essent recitata ac repetita. Quid? quod fide SCHVVEDERI, *jur. pub. Sect. I. c. 14. §. 15. p. 447.* jam An. 1361. adversus extranea tribunalia privilegium acceperunt VVURTENBERGICI, largitore CAROLO IV. imperatore.

(e) Non solum ad *heredes*, sed etiam ad cujuscunque generis *successores* limites privilegii hujus vult prolatos. In quorum numero ipsi *imperatores*, quorum *Domanio* (**des Reichs Wittumb**) ducali stirpe extincta, *Wurtenbergicum* ducatum adsignat. Quod cum ita sit, ita autem esse supra *cap. 16.* ostensum, indignum certe hoc principatu fuisset, privilegium hoc intra limites

wäre/ der solt Recht von ihn fordern und nehmen für Römischen Kaysern und Königen oder ihren *(f)* *Vicarien* in Teutschen Landen: Und nachmahls *(g)* daß der genannt Hertzog Eberhardt zu Würtemberg/ und seine eheliche Leibes-Erben Manns-Nahmen *(h)*/ um alle und jegliche Sachen *(i)* die sie *(k)* ihre Leibe *(l)* oder Güter *(m)* antreffen/ für kein Land-Gericht *(n)* Hoff-Gericht *(o)* Stadt-Gericht *(p)* noch für kein ander Gericht *(q)* sollen gezogen oder daselbst berechtiget werden/ noch auch schuldig seyn/ daselbst sich zu verantworten/ sondern sollen sie darum mit Recht fürgenommen werden/ vor ihren erbarn Räthen *(r)* und sonst nirgend anderswo. Deßgleichen *(s)* ob jemand zu der benannten Hertzogen

mites constringere adversus *evocationes*, atque adeo indulgere olim a *Cæsaris sententia* ad imperialia judicia *adpellationem*.

(*f*) Non hic mentio fit *imperii vicariorum*, verum *Cæsaris*, forte absentis aut alia causa impediti, quo minus ipse juri dicundo possit interesse.

(*g*) *Primum* ergo fuerat in *vetustiori privilegio* VVurtenbergico, ut princeps non nisi judicem haberet *Cæsarem*: alterum, quod nunc sequitur, ne ante *Cæsar* judex esset principis, quam *causa ventilata* atque decisa esset coram *Wurtenbergico* PRÆSIDE (dem Land-Hofmeister) ET OCTO ALIIS ADSESSORIBUS principis consiliariis.

(*h*) Quoniam *ducatus Wurtenbergicus* successores fert non nisi *masculos*. Nam verbum erben fuisset dubium in tot promiscuæ successionis feudis Germaniæ. Opus igitur fuerat limitibus verbi alius Manns-Nahmen/ id est, formula *masculorum heredum*.

(*i*) Sive causæ *civiles* sint sive *criminales*, qui modus scribendi A. B. tit. 8. §. 1. in hoc argumento.

(*k*) Principis personam & actiones personales.

(*l*) Corpus principis in obligationibus forte ex delicto.

(*m*) Bona principis in actionibus forte realibus.

(*n*) Præsertim in *Sueviæ* pago, da die Kayserliche Land-Gerichte. De quibus actum est superius. Interim etiam *Franconiæ* ejus generis judicia pariter hic intelligi possunt, *Onoldinum* præsertim das Kayserliche Land-Gericht des Fürstenthums Nürnberg. Quod olim limites suos protulit in Sueviam usque atque Rheno vicinas provincias.

(*o*) Non solum *Rothweilense* hic denotatur, sed etiam *aulica* & *imperialia* judicia alia. Idque ideo, quoniam paulo inferius, juxta *Rothweilense*, etiam pecularis præterea mentio der Hof-Gerichte.

(*p*) Forte *Brabantini* aut *Aquisgranensis* judiciorum hic proscribuntur limites.

(*q*) Nullum aliud judicium. Quo ipso non video, quare *camera imperialis* non debeat intelligi.

(*r*) Hoc omnino est singulare, *quod* PRINCEPS *stare & respondere teneatur coram suis* OFFICIALIBUS *& administris*. Verum ipse imperator judicem sibi statuit eodem fere jure *comitem palatinum in A. B. tit. 5. §. 3.* Ad quem locum AUSTRIACI archiduces, ne coram aliis, singularia plura congessit docuitque *dn.* PRÆS. in commentario. Idem habent quam CONSILIARIIS suis conveniantur.

(*s*) A duce & ducali familia progreditur nunc ad ordines, subditos, officiales.

gen zu Würtenberg/ ihren Erben und Nachkommen/ Dienern (t) oder Mannen (u)/ Städten/ Märckten/ Dörffern/ oder zu andern ihren Leuten/ Untersäßen/ und denen die ihnen zu versprechen (x) stehen/ etwas zu klagen oder zu sprechen hätte / oder gewönne / und sie solcher Forderung halben/ für das Hoffgericht zu Rothweil / oder einig ander Land- oder Hoffgericht (y) und Gericht fürfordern würde/ daß sie auf ihre Abforderung gewiesen werden sollen/ auch wie und an welchen Enden dieselben gerechtfertiget werden/ und solche Rechtfertigung geschehen soll/ alles laut und Innhalt obbestimmter Freyheit/ die wir hiebey/ als ob die von Worten zu Worten hierinn geschrieben wäre/ für inserirt halten wollen: (z) So hat uns doch der bemeldt unser lieber Oheim und Fürst/ Hertzog Eberhardt berichtet / daß ihm und den seinen/ an solchen Freyheiten viel Abbruchs geschehe / und uns darauff um nothdürfftige Hülff und gnädige Fürsehung unterthäniglich gebeten. Das haben wir angesehen und betracht / die redlichen/ nützlichen und getreuen Dienste / (a) die uns und dem heiligen Reich derselbe unser Oheim und Fürst/ Hertzog Eberhardt zu Würtemberg offt und dick / williglich und unverdrossentlich gethan hat/ täglichs thut/ (b) und hinfurt künfftiger Zeit wohl thun mag und soll. Und haben darum mit wohlbedachtem Muth (c) gutem Rath unserer und des Reichs Chur-Fürsten (d) Graven/ Edlen und Getreuen/ und rechtem Wissen/ ihm diese nachgeschriebene Gnad und Freyheit/ zusammt andern gethan und gegeben / von Römischer Königlicher Macht Vollkommenheit: (e) daß man ihne/ seine Erben und Nachkommen Hertzogen und Herren (f) zu Würtemberg/ so jetzo seynd/ und füran seyn werden/ und ihr

 aller

(t) Rerum administri & ministeriales.

(u) Quo verbo non alii possunt notari, quam *vasalli*, id est nobilitas clientelaris. Partim, quoniam ordine sequuntur die Mannen ducis officiales, praeferunturque civitatibus: partim, quod is significatus his temporibus in Germania sit communissimus. Inde Mannrecht; Mannsgericht; Manns-Cammer/ cetera, pro Lehenrecht; Lehengericht; Lehens-Cammer.

(x) Quacunque demum ratione sint Wurtenbergico duci addicti ac subjecti.

(y) Atque hoc est, quod supra *lit. o.* dixi, Hofgericht nomen hic sejungi ab eo, quod est *Rothwilae*. Neque ideo alium significatum patitur, quam *aulici tribunalis*, quod eo tempore audiit das Kayserliche Hofgericht.

(z) Quod plurimum facit ad rem, ne quis porro in referente desiderare possit relatum.

(a) Ergo hoc *privilegium* propterea etiam insignem habet favorem: quoniam concessum & datum est non temere, sed in *compensationem meritorum*.

(b) Ne quis formulis haec omnia curialibus earumque solennibus det, *quotidianorum meritorum* fit mentio, quo Wurtenbergicus dux obstringat imperatorem.

(c) Ut omnis suspicio absit *subreptionis* & *obreptionis*.

(d) Ne factum esset *Caesaris* solum, sed etiam *imperii*, nullo tempore intermoriturum.

(e) Ut constet, rem hanc non *juris* esse, sed *gratiae* admodum singularis.

(f) Quoniam soli tum *Eberhardo*, principi regenti, ducalis dignitas fuit collata. De quo supra *c. 2. p. 5. 6.*

aller Diener / Mann / Leuth / Untersäßen / und die ihnen zu versprechen stehen / gemeiniglich oder sonderlich / für unser Hofgericht zu Rotweil / oder andere Land-Hoff-(g) oder Stadt-Gericht / oder Gerichte (h) oder für die Westphälischen / oder andere heimliche Gerichte (i) wie die Nahmen haben oder genennt werden mögen (k) nicht laden / fürheischen / oder daran vor- oder End-Urthel oder einig andere Proceß / Gebott / oder Verbott / umb keine Sache / ob ie die Ehehafftinnen derselben Gericht / sie / ihre Leibe oder Güter antreffend / über sie ausgehen oder sprechen sollen / oder mögen / in keine Weise / (l) sondern wer also zu dem benannten Hertzogen Eberhardten / seinen Erben und Nachkommen / Hertzogen und Herrn zu Würtemberg / die ietzund seyn / und fürter seyn werden / ihr einem oder mehren zu sprechen hat / oder gewinnet / der oder die sollen sie darumb fürnehmen mit Recht. Erstlich (m) vor derselben Hertzogen und Herren zu Würtemberg Hoffmeister (n) und erbarn Räthen / (o) und sonst niendert anderst wo / der zum minsten neün (p) mit dem Hoffmeister / darunter der halb Theil aus der Ritterschafft (q) gebohrn / und der ander halb Theil der Rechten gelehrt

---

(g) Dictum est supra *aulicum judicium* hic distingui a *Rothweilensi*. Ut adeo credendum sit, significari hic *curiam imperialem*.

(h) Ab hoc verbo *camera imperialis* excipi nequit. Quod dictum supra. Est enim unicum hoc, quod comprehensum non est in generibus judiciorum ante enumeratis.

(i) Nam extra *Westphaliam* ejus generis secreta etiam judicia alia fuerunt, *Marpurgi*, alibi.

(k) Quis igitur negaverit, verba hæc non concepta esse *generatim* & *universim* de omnibus Germaniæ tribunalibus, quotquot lateant aut pateant in imperio.

(l) Quod si ergo in nullo genere *processus* integrum sit *extraneis tribunalibus*, causas VVurtenbergicas in jus vocandi aut judicandi, quo pudore aliquis hoc adfirmaverit tamen & sustinuerit in *processu adpellationis*?

(m) Non addita hæc particula intuitu *adpellationis*, sed *querelæ* de justitia negata. Quod inde patet, quoniam ultimo loco additur, quid tum fieri debeat: Würden aber der Hertzog oder die übrigen Unterthanen obbemelter massen nicht zurecht kommen / so (non aliter) mag der Kläger vor uns (dem Kayser) oder das Cammergericht klagend kommen. Non adpellando, sed movendo querelas.

(n) Est hæc sparta inter VVurtenbergici ducis officiales suprema. Neque immerito. Nam hodieque in curia quoque imperiali princeps est & primæ dignitatis munus des Oberhofmeisters / iisdemque moribus vivitur in aula archipalatina.

(o) Nam *togati* hic rerum administri exiguntur. Ratio hujus judicii eadem, *quæ parium curiæ*. Quorum judicio causas suas pariter submittit feudi dominus.

(p) Ut numerus sit impar, suffragiaque sperari queant non æqualia, sed locus dari parti suffragantium majori.

(q) Uti in plerisque curiis duo latera der Ritter und Gelehrten Banck. Ceterum facile ad intelligendum, quod hoc tempore nobilitas VVurtenbergæ clientelaris numerata sit inter ordines provinciales, die Landstände. Qua de re supra *c. 13. p. 17. 18.*

gelehrt (r) und gewürdigt (s) seyn sollen. Und von dero iedem Treu an Eydes statt genommen werden / (t) daß er in solcher Sach / nach beyder Theil fürbringen / und seiner besten Verständniß Recht sprechen / und darinn keinerley Gefährlichkeit gebrauchen wolle. Und soll dem Kläger in einem Monat / den nächsten nach seiner Erforderung / ungefährlich gegen seinem Wiedertheil rechtliche Tag angesetzt und verkündt werden / und solch Recht / von dem Gerichtstag anzurechnen / als die Klag im Gericht bracht wurd / in nechstfolgenden halben Jahr zu Ende kommen. (u) Es begebe sich denn durch Rechtlichen Schub und Bekänntniß ferner Verlängerung / doch daß solcher Schub und Verlängerung über ein Jahr (x) ungefährlich nicht geschehen oder geben werden. Es sollen auch der benannt Hertzog Eberhard / seine Erben und Nachkommen / Hertzogen und Herren zu Würtemberg / so ietzo seynd / und fürter seyn werden / dem Kläger und denen / so er ungefährlich mit ihm bringen / oder von seinetwegen schicken würdet / zu den Gerichtstagen zu kommen / dabey zu seyn / und wieder an ihr gewahrsame / an Enden / da sie zu gleiten haben / ihr ungefährlich sicher Gleidt (y) zu schreiben. Doch soll der Kläger Niemands mit ihm bringen oder schicken / der ein Verbrecher wäre unsers Landfriedens / (z) so ie zu Zeiten ist / oder seyn würdet / oder derselben Hertzog Eberhardts / und seiner Erben und Nachkommen / Hertzogen und Herren zu Würtemberg / oder Dero Zugehörigen und Verwandten offner entsagter Feind oder Beschädiger wäre. (zz) Wer auch zu derselben Hertzogen Eberhardts / und solcher seiner Erben und Nachkommen / wie vorgemeldt / Diener oder Mannen / einem oder mehrern / Städten / Märckten / Dörffern / oder *Communem* (a) ichts zu klagen oder zu sprechen

---

(r) Ex ordine civium.

(s) Id est virorum, qui infulam & dignitatem habent togatam.

(t) Quoniam haud dubie in juris & æqui cultu jam adligati sunt ad religionem jurisjurandi, **weil sie bereits auf die Justiz geschwohren.** Quapropter opus esse non videbatur, juramentum renovare. Quod etiam de viris ex ordine equestri verum. Nam in formula sacramenti clientelaris etiam habetur: **das Recht / so offt sie gefordert werden / nach ihrem Erkänntniß und Wissen zu sprechen.** Alias etiam remitti solet illis a principe jusjurandum, quo illi alias sunt addicti!

(u) Utinam his moribus vivere liceret hodieque in tanta *processuum immortalitate!*

(x) *Annuo spatio* finiendos esse hujus generis processus, facilius dicitur, quam obtinetur. Nisi forte tot adsessores *uni* invigilent causæ, animosque in illa defigant, ut sententia maturetur.

(y) Quo genere *conductus* tum opus fuerat, illo hodie porro opus non est in tanto pacis publicæ (**des Landfriedens**) cultu & viarum securitate.

(z) Qui hoc consortio se reddidit indignum. Imo homines ad motus & turbas nati a judiciorum sacris debent exesse.

(zz) Ne quid detur odio aut paretur per vim.

(a) Idem ergo hisce omnibus forum cum ipso principe, quod in ejus agere videantur *societate*. De *provinciæ ordinibus* reperi in multis Germaniæ principatibus, quod *judicem* quidem habeant *principem*, sed nonnisi in consessu aliorum justitiæ sacerdotum. Imo ex medii ævi rationibus & documentis clarum

sprechen hat/ oder gewinnet / am welcherley Sach das ist / es betreffe Ehehafften/ unser und euer Gericht/ oder all andere Sachen/ der soll Recht erstlich (b) von ihnen fordern und nehmen/ vor den ietzt benannten Hertzog (c) Eberharten und seinen Erben und Nachkommen/ wie obstehet/ mit sammt der beysitzenden Räthe/ oder vor ihren Hoff-Richtern und erbarn Räthen/ von ihnen dazu verordnet und bescheiden/ und niendert anderst wo. (d) Die auch alle gesetzt und qualificirt/ und Recht ergehen lassen sollen / wie hievor im nächsten Articul unterschiedlich begriffen ist. Wer aber zu andern ihren Leuten (e) Untersäßen/ und denen so ihnen zu versprechen stehen/ ichzit zu sprechen oder zu klagen hat/ oder gewinnet/ warum das ist/ nichts ausgenommen/ der soll anfänglich (f) Recht von denenselben fordern und nehmen an den Enden und Gerichten / wohin und in die sie gehören/ und darinn sie gesessen seynd/ und niendert anderst wo. Und jeglich Kläger und Klägerin sollen sich auch an den vorbestimmten Enden an Recht begnügen lassen (g) wie recht ist. Es sollen auch die vorgenannten Hertzog Eberhard/ seine Erben und Nachkommen/ solchen vorgenennten Kläger und Klägerin/ allzeit Rechtsgehorsam seyn (h) gestatten helffen und geholffen werden verschaffen/ ohne Verziehen und Wiedersprechen/ in Zeit auch an den Städten und Enden/ als vorgeschrieben ist. Wäre aber daß hierüber wieder die jetzbenennten Hertzog Eberhardten und seine Erben und Nachkommen/ oder derselben Diener/ Manne/ Leut/ Untersäßen/ und die ihnen zu versprechen stehen/ gemeiniglich oder sonderlich von euch von Rothweil/ oder allen andern unsern Hoff-Stätt- oder Land-Gerichten und Gerichten/ wie die Nahmen haben/ die wir auch hiemit unterschiedlich bestimmt und benennet haben wollen (i) geladen/ fürgeheischen oder fürgetrieben würden/

clarum est, *quod ne imperator quidem civibus imperii dixerit jus, quam in principem & procerum Germaniæ conventu & consensione.*

(b) Repete, quæ diximus supra ad *lit. m. Querelis* denegatæ justitiæ locus alter relictus, non *adpellationibus*. De *primis* hic codicillus loquitur, de *ultimis* altum silentium.

(c) Præsidet igitur in hoc judicio ac tribunali ipse *dux* aut ejus vicarius. *Primum* enim ex eo tempore omissum, ex quo nemo judicare potest, nisi leges doctus extraneas. Quod studium horrent principes, ad alia, ut credunt, nati.

(d) Nullus igitur locus est relictus adpellationi ad curias extraneas.

(e) Reliquis enim *incolis* ac *subditis* ignobilioribus satis esse videbantur judices *delegati, prætores, præfecti.*

(f) Quod si enim hoc *principio* fecerit, neque tamen auditur: ille *altero* loco coram *Cæsareo* & *camerali judicio* potest querelam instituere justitiæ denegatæ.

(g) Si igitur *acquiescere* illos oportet latis sententiis intra limites ducatus, haud dubie locus nullus remanet *adpellationibus*. Ubi non quiescimus, sed pedem movemus ulterius.

(h) Jubet codicillus iterum, stare *sententia*, non infringere aut impetere eam adpellando.

(i) Non scilicet *omissa* aut non claris verbis nominata judicia habeantur pro exclusis. Ubi haud dubie nefas est, excipere ab his numeris duo *suprema tribunalia.*

ben/ als offt (k) das beschehe. Wann dann dieselben Hertzog Eberhardt und seine Erben und Nachkommen/ wie ob stehet/ mit ihren Briefen oder durch mündliche Bothschafft ihrer geschwohren Räthe oder Amt-Leute/ solch Laden und Fürheischen/ euch zu Rotweil/ auch allen andern Städt- oder Land-Richtern/ deßgleichen allen andern Frey-Graven/ Schöffen oder Richtern/ heimlicher oder anderer Gerichte verkünden/ oder zuwissen thun/ oder das ihr von euch selbst wustet/ daß solch Fürheischen/ Ladung und Fürtreibung/ sie/ ihre Diener/ Manne/ Leut/ Untersässen/ oder die ihnen zu versprechen stehen/ oder derselben Haab und Güter antrifft und berührte: So sollen alsdenn darauff ihr unser Hoff-Richter und Urthel-Sprecher zu Rotweil/ auch alle andere unsere Land- Hoff- oder Stadt-Richter und Gericht/ hievor bestimmt/ denen solchs/ wie ietzt gemeldt/ verkündt/ und zu wissen gethan würdet/ still stehen und wieder die fürgeforderten im Recht nicht procediren/ noch in einigen Wege (l) handeln. Sondern ob die Kläger oder Klägerin gegen den fürgeheischeten und geladenen ihrer Forderung nicht still stehen/ und sie Rechts nicht vertragen wolten/ oder möchten; so mögen dieselben Kläger oder Klägerin mit ihrer Klag und Forderung den fürgeforderten/ in den Gerichten/ Städten und Enden/ wie obgemeldt/ und begriffen ist/ mit Recht ersuchen und fürnehmen. Ob aber hierüber durch euch/ unser Hoff-Richter und Urtheil-Sprecher zu Rotweil/ oder alle andere Richter/ wie obgemeldt ist/ sammentlich oder sonderlich einigerley Ladung/ Fürheischung/ Klage/ vor oder End-Urtheln (m) Rechte/ oder einige andere Handlung (n) Gebot oder Verbott (o) wieder die benennten/ Hertzog Eberhardten/ seine Erben und Nachkommen/ oder derselben Diener/ Manne/ Leuth/ Untersässen/ oder die ihnen zu versprechen stehen/ wie obstehet/ und diese unsere Gnad und Freyheit ertheilet oder ausgesprochen/ oder sonst gehandelt würde/ wie sich das gefügte/ die vernichten wir gäntzlich und gar/ ietzo als dann/ und dann als ietzo/ heben die auff/ und thun die ab (p) von Römischer Königlicher Macht/ Vollkommenheit. Setzen und wollen/ daß die alle und iegliche untüglich und unkräfftig seyn/ und den vorgenannten Hertzogen Eberhardten/ seinen Erben und Nachkommen/ ihren Dienern/ Mannen/ Leuthen/ Untersässen/ und die ihnen zu versprechen ste-

(k) Sive in *prima* sive in altera instantia *adpellationis.* Cum omnis generis ac ordinis hic prohibita sit citatio aut vocatio ad *tribunalia* extra Wurtenbergicum ducatum.

(l) Extraneis judiciis omnibus nefas sit, ullo juris & processus genere, judicare velle Wurtenbergicos: ab omni judicio extraneorum ttibunalium adeoque & adpellationibus, per hujus privilegii codicillos immunes.

(m) Quis quæso a definitivis sententiis exceperit *adpellationes,* extraneis ita judicus interdictas.

(n) De omni genere *actuum judicialium* verum est: quod illi in extraneis judiciis frustra fiant adversus Wurtenbergicos. Quidni igitur idem verum erit de *adpellationibus.*

(o) Cujus non est mandare, præcipere ac prohibere, illius non est suscipere adpellationes.

(p) Pœna nullitatis non alia hic legitur. Quod idem fit in *A. B. tit. 8.* atque *11.* in immunitate principibus electoribus data adversus *evocationes* & *adpellationes.*

hen/ an ihren Leiben und Gütern keinen Schaden bringen oder geben sollen. Dann wir alles das/ so hierwieder seyn kündt/ oder thun möchte/ *Statuten*/ Gewohnheiten/ Bräuchen/ alten Herkommen/ Freyheiten und anders/ mit rechtem Wissen/ und aus Römischer Königlicher Macht/ Vollkommenheit/ vernichten/ auffheben und *derogi*ren/ und dem hiemit *derogi*rt haben wollen. (*q*) Würden aber der bemeldt Hertzog Eberhardt/ seine Erben und Nachkommen/ ihre Manne/ Räthe/ Leut/ Diener und Verwandten/ wie vorstehet/ für obgemeldten Räthen oder Richtern und Gerichten/ ob bestimmter maß nicht zu recht für kommen (*r*) oder des/ wie ob stehet/ nicht verholffen oder vollzogen würde: so (*s*) mag der Kläger den Antworter für uns (*t*) oder unserm Cammergericht (*u*) Hoff-Gericht andern Gerichten/ da sich das nach Ordnung (*x*) gebührt/ mit Recht fürnehmen/ und ersuchen/ dieser unser Gnad und Freyheit halben unverhindert. Und wir gebieten hierauff allen und iglichen Chur-Fürsten/ Fürsten/ Geistlichen und Weltlichen/ Prälaten/ Graven/ Freyen/ Herren/ Rittern/ Knechten auch dem Hoff-Richter und Urthelsprechern unsers Hoff-Gerichts zu Rotweil und allen und ieglichen andern Land-Richtern/ Hoff-Richtern/ Richtern/ Gerichten/ Räthen und Urthelsprechern/ heimlicher und anderer Gerichte/ und sonst allen andern unsern und des Reichs Unterthanen und Getreuen/ in was Würden/ Stands oder Wesens die seyn/ ernstlich und vestiglich mit diesem Brieffe: daß ihr sammentlich und sonderlich den vorgenannten Hertzog Eberhardten und seine Erben und Nachkommen/ ihr D[illegible]ner/ Manne/ Leuth und Untersassen/ und die ihnen zu versprechen stehen/ sammentlich und sonderlich an solchen vorgemeldten unsern Gnaden und Freyheiten/ mit allen ihren Puncten/ Clausuln und Articuln/ sammt und sonder/ nicht hindern noch irren/ oder darwieder handeln/ in keine Weise; sondern sie der also in vorgeschriebener Maß geruhlich gebrauchen/ geniessen/ und gäntzlich dabey bleiben lassen/ und nach euerm besten Vermögen zu bleiben verschaffet/ ungefährlich/ als lieb euer iedem sey unser und des Reichs schwere Ungnad/ und darzu ein Peen/ nemlich hundert marcklötigs Golds (*y*) die ein ieglicher/ als er darwieder/

(*q*) Qua clausula omnino opus fuerat, ne quis diceret, imperatorem in hujus privilegii largitione de juribus extraneorum tribunalium non cogitavisse.

(*r*) Scilicet excipiuntur, uti in aliis privilegiis de *non adpellando*; ita hic quoque *denegatæ* aut *protractæ justitiæ querelæ*. Dummodo non falsæ sint & adfectatæ, sed probari possint ex idoneis rerum argumentis.

(*s*) Hac sola non alia ratione causaque judices extranei & suprema imperii tribunalia implorari possunt adversus Wurtenbergicos.

(*t*) Quo verbo intelligitur *curia imperialis*, quæ tum temporis instar conventus fuerat ordinum comitialis.

(*u*) Eodem anno institutum fuerat cameræ judicium. Cui pariter demum locus sit in protractæ aut denegatæ justitiæ querelis, Necquiqam in *adpellationibus*, quarum hic nulla mentio.

(*x*) Ergo non ordo hic intelligitur *adpellationis* factæ ab inferioribus instantiis, sed casus, quem sæpe dixi, ut nisi audiat Wurtenbergicus judex, tum neque curetur privilegium adversus extranea tribunalia.

(*y*) Cum in immunitate, principibus electoribus data adversus *adpellationes* & *evocationes* in A. B. *tit. VIII.* atque XI. alia pœna non sit statuta, quam nulli-

der handelt/ mit der That (s) ohn weiter Erklährung oder Rechtfertigung (*) verfallen seyn soll/ halb in unser und des Reichs Cammer/ und den andern halben Theil dem berührten Hertzogen Eberhardten/ seinen Erben und Nachkommen unabläßlich zu bezahlen/ zu vermeiden. Dann wir allen denen/ wie vorgemeldt/ so hierwider seyn könt oder möcht/ mit rechtem Wissen und Königlicher Macht/ Vollkommenheit *derogiren* / und hiemit *derogirt* haben wollen (**). Mit Urkund dieß Brieffs besiegelt mit unserm Königlichen anhangenden Innsiegel. GEBEN in unser und des Heil. Reichs Stadt Wormbs/ am 20. Tag des Monaths August nach Christi Geburth 1495. Unserer Reiche/ des Römischen in 10. und des Hungarischen im sechsten Jahren. Ad mandatum domini Regis proprium Berchtoldus (***) Archiepiscop. Mogunt. Archicancellarius subscripsit. Summa hujus codicilli imperialis est: WURTENBERGICUM *in jus vocari non posse*, *nisi coram suis* CONSILIARIIS, *iisque* NOVEM *una parte ex ordine equestri, altera parte ex jura doctis civibus, a partium studio tamen in principem suum alienis, idque fide jurata.* Deinde *causas Wurtenbergicorum* SUBDITORUM, *incolarum, officialium alibi ventilare nefas sit*, *quam coram* WURTENBERGICIS TRIBUNALIBUS, *quorum sententiis, ut verbatim habetur, illos oportet stare &* ACQUIESCERE. Quod sane non fit, ubi integra adhuc *adpellatio* ad tribunal imperii, quæ ideo non obscure rejecta & damnata. *Prohibentur ergo judicia omnia* PROVINCIALIA, ROTHWEILENSE, AULICUM *Cæsareum*, SECRETUM *Westphaliæ, omnesque* CURIÆ *imperiales, ne in alterutro vel in* PRINCIPEM *peccent Wurtenbergicum, neque in illius* SUBDITOS, *idque poena transgressionis &* NULLITATIS. Demum, *quod si vel princeps vel sui vel subditorum causa alicui* JUSTITIAM NEGARET *aut traheret in longum; tum demum querelam institui posse, absque intermedio judice, coram judicio* CAMERALI, AULICO *aut generis ejusdem.* Quod cum ita sit, idoneas certe conjecturas habeo, hoc etiam velle *imperialem* hunc codicillum: *Wurtenbergicum ducatum tutum esse adversus* ADPELLATIONES *ad suprema tribunalia imperii. Principio* enim imperator claris verbis dicit: *subditos & incolas Wurtenbergicos* ACQUIESCERE *debere sententiis latis in curiis Wurtenbergicis.* Sollen sich an dem Recht des Gerichtes/ darinnen sie gesessen/ begnügen lassen. Quod ultimum non facit, qui *provocat* ad judices alios cameræ aut curiæ imperialis.

nullitatis & *amissionis causarum:* gravior hic in immorigeros judices præsertim legitur animadversio, id est, multa *centum* auri *librarum*. Quæ summa, si calculos obiter tantum numeraveris, adsurgit ad *7200. aureos* sive *9600. florenos Misnenses*, quæ computatio est KNICHENI *de Sax. non provoc. c. ult. n. 16. p. 293.*

(s) Ipso scilicet *facto* incurrit in pœnam hanc, ut adeo non opus demum sit ambagibus & processu.

(*) Ne disputationi ulli relinquatur locus ad dubitandum de hujus privilegii robore ac vigore.

(**) Ne scilicet extranea tribunalia obmoveant sua *privilegia* in jure dicundo per Sueviam aut Germaniam universam, cetera.

(***) Cum *privilegii* hujus SUBSCRIPTOR ipse fuerit archipræsul elector MOGUNTINUS, non ejus in hoc munere cancellarius vicarius: inde novum etiam illi accedit robur, omnia consensu principum electorum & ordinum maturoque consilio peracta fuisse, nilque inconsulto, temere, inconsiderateque.

lis. (*a*) *Deinde* habetur etiam in codillis hisce: *ne causa Wurtenbergicorum trahantur ad* ULLUM ALIUD *tribunal* CÆSAREUM, **weder zu Rothweil oder allen andern unsern Hoff-Gerichten** (quo verbo curiam imperialem sive aulicam signat inferius atque hic a Rothvveilensi clare distinguit) **Stadt-Gerichte; Land-Gerichte; oder andere Gerichte wie die Nahmen haben.** Verba igitur, universe concepta, intelligenda de omnibus nullo excepto. (*b*) *Porro* in iisdem codicillis imperator *tum demum* locum facit *cameræ imperiali*, curiali & *aulico* judicio, si dux Wurtenbergicus neget alicui justitiam. Hoc igitur uno casu excepto, reliqui omnes videntur prorsus exclusi (*c*). *Praterea* favent etiam Wurtenbergico privilegio regulæ hermeneuticæ, quod interpretatio facienda adversus scribentem, qui fuerat imperator, quem sibi tribuere re oportet, quod clarius non sit loquutus, neque exceperit adpellationes ad cameram, si quidem illas sibi voluit reservatas (*d*). *Post* cum imperator hic duci ducatuique Wurtenbergico fuerit faventissimus, quod dictum supra (*e*) ex illius intentione interpretatio sumenda omnium *benignissima* adversus adpellationes (*f*). *Accedit* absurdum ex eo, quod Wurtenbergicum ducatum destinaverit olim imperator Cæsaris domanio, saluis ducatus juribus. Imperatoriæ autem majestati fuisset inconcinnum, tolerare ad cameram adpellationes (*g*). *Ad extremum* firmissima est omnium *interpretatio usualis*. Nam ex

(*a*) Absit vero ut dicamus illum acquiescere sententia, **lasse sich an dem Recht begnügen**/ qui conceptam sententiam novis impetit argumentis, gravaminibus, in novam producit arenam, inclamat, vociferat, novos judices postulat, interpellat de apostolis, cetera. Omnia autem hæc fieri in *adpellationibus*, nemo ibit inficias.

(*b*) Ubi enim lex, verba privilegii non distinguunt, neque nostrum est distinguere, sensus non eruere, sed aliunde adferre & vim parare scribenti.

(*c*) Nam exceptio firmat regulam in casibus & causis non exceptis, tantum abest, ut eandem tollat aut evertat.

(*d*) Haud dubie fraudis aut oscitantiæ arguendus esset privilegii hujus auctor & scriptor, universim proscribendo omnia imperialia judicia & fora a causis Wurtenbergicis, neque tamen vel unica syllaba excipiendo *cameram imperialem*, si hanc voluisset exceptam. Præsertim cum in ultimis CAMERÆ mentio sit facta, si querela adversus ducem Wurtenbergicum fuerit justitiæ negatæ. Qua de re tamen nemo vel dubitare poterat, expedita per leges imperii.

(*e*) De quo conferri debent superius *cap. 2. & 16.*

(*f*) Nam in privilegii interpretatione interest quamplurimum, ut intelligatur, quo animo illud scripserit & qua manu voluerit datum, parca, an larga & liberali. Concurrit autem hic duplex largitoris Maximiliani I. favor. Unus quidem in *principem*, quem adpellavit *ducem*, quod in magno Cæsaris esset amore: *alter* in *principatum Wurtenbergicum*, quem olim destinaverat imperio & Austriacæ domui, ut adeo eum mallet ab adpellationibus immunem, quam illis obnoxium, non sine dedecore quodam conceptæ spei.

(*g*) Debent enim ita accipi verba in privilegiis, ne sint juri, maxime publico adversa. Quod omnino fieret, si quidem imperator ducatum *Wurtenbergicum*, saluis ordinum juribus & consuetudinibus, Cæsaris domanio destinauisset, & nihilominus credidisset eum obnoxium adpellationibus ad *cameram imperialem*. Quo ipso auctoritas imperatoris minor fuisset in re judiciaria, quam principum electorum & Austriacæ gentis. Cum altera adversus

ex hoc tempore Wurtenbergici duces adpellationes ad *cameram* & *curiam imperialem* omiserunt ac sustulerunt; tacuerunt suprema tribunalia, tacendoque hunc codicilli significatum adversus adpellationes suomet judicio confirmarunt rataque habuerunt (*b*).

§. IV. Atque hoc ipsum novum est & singulare adversus *adpellationes* ad summa imperii tribunalia argumentum, quod versatur in hujus juris ultra DUCENTOS *annos* continuata PRÆSCRIPTIONE (*i*). Ut adeo, sive cum illis senseris, quibus in hoc genere præscriptionis anni satis sunt *quadraginta*, sive cum aliis, qui tempus requirunt *immemoriale*, hocque vel ad hominis unius *ætatem* vel ad *septuaginta* aut etiam *centum* annos adstringunt, facile ad intelligendum, quod omnis generis præscriptionum spatia excedat Wurtenbergicæ immunitatis ætas spectatissima (*k*).

Bbb 3 §. V.

---

sus adpellationes tuta sit privilegio, altera lege, id est, titulis VIII. atque XI. in A. B.

(*b*) Est enim *tacita* principis *voluntas* ejusdem vigoris ac fidei, quam expressa. Hinc ex *principis* silentio filum consecutionis est firmissimum ad illius *consensum*. Et sane ultra duorum seculorum intervalla omittere adpellationes extra territorium, partes intra sententiarum numeros in propriis judiciis continere ac coercere, imo publica lege adpellationes interdicere, ita accipere & interpretari Cæsareos codicillos, hoc demum fuerat tale quid, quod neque imperatorem poterat fugere, neque administros neque ipsos tandem cameralis judicii illustrissimos adsessores. Cum igitur neuter obmoverit aliquid adversus Wurtenbergicam immunitatem ab adpellationibus ad imperii suprema tribunalia, necessarium dictu est, omnes illi concentu quodam consensisse.

(*i*) Inde enim ab anno 1495. usque ad annum 1719. quo hæc scribimus, inter tot forenses in VVurtenbergico ducatu processus, non unicum exemplum se offert, quo constet, a Wurtenbergicis tribunalibus eorumque sententiis adpellatum fuisse ad cameram imperialem. Quod etiam, invitis licet dentibus largitur jureconsultus, inter camerales princeps MYNSINGERUS.

(*k*) Atque hanc rationem, acquirendi *adversus adpellationes* privilegia per temporis lapsum & *præscriptionem*, præsertim immemorialem, sigillatim ac nominatim in *A. B. tit. VIII.* atque *tit. XI.* probatam esse ex verbis constat, quibus illi sunt concepti: *Cum in Bohemiæ regno a tempore, cujus contrarii hodie non extat memoria* (habes hic præscriptionem immemorialem) *consuetudine laudabili inconvulse servata* (accipe jus consuetudinarium) *diuturnitate temporum & præscripta moribus utentium, sine contradictionis aut interruptionis obstaculo* (quorsum præscriptio pertinet temporis longissimi aut extraordinarii XL. annorum) *locum non habuerint adpellationes: ideo illas in posterum quoque irritamus.* De quibus sensibus dn. PRÆSES in *comment. ad tit. 8. p. 767. 768.* Oculus oculo, ovum ovo non potest similius esse, quam nostra argumenta pro VVURTENBERGICO ducatu AUREÆ BULLÆ, omnium Germaniæ legum celeberrimæ. Nam dicit pariter Maximilianus I. idem de Wurtenbergico ducatu, quod Carolus IV. adfirmat de regno Bohemiæ. Et quod olim Maximilianus I. scripsit, illius hodie magis elucet veritas ex *ducentorum* annorum intervallis. Habet igitur pro se VVurtenbergicus ducatus adversus cujuscunque generis adpellationes jus CONSUETUDINARIUM, ex ratione codicilli, actuum frequentia & temporis intervallo firmissimum; PRÆSCRIPTIONEM longissimi temporis bis secularem; IMMEMORIALEM denique ideo, quoniam neque in *hominum* neque *instrumentorum* memoria ullum superest exemplum factæ & indultæ a VVurtenbergicis tribunalibus *adpellationis*.

CHEN, (u) *Christoph.* BESOLDUS, (x) *Johann. Georgius* BESOLDUS, (*) *Joannes Henricus* STAMLERUS, (y) *Martinus* RUMELINUS, (z) *Dominicus* ARU-

(u) KNICHEN *de Saxonum non provoc. privilegio* ad verbum JUS *cap. 2. n. 43. 44. Adseverant a duce* WURTENBERGICO *provocationem interdictam. Conjicio id exaudiendum intuitu privilegii Austriaci.* Quoniam Austriæ archiduces privilegia omnia, in iisque etiam illud *de non adpellando*, impertiti sunt Wurtenbergico ducatui, suæ olim ditionis.

(x) *Christoph.* BESOLDUS, qui ultima in Knichenii libro convellit, *cap. 2. de adpellat. §. 19. p. 102.* ita scribit: *Pariliter ducis* Wurtenbergensis SUBDITI *non solum contra* Rothvveil. *aliaque* forensia *tribunalia An. 1541. privilegiati sunt: sed & apud ordinarium principis consistorium* oder Hofgericht/ *quod, ut nullibi quam* Tubingæ *haberetur, fidelitas promeruit civium.* MANERE DEBET. NEC AD ALIOS ADPELLARE *possunt. Quæ de* NON ADPELLANDO *privilegia An. 1566. etiam* auf die Grav- und Herrschafft Mompelgard ꝛc. *extensa sunt. Non quidem intuitu* Austriaci *privilegii. Hoc enim* NON PROVOCANDI JUS *principibus, etiam olim comitibus Wurtenbergiæ, jam a tempore, cujus originatio* MEMORIAM FUGIT LITTERIS CONSIGNATAM, *competiisse putaverim. Namque &* NUNC COMPETIT, *Austriacæ subinfeudationis soluto jugo. Gratia cujus cum ceteris suis hereditariis provinciis pari passu & ille ut incedat ducatus,* imperator *voluit augustissimus. Et* COMITES *sane de* Wurtenberg *late jam quondam dominasse in Suevia, constat. Ac quamvis* principatus *carebant honore,* potentia *tamen & etiam* libertatis *eminentia multos antecedunt principes. Atque hac cum omnia posteriora semper duxerint, insolentes ideo a malevolis habiti sunt & improbi, ac si neque Romanam sedem venerati neque obsecuti sint* imperio. *Æneas* SYLVIUS *lib. 2. comment. de fact. Alfonsi.*

(*) *In comment. ad ordin. Wurtemb.* die Lands-Ordnung p. 47. 48. 49. *Sane,* inquit, WURTENBERGICUS *dux* & SUBDITI *ejus contra* Rothvveil *aliaque judicia* extranea *privilegiis multiplicibus sunt muniti. Quin & ab eodem principe* SOLI EXTRANEI ADPELLARE POSSUNT. Subditi *enim manere debent* bey dem Hoff-Gericht *neque adpellare. Ipse* PRINCEPS *conveniri debet coram* dem Land-Hoffmeister und Räthen *vigore privilegii An. 1495. Hæc privilegia infringi nequeunt sub* pœna CARCERIS. *Neque licet* subditis *huic privilegio, quia lex est* prohibitiva, RENUNCIARE. Als welche renuntiationes vor null und nichtig zu erkennen. *Etenim sive* subditus *sive* vasallus, wenn er schon ein freyer Reichs von Adel/ Rothvveilæ *conventus per litteras* cancellariæ Wurtenbergicæ *avocetur. Aut processus est ipso jure* nullus. *Nam est* Wurtenbergicus *tractus ultra limites* Rothvveilensis *judicii. Nam ita verba* des Käyserlichen Land-Gerichts *part. 1. tit. 1.* das Land-Gericht richtet über die Thonau biß an das Land Würtenberg. Ubi vocula biß *accipienda est* exclusive. *Idem judicium est,* der geistlichen Gerichte/ *quorum jurisdictio suspensa. Idem de* Westphalico *secreto, cetera.*

(y) In libro *de reservatis imperatoris cap. 43. num. 12. 13.* cujus verba sunt hæc: *Ducibus quoque* VVurtenbergiæ *competere* DE NON ADPELLANDO *privilegium ex* IMMEMORIALI *tempore, patescit. Unde etiam in comitiis* VVormatiensibus *1495. privilegium* DE NON PROVOCANDO *serenissimo* VVurtenbergiæ *duci* Eberhardico I. *non tam concessum, quam denuo* CONFIRMATUM. *Quod ipsum tamen* VVurtenbergicum *privilegium* SUBDITOS *tantum ducatus, non vero etiam* FORENSES & *extraneos concernit. Nisi & hi adpellationi renuntiaverint.*

(z) *In comment. ad A. B. tit. XI. part. 2. dissert. 2. §. 4.* his verbis: *sic quoque dux* VVURTENBERGENSIS *privilegio* NON ADPELLANDI *munitus est. Ejusque* SUBDITI *apud ordinarium consistorium* dem Hoff-Gericht *manere,* NEC *ad alio*

ARUMÆUS *(a)* *Joan. Ludovicus* BENDER *(b)* *Joannes* LIMNÆUS *(c)* *Nicolaus* MYLERUS *(d)* *Henricus* BOCERUS *(e)* *Joannes Theodorus* SPRENGER *(f)* *Gottfriedus* SUEVUS jureconsultus

 Saxo-

---

alia porro judicia PROVOCARE *debent, ob privilegium Maximiliani I. an 1495. Si tamen* EXTRANEUS *quispiam cum* subdito VVustenbergico *apud consistorium ordinarium litem habens, beneficio adpellationis* non senunciet, *tunc ipsi quoque* subdito *Wurtenbergensi ad cameram imperialem* psovocase, *fas est. Et licet* Knichen *id tribuat privilegiis* Austsiacis, *facit tamen perperam. Quod patet etiam inde, quoniam privilegium* anno 1495. *est concessum, sed anno demum 1530. Wurtenbergicus ducatus in* COMMUNIONEM *venit Austriacorum privilegiorum.*

(a) *Jur. publ. vol. 3. disc. 14. §. 66. pag. 419.* in vesbis quæ sequuntus: *A duce* VVURTENBERGICO, *inductu privilegii* Austriaci, NON PROVOCATUR. Cespitat igitur auctos tantum in causa sei, non in se ipsa.

(b) *De processu camerali p. 6.*

(c) *Lib. V. juris publici cap. 16. num. 11. Subditi Wurtenbergici apud ordinarium consistorium* MANERE *nec ad alia* JUDICIA PROVOCARE *debent*, laut und Vermöge ihrer 1) Psivilegien/ 2) Lands-Ordnungen und 3) Freyheiten/ quæ confirmata an. 1555. atque post an. 1566. Quæ veso posso deinceps habet, illa pertinent ad *peregrinos*, quos adpellationibus non interdici a VVustenbesgicis tribunalibus, illud quidem sæpe est dictum scsiptumque.

(d) Plenior hic aliis meretusque domesticus, de sui fori consuetudine, testis exscribi. Ita autem in *comment. Rum. addition. ad part. 2. dissert. 2. tit. 11. §. 4. lit. c. p. 291.* scribit: *Subditi ducem* VVurtenbergiæ *a summo dicasterio, quod* Tubingæ *est, ad* CAMERAM vel JUDICIUM AULICUM ADPELLARE NEQUEUNT. *Hocque ad* NOBILES IMMEDIATOS, *qui actu ipso in* OFFICIO *ducis existunt extenditur. Hac enim* CONDITIONE *officia eis committuntur:* daß sie bey Würtenberg recht nehmen und geben lassen wollen. *Injuria igitur* Mynsingen, *ducem Wurtenbergicum, quasi ille* incolis *sui ducatus jus adpellandi de* facto *denegaret, incusat. Adeo, ut mirari liceat, tantum* visum *privilegia statuum imperii, utpote* cameræ *imperiali inserta, ac ipsum adpellandi ceu majestaticum jus* ignosasse. FORENSI *a summo dicasterio Wurtenbergico* adpellase *jus fasque est. Idque ex hac ratione, quod statutum* psohibens *adpellationem simpliciter*, fosensem non *comprehendat, nisi diserte privilegium de* fosensi *loquatur. Quod* forensium *jus ad* cives *academicos*, psofessores *ac* studiosos *Universitatis* Tubingensis *porrigitur. Qui extranei neque subditi sunt ducis Wurtenbergici, sed aliunde ad academiam accesserunt. Ut ipse privilegium an. 1601. declaravit dux Fridericus.*

(e) *Class. 2. disp. 34. th. 36.* qui audisi debet quia memosabilis: *Similiter a* supsemo *ducis* VVustenbergici *judicio ad* CAMERAM ADPELLATIO, *si lis sit inter* subditos, NON PERMITTITUR, *si* forensis *cum* subdito *principis litiget, & is* ad cameram adpellationis *beneficium sibi* resesvet (*confestim autem ab* initio ante psocessum *necesse habet, declarare, num adpellationis beneficium sibi* sesvase *aut ei* senunciase *velit*) *non denegatur, &* subdito *tum idem provocationis est remedium. Sin* senunciet *adpellationis beneficio* forensis, *nec* subdito *integrum est* adpellase. *Wurtenb.* Altlandr. *part. 1. tit.* Wenn an fremde oder auswertige Gericht mag adpelliret werden. p. 130. Neulandr. *part. 1. sit. 60.* Hof-Gericht-Ordnung part. 3. tit. 2. *Quibus locis aliquid de* forensibus *dispositum est, intelligi quoque debet 1) de civibus* academicis 2) psofessoribus 3) studiosis, *qui principis* subditi non *sunt*, sed aliunde *ad academiam accesserunt. Ita* statutum *declaravit princeps an. 1601.* Tubingæ *in curia academica coram universitatis senatu & professoribus omnibus.*

(f) In *jurisprudentia publica* tit. de *jurisdict.* p. 424. bseviter: *Habent duces* VVurtenbergiæ *privilegium* DE NON ADPELLANDO.

Saxoniæ (*g*) *Joannes Jacobus* SPEIDELIUS (*h*) & alii plures, juniorum maxime temporum jureconsulti, in quorum locis conquirendis ac describendis nolumus occupari. Perstat igitur firmissimo talo jus Wurtenbergicum de NON ADPELLANDO. Cum id LEGES & statuta velint provinciæ; Cæsaris CODICILLI; DECRETA imperii; USUS; temporum VETUSTAS; CONFESSIO & agnitio supremi tribunalis collegarum; RATIONES & consilia ducatus; quibus tandem fides accedit, HISTORICIS & JURECONSULTIS, domi ac foris, testatissima.

CAP. III.

ADVERSUS EVOCATIONES ARGUMENTA.

Quo longius nobis iter in privilegio *de non adpellando*, eo nunc brevioribus esse licet in altero genere Wurtenbergici juris adversus EVOCATIONES civium & incolarum, ob litigiosas causas, ex patrio ducatu. Qui enim ADPELLATIONES & EVOCATIONES incolarum ad extranea tribunalia vel in provincia, quo censu æstimo *provinciales* palatinos & judicia alia, die Käyserliche Land-Gerichte/ vel *extra* provinciam, quorsum pertinet *curia imperialis*, invicem miscent (*i*) illi non agunt nisi cum rerum juriumque intolerabili perturbatione.

§. II.

(*g*) *Exercit. feud. VI. p. 84.* Duces VVurtenbergiæ *non intuitu privilegii* Austriaci, *ut perperam alii*, SINE PROVOCATIONIS *remedio jus dicunt*.

(*h*) *In notabil. jurid. voc. adpellation.* p. 47. qui ideo etiam nominari meretur, cum non jureconsultum, sed & secretarium egerit administrum in curia VVurtenbergica. Verba sunt hæc: VVURTENBERGENSIS *princeps conveniendus coram suo* Land-Hofmeister und Räthen/ *exceptis casibus* denegatæ *justitiæ an. 1495.* DUX & SUBDITI *privilegiati contra Rothweil & alia* FORENSIA *judicia an. 1541.* SUBDITI *apud ordinarium principis consistorium* oder Hof-Gericht MANERE *debent nec ad alios* ADPELLARE. Und dieses vermöge 1) ihrer Freyheit und 2) Landes-Ordnung/ *confirmata 1555. Quæ extensa post* auf die Grav- und Herrschafft Mümpelgard/ Harburg/ Reichweiler *an. 1566.* Idem repetit in *libro* eodem inferius p. 988.

(*i*) In his numeris sunt tam ZINZERLING *de adpellat. concl. 70.* quam ipse partim LIMNÆUS *lib. 3. jur. publ. c. 2. n. 681. cap. 10. n. 37.* Causæ, ad confundendum & commiscendum duplicia adversus *adpellatinnes* & *evocationes* jura, fuerunt hæ. Quoniam *primo* judex, ad quem adpellatio devoluitur, solet processum, causam, partes omnino *evocare*, ut adeo, qui jure *evocandi* destituitur, ille etiam jura suscipiendi & finiendi adpellationem nequeat exercere. *Deinde* cum olim *adpellationes* a principum decretis non essent in usu, illi, qui privilegium habuere de *non evocando*, etiam ab illo argumentati sunt adversus *adpellationes*: quoniam, ubi evocare nefas universim, etiam non liceat evocare sub adpellationis tegumento. Atque hoc est, quare ipse imperator FERDINANDUS I. hanc interpretationem sit secutus, his quidem verbis: Es wäre auch ein Privilegium für das Hauß Sachsen vom Kayser Sigismundo vorhanden/ Krafft welches dero Unterthanen niemand vor frembdes Gericht ziehen dürffe. Welches auch NB. NB. *auf die Adpellation* daß dieselbe niemand von ihren Gerichten an anderen Orte fürnehmen solte/ verstanden worden. Ut adeo *dn.* PRÆSIDIS doctrina novum fortiatur robur: *olim Germaniæ fora adpellationem ad extranea judicia in usu non habuisse*, ut in privilegio adversus evocationes excipi non poterint

§. II. *Principio* enim *evocationes* fieri solent, exclusis, quod dicimus, *primis instantiis*, quibuscum *evocatores* sibi adrogant jurisdictionem concurrentem: (*k*) verum nefas est, *adpellare* per *saltum*, inferioribus judicibus prætertis. (*l*)

Volumen III. Ccc 2 *Deinde*

rint adpellationes. Hoc lumine indigent ea, quæ habet CARPZOVIUS *de priv. de non adpellando cap. 2. §. 21.*

(*k*) Neque possumus negare, tribuisse quondam sibi superiores magistratus hoc jus, ut audirent causas litigiosas, si quidem partes maluerunt coram illis agere, quam judice inferiori. Imo *avocaret* etiam causas quoties vellet ab inferiori superior. De *Romanis* res est testatissima. Ita enim *l. judicium 58. ff. de judic.* Paulus inquit: *judicium solvitur*, VETANTE EO, *qui* MAJUS IMPERIUM *in eadem jurisdictione.* Præsertim si hoc fiat principe seu imperatore *consulto*, quod addit Ulpianus in *l. 6. solent. §. 1 ff. de officio proconf.* ubi ait: *penes quem est mandare jurisdictionem*, *penes eum etiam* adimere, *non tamen* principe *inconsulto*. Inde Ictorum juris illud axioma, *judicem superiorem causas ab inferiori semper posse avocare.* Ant. Petr. de PETRA *de potestate principis cap. 6. n. 69.* atque VULTEJUS in *l. 1. n. 173 de jurisd. omn jud.* Imo dicunt jurisdictionem a superiori inferioribus concessam non *privative*, sed *cumulative*, id est, nisi ipsi principi placuerit, tribunal aperire. Neque illud est dubium, CAROLINGICOS *Cæsares* pariter in *Germania* quaquaversum sibi idem jus adrogavisse. Imo progressos esse ulterius. Non enim solum sibi id tribuerunt, ut ipsi avocarent evocarentque causas & partes, sed etiam MISSIS, id est, judicibus suis delegatis hoc dederunt, ut in jure dicundo cum magistratibus ordinariis concurrerent. Atque ævo Carolingorum omnino verum fuit, quod habet SPECULATOR *Saxo lib. 3. art. 60.* In welche Statt der König kommet/ da sind ihme alle Gerichte geöffnet und muß der Unrichter (quo nomine haud dubie quoque intellexit principes imperii) zu richten inne halten. Quid vero tempore POSTCAROLINGICO ab An. 913. GERMANICORUM imperatorum? Fateor ipsos etiam OTTONES idem institutum sibi proposuisse. Nam hoc fine singulis provinciis obtrusere COMITES PALATINOS, id est, viros, qui instructi essent ad jus in provinciis dicendum juxta magistratus ordinarios & dominos territorii. Verum grave hoc fuit archiprincipibus, tolerare in suo tractu Cæsareos judices & tribunalia *palatina*. Atque hæc causa est, quare neque VANDALIÆ, neque BOHEMIÆ provinciis adsignati provinciales Palatini. Harum enim domini omni ratione id egerunt, ut ejus generis *palatinos* declinarent, ne *Cæsareis officialibus* jus esset, subditos & incolas *abstrahendi a tribunalibus provincialibus*, causasque eorundem sibi vindicandi, si quidem ita visum esset actori. Ceterum cum *palatini* ejus generis uni tantummodo *provinciæ* dati essent adscriptique, ideo neque his obesse videbatur sive lex sive privilegium de partibus non *evocandis*. Quoniam *palatina provinciæ* tribunalia videbantur aperta esse intra limites provinciæ, non extra eandem. Inde factum, ut *in privilegiis adversus evocationes* verbatim etiam haberetur hæc formula: *ut subditi acquiescerent sententiis* non solum latis in curia domini territorialis, sed etiam nullibi respondere tenerentur alias, Solten von keinem andern als ihren Landes-Herrn Recht zu nehmen schuldig seyn/ und von allen fremden Gerichten in und ausserhalb Landes Befreyung haben. Quibus privilegiis cum plurimi se munivissent adversus jurisdictionem *provincialium palatinorum*, eorum auctoritas eviluit, mox etiam expiravit. Accessit, quod postea in aliis provinciis vel *palatini* ipsi facti sint provinciæ duces, ut in *Bojaria* & *Suevia*; vel *palatinatus* accesserit ducibus, quod de *Saxonia* verum, forte etiam de Thuringia. Quo rerum statu nihil porro in *evocationibus* sibi timere poterant a *palatinis* domini territoriorum.

(*l*) Persto in ea sententia, *adpellationes* ante nescivisse Germanos, quam Romanæ leges in deliciis essent Germaniæ. Interim *querelis* locus etiam tum *justitiæ*

Deinde adpellationis processus *duos* exigit judices, unum a quo, alterum ad quem: (*m*) sed *evocationes* subsistunt coram *uno* eodemque. (*n*) *Porro* fundamentum adpellationis est gravamen *sententia* jam latæ: (*o*) *evocatio* hanc non requirit attenditque, sed causam tantummodo litigiosam. (*p*) *Præterea* etiam illud minus verum est, eum, qui privilegio *de non adpellando* instructus sit, tutum quoque esse ab *evocationibus*. (*q*) Nam ille incola, qui evocari potest, duos agnoscit *judices*, *dominum* territorii atque *evocatorem* extraneum, (*r*) licet utrique privilegium competat de *non adpellando*, (*s*) lite scilicet semel coepta. *Demum* neque a *non evocando* filum consecutionis est ad *non adpellandum*: quoniam *primum* fit in inchoanda lite, alterum post *sententiam*. (*t*)

§. III.

---

justitiæ denegatæ & protractæ. Quid? quod magis est, illud quoque invenio in medii ævi documentis: *nescivisse olim Germanos aut non attendisse vires rerum* JUDICATARUM. Exempla enim mihi se offerunt quam plurima, unde intelligo, unam *causam* semel iterumque *judicatam*, identidem vero *resuscitatam* fuisse a partibus, neque reo licuisse uti exceptione *rei semel judicatæ*. Casum accipe ex *Chronico* REICHERSBERGENSI ad annum 1170. *p.* 293. ubi Henricus Bojoariæ & Saxoniæ dux causam litigiosam judicandam dedit Bavariæ Palatino, ea tamen lege, *si ille*, ut verbis utamur chronici, *terminare non poterit*, *secundum quod vobis videbitur*, *ad vos in propria persona advenimus*, & *emendabimus*. Unde plura conjector 1) quandoque judiciarias res ipsum ducem commisisse ac delegavisse provinciali palatino 2) ab hujus sententia non quidem adpellatum fuisse ad ducem, partibus tamen post eandem fuisse integrum, causam iterum disceptandi coram duce, cetera.

(*m*) Cave tamen, ne ubi bis agitatam fuisse causam legis coram duplici judice aut judicio, statim existimes, eum casum habendum *pro adpellatione*. Diximus enim Germanos olim nullam fere auctoritatem dedisse viribus rei *judicatæ*.

(*n*) Nisi contingat id, quod datum in notula præcedenti.

(*o*) Et quidem illius, quæ non ivit in rem *judicatam*, sed modo diximus, olim partes *judicata* parum attendisse, verum sententias semel iterumque latas, subinde instauravisse coram aliis tribunalibus. Neque tum opus fuisse novo aliquo gravamine.

(*p*) Nisi *evocatum* præcedat *adppellatio*. Judex enim ad quem tum omnino evocat avocatque causam & partes. Quod vix olim fuerat. Partim quod exularent adpellationes, partim quod nefas esset etiam imperatori, aliquem judicare extra limites suæ provinciæ.

(*q*) Si scilicet *evocationes* accipias in hoc significatu, ut etiam complectantur judicem ad quem in instantia adpellationis.

(*r*) Puta in *jurisdictione concurrente*. Scilicet, ut actor adire queat vel *dominum* territorii vel *extraneum*. Licet a neutro possit *provocare* ulterius.

(*s*) Nisi ergo *Wurtenbergicus* dux ab utroque securus esset per duplicis argumenti privilegium, posset civis aut incola in prima illico *instantia* adire vel *principem* vel *Rothweilensem* curiam. Et tamen utrumque tribunal repellere adpellationes.

(*t*) Id quidem est hodie certissimum, *ubi evocationes* eo plerumque sensu tantum intelliguntur, ne fiat in *prima instantia* aut ne aliquis causam principio statim ad extraneum deferat tribunal, curia domini territorialis insalutata,

§. III. Erat igitur *duplicis* etiam generis privilegio opus ducatui Wurtenbergico, ut *subditi* incolæ ejus in provinciæ tribunalibus continerentur, neque vel in litis *ingressu* traherentur ad fora *extranea*, EVOCANDO, neque cœptam domi litem illi finirent foris in ADPELLATIONE. Primum certe causas habuit in patria admodum singulares. Nam uti Carolingicis temporibus, juxta magistratus provinciæ ordinarios, imperator MISSIS, quos dixere, usus est, qui concurrentem haberent exercerentque cum ordinariis magistratibus jurisdictionem (u): ita sub *Ottonibus* in locum eorundem surrogatus cuique provinciæ peculiaris PALATINUS (x). Sed præter hunc Suevia, instituto singulari & alibi inaudito, accepit plura ejus generis CÆSAREA TRIBUNALIA die Kayserl. Hoff- und Land-Gerichte/ qui judices cum modo dictis in jure dicundo essent corrivales (y). Mutiplicia igitur fora procrearunt æmulationes, studia, odia, motus, turbas, dissidiaque cum inter judices tum inter *partes*, quæ Sueviæ ordines hodieque ingemiscunt. (z) Potentioribus

Ccc 3 itaque

(u) Eo fine evolui possunt *Francorum* CAPITULARIA & medii ævi glossographi in verbo MISSUS. Quid? quod hodieque *pontifex* alere dicitur in majoribus civitatibus DOCTORES, ut cives in agendo eligere queant vel hos vel magistratus suos ordinarios.

(x) De quibus actum cum supra *Sect. I. c. 8.* tum in notula vicina *lit. k.* Quæ hic omnino conferenda.

(y) Post *Franconiam* & *Rheno* vicinas provincias aliæ nullæ, præter provinciales *palatinos*, etiam alia tribunalia habuere provincialia Cæsaris Kayserliche Hoff- oder Land-Gerichte/ quam sola *Suevia*. Causæ reponi debent in eo, quoniam *Suevici imperatores* Sueviæ provinciam sibi hereditariam habuerunt, instar sui domanii, ut adeo in illa *duplicem* personam agerent; *unam* imperatoris, alteram *domini* territorii. *Deinde* crediderunt ita provinciæ procurari salutem, si *tot curiis imperialibus* esset instructa, neque adeo ejusdem incolis necessarium esset, ire extra sui tractus & domicilii limites. *Tum* inprimis id videbatur iisdem pergratum, quod *judices* Cæsaris *provinciales* die Kayserl. Land-Richter in Schwaben circumire oportuit provinciæ omnes tractus, ut in quocunque litis genere reo essent præsto ac præsentes, neque parti reæ opus esset itinere aliquo ad tribunal. Qua de re consuli possunt ea, quæ *Sect. 2. c. 2. lit. b. p. 45.* habentur.

(z) Nunc enim de limitibus ac *finibus jurium* dicendorum actum; nunc de *preventione* judicis aut judicii: nunc de ordine processus: sententiæ rationibus cetera. Inprimis hujus generis gravamina plene planeque exposita in Westphalica pacificatione. Ubi inprimis etiam illud in medium est prolatum, quod negaretur a Rothwveilensi aliisque denen Kayserlichen Land-Gerichten in Schwaben beneficium *adppellationis* ad duo imperii suprema tribunalia, curiam imperialem & cameram, den Reichs-Hoff-Rath und des Reichs Cammer-Gericht / cum tamen ab omnibus aliis judiciis ejus generis von dem Land-Gericht des Fürstenthums Nürnberg zu Anspach; item dem zu Würtzburg; dem zu Aachen adppellationes indulgerentur. Verum pacificatores Sueci præsertim nihil proficere potuerunt in his *judiciis tollendis*, quoniam *Austriaca* domus acerrima fuit in auctoritate eorundem conservanda. Neque sine causa. Quoniam hac ratione *Austriaco tribunali Ornopontano* omnes Sueviæ incolæ in rebus judiciariis sunt addicti subjectique. Cum eo processus *Rothwila* aliisque judiciis denen Schwäbischen Land-Gerichten *adpellationis* remedio devolvantur. Hoc enim consecutionis vinculo utuntur *Austriaci*. Si *Austriacæ* genti privilegium *de non adpellando* competit universim, etiam illi competit ceu supremo *Rothweilensis* & reliquorum judiciorum der Schwäbischen Land-Gerichte domino ac præ-

itaque visum est e re, de consiliis cogitare, quibus ab *alienis* hisce judiciis *se suosque* possent eximere. (*a*) Inde occasio privilegii *Wurtenbergici* adversus ejus generis (*b*) evocationes.

§. IV. Dubitari autem poterat, num ejus sortis fora in Suevicis concurrentia, habenda essent pro *evocationibus*, quæ fieri solent ad provincias extraneas, cum tamen duplicis generis hæc tribunalia subsisterent inter Sueviæ provinciæ unius limites, propptereaque audirent **Schwäbische Land- und Hof-gerichte** (*c*). Atque hæc quidem causa fuerat, quare in Wurtenbergicis privilegiis verbatim mentio facta *Sueviæ judiciorum imperialium* (*d*).

§. V.

---

præfecto. Quicquid distinxerint alii inter *judicia* Austriaca *territorialia* atque *imperialia*, tribuerintque jus de non adpellando *primis*, non vero *ultimis*. Quapropter illud tantum in WESTPHALICA pace potuit obtineri, ut judiciis Sueviæ **dem Käyserlichen Hoff-Gerichte zu Rothweil/ und den Schwäbischen Land-Gerichten des Hauses Oesterreich/** saluis & integris, tollerentur tantummodo abusus. Ita enim futurum esse, ut cessent *querelæ* Suevorum. Exemplo incolarum in Franconia, quibus nihil querelarum **wider das Käyserliche Land-Gericht des Fürstenthums Nürnberg.** Quorsum sensus pertinent *Pac. Westphal. artic. V.* §. *penultima.* Quid vero CAPITULATIO *art. 18.* hic remiserit, dicendum inferius.

(*a*) Inter argumenta, quibus uti possunt Sueviæ ordines & rerum domini ad *declinandum* & *abolendum* hujus generis judicia **das Hoff-Gericht zu Rothweil und die Schwäbische Land-Gerichte/** sunt etiam illa, quæ sequuntur. Scilicet *primo*, judicia illa natales sumpsisse eo tempore, quo Sueviæ floruit ducatus, qui nunc sit extinctus. *Deinde* causam horum judiciorum illa instituta, quibus quondam imperator sibi adrogaverit jurisdictionem *concurrentem*, quod hodie pariter non fiat. *Præterea*, ex quo tempore Sueviæ ordines olim provinciales facti sunt rerum domini cum potentatu, singuli etiam jurisdictionem sibi collatam esse volunt *privative*, instar principum Germaniæ aliorum, ut adeo ab onere horum judiciorum omnino mereantur liberari. *Demum* postquam duo *suprema* in imperio tribunalia aperta, frustra esse videtur, partes per provincialium judiciorum ambages longius circumduci, aut primis omnino injuriam fieri credunt, negata a provincialibus Sueviæ judiciis **denen Käyserlichen Hoff- und Land- Gerichten in Schwaben/** adpellatione. Ita arguunt illi, qui hæc tribunalia volunt e medio sublata.

(*b*) Ex quo enim tempore *Wurtenbergici* rerum domini jura acceperunt *ducalia*, id est, *superioritatem*, **die Landeshoheit/** ex eo etiam id egerunt, ut a *provincialibus* imperii tribunalibus liberarentur. Inde *Gabriel* SCHWEDERUS *part. spec. sect. 1. c. 14. jur publ.* §. *15. p. 447.* eo facilius fidem meretur, quando ad CAROLI IV. *privilegium anno 1361. conceptum* provocat, quo ante munita fuerit gens Wurtenbergica adversus *Sueviæ judicia imperialia*: ut adeo illud, quod Maximilianus I. an. 1495. postea dedit Wurtenbergicis, non ad novi cujusdam juris largitionem, sed pristini tantummodo renovationem & instaurationem pertinere, videatur.

(*c*) Ne scilicet haberent Suevi, de quo quererentur, quasi *extra provinciam evocarentur*. Verum alius *provinciæ* significatus, quo universam Sueviam complectitur, alius, quo intra limites subsistit cujusque principis, status aut ordinis territorio proprios.

(*d*) De verbis illis supra *sect. 2. c. 2. p. 51. lit. n. o.*

§. V. Est igitur non solum dux Wurtenbergicus (e) sed etiam subditi, incolæ, officiales ejus adversus EVOCATIONES tuti tribunalium in universo imperio. Ita enim aperte & clare Maximiliani Cæsaris PRIVILEGIUM anno 1495. conceptum verbis, quæ sequuntur: Den Hertzog von Würtenberg/ dero Diener/ Räthe/ Mannen/ Leute/ Untersassen/ und die Ihnen zu versprechen stehen/ nicht vor das Hofgericht zu Rothweil oder andere Land-Hoff- oder Stattgericht oder Gerichte/ oder für die Westphälische oder andere heimliche Gerichte/ wie die Nahmen haben oder genennet werden mögen/ nicht laden/ fürheischen/ oder daran Vor- oder Endurtheil oder einig ander Proceß/ Geboth oder Verboth um keine Sachen/ ob die Ehehafftinnen/ (f) derselben Gericht oder ihre Leibe oder Güter antreffend/ über sie ausgehen oder sprechen sollen oder mögen in keine Weise. Und gebiethen demnach allen und ieglichen &c. &c. &c. Sie daran nicht zu hindern / sondern dabey geruhiglich lassen. Als lieb einem iedem Unser und des Reichs schwehre Ungnad und darzu ein Peen/ nemlich hundert Marck lötigen Goldes. (g) Dann Wir auch allem dem/ so dawider seyn möcht/ derogirt haben

(e) Sane de ipso DUCE WURTENBERGICO videri poterat frustra institui quæstionem. Licet enim *Wurtenbergici* quondam *domini* his universæ Sueviæ imperialibus judiciis essent addicti, atque coram illis possent conveniri, ex eo tamen tempore, ex quo, Sueviæ ducatu extincto, *ducalia* acceperunt jura An. 1269. id fuerat indignum & inconcinnum illius superioritati. Imo illud tam absonum, quam parum conveniens olim esset, ipsum *Sueviæ ducem* coram his *provincialibus judiciis*, in gratiam subditorum tantummodo institutis, conveniri. Quod certum sit potius, duces, ut alios universos, ita etiam Suevicos, coram solo imperatore imperioque forum suum habuisse.

(f) Quo verbo illæ *causæ* intelliguntur, quæ alias *reservari* solebant *judiciis imperialibus* in prima etiam instantia; licet aliquis ceteroquin privilegio *de non evocando* adversus *concurrentem* illorum *jurisdictionem* esset munitus. Quemadmodum vero quilibet judex solicitus est de suæ jurisdictionis ampliandis ac proferendis limitibus, ita facile est ad intelligendum, quare Sueviæ judicia imperialia die Kayserliche Land- und Hofgerichte adeo varient & multiplicia sint in eorundem (der Ehehafften) indicandis numeris & nominibus. Alii enim *viginti*, alii *triginta*, alii *plures*, alii *pauciores* casus habent, quos putant judicari posse ab imperialibus Sueviæ judiciis, licet dominus territorii adversus illa privilegio de non *evocando* aut *adpellando* sit instructus. Ego, quantum ex rationibus rei judiciariæ in Germania conjector, puto *duplicis* generis fuisse die Ehehafften. *Primum* eo pertinuit, si quis læsisset imperialium Sueviæ judiciorum adsessores, nuntios, mandatarios, mandata, leges: *alterum*, si *quatuor* delictorum der so genannten vier Fraischfälle aliquo esset reus. Utpote si commisisset 1) *latrocinium* 2) stuprum *violentum* 3) *incendium* 4) *rapinam*. Alia enim crimina Germani non sanguine vindicarunt, sed carcere, exilio, mulcta, infamia. Neque duriorem virgulam senserunt *homicidæ*, *fures*, *adulteri*, *incestuosi*, cetera, quibus hodie, postquam diræ Romanorum leges patriam invaserunt exacerbaveruntque, pariter ultimum supplicium est statutum. Atque hoc conversionis tegumento facile fuit imperialibus Sueviæ judiciis, adaugendi *casuum reservatorum* der Ehehafftinnen nomina ac numeros. Est igitur maximi faciendum, quod in his quoque casibus denen Ehehafftinnen ab extraneis omnibus Sueviæque imperialibus judiciis *Wurtenbergicum* territorium sit liberatum.

(g) Habent ergo hujus privilegii *Wurtenbergici* ruptores ac violatores, quod contremiscant, si *poenam* cogitent *iræ* Cæsaris & mulctam ad *decies mille imperiales*. De quo calculo scripsimus supra *Sect. 2, c. 2, p. 61, num. 22.*

haben wollen. Geben 1495. zu Worms. Et quæ aliæ hujus codicilli imperialis formulæ sunt, quas supra dedimus ac recitavimus verbatim, facile huc conferendæ.

§. VI. Deinde quod privilegium, Cæsare largitore, accessit WURTENBERGICIS, illud etiam inseruerunt LEGIBUS SUIS & statutis cum *princeps*, tum *ordines Wurtenbergici*. (*b*) Ut eo magis illud cum extraneis omnibus judicüs

---

(*b*) Loca adlegata sunt superius *sect. 2. c. 2. §. 1. pag. 44.* Utpote in dem Landr. *part. 1. tit. 59.* atque in der Landsord. *tit. 10.* Imo in rescripto singulari An. 1613. concepto adpendice in der Landsordn. *num. 8. pag. 196.* quod in hac margine addemus: Von G. G. Johann Friederich Hertzog zu Würtenberg ꝛc. Lieber/ Getreuer. Obwohlen weyland Herr Ludwig/ Hertzog zu W. im Februario 1581. ein gemein Ausschreiben ergehen lassen/ wie man im Falle/ einer oder der ander mit Rothweilischen oder andern ausländischen Gerichten und Processen angefaßt werden wolte/ krafft Kayserl. und Königl. Majest. dem Land zu Würtenberg und desselben Angehörigen gegebener Freyheiten und Exemtionen sich zu verhalten/ austruckenliche Maß und gute Ordnung fürschreiben lassen; so befinden wir doch aus den täglich zu unser Cantzley einkommenden Berichten/ daß nicht allein an ermeldtem Kayserl. Hoffgericht zu Rothweil/ sondern auch und fürnehmlich den Landgerichten in Schwaben/ samt andern ausländischen Hof- und dergleichen Gerichten/ Unsere Unterthanen und Angehörige/ angeregten Unsern uhralten Privilegien entgegen/ je mehr und mehr angefochten/ ja auch Unserer jedesmals einwendender rechtmäßiger Absorderung unbetrachtet/ mit gantz unleidenlichen Achtserklärungen beschwehrt/ keine *Appellationes* an das Kays. Cammergericht verstattet/ sowol als bißhero eingewandte Fiscalische Proceß und Pönalisirung/ dem gantzen Heil. Reich/ und dessen höchster ungemittelter *Jurisdiction* selbsten zu mercklicher Verkleinerung und Abbruch/ den Ständen aber unerträglicher Trangsall/ eingeführt werden wollen. Dahero Wir dann nicht unzeitige Ursach gewunnen/ obgemeldt Unsers freundlichen lieben Herrn Vettern/ Seeliger L. ausgekündtes Ausschreiben wiederum zu erfrischen/ zu vermehren/ und in Unserm Hertzogthum zur Nachrichtung männiglichs in offnem Truck publiciren und ausgehen zu lassen. Wann Wir dann nicht weniger/ als aller Unser der löblichen Vorfordern/ der Regierenden Fürsten und Hertzogen zu Würtemberg/ miltseeligen Angedenckens LLden/ aus sonderer gnädiger Wolmeynung und Zuneigung/ damit Wir allen Unsern gehorsamen Dienern/ Unterthonen und Angehörigen gewogen/ nichts liebers sehen und leiden möchten/ dann daß sie in Spännen und Irrungen/ darein sie offtermahls gegen den Außländischen/ wegen Injurien/ Schuldsachen und andern Forderungen gerathen/ von denselbigen/ ihren Gegentheilen/ mit unordenlichen Rechten und fremden Gerichten unangefochten bleiben/ und zu schleinigem Austrag Innländischen Rechtens mit wenigsten Kosten kommen mögen/ auch in dem so wol als andern/ eines jeden Nutz und Wolfahrt gebührlich befürdern/ und alle unnöthige Weitläufftigkeiten zu verhüten gnädiglich begehren/ inmassen Wir dann/ so wol als Unsere Hochseelige Vorfordern/ diejenige/ so bißhero mit Rothweilischen/ Schwäbischen Land- und andern fremden Gerichten angefochten worden/ in Krafft obbesagter Unserer wolhergebrachter Kayserl. und Königl. Privilegien/ auf ihr unterthänig Ansuchen/ nicht allein gnädig absordern/ sondern auch von den abgeschlagenen Bescheiden und Urtheilen/ so darwider erfolgt/ an das Kayserl. Cammergericht appelliren/ und daselbsten die Sachen bißhero auf Unsern eignen nicht geringen Kosten prosequiren und ausführen lassen/ solches auch hinführo allen Unsern Angehörigen/ so unbillicher und unordentlicher weiß mit frembden Hof- und Landgerichten angefochten/ und von ihnen/ die wieder sie ausgebrachte Citation und Proceß nicht unterschlagen werden/ zu Gnad und Gutem/ auch Conservation und Handhab Unserer Privilegien/ zu thun in Gnaden bedacht seyen: So haben Wir doch bißhero auf solchen an dem Kayserl.

judiciis innotesceret; tum eo reverentius haberetur colereturque a subditis; imo etiam remedium esset adversus privilegii *antiquationes*, si illud loqueretur

Kayserl. Cammergericht/ theils erledigten/ theils noch anhangenden Appellationsachen befunden/ daß hierunter allerhand Unordnungen/ Fehl und Mängel fürlauffen/ dadurch dergleichen Sachen offt unnöthiger weiß gehäufft/ und viel *inconvenientia* verursacht worden/ welche Wir aus hochbewegenden Ursachen hinfüro keineswegs zu gedulden/ sondern mit Ernst abzuschaffen/ und hierinnen gute richtige männiglich ersprießliche Ordnung und Reformation fürzunemmen gedencken. Unter andern haben Wir auch nun mehrmahls erfahren/ daß sich Unsere Unterthanen bißweilen erkantliche und unverneinliche offenbahre Schulden/ so sie den Außländischen zu thun/ gantz uubefugter weiß/ mit Fürgebung geringer liederlicher Ursachen/ zu bezahlen allein darum verweigert/ dieweil sie sich Unserer Privilegien zu viel überhebt/ dieselbige mißbraucht/ und vermeint/ wann durch Unsern Procuratorn zu Rotweil/ oder gedachten Schwäbischen Landgerichten/ von abschlägigen *Remissionibus* an das Kayserliche Cammergericht appellirt/ und die Sachen daselbsten Rechthängig gemacht werden/ so habe es ihrenthalben keine Noth mehr/ und seyen sie allerdings gesichert/ und dieser Sachen entladen. Dieweil aber Unser Will und Meynung nicht ist/ iemands offenbahren Unfug zu billichen/ vielweniger Unsere Privilegien hierzu mißbrauchen zu lassen/ und hierzu zu allerhand verkleinerlichen Nachreden/ als ob in Unserm Hertzogthum an gebührender Administration der Justitien Mangel erscheinen solte/ Ursach zu geben: Darneben auch gar nicht thunlich oder rathsam seyn erachten/ daß in geringschätzigen Sachen/ die man anfangs auf leidentliche Mittel gütlicher Vergleichung leichtlich richten köndte/ der Absorderung und Rothweilischen oder Landgerichtlichen aberkandten Remißion halber/ viel Jahr und Tag/ ehe dann man zu der Hauptsachen schreitet/ rechten/ und darüber weit mehr Unkostens aufwenden solle/ dann der Hauptstrick anlangt. So befehlen Wir euch hiemit ernstlich/ und wöllen/ hinfüro den Außländischen gegen Unsern Unterthonen in offenbahren bekändlichen Schuld und andern dergleichen rechtmäßigen Sachen/ zu gebührender Bezahlung von Ambtswegen mit Ernst verholffen zu seyn/ und hierinn keinen muthwilligen Umtrieb/ oder unnöthigen Rechtfertigung zu gestatten: Aber in andern zweiffelichen und disputirlichen Fällen/ da man beyder theil Fug oder Unfug anfangs eigentlichen nicht wissen mag/ ernstlichen die Güte mit allem müglichsten Fleiß zu suchen/ und auf leidenliche billiche Mittel zu gedencken/ damit sie gütlich entscheiden werden/ da aber sie miteinander je nicht zu vergleichen/ alsdann sie zu ordentlichen Außtrag Innländischen/ auch/ wo vonnöthen/ fürderlichen Gastrechtens zu weisen/ sie die Außgesessne aber darvor zu verwarnen/ daß sie sich an solchem Innländischen Rechten sättigen lassen/ und zu vergebenlicher Weitläufftigkeit nicht Ursach geben wollen. Als sich dann bißhero/ wie Wir in Erfahrung befunden/ auch mehrmals begeben/ daß Unsere Unterthanen für sich selbst ausserhalb Unsers Hertzoathums/ nachtheilige *Obligationes* und Verschreibungen aufrichten lassen/ und darinnen sich *in amplissima forma* allen Privilegien/ bißweilen auch *in specie* für das Rothweilische/ und Lands in Schwaben/ Hof und andere Außländische Gericht/ verzeihen und begeben/ darneben auch sich etliche also liederlich und unachtsam erzeigen/ welche sich auf Insinuation und Verkündigung Rothweilischer sowol als Landgerichtlicher Proceß nicht absordern/ sondern die Sachen also hinschleiffen und anstehen lassen/ biß sie allbereit in die Acht erklärt/ und von den Rothweilischen/ oder auch Landgerichtlichen Fiscal deßwegen angefochten werden. Uud dann sich etlich mit ihren Gegentheilen der Hauptsachen halber dergestalt vergleichen und vertragen/ daß der Rothweilische oder Landgerichtliche Proceß abgeschaffet werden sollen/ und doch darneben deß Uukostens vergessen/ so auf solche Rechtfertigung gangen. Dahero es sich offtermahls begeben/ daß mancher allein von wegen eines oder zweyen Gulden Bottenlohn/ oder anderer Hof- und Landgerichts Kosten/ von neuem gen Rothweil/ oder für offt ermeldte Schwäbische Landgericht geladen/ wie auch nicht weniger aus ober-

zehlten

Wurtenbergicos in hujus juris exercitio perpetuo illudque etiam præſcribendo (*b*) acquiſiviſſe.

§. VIII. Quod cum ita ſit, ita autem eſſe cum ex ſuperioribus intelligetur, tum ex illis, quæ dicta in margine: ea in re *Wurtenbergicis* opus non eſt præſidii genere alio. Scilicet *finium regundorum* lite, intra quos *Rothweilenſis* curiæ inprimis conſtricta eſſe debeat jurisdictio, ne Wurtenbergicum tangat ducatum. (*c*) Deinde cum FORMULA imperii NOVISSIMA (*d*) etiam hoc velit: *ne in prima inſtantia ordinibus ab imperialibus curiis judiciisque fiat injuria, aut ullius generis impeditio per evocationes;* (*e*) deinde tollantur *Rothweilenſis & reliquorum imperialium Sueviæ judiciorum abuſus;* imo ab illis indulgea-

---

(*b*) Quam enim *præſcriptio* commendatiſſimum in legibus imperii remedium ſit ad acquirendam ab *omnibus evocationibus* ad *extranea* judicia immunitatem, illud quidem plenius eſt oſtenſum ſuperius *Sect. 2. cap. 2. §. 4. lit K. pag. 64.* Addi poſſunt KNICHEN *de Sax. non provoc. jure voc.* JUS *c. 2. n. 59.* ZINZERLING *de adpellat. concl 71.* CARPZOVIUS *de privil. de non adpelland. c. 2 §. 22. n. 6. 7.* atque *cap. 3. §. 32. n. 16. 17. 18.* Quæ enim jura *conferri* poſſunt principibus privilegio, quidni illa poterint acquiri *præſcribendo.*

(*c*) Provocare ſolent jureconſulti Wurtenbergici ad verba deß Käyſerlichen Land-Gerichts in Schwaben Ordnung *part. 1. tit. 1.* quæ ſunt hæc: das Land-Gericht richtet über die Thonau/ biß an das Land Würtenberg. Ubi particulam biß accipiendam eſſe putant in ſenſu *excluſivo.* Uti vidimus ſupra *Sect. 2. c. 2. §. 8. p. 68. lit. x.*

(*d*) Cum paſſim ſuperiori præſertim ſeculo atque in VVESTPHALICA pace OSNABR. *art. 5. §. 56.* actum ac deliberatum fuerit, de *Sueviæ imperialium judiciorum* (des Hoff-Gerichts zu Rothweil und der Schwäbiſchen Land-Gerichte) tollendis abuſibus, reſque nihilominus caruerit ſucceſſu, eo majoris fieri debet *artic. XVII.* CAPITULATIONIS JOSEPHINÆ, in quo plurium ſpes facta ab imperatore, quæ omnino grata mente, cum ab ordinibus imperii univerſi, tum inprimis a Sueviæ pago ejusque proceribus, civitatibus & incolis merentur agnoſci. Nam *primo* agnoſcit imperator de his judiciis querelas. *Deinde* de iis tollendis conſilia non tam improbat, quam vult differri. *Poſt* in medium prolatum iri in comitiis adverſus eadem gravamina. *Porro* his ipſis iri relictum, utrum præſtet, hæc judicia tolli, an corrigi & emendari. *Præterea*, usque dum de illis aliquid ſtatuatur, omnes cavendos & interdicendos abuſus. Tum illuſiones & multiplicationes cauſarum (der ſogenannten Ehehafftinnen/) his judiciis reſervatarum prohibendas. *Demum* exemtionum inde privilegia principum ac ſtatuum ſancta fore & inviolabilia. *Tandem* judiciorum horum privilegia adverſus omnia privilegia non attendenda. *Ad extremum* ab iſtis judiciiis liberas fore ad cameram & curiam imperialem adpellationes. *Taceo* exemptionum ab his judiciis non tantum privilegia, ſed etiam præſcriptionem attendendam. Atque eadem hæc illa ſunt, quæ Auguſtiſſimus noſtri ævi imperator CAROLUS VI. etiam ſua fecit in CAPITULATIONE *Artic. XVIII.*

(*e*) CAPITUL. CAROLI VI. *Artic. 18.* Wir wollen auch die Stände/ und dero Unterthanen im Reich/ mit rechtlicher oder gutlicher Tageleiſtung von ihren ordentlichen Rechten (Richtern in aliis exemplis) nicht tringen/ erfordern oder vorbeſcheiden/ ſondern einen ieden bey ſeiner 1) immedietät 2) privilegiis de non adpellando 3) et evocando 4) electione fori 5) dem jure auſtregarum 6) der erſten inſtanz und den 6) ordentlichen unmittelbahren Richtern bleiben/ und keinen darinnen beſchwehren oder eingreiffen laſſen.

geatur hactenus negata *adpellatio* ad suprema tribunalia, (*f*) illa omnino etiam faciunt ad *Wurtenbergici* juris privilegiique stabilimenta. (*g*) Partim, quod *exemptionum* ibi jura se observaturum spondeat imperator, (*h*) partim, quod Wurtenbergicis de non adpellando privilegiis inconcinnum, in jure dicundo concurrere inferius tribunal, unde fieri queat provocatio. (*i*)

(*f*) Huc faciunt ea, quæ habentur sub finem CAPIT. CAROLI VI. *artic. XVIII.* Als auch von Churfürsten/ Fürsten und Ständen schon von langem her/ so wohl wider das Kayserliche Hof-Gericht zu Rothweil/ als das Weingarthische und andere Land-Gerichte (*de quibus sect. 2. cap. 2. lit. b*) in Schwaben (cur non etiam idem adversus die Kayserliche Land-Gerichte in Franconia dictum scriptumque, causas aperuimus alleg. loc.) allerhand grosse Beschwehrungen vorkommen/ auf hiebevorigen Reichs-Conventen angebracht und geklaget; dahero auch im Friedens-Schluß (artic. V. §. 56.) deren Abolition halben allbereit Veranlassung geschehen/ so wollen wir immittelst/ biß solchen der Stände Beschwerden würcklich NB. aus dem Grunde abgeholffen und NB. von der abolition erstberührten Hoff- und Land-Gerichte auf dem Reichs-Tag ein gewisses statuirt werde/ ohnfehlbarlich daran seyn/ daß die eine zeithero wider die alte Hoff- und Land-Gerichts-Ordnung (in recentioribus enim ordinationibus, quare reservatos casus adaugeant, creverintque illi a *quatuor* ad *decem*, ab his ad *triginta* usque, illud quidem supra *sect. 2. cap. 3.* §. aperuimus) extendirte Ehehaffts-Fälle abgethan und die dabey befindliche excessus und abusus, zu welcher Erkundigung wir ohninteressirte Reichs-Stände ehist deputiren/ und solches an die Chur-Mayntzische Cantzeley/ um daß davon denen übrigen Ständen des Reichs Nachricht gegeben werden möge/ notificiren wollen/ forderlichst aufgehebet: Sonderlich aber die Stände bey ihren darwider erlangten exemtions-privilegien (in quibus etiam Wurtenbergicum an. 1495. conceptum & enarratum supra *sect. 2. c. 3.* plene planeque,) ohngeachtet solche cassirt zu seyn vorgewendet werden möchte (obmovent enim judices Rothvveilenses & aliorum ejus generis judiciorum adsessores, hæc *exemptionum* privilegia esse momenti nullius, quoniam sint obreptitia & subreptitia, in præjudicium facta alterius, qui non sit auditus, imo hæc tribunalia privilegiis gaudere adversus omnia privilegia & quæ sursuris sunt ejusdem) hand gehabt werden. Und nechst dem iedem gravirten frey stehen solle/ von mehrerwehnten Hof- und Land-Gerichten entweder ad AULAM CÆSAREAM, oder an unser und des Reichs-Cammer-Gericht/ NB. ohne einige unsere Widerrede oder Hinderung (quod eousque hoc tegumento factum, quoniam Austriaca domus privilegio instructa sit de non adpellando) zu NB. *adpelliren* In alle wege aber wollen wir der Chur-Fürsten und ihrer Unterthanen/ auch anderer/ von Alters hergebrachten exemtion von vorberührten Rothweilischen und andern Gerichten (in Schwaben) bey ihren Kräfften erhalten/ und sie dawider nicht turbiren/ noch beschwehren lassen. Indulgentissime hæc scripta & promissa sunt ab Augustissimo imperatore, Quæ ideo meruerunt, verbatim exscribi.

(*g*) Cum enim imperator in dicto ARTIC. XVIII. *Capitul.* promittat, se curaturum omnino *exemptionum* ab istis judiciis sive *privilegia* sive *consuetudines* & præscriptiones, omnino etiam *Wurtenbergica* domus habet, quod melioribus verbis extollat & commendet.

(*h*) Nam *Wurtenbergicus* ducatus adversus horum *judiciorum evocationes* tutissimus est & *privilegiis* & *præscriptione*.

(*i*) Postquam nempe in laudatissimo ARTIC. XVIII. CAPIT. NOVISS. indulta sunt ab his Sueviæ provincialibus judiciis ad cameram & *curiam aulicam* provocationes.

§. IX. Tandem, uti jureconsultorum testimoniis in consuetudinario jure fides habenda, (*k*) ita etiam robur addit privilegio Wurtenbergica adversus *evocationes* veritas, tot scriptoribus testatissima. In quo numero sunt *Friderus* MINDANUS (*l*) *Paulus Matthias* WEHNERUS (*m*) *Jacobus* BLUMIUS (*n*) *Martinus* CRUSIUS (*o*) *Christophorus* BESOLDUS (*p*) *Joannes Georgius* BESOLDUS (*q*) *Martinus* RUMELINUS (*r*) *Joannes* LIMNÆUS (*s*) *Nicolaus* MYLERUS (*t*) *Joannes Jacobus* SPEIDELIUS (*u*) aliique plures, qui uno concentu testantur de exemto Wurtenbergico ducatu tribunalibus EXTRANEIS.

CAP,

(*k*) Nam doctori jureconsulto de *consuetudine* testanti credendum est omnino.

(*l*) *In processu camerali lib. 1. adpend. class. 3. pag. 189.* cujus loci verba dedimus *sect. 2. c. 2. §. 5. litt. m.*

(*m*) *Tom. VI.* qui adpendix *symphorem. Gylmanni cap. 4. p. 125. n. 15.* his verbis: VVURTENBERGENSIS *princeps ejusque subditi contra Rothweil aliaque extranea judicia privilegium obtinuere an. 1541.*

(*n*) In *processu camerali tit. 47.* Qui ita inquit: *Dux* VVURTENBERGICUS conveniendus vor seinem Land-Hofmeister und sonsten nicht anderswo. *Imo* dux & subditi *privilegiati sunt contra* Hof-Gericht zu Rothweil und andere fremde Gerichte de anno 1451. Et quod magis est, pergit idem: *additur* transactio *inter judicium* Rothvveilense & *ducem* VVurtenbergicum *inita & acceptata in* CAMERA *die 19. Februarii 1657.* Quod ultimum est singulare, omissum aliis.

(*o*) *Part. 3. annal. Suev. lib. 9. c. 6.* his verbis: *Cum etiam* Wurtenbergici *comites jam ante* privilegium *haberent*, NE IN ALIUD JUDICIUM VOCARENTUR (*forte* respicit ad 1361. de quo supra sect. 2. c. 2. §. 3. lit. d.) *quam ad* imperatorem, *aut quibus ipse causam delegaret*, *cum item* subditos, *qui alio arcesserentur, possent* avocare: *Rex Maximilianus I. in his comitiis hoc denuo confirmavit, propter fidelia ducis Eberhardi merita. Ita ut domi per nobiles* (durch den Land-Hofmeister und Acht-Räthe) & *doctos juratos, res judicare possent.* Hæc Wormatiæ. Recensuit hæc atque privilegium sæpe dictum an. 1495. contraxit in epitomen scriptor theologus, qui tamen juris hujus non adsecutus est vim.

(*p*) In libro de *adpellat. c. 2. §. 19. p. 102.* Quem locum supra dedimus verbatim *Sect. 2. c. 2. §. 8. lit. x.*

(*q*) In comment. *ad ordin. Wurtenb. p. 47. 59.* uti pariter eum audivimus supra *sect. 2. c. 2. §. 8. lit. x.*

(*r*) In *comment. ad A. B. tit. 11. part. 2. dissert. 2. §. 4.* Quem locum iterum ex superioribus accipe *sect. 2. cap. 2. §. 8.*

(*s*) *Lib. V. juris publ. c. 16. n. 11.* verbis, quæ non minus supra *sect. 2. c. 2. §. 8.* habentur.

(*t*) In comment. *ad A. B. tit. 11. part. 2. dissert. 2. §. 4. litt. c.* Qui omnino hic meretur legi & relegi superius *sect. 2. c. 2. §. 8.*

(*u*) Quem domesticum testem pariter produximus supra *sect. 2. c. 2. §. 8.* Quorsum iterum iterumque remittimus lectorem.

CAP. IV.

DE WURTENBERGICI DUCIS AUSTREGIS.

§. I.

Inter præcipua WURTENBERGICI DUCIS illud principe loco omnino debet haberi: QUOD ACCUSARI NON POSSIT, NISI CORAM SUIS OFFICIALIBUS, id eſt, PRÆSIDE provinciæ **dem Land-Hofmeiſter** atque octo CONSILIARIIS; altera parte viris jura DOCTIS, altera ex ordine EQUESTRI delectis. (*a*) Quod privilegium uti inſigne eſt & eximium, ita clarum quoque, apertum, firmum, ratum, conſtans, uſuque perpetuo corroboratum, & fidei hiſtoricis ac jureconſultis teſtatiſſimæ.

§. II. Principio enim ſe offert imperialis CODICILLUS, a *Maximiliano I.* anno 1495. ſcriptus in gratiam WURTENBERGICI *ducis* in hoc argumento. Ut enim princeps EBERHARDUS in maximo illius fuerat amore, ita hoc quoque, poſt alia plura, dedit eidem ac poſteris ſucceſſoribus in ducatu: *ne* WURTENBERGICI *principes lites & cauſas, ab aliis incuſati, reſpondere tenerentur alibi, quam intra provinciæ ſuæ limites* coram *ſuismet rerum* ADMINISTRIS. *Quorum* NOVEM *hoc fine coirent, conſtituerentque tribunal, cujus etiam judicio ſtarent & acquieſcerent, cum dux Wurtenbergicus, tum ejus accuſatores.* (*b*) Id tamen cavetur in eodem ſimul diplomate: *ut* JUDICES *conſiliarii a* PARTIUM *ſtudio in principem abſint; ut ſancte polliceantur, ſe non aliam habituros rationem, quam* JUSTITIÆ; *ut proceſſum intra ſemeſtre aut* ANNUUM *ſpatium* FINIANT; *ut dux ipſe petitoribus, eorumque ſociis proſpiciat* SALVO CONDUCTU; *ut* PAREAT *ſententiæ, neque eandem temere* PROTRAHAT. *Quod ſi peccaverint in utroque vel alterutro, tum demum petitor eum trahere poſſit in jus coram ſupremis imperii* TRIBUNALIBUS. *Additur, quod tam ſanctum & firmum eſſe debeat hoc ducis* PRIVILEGIUM, *ut ei adverſæ leges, conſuetudines, jura & privilegia tollantur & extinguantur, habeanturque caſſa,*

(*a*) Verba codicilli imperialis a Maximiliano I. ſcripti atque an. 1495. promulgati in VVormatienſibus comitiis, hæc ſunt. Haben mit wohlbedachtem Muth / gutem Rath unſerer und des Reichs Chur-Fürſten ꝛc. und rechten Wiſſen ihme dieſe Gnad und Freyheit gegeben / daß man Ihne / ſeine Lieben und Nachkommen Hertzoge und Herrn zu Würtenberg gemeiniglich oder ſonderlich für andere Gerichte / wie die Nahmen haben und genennet werden mögen / nicht laden / fürheiſchen / oder daran Vor- oder Endurtheil oder einige andere Proceß / Geboth oder Verboth um keine Sache / ob je die Ehehafftinen derſelben Gericht / Sie / Ihren Leib oder Güter antreffend / über ſie ausgehen oder ſprechen ſolle in keine Wege. Sondern wer alſo zu dem benannten Hertzog von Würtenberg ihr einen oder mehrern zu ſprechen hat / der oder die ſollen Sie darum fürnehmen vor derſelben Hertzoge und Herrn zu Würtenberg Hofmeiſter und erbarn Räthen / der zum mindeſten neune mit dem Hofmeiſter / darunter der halb Theil aus der Ritterſchafft gebohren / und der andere halb Theil der rechten gelehrt und gewürdiget ſeyn ſollen. Ita plana & aperta hæc ſunt, ut vix opus aliquo interprete. Quem egimus ſupra *ſect. 2.* ubi etiam habetur univerſus codicillus, huc omnino conferendus.

(*b*) Diplomatis verba in vernacula, qua illud eſt conceptum, exſcripta & illuſtrata ſuperius *ſect. 2. cap. 2.*

cassa, inania, nulla, ipso jure antiquata. (*c*) Neque hoc quidem esse videbatur satis. Nam additur sanctio & poena CENTUM MARCARUM AURI, (*d*) statuta in privilegii ducalis quoscunque violatores, altera parte fisco Cæsaris, altera duci persolvenda.

§. III. Quamvis vero auctoritatem potestatemque Cæsaris in hujus privilegii largitione nemo vocaverit in dubium, accessit tamen eidem DECRETUM COMITIALE, conspiratio & adplausus imperii universi. Nam & illud habet imperialis codicillus: *eum scriptum fuisse bono animo, maturo consilio, cum scientia consensuque archiprincipum, principum, comitum, nobilium, ordinumque fidelium* S. R. I. (*e*) Quod cum ita sit, est hoc privilegium e numero eorum, quæ perpetuo sunt duratura, neque requirere solent aliqua principis renovatione. (*f*)

§. IV. Ut etiam privilegii esset observatio, & usus, cum in universo imperio, tum in supremis illius tribunalibus, illud non solum passim descriptum, in publicam editum lucem, atque apud omnes pervulgatum fuit; (*g*) sed etiam *tabulario imperialis cameræ* oblatum demandatumque; (*h*) imo recitatum in

---

(*c*) Etiam dulcius est haurire ex ipso codillo superius *sect. 2. cap. 2. §. 3.*

(*d*) Quæ *summa* omnino magna, præsertim in penuria æris, qua *Germania* tum laboravit, quum Indiarum thesauri illi nondum paruerunt. Calculum, quo æstimari debeat in nostri ævi monetis, dedimus supra *sect. 2. cap. 2. §. 3. n. 22.*

(*e*) Ita enim sermo privilegii vulgaris: **mit wohlbedachtem Muth/ gutem Rath unserer und deß Reichs Chur-Fürsten/ Fürsten/ Graven/ Edlen und Getreuen und rechtem wissen.** uti habetur in ipso codicillo, quem vide *sect. 2. c. 2. §. 3.* Accedit, quod *privilegium Wormatiæ* sit scriptum die 20. mensis *augusti*, an. 1495. Quo tempore adhuc durarunt ibi imperii *comitia plena*, & paucis antea diebus eodem mense *augusto* confecta, & subscripta fuit ORDINATIO CAMERALIS, instar imperialis recessus.

(*f*) Cum enim *imperatoris* arbitratui consensus accesserit principum *electorum*, & *ordinum* imperii universorum, privilegium hoc ad *facta imperii* simul pertinet, quod est *immortale*. Ut vix alio aliquo habeat præsidio opus in tabulæ WESTPHALICÆ *art. VIII.* §. 1. ubi omnes principes & status imperii in *antiquis* suis 1) *juribus* 2) *prærogativis* 3) libertate 4) *privilegiis*, horumque omnium possessione stabiliti & firmati sunt. Ut a nullo unquam, sub *quocunque prætextu de facto turbari* possint aut debeant. Vel etiam FORMULA S. R. I. NOVISSIMA *artic. I.* **jeden Stand bey seinem Wesen/ Gerechtigkeit/ Macht und Gewalt zu lassen.**

(*g*) In quot libris *juris publici* atque *processus cameralis* hoc PRIVILEGIUM WURTENBERGICUM legatur verbatim, illorum numeros iniimus supra *sect. 2. c. 2. §. 3. lit. a.* Hoc igitur magna cura inde a typographicæ artis inventione egit *Wurtenbergica domus*, ut universæ Germaniæ illud innotesceret.

(*h*) Aperte *Adrianus* GYLMANNUS *tom. 3. symphorem. p. 277.* testatur, INSINUATUM *est privilegium Wurtenbergensis principis in camera imperiali anno 1571. die 13. Junii.* Idem repetit WEHNERUS *tom. 6. c. 4. p. 129.* Quod etiam legere licet supra *sect. 2. c. 2. §. 5. lit. l.*

in privilegiorum ejus generis matricula & albo, (*i*) ne quis forte simulare posset illius ignorantiam, atque sic pœnam, violatoribus dictam, effugere.

§. V. Tantum igitur abest, dubitare aliquem posse de perpetuo & plusquam DUCENARIO privilegii usu, (*k*) ut potius testatissimum illud sit, toties non solum, quoties opus fuit, ad illud principes provocasse; sed etiam stetisse illo omnes petitores, coram hoc domestico tribunali egisse, exposuisse causas, sententiasque accepisse. Cujus rei fidem faciunt auctores innumeri, in iisque *Adrianus* GYLMANNUS (*l*) *Friderus* MINDANUS (*m*) *Paulus Matthias* WEHNERUS (*n*) *Jacobus* BLUMIUS, (*o*) principes jureconsulti judicii cameralis; porro *Christophorus* BESOLDUS (*p*) *Joannes Georgius* BESOLDUS (*q*) *Joannes* LIMNÆUS (*r*) *Gabriel* SCHWEDERUS (*s*) & plures alii, quorum

 nomi-

(*i*) Habes superius *sect. 2. cap. 2. §. 5. lit. m.* loca plura GYLMANNI, WEHNERI, MINDANI, quibus addi nunc potest BLUMIUS *in processu cameral. tit. 47.* TABULA 3. *pag. 378.* cui hæc verba sunt inscripta: *Dux* WURTENBERGICUS conveniendus vor seinem Hofmeister und Räthen und NB. sonst nirgend anderswo. *Exceptis tamen casibus denegatæ & protractæ justitiæ, juxta privilegium de anno 1495.*

(*k*) Momenta *præscriptionis* ex *quasi possessione* hujus *privilegii* plusquam DUCENARIA expendimus superius *sect. 2. c. 2. §. 4. lit. k.* Quæ omnino hic repetenda.

(*l*) *Tom. 3. symphorem p. 277.*

(*m*) *De processu Camerali lib. 1. class. 3. pag. 189.* Ubi inquit, WURTENBERGENSIS princeps conveniendus coram suo Land-Hofmeister und Räthen *exceptis casibus denegatæ justitiæ.* Reliqua dedimus superius *sect. 2. cap. 2. §. 5.*

(*n*) *Tom. 6. symphorem. c. 5. p. 126.* his quidem verbis: *Ipse vero princeps* VVURTENBERGICUS *coram suo* Land-Hofmeister und Räthen *debet conveniri. Exceptis casibus* justitiæ denegatæ, *vigore privilegii de anno 1495.*

(*o*) *In processu Cameral. tit. 47. p. 378.* plene planeque. *Dux* WURTENBERGICUS *conveniendus* vor seinem Land-Hofmeister und Räthen und sonsten nirgends anderswo. *Exceptis tamen casibus* denegatæ *vel* protractæ *justitiæ. Juxta* privilegium *de anno 1495.*

(*p*) Non solum in libro *de adpellat. c. 2. §. 19. p. 102.* sed etiam in *thesauro* & pluribus locis aliis.

(*q*) Verba e *comment.* der Wurtenb. Lands-Ordnung dedimus supra *sect. 2. c. 2. §. 8.*

(*r*) *Lib. V. jur. publ. cap. 16. n. 11.* ita inquit: *Princeps* WURTENBERGICUS *convenitur coram suo* Hoffmeister und Räthen/ *exceptis casibus justitiæ denegatæ. Vigore privilegii de an. 1495.*

(*s*) *Jur. publ. part. spec. sect. 2. cap. 17. §. 10.* Ubi provocat ad Limnæum his verbis: *actorus* (in austregarum judicio) *modum eligere potest, quem conventus precise admittere tenetur O. c. p. 2. tit. 4. §. pen. nisi* PRINCEPS reus *probet, se ex* consuetudine usuve *vel* privilegio *jus habere, ut non alibi quam* CORAM SUIS CONSILIARIIS *conveniri possit ac debeat & sic electionem instantiæ penes actores non consistere. Quemadmodum hoc jure* SERENISSIMUM NOSTRUM WURTENBERGIÆ DUCEM *ex privilegio Maximiliani I. gaudere, constat.*

nomina & numeros nolumus præter rem coarcervare. Cum testes extranei æque quam domestici idonei satis ad forensem hanc veritatem, WURTENBERGICUM DUCEM *nullibi conveniri posse*, *quam coram officialibus suis*, PRÆSIDE *provinciæ & OCTO consiliariis.*

§. VI. Quamvis vero ab adversæ *partis officialibus sententiam* petere & expectare velle, si non contra omnem juris rationem, (*t*) certe novum quid adpareat & prorsum inauditum in Germanico imperio: (*u*) non tamen habent vel tribunalia imperii vel augustæ domus comites, quod illud incusent alicujus duritatis ac insolentiæ. (*x*) Nam idem quondam institutum fuerat Caroli IV. Cæsaris: (*y*) *ne rex* BOHEMIÆ *conveniretur coram aliis, quam primicerio suo & con-*

(*t*) Ne quis auctor sit in rem suam; ne judicet in propria causa. Quod utrumque dici nequit, jure ordinario, nisi de principe imperii absoluti, neque pendentis a superioris arbitratu.

(*u*) Idque *duas* ob *causas* potissimum. *Primo* imperatoris ac imperii ergo, quibus omnes imperii principes sunt addicti, subjectique eorundem jurisdictioni in curiis ac conventibus comitialibus: *deinde* etiam ordinum provincialium intuitu, qui plerumque, quod in statutis antiquioribus provinciarum suum principem eo adegerunt, ut conveniri posset in provinciali congressu auf dem Land-Tag. Imo in actuum rerumque provincialium codicibus etiam sententias multoties reperi adversus ipsum principem conceptas: Urthel/ die wider den Landes-Herrn auf dem Land-Tag und in den Landtags-Abschieden ausgesprochen worden. *Quid?* quod idem etiam institutum sit in *causis feudalibus*, ut dominus a vasallo in jus vocetur coram *paribus curiæ.* Qua de re *dn. præs. de foro S. R. I. subfeudorum.*

(*x*) Præsertim cum ipsi *principes electores* coram supremis *imperii* tribunalibus hodieque possint conveniri vocarique in jus. De quo CARPZOVIUS *de privileg. de non adpellando* c. 7.

(*y*) Ita enim CAROLUS IV. in *majestate Carolina tit.* 42. quæ ad notitiam jurisprudentiæ inferioris ævi plurimum confert. Merenturque inde verba hic exscribi, quæ sunt hæc: *licet humano jure princeps* LEGIBUS *sit* SOLUTUS (quod dictum fuerat de principe non Germano, sed Romano) & *cunctos populos, sibi subjectos, habeat judicare* (Romæ quidem privative, sed in Germania nonnisi in ordinum imperii consortio & consessu) & *a nemine* ipse judicetur (cave hic iterum, ne Romanum principem confundas cum Germanico, cui ipse Carolus IV. statuit deditque judicem archipalatinum A. B. tit. 5. §. ult.) *Quia tamen digna vox est majestate regnantis* (his verborum phaleris uti potuerunt Cæsares Romani, non Germanici, qui omni ævo coram populo accusari potuere, præsidente eidem archipalatino.) *alligatum se* legibus *principem profiteri* (Romæ virtutis fuerat, sed in Germania formula imperii vult, cogitque principem, patriæ legibus vivere). *Quod etiam per prædecessores nostros*, Bohemiæ *reges illustres observatum fuisse, comperimus.* (Non tantum Germanici imperatoris ergo, ubi respondit rex illa jura, quæ regiminis; sed etiam ordinum Bohemicorum intuitu. Nam Venedi populi omni ævo abhorruere a regnis absolutis.) *Præsenti* CONSTITUTIONE (quæ scripta fuerat consultis Bohemiæ ordinibus, si *Dubravio* fides) *decernimus: quod si quis forte a nobis vel successoribus nostris reputaverit* SE GRAVATUM, *vel* CAUSAM *ullam se velle dicat intentare* NOBISCUM; *tunc* SUPREMUS CAMERARIUS & BARONES *de causa vel gravaminis meritis diligenter* & LIBERE INQUIRENTES. *Demum, quicquid* JUSTUM repererint, PRONUNCIENT *vel* DECERNANT. *Quorum* PRONUNCIATIONI & DECRETO STARE & *contentari* REX *ipse, sicut*

confiliariis. Iidem SILESIÆ mores funt. Ubi principem convenire licet nonnifi coram fubditis fuis Silefiæ principibus & ordinibus. (z) Quid? quod auguftiffimo IMPERATORI, ex AUREÆ BULLÆ LEGE, jus dicat ARCHI-PALATINUS. (a) Imo ovum ovo non effe poteft fimilius, quam Wurtenbergico privilegio AUSTRIACUM, quod pariter vult: *ne Auftriæ archiduces alibi conveniantur, quam in confilio fuorum adminiftrorum.* (b)

ficut & fubditus vel querulans, de benignitate regia, teneatur. Decori tamen & honeftati regiæ dignitatis in hoc fpecialiter refervatur, quod nulla contra perfonam regis citatio emanet, fed contra officiales fuos, (advocatum fifci) *qui ad hoc extiterint deputati, procedat. Per hoc enim & fplendor juftitiæ purus fervabitur & clementiæ noftræ zelus piis operibus infignietur.* Audio, his ipfis moribus etiam nunc vivi in Bohemiæ regno, caufasque adverfus ipfum regem ejusque fifcum, fi quidem Bohemica tangant, coram fupremo regni tribunali cum difceptari, tum finiri. Plura *dn. præfes* ad *A. B. tit. 8.*

(z) Docent hoc *Georgius a* WENZKY im Bericht vom Schlesischen Ritter-Recht oder Ehren-Gericht/ ubi hiftoria eius fori habetur plene planeque defcripta, atque HENELIUS *in Silefiographia c. 8.* Quotiescunque ergo Bohemiæ rex in caufis Silefiacis convenitur, coram fupremo hoc tribunali Silefiæ, *Vratislaviæ* inftituto, quod vocant das Fürsten-Recht/ tenetur comparere ac refpondere. Neque ulla inde ulterior *provocatio.* Cum autem confilii hujus *adfeffores* fint *principes* & *proceres Silefiæ,* id eft, Bohemiæ regia ordines provinciales, certiffimum etiam hoc fori fpecimen, quod *fuperior* coram fubditis & officialibus fuis accufetur, conveniatur, judicetur. Quid? quod etiam illud fingulare fit, in *Glogovienfi* principatu *Bohemiæ* regem in jus vocari coram *paribus curiæ* iftius principatus, denen Landes-Ständen. Quam vero illi autoritatem non ideo habent, quod *beneficiarii* fint *regis* Bohemiæ, quo cenfu rem æftimat habetque SCHRADER *part. 20. fect. 1. n. 13.* atque in *Tom. 2. conf. 27.* fed potius, quod fint pars reipublicæ, atque in imperii ejus agant focietate. Idem certe olim antea obtinuit in Germania, ut princeps in jus traheretur coram ordinibus provinciæ fuæ, auf denen Land-Tagen/ quod fæpe eft dictum fuperius.

(a) Clara eft lex A. B. *tit. 5. §. fin.* ubi fruftra fe torquent interpretes. Quod ex medii ævi rationibus patet, *imperatores* Germanicos, uti alios imperii principes, jus accepiffe in *comitiis,* ibique in caufis omnis generis *accufatos, abfolutos* & *condemnatos* fuiffe, a fubditis fuis, regni proceribus ac principibus. Præfidente ifti conventui cum auctoritate & eminentia quadam *archipalatino.* Qui ergo *judex* ftatuitur Cæfaris non folus, verum in ordinum regni conventu ac confociatione. Quod late expofuit declaravitque *dn. præfes in comment. ad A. B. tit. 5. §. fin.*

(b) Quemadmodum PRIVILEGII AUSTRIACI codicillus anni 1530. plurimis eft defcriptus, quorum nomina dare poteft *Germania princeps lib. 1. c. 4. §. 17,* ita clariffima eft memoria partis illius, qua *Auftriaci principes* coram alio nequeant tribunali conveniri, quam coram SUIS CONSILIARIIS & OFFICIALIBUS. Verba, quæ huc pertinent, funt hæc: der Hertzog von Oesterreich ist um keine Sache (ergo ne quidem in cafibus & caufis fupremo ftatim tribunali neglecta prima inftantia, refervatis) schuldig/ vor dem Reich (comitia hic intelligo, ergo nulla curiæ aulicæ deß Reichshofraths hic mentio in hoc anno 1530. quo privilegium eft conceptum, ut caufæ fint ad dubitandum de illius ætate) oder des Reichs-Cammer- (haud dubie verbum hoc innuit judicium camerale) Hof- oder andern Gerichten/ (quæ nomina forte ad provincialia Sueviæ judicia debent referri, cum *aulicum* tribunal camerali fit anterius,) wie die Nahmen haben/ zu richten stehen.

Er

§. VII. Quid vero de AUSTREGARUM judiciis? annon his etiam simile privilegium WURTENBERGICUM? Non puto. Certant invicem jureconsulti de Austregarum origine, quam peritiores ad tempora referunt *Fridericorum*. (c) Alii pro earum auctore demum habent Maximilianum I. latorem *ordinationis cameralis* an. 1495. (d) Ultimi veri sunt in *legalibus* austregis; (e) primi in veras rerum causas judicio suo non penetrant. (f) Scilicet omni

---

Er wolle dann gerne (Quilibet enim juri pro se introducto potest renunciare) sondern Er (der Hertzog von Oesterreich) mag einen seiner Lehnmanne setzen. Vor demselben solle er dem rechten gehorsam oder statt thun. Er ist auch nicht schuldig/ auf die Reichstag zu kommen oder zu erscheinen/ dann mit gutem Willen. In eo tamen *Austriacum* privilegium *Wurtenbergico* est dissimile, quod ibi *unus* judex sufficiat, hic requirantur numero *novem*: deinde ibi sermo de *vasallo*, hic de *officialibus*: post ibi *cautiones* nullæ adversus partium studia *judicis vasalli* in dominum, quæ hic magna cum circumspectione indicantur & præcipiuntur.

(c) Illa tempora interregni & postea maxime. Ubi, quemadmodum volunt, *auctoritas* Cæsarum in jure dicundo *eviluerit*, fuerit sæpe *justitium* in Germania universa; duo sæpe imperii *candidati contenderint* invicem de imperiali sparta; neglecta sint imperialia *comitia*, in quibus olim tractatæ sint res forenses. Quæ fata exercuisse volunt patriam usque ad ævum Caroli IV. & Maximiliani I. qui tandem *leges* scripserit *austregis*. Ita fere CONRINGIUS *de judic. Germ.* §. 53. TEXTOR *ad R. I. an.* 1654. *diss.* 3. *th.* 2. & plerique alii, qui alienam in hoc genere sequuntur fidem.

(d) Illi scilicet, qui nullam medii ævi notitiam adferunt ad hanc *juris publici* prudentiæ partem. In quibus SCHUBARTUS *de austreg. c.* 2. *n.* 49. atque JAC. BLUMIUS *tit.* 27. *process. cameral. num.* 9. Qui inprimis in hac veritate, quæ historica est, provocant ad testimonia cum ipsius Maximiliani I. tum Caroli V. atque imperialia decreta, in quibus hæc origo adprobetur. Verum ita alias, ita hic quoque fides historica est, imperii nescia.

(e) *Austregæ* verbum est homonymum. Olim denotavit *arbitrum* & arbitratorem; mox judicem *compromissarium*, eumque vel ex conventione partium vel ex privilegio alterutrius electum & agnitum; demum *necessarium* id est, *lege* publica *nominatum* in prima instantia. Atque hoc ultimum genus *austregarum* omnino tribui debet decreto comitiali anno 1495. verbis inscripto der Cammergerichts-Ordnung.

(f) *Principio* enim omni tempore Germanis in usu fuit, in definiendis controversiis, ad evitandum strepitum forensem, adhibere arbitros Schiedes-Leute/ Obermänner/ ut adeo frustra causa eorundem reponatur ad tempora proxima interregno. *Deinde* cum imperatores Germanici jus non dixerint, nisi in comitiis in consessuque ordinum imperii, dici non potest, a Cæsaris auctoritate sententias forenses pependisse. *Tum* nullius egomet temporis memini, ubi Cæsarum potestas ita eviluerit, quin par esset parti, adversus quam ex decreto imperiali fuerat pronunciatum. *Taceo* sententiarum, ita latarum, robur requirendum fuisse ab universi imperii potentia. Quam certe pars nullo unquam tempore potuit eludere. *Porro* licet etiam comitia generalia quandoque neglecta, tamen omni tempore viguerunt solennes imperatorum curiæ, a multis ordinibus toties frequentatæ, quoties illas indixit imperator. Atque suffecerunt hæ demum juri dicundo. *Præterea* si belli turbas in causis posuerimus austregarum, illorum origo maxime requirenda esset in temporibus *Arnulphi*, *Ludovici* infantis, *Cunradi I. Henricorum*, cetera. Ut opus non sit delabi ad diuturnum interregnum.

omni tempore, in litibus sopiendis, arbitros, id est, *austregas* amavit Germania, aliena a strepitu forensi studioque contendendi; imo ad *bella* civilia & *privata* devitanda, quæ omni ævo juris Germanici. (g) Quod institutum eo minus ordinarios offendit judices, quo major illis cura æqui & publicæ tranquillitatis. (h) Atque hæc *austregarum*, id est, *arbitrorum* atque *compromissariorum* judicum causa requirenda a *partibus*, maxime subditis. Quod vero ipsi etiam rerum *domini* cogitare cœperint de *austregarum* privilegiis, a Cæsare rogandis, illud postea factum causasque habet longe alias. Ex quo enim *civium immediatorum* numeri, provinciis vel divulsis vel extinctis ducatibus, mirum adaugerentur, Germanicis imperatoribus nulla porro religio, eos in litigiosis caussis evocandi trahendique ad curiam suam, quocunque etiam in loco extraneo illa esset instituta. (i) Ut igitur evitarent illi ejus generis *evocationes*, olim

 sane

(g) Scilicet hoc me docent medii ævi exempla testimoniaque. Si quis jus habuit causamque adversus alterum, sive *princeps* & inter proceres esset *imperiales* den Reichsstånden/ sive provinciales den Landsåßigen Stånden / in libero *actoris* arbitratu fuerat, *utrum* FERRO *mallet contendere cum altero, an* JUDICIS *uti auctoritate; an vero* BONI VIRI *implorare officium & arbitratum*. Ex *tribus* igitur hisce contendendi modis *ultimus* placuit maximopere. Idque ideo, quoniam *arbiter* (austrega,) ab *actore* electus, plerumque causam ea conditione accepit, ut nisi *reus* agnosceret illius arbitrium & duriora mallet, quam mitiora remedia, ipse *coiret* cum *actore* in *foederis* ac mutuæ defensionis societatem, haberetque ita reus pro parte adversa unam duas. Qua re factum, ut plures causæ *laudis* & *arbitramentis* quæ dixere, componerentur, quam *armis* aut *judicariis*. *Dn. præsid.* teste hoc docent publica tabularia. Nam vel in uno *Magdeburgico* tot plaustra *laudorum* supersunt, quorum numeri idonea hic sunt argumenta. Ideo vero *lauda* duobus seculis novissimis abiere in desuetudinem, quoniam *pax publica* der Landfrieden sustulit vere bella privata, id est, *arbitrorum* & *austregarum* auctoritatem. *Deinde* usus fori Romani in Germania non minus in causa fuit, ut *lauda* essent in despicatu, instar rei, quam simplicitas protulisset artis & juris ignara.

(h) Neque enim exempla reperio in monumentis medii ævi, quod *judices ordinarii* invidis aspexerint oculis illos litigatores, qui vel prorogarunt jurisdictionem vel lites per arbitros ac internuntios composuerunt. Inde est, quod indulserint etiam illud ordinarii *magistratus*, ut partes extra provinciam jus requirerent a *tribunalibus* extraneis, quibus aliqua celebritas in cultu justitiæ. Pertinent huc illæ provinciæ Germaniæ, ex quibus subditi ac judices causas suas transmiserunt in loca remotissima, scabinis utpote *Lubecensibus, Magdeburgicis, Halensibus*, ad ferendum sententias gentibus peregrinis, odii & amoris causa procul habita. Sane in Halensis scabinatus tabulario multi codices hodieque adservantur, quibus inscriptæ sunt sententiæ dictæ *Porussis*, *Polonis*, *Bohemis*, *Silesiis* populisque aliis disititis ab hac vicinia.

(i) Sæpius dixi, *civem* aut *principem* extra *provinciam* in jus vocari, nefas semper fuisse in Germanico imperio. Inde opotuit imperatorem *circumire* provincias omnes annuatim juris causa dicundi; inde cuique provinciæ datus est peculiaris *palatinus;* inde contestatio Henrici, nefas esse condemnari aliquem extra provinciam natalem; inde septem Germaniæ provinciarum cuique peculiaris populus, leges, limites, instituta, mores, duces, domini, principes; inde neque *Bohemiæ* regi potestas, evocare aliquem subditum ex Silesia in Bohemiam, uti notat GOLDASTUS *lib.* 4. *de regno Bob. c.* 14. *n.* 4. *p.* 540. Verum enimvero in adversa omnia itum ex eo tempore, ex quo Germaniæ provinciæ divulsæ, deminutæ, distractæ, diru-

tæ

ſane non legitimas, *privilegia* requiſiverunt, ut domi atque intra territorii ſui limites judicarentur. (*k*) Quæ prima *cauſa* AUSTREGARUM, quam in margine illuſtrabit codicillus Cæſareus, ſcriptus Wormatienſibus An. 1297. (*l*) *Deinde* cum MISSI ac PALATINI Cæſaris provinciales die Kayſerliche Land-pfaltzen oder Landgerichte olim non principes & cives immediatos judicaverint, (*m*) qui nullum alium judicem habuere, quam *Cæſarem* & *imperium*, (*n*) verùm

---

tæ atque in minutiſſimas quasque partes disjectæ, ut impares eſſent priſtini juris retinendi.

(*k*) Ex fide ac doctrinis ſcribo *dn. præſ.* quod a ſeculo XIII. demum in uſu eſſe cœperint *privilegia de non evocando.* Eo enim usque juris communis & ordinarii fuiſſe per univerſum imperium, illud quidem eſt, quod adfirmavimus in nota præcedente.

(*l*) Diploma eſt inſigne, quod *dn.* PRÆS. exhibet *tom. 2. codic. diplomatici num. 38. p. 243.* Verba illius fere ſunt hæc: ADOLFUS *D. G. Rom. rex* &c. *Speciali* gratia & favore *proſequi volentes* Wormatienſes, *ex dono noſtræ* regiæ majeſtatis *hanc gratiam eis concedimus liberaliter. Videlicet*, *quod* eos *vel* aliquos *ex eis* EXTRA CIVITATEM EVOCARE AD NOS *vel* JUDICIUM NOSTRUM *qualecunque & per quempiam non liceat. Quamdiu parati fuerint in civitate ſua de ſe* QUERULANTIBUS JUSTITIAM *exhibere. Si autem alicui, nobis de ipſorum civium aliquo* QUERULANTI, MISSO *ipſis de nobis cum noſtris litteris vel* NUNCIIS *non fuit de eodem ibi facta juſtitia indilata: ex tunc idem reus in* facto *tantum eodem poteſt & debet & non aliter evocari.* ACTUM *an. 1297.* Plura ſunt genera conjecturarum, inde deducenda. *Primum* eſt, quod grave etiam fuerit civitatibus, evocari extra civitatem, multo magis extra *provinciam* cives. *Deinde* quod in privilegiis de non evocando ſemper excipiatur caſus juſtitiæ *negatæ* vel *protractæ. Porro*, quod etiam, his querelis inſtitutis, imperator non illico evocaturus ſit cives, ſed ante uſurus miſſis aut nuntiis, qui magiſtratus Wormatienſes officii ſint admonituri. *Demum* nullum hic de *adpellationibus* verbum offenditur, certo indicio, quod alibi dictum, adpellationes olim Germaniæ fuiſſe inuſitatas, habendasque illas pro partu juris Romani. Ceterum *monacho* KIRSGARTENSI auctore *cap. 39. p. 129.* ſcimus: *anno 1259. id egiſſe ſacros Wormatienſis præſulatus collegas, ut Wormatienſem civitatem traherent evocarentque Moguntiam ad judicem ibi* Romanum *vel* imperialem *agentem.* Ut adeo opus fuerit Wormatienſibus ad privilegium impetrandum adverſus cujuscunque generis evocationes ad extranea tribunalia. Eadem de cauſa ſibi próſpexere privilegio *pontificali* adverſus evocationes Romam aut alibi ad *antiſtitem* extraneum. Quod pariter habet *dn.* PRÆS. *in cod. dipl. tom. 2. n. 29.*

(*m*) Nullum enim ejus juris ſupereſt veſtigium. Neque certe fieri potuit, ut *dux* coram provinciali palatino ſtaret; *princeps* coram *comite*; coram *inferiori ſuperior*, cetera.

(*n*) Neque vel *Cæſarem* ſolum agnoverunt judicem, niſi in conſeſſu *ordinum* ac *procerum* imperii in curia Cæſaris, quæ eo fine fuerat indicta & inſtituta. Ita in omnibus ſententiis, a Cæſare latis, in cauſis ordinum imperii, ſcriptum reperitur: *D. G. imperator. Notum fieri volumus*, *quod nobis* reſidentibus Hagenovve *in generali* CURIA NB. *pro* JUDICIIS AUDIENDIS, NB. *adſiſtentibus nobis plerisque* PRINCIPUM & PROCERUM *noſtrorum, dum conveniret* Gottoſridus Waltherum *de injuriis. Demum ita conventum* &c. *Et ut hujus conventionis ſit robur, præſentem paginam ſecimus ſubſcriptoribus S. R. I. ordinibus*, cetera. Formulam accipe e *codice diplom.* dn. PRÆSID. *tom. 2. n. 19. 20.* Quod cum ita ſit, haud dubie ab hac auctoritate, ordines imperii judicandi, longiſſime abſuit provincialis palatinus.

verum provinciæ cujuscunque subditos & incolas, id est, cives *mediatos:* nunc in tantis *immediatorum* numeris cristas illi etiam in *hos* erexerunt, sibique adrogarunt facultatem eos vocandi ac judicandi. (o) Tæduit ergo principes, proceres ac præsules, absque intermedio magistratu, Cæsari & imperio addictos, hujus insolentiæ: inde *austregarum* privilegia, ne coram aliis quam his tenerentur causas respondere. (p) Tandem, *camera imperiali* Anno 1495. instituta aper-

---

(o) Exemplo esse possunt *provincialia Sueviæ judicia*, die Kayserl. Landgerichte/ & *Rotbweilense* das Kayserl. Hofgericht. Nam horum jurisdictio quondam fuerat in homines privatos provinciales, die Schwäbische Landsässige Prälaten/ Graven/ Ritterschafft/ Landschafft / Stätte. Cum vero & *comites* & *præsules* atque *civitates* Sueviæ, Cunradino ultimo duce An. 1259. extincto, jura consequerentur ducalia, id est *superioritatem*, adeoque nemini parerent nisi Cæsari ac imperio, nihilominus provinciales hi judices *palatini* jus, quod olim in illos exercuerant, etiam retinuere deinceps, non sine indignatione, opprobrio, damno, injuria illorum, qui ex *provincialibus* ordinibus jam effecti fuerant *imperiales*, die aus Schwäbischen Landständen zu Reichsständen worden.

(p) Ut *mediatos* ordines tæduit, se ab ordinariis magistratibus ac provinciis *evocari*, ita *immediatos*, se trahi ad Cæsaris imperiique tribunalia *inferiora*, itidemque extra provinciam. *Ultimi* ergo *duos* causas habuerunt *austregorum*. Unam, ne *evocarentur*, *alteram*, ne inferioribus tribunalibus (denen Kayserlichen Landgerichten oder Land, Pfaltzgraven) essent in jure *dicundo* subjecti *Primi* vero unam, tædium nempe *evocotionum*. Quapropter his satis fuerat, munitos se esse adversus *evocationes*, & quidem judicum *extraneorum* non vero *principis* sui *territorialis*. Nam provinciales *civitates*, die Landesstätte/ haud dubie nihilominus evocari poterant ad *curiam principis sui* der Landesregierung/ intra limites tamen provinciæ institutam. Dabo in hunc finem diploma SIGISMUNDI Cæsaris An. 1425. in gratiam conceptum duarum provincialium civitatum *Magdeburgi* & *Hale*. Unde clare intelligitur nexus earundem provincialis, olim instar furoris a quibusdam hominibus in dubium vocatus. SIGISMUNDUS *D. G. Romonorum rex, semper augustus, ac Hungorie, Boemie, Dalmacie, Croatie rex. Notum facimus tenore præsentium universis. Quod, licet dudum bonorabilibus* PRÆCONSULIBUS & CONSULIBUS *universitatum civitatis* MAGDEBURGENSIS & *oppidi* HALLENSIS *nostris & imperii sacri fidelibus, dilectis, banc fecerimus gratiam speciolem: ut in quibuscunque causis mere* civilibus *seu* criminalibus EXTRA *civitotem* MAIDBURGENSEM & *oppidum* HALLENSE *ad quecumque seu qualiacumque* forensia & secularia *judicia* PUBLICA *vel* PRIVATA, *in specie vel in genere, preterquam ad nostre Mojestatis* AUDIENTIAM, *trabi seu* EVOCARI NEQUEANT. *Nichilominus nunquom fuit, nec est bodie intentionis nostre, voluisse aut velle, venerabili* GUNTHERO ARCHI-EPISCOPO *Moidburgensi* ac ecclesie *sue nec non successoribus suis* PRINCIPIBUS & *devotis nostris dilectis in suis jurisdictionibus &* JUDICIIS *od ipsos veluti* NATURALES DOMINOS ORDINARIOS ECCLESIASTICOS & TEMPORALES *dictorum locorum videlicet* Maidburgensis *civitatis & oppidi* Hallensis *ad ipsam ecclesiam & subjectionem ejusdem spectantibus quomodo libet derogari. Ne igitur imposterum pro bujusmodi* JURIBUS, JUDICIIS & JURISDICTIONIBUS *dissensionis oriatur occasio, ex ambiguitate nostre Regie voluntatis, non per errorem out improvide, sed onimo deliberato, sano,* principum, comitum, procerum *& nostrorum & imperii sacri* fidelium *accedentium consilio, auctoritate Romana regio dicimus, decernimus & declaramus: quod bujusmodi* gratia *nostra edicti civitati* Maidburgensi *& oppido* Hallensi *& eorum universitatibus per nos sub quacunque forma verborum concessa præfatis* GUNTHERO *Archi-Episcopo* Maidburgensi, *sue Ecclesie & successoribus suis in suis* jurisdictionibus & judiciis *predictis in nullo penitus possit & debeat quomodolibet derogare, nec aliquod præjudicium*

apertaque illius auctor Maximilianus I. facile intellexit, *durissimum* fore principibus, proceribus, præsulibus ac civibus immediatis in re quavis levissima trahi eos in judicium *extra* territorium, ad tribunal non Cæsaris, sed collegium aliquot illustrium jureconsultorum. (*q*) Inde factum, ut imperator ante cuivis, præsertim si ille ex ordine *principali*, (*r*) *austregas* & arbitros indulgeret, quam causæ ad cameram imperialem deferrentur. (*s*) Frustra igitur unicam austregarum

---

cium importare. Verum tamen quoad ALIA JUDICIA PEREGRINA *prefatam gratiam nostram predictis* civitati & oppido & *eorum incolis ut prefertur, concessam volumus in suo robore permanere presentium sub* NOSTRE MAJESTATIS *sigillo testimonio literarum.* DATUM *in NN. Jaurien. Dioces.* ANNO *Domini millesimo quadringentesimo vicesimo quarto.* DIE *vicesima mensis Augusti.* REGNORUM *nostrorum anno* HUNGARIÆ *&c. tricesimo octavo. Romanorum quarto decimo.* BOEMIE *vero quinto.*

(*q*) Scribo, quod res est: inter CURIAM *imperialem*, coram qua *olim* ordines Germaniæ immediati conveniebantur, & *imperialem* CAMERAM, ubi *post* eos comparere oportuit ab anno 1494. plurimum intersuisse actumque esse in hac rerum conversione de eorundem non levi incommodo ac detrimento. Nam CURIA instituta fuerat *intra* limites provinciæ, inqua commorabatur *reus;* contra vero CAMERA uni loco adfixa, ad quam ordines omnes poterant *evocari ;* deinde CURIAM absoluerunt imperator, principes ac proceres imperii ; CAMERÆ adsessores eliguntur ex viris jura doctis & illustribus natalibus oriundis, id est, hominibus *privatis*. CURIÆ igitur membra rerum *domini* fuerant, sed CAMERÆ collegæ *administri* ac officiales; in CURIA ipse *Cesar* & *ordines* fulgebant præsentes; quorum in CAMERA nunc conspiciuntur *umbræ: illi* viva *lex*, quam in jure dicundo pro re nata poterant tollere, corrigere, contrahere, proferre, dare & promulgare ; *his* vero religio jurisjurandi jusserat, a *verbis legum* ne latum unguem discedere, & quæ aliæ differentiæ utriusque tribunalis generis ejusdem. Unde facile est ad intelligendum, quare *imperator* potioribus Germaniæ ordinibus *austregarum* indulserit beneficia , ne novitas judicii, juris, quod dixi paulo deterioris, eisdem esset offendiculo, possentque illud instantia *austregali* devitare.

(*r*) Neque enim alia causa est, *quare solis quondam ordinibus Germaniæ , principum jure gaudentibus*, **denen Churfürsten, Fürsten oder Fürstenmäßigen** indultæ austregæ, quod claris verbis dicit ORDINAT. CAMER. *anno* 1495. §. 25. **Item mit Rechtfertigung** &c. non vero *comitibus*, multo minus *civitatibus*, aut *nobilitati*, licet immediatæ. Quoniam horum nulla in ORDINATIONE mentio. Est enim causa manifesta, majorem habendam fuisse *principum* rationem in *camerali judicio* devitando, quo magis horum dignitati videri poterat inconcinnum, pro *Cesare* & Germaniæ ordinibus nancisci nunc judices tantummodo *jureconsultos*, quam aliis licet non minus civibus *immediatis*, ordinis tamen longe *inferioris*, scilicet *comitibus*, *baronibus*, *prælatis*, *nobilibus*, dynastis, *civitatibus*, quibus ideo novum *jureconsultorum* tribunal in *camera* imperiali non tantopere poterat displicere. Sed hoc discrimen, in ipsa *ordinatione camerali* conspicuum, neque adhuc viderunt vel jurispublici consulti vel scriptores de *austregis* aut *camera* imperiali. Ut adeo hoc lumine indigere videantur.

(*s*) Tria primaria loca sunt, quæ tangunt AUSTREGAS. *Primus* offenditur in ORDINAT. CAM. *an.* 1495. §. 25. Quæ verba contrahemus: **Item mit rechtfertigung** 1) **Churfürsten** 2) **Fürsten und** 3) **Fürstmäßigen** (nihil hic de comitibus, nobilitate, civitatibus) **geistlicher und weltlicher** (ergo nonnisi *prælatis* hoc jus datum, qui gaudent jure principali) **um Spruchs oder Forderung solle es also gehalten werden. Welche schon Austräg gegen einander** haben,

garum causam extollunt doctores, scilicet *primæ instantiæ beneficium*. (t) Cum aliæ plures sint, illis ignoratæ adhuc, a nobis vero plene planeque nunc evolutæ ac enumeratæ.

§. VIII. Ut igitur calculos rite colligamus, rectoque judicio utamur in WURTENBERGICI *privilegii juribus* æstimandis & expendendis, dicendum est, patere nunc ejus interiores recessus, verba, rationes, causasque, adhuc tenebris ac difficultatibus involutas ac irretitas. Nam WURTENBERGICI rerum domini ante jam sibi prospexerunt privilegio Cæsareo multifariam. *Principio*, ne ipsi alium haberent judicem, quam *imperatorem* aut ejus *vicarium* in Germania, (u) exclusis ita omnibus tribunalibus aut judicibus aliis, utpote *palatinis*, *aulicis*, *imperialibus*, *provincialibus*, denen Kayserlichen Pfaltzgerichten/

 Hof-

haben/ (vel conventione vel privilegio) der sollen sie gegen einander gebrauchen. Wo nicht/ soll der Klagend den 1) Churfürsten 2) Fürsten oder 3) Fürstmäßigen geistlichen oder weltlichen beschreiben mit Ersuchung/ ihm darinn Rechts zu pflegen. Darum soll der (Beklagte) beschriebene 1) Churfürst 2) Fürst 3) Fürstmäßig dem Kläger vier regierende (seines gleichen) 1) Churfürsten 2) Fürsten 3) Fürstmäßige/ halb geistlich/ halb weltlich benennen/ daraus die Kläger einen zum Richten weisen/ der auch solches anzunehmen schuldig seyn soll/ als Königlicher und Kayserlicher Commissarius. Und soll derselb mit seinen Räthen die Sach zu Recht verhöhren und Entscheid thun. Der adpellation für unser Cammergericht ohnbenommen. *Alter* habetur in ORDIN. CAM. *1555. part. 2. num. 2.* qui vero eorundem, quam primus, verborum rerumque. Nisi quod inde ex *tit. 3.* & *5.* clare pateat, *comites*, *prælatos* aliosque non principes *austregarum* remedio gaudere nonnisi in casibus *duobus*, ubi vel *inter se* agunt vel cum *principibus*. Idque novissimo instituto, cum olim apud illos exulaverint prorsus *austregæ*, ob causas in *notula* præcedente *n. 22.* adlegatas. Ex qua doctrina facile est ad decidendum varii generis controversias, quæ jurispublici consultis adhuc videbantur salebrosæ & inexplicabiles. *Tertius* in ORDIN. CAM. *1521. art. 33.* aliqua de austregis nova habet, quæ vero huc parum faciunt.

(t) In *unica* hac causa acquiescunt doctores. Quasi scilicet *durissimum* sit, principes reos subjici fortunis *unius* instantiæ & sententiæ, destitui eos beneficio *adpellationis*, quæ fieri nequeat a supremis S. R. I. tribunalibus, cetera. Verum enimvero, si *prima* ratio tetigit animum Maximiliani I. in cameræ institutione, quare quæso austregarum beneficium indultum est solis *principibus* (allein den Fürstenmäßigen Ständen) non ordinibus sortis inferioris. Utrisque eadem debebatur justitia. *Deinde* cum ante *cameræ* institutionem 1495. omnes *principes* & *ordines* sint conventi apud *curiam imperialem*, unde nulla unquam *provocatio* qui quæso nunc demum illi potuerunt sibi adrogare *beneficium* adpellationis, aut modum, *semel pro semper*, id est, uno ictu componendi litem, incusare alicujus insolentiæ ac duritatis. *Taceo*, quod ante juris Romani in Germania receptionem verbum *adpellationis* prorsus fuerit ignotum, frustraque commixtum adhuc cum querela nullitatis, justitiæ negatæ vel protractæ. Cum tamen inter *utramque* magna discrimina sint & differentiæ.

(u) Hanc fidem facit imperialis codicillus Maximiliani I. An. 1495. Wiewohl des Hertzogs von Würtenberg Vorfordern / von weiland unsern Vorfordern Röm. Käysern ꝛc. die Gnade/ daß/ wer Recht zu sprechen gewinne/ der soll Recht von ihn fordern und nehmen für 1) Römischen Käysern oder 2) ihren vicarien (non imperii vicariis, sed vicariis Cæsaris absentis, impediti) in teutschen Landen. Conferatur supra *sect. 2. c. 2. §. 2.*

Hofgerichten/ Landgerichten in- und ausserhalb Schwaben. (x) *Deinde* mox & illud nacti sunt COMITES WURTENBERGICI, ne coram aliis accusarentur, quam suis CONSILIARIIS iisque constitutis intra limites sui territorii. (y) Atque hoc ipso ne a Cæsare quidem extra provinciam potuerunt *evocari* ad *curiam* forte *imperialem* ein Reichs-Gericht/ (z) præter casum unicum *negatæ* aut *protractæ* justitiæ, (a) excluso ideo haud dubie remedio *adpellationis*. (b) *Tandem* CAMERALI judicio, Wormatiæ an. 1495. instituto, Cæsare largi-

---

(x) Verba diplomatis Cæsarei dedimus *sect. 2. c. 2. §. 51.* Für kein 1) Land-Gericht 2) Hof-Gericht 3) Statt-Gericht/ noch 4) für kein ander Gericht sollen die Herrn von Würtenberg gezogen werden. Certissimo argumento, olim *judicia* hujus generis *subalterna* imperii in principes *Wurtenbergicos* sibi jurisdictionem adrogavisse. Quod dictum *sect. 2. c. 4. §. 7.*

(y) Verba codicilli imperialis clara sunt. Wer zu den Hertzogen von Würtenberg/ ihr einen oder mehrern zu sprechen hat oder gewinnet/ der oder die sollen sie darum fürnehmen vor derselben Hertzoge zu Würtenberg Hofmeister und erbarn Räthen und sonst nindert anderswo. Der zum minsten neun mit dem Hofmeister. Es solle auch der Hertzog von Würtenberg zu dem Ende sicher Geleit (quia tribunal aperiendum intra limites territorii Wurtenbergici) geben/ & quæ sequuntur deinceps, superius declarata *sect. 2. cap. 2. §. 2.*

(z) Quod ipsum non minus prodit *Cæsareus codicillus.* Nam *primo* discrimen veteris & novi privilegii Wurtenbergici ponitur in hoc, quod olim duces accusati sint nonnisi coram *Cæsare*; nunc vero coram *novem officialibus*, ihrem Hofmeister und neun Räthen/ tantummodo sint conveniendi, haud dubie primo fere excluso. *Deinde* unicus casus superest in privilegio, ubi *Cæsar* esse possit ducis Wurtenbergici *judex*, si scilicet vel justitiam neget vel protrahat, id est, novem consiliarios ille nolit audire, eorumque sententiæ morem gerere. Igitur uno casu nominato, reliqui videntur exclusi. *Porro* verba privilegii omnia alia judicia reprobant provincialia & imperialia, si quidem in jus vocare velint ducem Wurtenbergicum. Quæ igitur universim sunt concepta, illa etiam intelligenda universim, id est, de judiciis omnibus & singulis cujuscunque numeri, ordinis, dignitatis, potestatis judiciariæ. *Præterea* anno 1495. quo privilegium Wurtenbergicis est scriptum, *aulicum tribunal*, quod hodie est, ignoratum, ut adeo non potuerit verbatim nominari atque excludi. Merentur hæc momenta conferri cum locis, ex imperiali codicillo huc pertinentibus, *sect. 2. c. 2. §. 2.*

(a) Qui casus, tantummodo nominatus, excludit quoscunque alios. Würde aber ermeldter Hertzog von Wurtenberg auf obbestimmte Maß/ (der 9. Räthe) nicht zu recht fürkommen/ oder deß wie obstehet nicht verholfen oder vollziehen würde; so (tunc demum) mag der Kläger den (Hertzog) antworter für uns (in curia imperiali) oder unserm Cammer-Gericht mit Recht fürnehmen und ersuchen. Dieser Gnad und Freyheit halben unverhindert. Uti legi est ex ipso fonte *sect. 2. c. 2. §. 2.*

(b) Quod adeo certum est, quam quod certissimum. *Primo* enim *Wurtenbergicum* hoc privilegium pene iisdem verbis est conceptum, quæ reperiuntur in vetustiori ORDINAT. CAMER. *an. 1495. §. 25. 27.* de *legalibus austregis.* In his vero clare edictum: Doch soll (der Austrage ungehindert) keiner Parthey die *Adpellation* für unser Käyserlich oder Königlich Cammer-Gericht benommen und abgestellt seyn. Quod si ergo in *Wurtenbergici* ducis Cæsareo codicillo pariter salva esse debuit *adpellatio* vor den neun Räthen/ eodem jure & ordine, quo in laudata ORDINATIONE camerali, eodem tempore atque ab eadem *cancellaria* & curia Cæsaris ejusdem, in argumento prorsus eodem

largitore, etiam dictum est illud: *ne Wurtenbergicus dux coram* NOVO CAMERÆ *tribunali conveniri posset, nisi justitiæ moras traxisset aut penitùs eam negavisset.* (*c*) Aliis omnibus rejectis & improbatis causarum tegumentis.

§. IX. Quod cum ita sit, facile est ad intelligendum, *Wurtenbergicum privilegium* a *vulgaribus austregis* esse alienissimum. *Primo* enim *bis* neque semper est locus (*d*) neque in omnibus causis: (*e*) verum *Wurtenbergici austregæ* omnes casus & causas judicant ducis sui, (*f*) *criminales*, (*g*) *matrimoniales*, (*h*) *eccle-*

eodem scripta, *adpellationis* remedium est exceptum, excipi etiam illud debuisset in codicillo Wurtenbergico. Quod cum factum non sit, casus omissus haberi debet pro negato. Præsertim cum in *notula num. 28, 29*, ostensum sit, quod mentio facta casus unius *justitiæ* scilicet denegatæ.

(*c*) Würde aber dem Kläger für denen 9. Räthen des Hertzogs nicht zum Recht verholfen / als und sodann mag der Kläger den Hertzog vor Uns (den Kayser) oder unser Cammer-Gericht fürnehmen. De quibus verbis dictum & scriptum est supra *sect. 2. c. 2. §. 2.*

(*d*) Nam dubitant interpretes, *si actor sit princeps aut homo alius extraneus*, Gallus forte, Danus cetera: si res sit liquida & in *continenti probabilis*; si agant *vidua, pupilli* cetera. De quibus, SCHUBARDUS *de austreg.* c. 9. n. 10. 11. BLUMIUS *in processu cameral. tit. 27.* STRYKIUS *de foro Austreg. n. 22*, aliique.

(*e*) Quorsum, magis tamen ita sentientium auctoritate, quam certa juris ratione solent referre causas *meri imperii*, *criminales*, *matrimoniales*, *feudales*, *fractæ pacis publicæ* & quæ aliæ sunt, a modo dictis jure consultis congestæ & enumeratæ.

(*f*) Universim enim dicit imperialis codicillus: um alle und iegliche Sachen. Quod legere licet supra *sect. 2. c. 2. §. 2.*

(*g*) Nam in codicillo imperiali clare dicitur in allen Sachen / die der Hertzoge ihren Leib und Güter rc. betreffen. Quod etiam notatum in eo superius *sect. 2. c. 2. §. 2.*

(*h*) Non solum quoniam tempore antiquissimo *causæ matrimoniales* fuerunt *civiles*, ante scilicet, quam illas sibi adseruisset & vindicasset pontifex Romanus, novæ doctrinæ tegumento, *matrimonium esse sacramentum*: sed etiam, quoniam ad *evangelicos principes*, episcopali & pontificiali jurisdictione suspensa, illæ redierunt jure quodam postliminii. Qua propter uti hic licet Wurtenbergicis quodam juris dilemmate: *aut causæ matrimoniales evangelicorum jurisdictionis sunt civilis & Cæsareæ, aut permanent ecclesiasticæ. Si* primum, *dux Wurtenbergicus* austregis *suis utetur* ex privilegio & *codicillo imperiali*, qui vult, ut Wurtenbergicus princeps in omnibus causis, in quibus olim jus accepit a Cæsare, conveniatur coram IX. suis consiliariis & officialibus: *si* alterum, *dux Wurtenbergicus, ut alii principes evangelici omnes, utetur jure episcopali & papali*, sequeturque consilium illustrissimi jureconsulti & curiæ imperialis consiliarii, L. B. de LYNKER, quo evangelicum quemque principem arbitrum & judicem facit suæ conjugis, in propria licet causa, fœderis connubialis. Imo etiam illud reperio in medii ævi monumentis, *Germaniæ* olim *principes sibi jus dixisse in causis uxorum.* Ultimas tamen sæpius apud Cæsarem querelas instituisse justitiæ denegatæ, adeoque fuisse auditas. Quod cum ita sit, jura hic postliminii adversus pontificem Romanum non solum ad Cæsarem pertinent, sed etiam principes evangelicos.

siasticas, (*i*) *sævitiæ*, facinorum aliorum, **alle und iegliche Sachen** (nullis exceptis) **die sie** (principes ipsos forte in causis reipublicæ administrandis) **ihre Leibe** (personam principis, in cujuscunque generis facinore) **oder Güter** (in cujuscunque nominis, rei, æris obligatione) **antreffen. Keine Ehehafftinnen** (casus alibi supremis tribunalibus in prima statim instantia reservatos) **ausgenommen. Was dawider gehandelt und gesprochen wird** (adeoque omnes sententiæ, ab aliis latæ, quam a Wurtenbergicis austregis) **vernichten wir** (Cæsar) **gäntzlich und gar/ ietzo alsdann und dann als ietzo/ heben die auf und thun die ab/ von Königlicher Macht und Vollkommenheit. Sollen alle** (ejus generis sententiæ) **unfuglich und unkräfftig seyn. Sollen auch den Hertzogen an ihren Leiben und Gütern keinen Schaden bringen oder geben** (sint inanes, cassæ, nullæ, momenti, roboris, fidei, efficientiæ nullius adversus ducis Wurtenbergici tam personam, quam bona.) Quæ cum ita sint, ita autem esse, *verba* habent *codicilli imperialis*, (*k*) ego quidem nullo conjecturæ genere adsequor, Cæsarem, largitorem, ullam aliquam causam excepisse, sibique vindicasse, quæ in hoc *tribunali* Wurtenbergicorum *austregarum* non esset audienda, respondenda, ac decidenda.

§. X. *Alterum* a *vulgaribus austregis* discrimen illud est, quod *Wurtenbergicum* hoc *privilegium* omnes etiam tollat damnetque ab his arbitris judicibus factas *provocationes*. Quod iterum facile est ad probandum. *Principio*, hoc eodem anno 1495. idem imperator, in iisdem comitiis Wormatiensibus in eademque causa, iisdemque plane verbis libellum indulgentiæ scripsit aliorum AUSTREGARUM. (*l*) Sed in hoc DUOS commemorat casus, ob quos ire liceret partibus ad cameram. Unus est ADPELLATIO (**es solle doch iedem zugelassen seyn / ob er sich durch die von den Austrägen geschehene Urthel beschwehret bedeucht/ daß er sich an unser Königlich oder Käyserlich Cammer-Gericht beruffen und** *adpelliren* **möge/ ohne Verhinderung deß Beklagten Chur-Fürsten/ Fürsten/ und manniglich von seinetwegen.** *Alter:* JUSTITIA PROTRACTA aut DENEGATA (**Wolt aber der Chur-Fürst/ Fürst oder Fürstenmäßig vor seinen Räthen** (austregis) **nicht zu recht kommen oder zu helffen / solle dem Kläger zugelassen seyn / denselben für dem Cam-**

(*i*) Pertinent enim etiam hæ ad *capita privilegii* Wurtenbergici. Idque ideo, quoniam illud complectitur omnes causas, ad *Cæsaris* tribunal olim pertinentes. Verum in his *ecclesiasticas* quoque fuisse cum *Justinianeus* codex tum *capitularia* docent regum Francorum, atque aliæ Cæsarum constitutiones, de formulis *fidei*, *rituum*, *institutorum* rerumque hierarchicarum promulgatis. Utiles hic libri CONRINGII *de episcopis* & SCHILTERI *de libertate ecclesiarum Germaniæ*; sed grandia & momentosa supersunt in hoc atgumenti genere spicilegia.

(*k*) Quem superius habes uno contextu *sect. 2. c. 2. §. 2.*

(*l*) In iisdem enim *comitiis* WORMATIENSIBUS an. 1495. in quibus cum tribunal CAMERALE institutum, tum conditæ & promulgatæ ejus leges, **die erste Cammer-Gerichts-Ordnung** / quod videre & evoluere licet e codice RECESSUUM IMPERIALIUM, etiam WURTENBERGICO duci scriptum est privilegium, uno quidem eodemque mense *Augusto*. Quod cum ita sit, ita autem esse docet utriusque codicilli subscriptio die VII. atque die XX. mensis *Augusti* facta: vinculum consecutionis firmissimum est, unum ex altero illustrandum, exponendum, supplendum & declarandum esse.

Cammer-Gericht vorzunehmen (*m*). Licet vero *ultima* hæc verba & conditio pariter habeantur in privilegio *Wurtenbergico* (*n*), si quidem JUSTITIÆ *negata* vel *protracta* querela: tamen de *primo* casu ADPELLATIONIS altum hic silentium, cujus ne vola reperitur nec vestigium. Argumento scilicet firmissimo, imperatorem in Wurtenbergico privilegio locum nullum dare aut relinquere voluisse *adpellationibus* earumque causis (*o*).

§. XIII. Neque est, qood obmoveat aliquis: *ita Wurtenbergicis principibus viam aperiri ad committendum facinora & omnium impunitatem?* Nam sufficiunt adversus hæc ipsa *Wurtenbergici* ducis *austregæ*, quorum sententiæ his juris & æqui limitibus sunt constrictæ, ut absint ab omni suspicione. Polliceri eos sancte oportet, se *nihil* in oculis animisque habituros, quam *justitiæ tramitem* & normam; ejeraturos se omnia partium studia (*p*); non *unius* aut alterius judicio standum, sed *novem* numerandi collegæ, ut a malitia unius aut alterius nihil metuendum (*q*); non ex plebe deliguntur adsessores, sed ex viris natalium sorte & togata dignitate conspicuis (*r*); neque trahere illis licet causam, sed intra semestre aut annuum spatium illam oportet eos finire (*s*); non *subterfugere* licet principi processum, sed oportet eum ad causas *respondere;* neque petitor *solus* adparet, sed cum *sociis*, fœderatis, collegis, advocatis; quibus omnibus debetur ideo *salvus conductus* ad itum & reditum, ne horere aut metuere oporteat *principis* purpuram, aut aliqua pericula concussionis (*t*) &

quæ

(*m*) Verba sunt ORDINAT. CAMERAL. *an. 1495. §. 25. 27.* quæ ideo omnino merentur evolui & cum Wurtenbergico privilegio conferri.

(*n*) Nam clare eodemque modo, quo in ORDINAT. CAMER. *an. 1495. §. 25. 27.* habetur, excipiturque casus justitiæ denegatæ, etiam in WURTENBERGICO privilegio an. 1495. legitur: Würde aber der Hertzog für obgemeldten Räthen (austrägen) obbestimmter Maaß nicht zurecht fürkommen/ oder diß/ wie obstehet/ nicht verholffen oder vollzogen wurde/ so mag der Kläger den Antworter für uns/ oder unserm Cammer-Gericht fürnehmen und suchen. Plene superius *sect. 2. c. 2. §. 2.*

(*o*) Aliam enim causam nemo effinxerit vel somniando, quam quod omissa *adpellatio* habenda hic pro negata. Quod etiam supra scriptum *sect. 2. c. 4. §. 9.*

(*p*) Authentica verba codicilli sunt: von den 9. Räthen iedem Treue/ an Eydes statt/ genommen werden/ daß er in solchen Sachen nach beyder Theil fürbringen und seiner besten Verständniß Recht sprechen/ darinn keinerley Gefährlichkeit gebrauchen wolle. *sect. 2. c. 2. §. 2.*

(*q*) Der austragenden Räthe sollen zum minsten neun mit dem Land-Hofmeister seyn. *sect. 2. c. 2. §. 2.*

(*r*) Solle den Hertzog fürnehmen vor seinem Land-Hofmeister und acht Räthen. Darunter der halb Theil aus der Ritterschafft gebohren und der andere halb Theil der Rechten gelehret und gewürdiget. *sect. 2. c. 2. §. 2.*

(*s*) Und soll dem Kläger in einem Monath/ den nächsten nach seiner Forderung ungefährlich Tag angesetzet/ und solch Recht/ vom Gerichts-Tag anzurechnen im nechstfolgendem halben Jahr zu Ende kommen. Es begeben sich dann durch rechtlichen Schub und Bekänntniß fernere Verlängerung. Doch daß solcher Schub und Verlängerung über ein Jahr nicht geschehen oder geben werden. *sect. 2. c. 2. §. 2.*

(*t*) Es sollen auch der Hertzog dem Kläger und denen/ die er ohngefährlich mit

ihm

quæ reliqua ſunt hujus tribunalis inſtituta. A quibus latum unguem ſi vel diſceſſerit PRINCEPS vel judices AUSTREGALES, illico implorare licet ſuprema imperii tribunalia, cauſas eo devoluere, atque principem immorigerum & minus audientem iſtuc *evocare*, extincta omni privilegii hujus auctoritate (*u*).

§. XIV. Quid? quod magis eſt, tantopere ſe WURTENBERGICORUM principum virtus, cultus ac amor recti & æqui commendavit Germanicis imperatoribus, *ut etiam ab imperio proſcriptis & extorribus hominibus eſſe queant aſylum, perfugium*, ſecuriſſimum receptaculum (*x*), licet imperii conſtitutiones diras denuncient alias ejus generis receptatori. Taceo, ipſos accuſatores horum imperii exulum teneri, judicium ſubire ducis Wurtenbergici, ejusque ſententiam expectare (*y*). Atque hoc, qui animo circumvoluit, ei facile eſt ad intelligenda ferendaque cum alia præcipua jura ducis WURTENBERGICI, tum indulgentiam hanc auſtregarum.

§. XV. Ad extremum, ſi neque ita invidorum hominum dentes theoninos frangit, conterit evitatque hoc privilegium; auſtriacæ gentis cogitetur & exemplum & tot libris teſtatiſſimum eulogium; AUSTRIAM *nullo unquam tempore aluiſſe tyrannos* (*z*). Nam eodem calculo, recte ſentientium judicio, WURTENBERGICI principes ſunt digni (*). Imo illud ſacro encauſto & manu

---

ihm bringen oder von ſeinetwegen ſchicken würdet / ihr ungefährlich ſicher Geleit zuſchreiben. Wer der auch ſey/ wenn er nur kein Verbrecher deß Land-Friedens oder der Herrn von Würtenberg entſagter Feind *ſect.* 2. c. 2. §. 2.

(*u*) Wurde aber der Hertzog für obgemeldte Räthe nicht kommen / oder nicht verholffen und vollzogen / ſo mag der Kläger den Hertzog für uns (dem Käyſer) oder unſerm Cammer-Gericht fürnehmen/ dieſer unſer Gnad und Freyheit halben ungehindert. *ſect.* 2. c. 2. §. 2.

(*x*) Omiſeram *ſect. I.* hoc genus *Wurtenbergicarum prærogativarum*, quod hic loci eſt ſupplendum. Loquatur vero domeſticus teſtis *Gabriel* SCHWEDERUS *part. ſpec. jur. publ. ſect.* 1. c. 21. §. 6. ubi his verbis privilegium hoc deſcribit: *Sereniſſimi* duces WURTENBERGIÆ *per privilegium a* Sigismundo *imperatore, ipſis adhuc comitibus conceſſum anno 1415. et ſequente an. 1417. die Nicolai ab eodem declaratum ac renovatum.* A Friderico III. *an. 1454.* Carolo V. *an. 1530. aliisque imperatoribus ſubinde confirmatum*, quo permiſſum: *ut* BANNITOS & PROSCRIPTOS *in ſuis ditionibus & terris ſuſcipere, fovere & manutenere poſſint.*

(*y*) Pergit idem SCWEDERUS *jur. publ. part. ſpec. ſect. 1. cap. 21. §. 6. pag. 531.* de hac re: *Ita tamen* privilegium de recipiendis proſcriptis intelligendum, *ut, ſi quis jure contra ejusmodi bannitos experiri eosque convenire velit, dicta ſe*reniſſima *domus* VVURTENBERGICA *coram* SE *vel ſuis* CONSILIARIIS DEPUTATIS *cauſam examinent, juſtitiam debito modo exerceant & tempeſtive adminiſtrent, nec non latam deſuper ſententiam executioni mandent.* Eſt certe ultimum, licet GYLMANNI fide ſcriptum, valde dubium. Quoniam *proſcriptioni* præcedere ſolet ſententia, quam hac ratione tollere, mutare, vertere pro lubitu poſſet princeps receptator. Non ſine graviſſima in judicem competentem ac priſtinum injuria.

(*z*) Cauſas teſtesque habes in *Germania principe lib. I. c. 4. n. 17. p. 357. 358.*

(*) Deſideravimus *cap. I. p. 2.* in tantis *manuſcriptorum* voluminum, quæ de rebus

manu augusta scriptum (**): VVURTENBERGICOS PRINCIPES HOC PRIVILEGIUM FIDE IN CÆSAREM & IMPERIUM, id est, SUA VIRTUTE MERUISSE.

---

bus *Wurtenbergicis* habentur, numeris, *scriptorem*, qui *principum Wurtenbergicorum* res pace belloque gestas, ex argumenti dignitate, recensuisset. Memorat Tubingensis academiæ cancellarius *Joan. Wolffgang.* JÆGERUS in *præf. histor. seculi XVII.* quod, ex instituto *Friderici Caroli* VVurtenbergici ducis, scribendæ historiæ sparta circa annum 1690. professoribus triumviris fuerit demandata. PREGIZERO quidem annales *Wurtenbergici; Andreæ* CAROLO abbati historia *ecclesiastica* ab an. 1600. ad an. 1700 *Joan. Wolfgang.* JÆGERO, historia sacra & civilis seculi ejusdem. *Ultimi* duo pensum suum absoluerunt, sed *primus* in hoc conatu morte est præventus. Ut adeo post *Crusium*, *Job. Georgium* VVALZIUM, *Narcissum* SCHVVELINUM, auctorem deß Würtenbergisch-Heßischen Ursprungs / quem aliqui *Pregizerum* crediderunt, quos convellit illius filius in *Wurtenb sacra p.* 456. fere nihil in historia VVurtenbergica habeamus, quod lucem vidisset. Verum in his quoque laudatissimorum principum *Wurtenbergicorum* occurrunt cognomina *fortis; fidi; sereni; pacifici; Salomonis* Germanici; Dei hominumque *deliciarum; impavidi; constantis; munifici; pii; docti; peregrinatoris;* alia generis ejusdem. Et sane seculo novissimo vix in Germania bellum est susceptum, sive in oriente sive in occidente, cui non interfuerint copiarum duces, ex VVurtenbergica domo oriundi. Ut taceam, *Belgas, Britannos, Gallos, Danos, Suecos* lectissimos exercitus fidei, arti, prudentiæ militari principum VVurtenbergicorum, non sine insigni rerum successu commisisse. Imo de *Christophoro* duce *Wurtenbergico* pluribus scriptoribus est testatum, quod an. 1563. ipsius curæ fideique oblata sit universæ Galliæ administratio. Quod ne quidem dissimulare potest magnus vir THUANUS *lib. 34. historiarum.* Taceo alia, quæ calamo ac industriæ commendamus tot *magistrorum* & *candidatorum* sapientiæ, quibus VVurtenbergica stipendia & abbatiæ otium faciunt ad congerendum & describendum *nutritorum* suorum virtutes resque ab illis præclare gestas.

(**) Authentica MAXIMILIANI I. Cæsaris verba sunt hæc: Wir haben betracht/ die redlichen/ nutzbahren und getreuen Dienste/ die uns im heiligen Reich unser Oheim und Fürst / Hertzog Eberhard zu Würtenberg offt und dick williglich und unverdrossentlich gethan hat/ täglich thut und hinfort künfftiger Zeit wohl thun mag und soll. Und haben darum mit wohlbedachtem Muth/ gutem Rath unserer und des Reichs Churfürsten / Fürsten Graven/ Edlen und Getreuen und mit rechtem Wissen/ ihm diese nachgeschriebene Gnad und Freyheit gegeben. Scilicet privilegium de NON ADPELLANDO; de NON EVOCANDO; de AUSTREGIS DUCALIBUS, quod verbatim recitatum est superius *sect. 2. c. 2. §. 3.* atque adhuc ex medii ævi & juris præcipue Germanici rationibus stabilitum, expositum ac declaratum.



DISSER-

DISSERTATIO XX.

HISTORIA ET JUS UNIONIS TERRITORII WüRTEMBERGICI.

SECTIO I.

HISTORIA UNIONIS TERRITORII WüRTEMBERGICI.

§. I.

QUEMADMODUM flori & incrementis regnorum & principatuum crebrioribus eorundem territorii *divisionibus* nihil perniciosius datur, nihilque funestius, ita e contrario decrementis & occasui illorum nihil magis resistit, nihilque fortiorem obicem ponit, quam UNIO, (*a*) *individuitas* (*b*) & *integritas* (*c*) territoriorum. Utrumque hoc assertum, permultis tam argumentis quam exemplis facile comprobari posset, si quidem in limine statim digredi, & quod absit, quam longissime aliorum (*d*) scrinia expilare, animus esset

(*a*) Liceat vocabulis hisce uti, minus quidem *latinis*, ac perquam tamen commodis, usuque dudum receptis. Sic *unio* hoc sensu, quasi *unitio* & *unitas*, est vox *Theologica*, primum a Patribus, veluti *Hieronymo* atque *Fulgentio*, imo jam a *Tertulliano*, ad denotandam intimam duarum Christi naturarum connexionem, adinventa. Confer. Cel. JO. MATTH. GESNERUS *in Novo Linguæ & Eruditionis Romanæ thesauro, Tomo IV. pag 1086. sq.*

(*b*) *Individuum* JCtis non solum dicitur illud, quod dividi non potest, veluti matrimonium, verum etiam illud, quod actu divisum non est. L. 1. de R. N. L. 2. §. 1. *de V. O.* L. 32. §. 6. *de Administr. & peric. tut.*

(*c*) Conf. laud. GESNERUS, *alleg. loco*, *Tomo II. p. 1164.* & BARNABAS BRISSONIUS *de verb. significat. pag. edit. Heinecc. 640.*

(*d*) Eximie namque & præclare locum huncce communem jam perorarunt HERODOTUS in *Libro Historiarum VII.* XENOPHON *in Cyropædia Libro VIII.* TITUS LIVIUS, in *Histor. Rom. Libro XLV. Cap. 19.* JUSTINUS L. XXI. *Cap. 1.* BALDUS *in Cap. un. de alienatione feudi.* JO. MARIANA *in Libro Historiæ Hispan. I. Cap. 2.* HERMANNUS CONRINGIUS *in Exercitat. de Ducibus & Comitibus Imperii Germ. th. 29.* CHR. BESOLDUS *in Libro Polit. II. Cap. 9. n. 27.* SAM. L. B. de PUFENDORF *de I. N. & G. L. VII. Cap. 7.* ARNISÆUS in *Relationibus Politicis, Cap. II. S. 7. n. 4. & de Republica L. II. Cap. 2. Sect. 8. n. 76.* JO. NICOL. HERTIUS *in Diss. de Commentitia Apanagii*

&

esset, hoc unum præmonentibus, neque (*e*) *divisionem* & sectionem terrarum, absolute necessarium & inseparabile *successionis* incommodum, neque (*f*) indivisibilitatem & *unionem* regionum, perpetuum semper atque indivulsum *electionis* beneficium, reputari posse. Nam & regna *successiva*, omnis divisionis, omnisque etiam communionis expertia, in primo *unionis* & integritatis flore satis diu perstitisse: & *electiva* quoque regna interitum suum permultis *divisionum* & communionum malis accelerasse, fida nos docent historiarum monumenta.

§. II. ET GERMANIA quidem, vastissimum illud, ex quo singuli ejus populi & singulares eorum respublicæ in *unum* coaluerunt *corpus civile*, non solum cum adhuc pars & portio insignis quondam monarchiæ Francicæ esset, sub utriusque stirpis Regibus, sibi invicem *vero* jure (*g*) *hereditario* surrogatis, verum etiam distinctum deinceps, separatum & independens regnum, facta sub LUDOVICI GERMANICI posteris, eodem jure hereditario usis, sæpius (*h*) *divisa*, dissecta, inque plures dilacerata fuit partes. Ast ab eo inde tempore, a quo Reges suos propria & spontanea, licet (*i*) discordi sæpius & litigiosa *electione* constituit, Germania, illa quoque (*k*) *una* atque indivisa mansit. Hoc vero electionis jus, nos quidem non demum ab HENRICI IV. vel ejus potius æmuli RUDOLPHI *Suevi* tempore, sed jamjam ab ARNULFO, vel certe a CONRA-

---

& *Paragii distinctione*, §. 13. in *Tomo II. Opusc. Vol. II. p. 113.* nec non in *Diss. de divisione regnorum vel quasi*, *Giessæ* sub ejus Præsidio anno 1710. edita. Addes si placet, nimio tamen sale refertam narrationem JO. BARCLAII in *Icone animorum, Francof. 1624.* edito, *Cap. V. p. 62. sq.*

(*e*) Conf. Consultissimus *Vangionum* Consiliarius GEORG VVILHELM VVAGNERUS *in Diss. de mutatione successionis in familiis illustribus*, *Giessæ 1740. ed.* §. *12. pag. 13.*

(*f*) Id quod adeo expeditum est, ut ne hoc quidem argumento palmam *Successioni* dubiam reddere, vel penitus semper eripere queat *Electio*, suis haud quaquam destituta malis & incommodis, quæ B. JO. EBERH. ROESLERUS in utramque partem probe perpendit in Diss. Politica, qua ex genuinis principiis disquisivit, utrum electio præstet successioni, an vice versa? *Tubingæ* 1721. Sect. II. §. 1. 2. conf. BESOLDI *Polit. L. I. Cap 5. n. 29.* & JUSTUS LIPSIUS *in Monit. & exempl. Polit. L. II. Cap. 3.*

(*g*) Conf. NIC. HIER. GUNDLING in *Gundlingianis* P. XVII. *Membro II. §. 5. seq.* JO. NIC. HERTIUS *in Notitia Regni Francici*, *Cap. IV. §. 6.* BURCARD GOTTHELFF STRUV in *Corp. Juris publ. Cap. I.* §. *3.* & *Hist. Germ. p. III. pag. 111.*

(*h*) Quarum divisionum notissima illa fuit inter *Ludovici Germanici* filios facta. Vid. STRUVII *Corpus Juris Publ. Cap. III.* §. *6. pag. 53.* CONR. SAM. SCHURZFLEISCHII *Diss. qua Divisionem regni Karolingici* solide *exposuit*, *Witteb. 1692.* quæ recusa *Lipsiæ* a. 1698. in *Dissertat.* conjunctim edit. Num. III. Conf. B. JO. GOTTL. HEINECCIUS in historia LUD. GERM. postuma *Tom. V. Cap. 4. 5.*

(*i*) Exempla electionis Imperatorum dissidiosæ satis perspicua præbent ALPHONSI & RICHARDI anno 1257. nec non LUDOVICI IV. Bavari & FRIDERICI III. Austriaci, anno 1314. ut & SIGISMUNDI atque JODOCI anno 1410, electiones. *rel.*

(*k*) vid. JO. GEORG ESTOR *in Diss. de partit. terrarum*, Marb. 1750. *Cap. III.* §. 18. p. 13. STRUV. *in Corp. Jur. Publ. Cap. VII.* §. *1.* & in *Corp. Histor. Germ. Periodo VII. Sectione VIII.* §. *1. 2.*

RADO I. (*l*) repetendum, atque tam sub OTTONIBUS & HENRICIS, quam in hunc usque diem continuatum esse arbitramur.

§. III. EANDEM, quam modo de universo (*m*) Corpore Germanico prædicavimus, sortem expertæ quoque sunt singulares ejus civitates & respublicæ, quarum territoria, Ducatus puta & Principatus, ab initio, vel ideo dividua erant actuque sæpius dividebantur, rursusque uniebantur, quia pro lubitu & arbitrio Regum & Imperatorum, vel integra, vel in partes dissecta, vel uni soli, vel pluribus Ducibus, Principibus atque Comitibus (*n*) regenda & gubernanda conferebantur, *fiduciario* modo potestate & auctoritate, nondum vero vel successione *hereditaria*, vel quæ inde exorta, *proprietate* atque (*o*) superioritate territoriali gaudentibus.

§. IV. HISCE vero sensim sensimque introductis & per imminutam Imperatorum auctoritatem, auctamque in dies Principum ordinumque potestatem, magis magisque stabilitis, tantum abest, ut mox omnes partitiones, sectiones & divisiones territoriorum Germaniæ in desuetudinem abierint, ut potius tunc demum ipsis Principibus atque Comitibus sollemnes & familiares factæ fuerint, terras suas, conniventibus Imperatoribus, inter heredes suos, cum descendentes tum collaterales, vel æquis (*p*) vel inæqualibus

---

(*l*) NICOL. HIERON. GUNDLING in *Gundlingianis* P. XVII. *n.* 2. §. 6. *sqq.* von der Teutschen Erb- und Wahl-Reich. GODOFR. SCHVVARZ. in *Diss.* cui titulus: *Sententiæ quædam dubiæ & controversæ ex historia Arnolfi Imperatoris Altorf.* 1744. §. 2. & JO. PETRUS de LUDEVVIG in Libello: Rechtliche Erläuterung der Reichs-Historie dicto, pag. 63.

(*m*) Cujus formam in utramque disputatam partem eximie illustravit *Excell. Dn.* D. CHRIST. FERD. HARPPRECHT *in Diss. de Hypothesi communi Systematis fœderatarum Civitatum, difficultates circa formam Imperii Romano-Germanici non solvente anno 1750.* hic habita, ubi etiam variarum sententiarum Auctores allegantur.

(*n*) Comites enim tum temporis tanquam judices provinciales jus dicebant in pagis justitiamque administrabant. vid. *Excell. Dn. D.* TAFINGER in *Diss. de Suprema in Imperio Romano Germanico Jurisdictione*, (quam mihi ceu Respondenti defendere licuit) *anno 1753.* habita §. 2. & *in Institutionibus Jurisprudentiæ Cameralis Sect.* I. *tit.* I. §. 8. HEINECCIUS *in Elem. Jur. German. Libro* III. *tit.* I. §. 18. His vero præfecti erant Duces, qui provinciam gubernabant, reditus ex domaniis capiebant, nec tamen nisi jussu Regis leges proponebant & tributa indicebant. CONRING *de Ducibus & Comitibus German.* §. 10. HEINECCIUS *l. c.* §. 4. STRUV. *in Corp. Jur. Publ. Cap.* XX. §. 5. & in *Corp. hist. Germ. Period.* III. §. 41. 42. *pag.* 116.

(*o*) HERTIUS l. c. & *in Disp. de Superioritate territoriali* §. 5. ubi: „nos, ut „sensim & per spiramenta temporum superioritatem hanc processisse omni„no persuasi sumus, ita non dubitamus asserere, alios citius alios serius ad „eam pervenisse. Citius prolanos Principes, quippe jure hereditario ni„xos, serius Ecclesiasticos.„

(*p*) Vid. *Illustris* JO. JAC. MOSERUS, (quem Respondenti Avunculum maximis & benevolentiæ & favoris speciminibus de se meritissimum venerari licet) Teutsches Staats-Recht, *Parte XV. Libro* III. *Cap.* 76. *Sect.* II. §. 26. p. 39. Zuweilen theilen sich die Interessenten in gleiche Theile, und dieses ist auch in dubio bey denen, welche gleiches Recht an die Erbschaft haben, und dem Erblasser gleich nahe verwandt seynd, allemahl üblich und Rechtens.

libus (q) partibus, inter vivos & mortis causa, dispertientibus. Loquuntur, innumeras hasce territoriorum Germaniæ particularium sectiones, sexcenta medii ævi (r) documenta, recensent illas (s) Auctores, qui suam materiæ huic ex instituto dicarunt operam, & produnt denique illas permulta, quæ hodienum passim in Germania leguntur (t) vestigia.

§. V. VERUM enim vero haud pauci ex illis, quibus suas ita dirimere ditiones antea placuerat, mox iterum & jam antiquiori ævo illud amplexi sunt, & maximo quidem suo amplexi sunt commodo, consilium, quo pristinæ integritati sua reddere territoria allaborabant, illa denuo & sub arctiori quidem pactorum vinculo *unientes* & conjungentes. Cujus veritatis iterum extant (u) testimonia & documenta, tam certissima, quam luculentissima. Et o felices illas, o nimium felices res publicas, quibus *unis* ab *uno* rege imperante contingit, quarum *unio* omnibus rixis, omnibusque contentionibus, facillime alias orituris, remoram injicit quam fortissimam.

(q) Conf. iterum *Ill.* MOSER l. c. §. 27. „Zuweilen aber gibt es bey denen „Theilungen auch ungleiche Portiones, da z. E. die jüngere Söhne weniger „bekommen / als der oder die ältere / welches zu verordnen auch einem Erb„lasser allerdings erlaubt ist.„ Id quod ulterius & rationibus & exemplis demonstrat atque illustrat.

(r) Jam. laud. *Dn.* MOSER l. c. *Cap.* sc. toto 76. von denen Theilungen in denen Häusern der Weltlichen Reichs-Stände P. XIV. pag. 499. JO. GE. ESTOR. cit. *Diss. de partitionibus terrarum Illustrium Germanorum inter se.* Marb. 1746. & ab his duobus allegati auctores, qui partitiones in his vel illis specialibus territoriis usitatas singulatim descripserunt.

(s) Quæ, vel *antiquiora* vel *hodierna* exempla per indicem ex *Ill.* MOSERI l. c. huc opponere liceat. Agit sc. *Cap.* 76. S. II. §. 2. von Oesterreich. §. 3. von Bayern. 4. von Sachsen. 5. von Brandenburg. 6. von Pfaltz. 7. von Braunschweig. 8. von Anhalt. 9. von Baaden. 10. von Hessen. 11. von Jülich. 12. von Mecklenburg. 13. von Hohenzollern. 14. von Nassau. 15. von Fugger. 16. von Leiningen. 17. von Leiningen-Westerburg. 18. von Limburg. 19. von Schwartzburg. 20. von Solms. 21. von Stollberg. 22. von Waldeck. 23. von Wied. 24. von Ysenburg. Add. ESTOR *Cap.* 4.

(t) Sufficiant huc saltem duo illustriora exempla. Alterum est territorium AUSTRIACUM, quod *anno 1621.* a FERDINANDO II. fuit unitum. Probat id verbis *testamenti* FERDINANDI II. *Ill.* MOSERUS *Libro III. Cap. 61.* S. II. §. 30. e quibus *sequentia* seligere lubet: „Inmassen wir dann hiemit „ganz wohlbedächtlich ordnen setzen und wollen - - daß von nun hinführ an „zu ewigen Zeiten/ alle unsere Erb-Königreich/ Ertz-Hertzogthümer / Fürsten„thümer/ Land/ Leute/ samt aller Ein- und Zugehörung/ keineswegs noch auf „einige Weise/ es seye durch verrer / Testament / vermacht- Heyraths- oder „einige andere benannte noch unbenannte Contract, zertheyllet oder zertrennet/ „sondern allezeit insgesamt auf den ältisten Descendenten nach Art und Aus„weisung des Juris Primogenituræ und Majoratus fallen und verstammet wer„den solle. Alterum IDEM nobis præbet in territorio *Bavarico*, quod ab ALBERTO III. Duce unitum testatur *Cap. 61.* S. III. §. 9. & quidem verbis ADLZREUTERI *in Annal. Boi.* „Albertus, haud nescius, quanto Principatus Boici detrimento Provinciæ in singulos heredes divisæ gravia bella, clades, vastitatem in Boicam invexissent, tot malis, quæ domui illostrissimæ ruinam minabantur, remedium allaturus, supremæ voluntatis edicto sanxerat, unicus ut esset suarum ditionum dominatus. Conf. omnino Ejus Einleitung in das Churbayrische Staatsrecht/ 8. 1754. Cap. II. §. 4. & 5.

§. VI. EMINET ſane inter tot illuſtria, quæ de veritate hujus rei proferri poſſent, ſi quidem prolixiores eſſe nobis liceret, exempla, longiſſime WURTEMBERGIA noſtra feliciſſima, priſtino ſuo flore non ſolum adhuc conſpicua, verum majoribus quoque in dies aucta incrementis & ornamentis. Negari quidem non poteſt, & hoc territorium olim inter ſuos ſæpe diſtributum fuiſſe Principes, hereditario aut alio, pactitio ſc. quodam jure. At inter omnes tamen viciſſim conſtat, idem mox in *unum* rediiſſe, atque priſcum & avitum ſplendorum, quo pluribus abhinc gravíſum eſt ſæculis, non ſervaſſe modo, ſed & maxime inſignibus auxiſſe acceſſionibus. Quarum & *diviſionum* (nam hæ unionibus anſam præbuerunt,) & factarum poſtea *unionum* HISTORIAM jam trademus, quantum pro virium noſtrarum modulo licebit, accuratam & diſtinctam. Servabimus hunc in finem ordinem, quem annorum ſeries, quem monumentorum, tam ex Ducali Archivo, quam ex Actis Ordinum Provincialium, clementiſſime & gratioſe nobiſcum communicatorum, & potiſſimum e libris atque documentis, ab *Excellentiſſimo Domino* PRÆSIDE, *(cujus inſignem in me favorem, ſingularem benevolentiam atque omnis generis beneficia longe maxima ſatis ac digne celebrare nunquam potero)* aliiſque Patronis atque Fautoribus, benevole commodatis, repetendorum adparatus, nobis commendabunt.

§. VII. INTER alias, quibus noſtra præcipue excellit WURTEMBERGIA, (*u*) prærogativas, haud ultimo ſane loco eam ponendam eſſe exiſtimamus, qua inde a primis ſuis incunabulis hereditario ſemper jure ad ſuos devoluta fuit Dominos. Quanquam enim ſi fatendum quod res eſt, vetuſtiſſimæ *Sereniſſimæ Domus* WURTENBERGICÆ origines aliquantum ſint (*x*) incertiores; id tamen jam a multis extra omnem dubitationis aleam poſitum eſt, illas fuiſſe longe illuſtriſſimas. Evicerunt nempe Viri de patria noſtra meritiſſimi, (*y*) argumentis

---

(*u*) Quas ſingulari quidem tractatione, at minus tamen plene recenſuit JO. PETR. *de* LUDEWIG in *Prærogativis Wurtembergici Ducatus, præſertim adverſus adpellationes, evocationes, Auſtregas*, Halæ 1719. Add. HENR. MARTINI BURCARD. Würtemb. Kleeblatt dreyer *Privilegiorum Exemtionis fori, Auſtregarum & de non appellando.* Ludwigsburg 1730. Cap. I.

(*x*) Quod quidem illæ diverſiſſimæ variorum opiniones & conjecturæ de origine gentis VVurtembergicæ ſatis ſuperque demonſtrant, quas partim adduxerunt, partim refellerunt eruditi mox laudandi. Nec ſane mirum nobis videtur, illorum temporum hiſtoriam variis dubiorum tenebris involutam eſſe, cum majorum, qui calamo minus quam gladio delectabantur, in coscribendis rerum geſtarum monumentis incuria longe ſit notiſſima; accedit, quod temporum injuriæ variique io patriam noſtram ab hoſtibus facti inſultus, penuriam illam, qua nos urgemur, documentorum attulerint. Eo igitur oomine, cum allegato LUDEVVIGIO plane non ſunt vituperandi patrii ſcriptores, quos veniam vix mereri ille ait (in *Diſſ. cit. cap. I. S. 1. §. 1. nota d*) quod patriam hiſtoriam & publica ejus jura adeo prætermiſerint. Optime namque contra has accuſationes noſtratium cauſam egit B. Dn. JO. MICHAEL HALLVVACHS ſingulari *programmate anno 1729.* edito, atque JO. JAC. MOSERI Erläutertem Würtemberg/ 8. 1729. P. I. *p. 224.* inſerto, ubi: „Defuncti ſunt ſuo officio ſuiſque ſatisfecere partibus litterati in hoc Ducatu viri, dum quæ relata legerunt vel acta acceperunt, chartis ætatem laturis calamo mandarunt. Quod autem in dies, quæ congeſſerunt, auras non prodierint, ſed duris preſſa carceribus deliteſcant, non tam ipſis, quam vel temporum injuriæ, vel ſuperiorum auctoritati vel aliis, quæ interceſſerunt, rationibus, imputandum erit.„

(*y*) E quibus præcipue nobis nominandi ſunt *Perilluſtris* DN. Chriſtoph Carl Lud-

mentis & documentis quam luculentissimis, eas ex Francorum Regibus esse derivandas. Ostendunt iidem, accepisse a CLODOVÆO M. *Francorum Rege* EMERICUM illum, (quem Historiographi Auctorem Gentis Wurtembergicæ tradunt) pro insignibus in castris suis meritis arces illas, *Wurtemberg* & *Beutelspach*, cum adjacentibus terris, juncta dignitate (z) Baronis seu Dynastæ. Hic itaque (a) Baro Wurtembergicus EMERICUS terram Wirttembergicam, cum hominibus sibi subjectis, non solum liberam possidebat & propriam, adeoque & hereditariam, omnique aliena solutam Jurisdictione; sed eandem quoque ad heredes transmittebat itidem adhuc Dynastas sive Barones vocatos, majore in dies potentia & splendore pollentes.

§. VIII. Ex eo autem tempore, (ex quo jam supra §. III. asseruimus, Duces ac (b) Comites sensim sensimque hereditarias fecisse suas & dignitates & terras,) Baronibus palmam præripere cœperunt Comites. Sua hinc auctoritate atque potestate jure meritoque nixi Barones Wurtembergici comitibus inferiores haberi noluerunt, quam ob rem terram suam hereditariam, ab omni antea aut fidelitatis aut subjectionis nexu liberam, Regno Germaniæ incorporari,

---

Ludwig von Pfeil/ *de Meritis Serenissimæ Wurtembergiæ Domus in Imperium*, oder wie das Hochfürstlich-Würtembergische Haus sich um das teutsche Reich verdient gemacht. Stuttg. 4. 1730. *cap.* I. §. 3. *Dn. Prof.* Joh. Ulrich Steinhofer in *libro, cui titulus:* Ehre des Hertzogthums Würtemberg in seinen Durchlauchtigsten Regenten/ oder Neue Würtembergische Chronik. P. I. p. 1. 2. 3. P. II. p. 1. 2. sqq. Reliquos quam plurimos, ex quibus & hi sua desumserunt, prolixe recenset Illustris Dominus Avunculus meus JO. JAC. MOSER *in Bibliotheca scriptorum de rebus Suevicis & speciatim Wurtembergicis cap.* I. & II. in *Miscellaneis* Ejusdem *Juridico-Historicis* P. I. num. 4. anno 1729. 8. editis, & in Versione Germanica M. CRUSII *Annalium Suevicorum* ab ipso anno 1733. edita.

(z) Barones scil. sive Domini liberi Frey-Herrn olim dicebantur, qui terras, cum hominibus sibi subjectis, tenebant proprias, quorum dignitas erat hereditaria, qui nemini erant subjecti. M. CRUSIUS *Annal. Suev. P.* II *Lib* 11. *Cap.* 18. *pag.* 504. JO. FRID. PFEFFINGER *ad Vitriarium T.* II. *Tit.* 17. BURC. GOTTH. STRUV in *Corp. Juris Publ. Cap.* 21. §. 37. NICOL. HIERON. GUNDLING, *de feudis vexilli* §. 13. ubi Barones liberi Domini vocantur a Bar, Ber quod significat virum eminentem, forem, qui allodium ein altes Ode libere possidet, nobilis vir, liber Dominus, ein edler Herr/ ein freyer Herr. Add. SAM. STRYK in *Diss. de jure Baronum, Cap.* I.

(a) Quorum historiam nobis dedit Dn. *de* PFEIL l. c. *Cap.* I. per tot. atque Dn. STEINHOFER in der Würtemb. Chronik. P. I. & II. nec non ex parte Dn. MOSER in seinem erläuterten Würtemberg I. Theil.

(b) Quibus quippe antea præcedebant Barones, cum illi tantum haberent potestatem dignitatemque fiduciariam, hi vero perpetuam & hereditariam, illi essent Ministeriales Regum, hi vero liberi homines, reliqua. vid. DIETER. HERM. KEMMERICH *Introduct. ad Jus Publicum Imperii Rom. Germ.* Lib. IV. cap. 17. §. 6. & 9. ubi parvam inter Comites & Barones hodienum intercedere differentiam observavit his verbis: Hi igitur omnes (sc. Barones) a Comitibus solis dignitatum nominibus atque titulis plerumque & ordine; dignitate vero ipsa, ac juribus privilegiisque parum aut nihil differunt. Conf. B. Dn. D. GABR. SCHWEDER in *Jure Publ. P. spec. Cap.* VIII. §. 2.

rari, e re sua esse arbitrati, hunc in finem Imperatoribus eandem (*c*) in feudum obtulerunt. Accepit id lubentissime HENRICUS IV. *Imp.* atque (*d*) CONRADUM Baronem Wurtembergicum jam declaravit Comitem, nomen ipsi potius Comitis decernens, quam dignitatem, quæ quippe (*e*) Principalis certe fuerat. Succedebant huic CONRADO heredes ejus Illustres Principes & Comites, usque dum Ducalis honor dudum promeritus, EBERHARDO I. *Barbato* demum anno 1495. tribueretur, quem Successores Serenissimi non solum tuiti sunt, verum potius magnifice exornarunt.

§. IX.

(*c*) Aliorum quidem Comitatuum respectu, quos tunc temporis jam tenebant Principes Würtembergici, Imperatori & Imperio nexu quodam Vasallitico erant conjuncti, sed ratione ipsius Würtembergicæ ditionis ab illo adhuc erant liberi. Moti vero deinde amore erga Imperium Germanicum, cura illud quavis ratione augendi, atque de isto optime merendi studio, proprias quoque & liberas suas terras isti incorporari maluerunt, atque easdem porro ab Imperatoribus tanquam feudum recognoscere. vid. *Illustris de* PFEIL *de meritis Seren, Domus Wurtemb.* C. II. §. 1. p. 20. 21.

(*d*) JO. GE. WALZIUS in seiner Würtemberg. Stamm- und Namens-Quell. 1. Buch 9. Cap. pag. 55. Mscr. quodam hæc habet: Cunradus aber war der erste gefürstete Grav zu Würtemberg / welchem man geschrieben / dem Durchleuchtigen und Hochgebornen Fürsten und Graven zu Würtemberg / „ad quæ WALZIUS pergit: Wie dann auch nach diesem Cunrado alle Würtembergische Graven Fürstenmäßig geachtet / biß endlich gar in den Fürsten-Stand erhoben worden / welches sonderlich der alten Würtembergischen Graven in Stein gehauene Ueberschrifften in dem Chor der Stiffts-Kirchen zu Stuttgardt bezeugen / da sie allesammt von Cunrado an Illustres Principes genennt und überschrieben werden. Sic CRUSIUS *in Annal. Suev.* P. III. *Lib.* VI. *Cap.* II. allegat Inscriptionem ULRICI Comitis: Illustris Princeps & Dominus, Dominus Ulricus Comes VVurtembergensis occubuit 23. Aug. anno 1388.

(*e*) Id quod ex sequentibus demonstratu erit facillimum. 1) titulus, Durchleuchtig / Hochgebohrne Principis Illustris innuit, non nudum fuisse Comitatum VVurtembergicum jam istis temporibus, sed principalem eine gefürstete Gravschafft. 2) Idem probatur, quia Comites nostri in Diplomatibus ac chartis a reliquis distinguuntur Comitibus, atque nomina eorum sæpius expressa inveniuntur, ad distinctionem quandam præ reliquis significandam, addito quandoque Illustrium titulo. Cujus rei exemplum adducit STEINHOFER P. II. p. 261. e *Koenigshofen* Straßburgischen Chronik p. 230. Da man zelte 1331. Jor. do belag der Hertzoge von Osterich die Stat Kolmar mit Helffe des Bischoves von Straßburg und des Bischoves zu Basel die zun dem Hertzoge verbunden worent. Und de sii alsus vor Kolmar lange lagent mit grosser Macht. Do koment Kayser Ludwig und der König von Behaim und der Grave von Würtenberg und andere Herren viel gen Hagenowe und wolent Kolmar helfen. vid. sq p. 299. 3) quoniam vel Ducibus titularibus præferebantur, eum nec Marchionibus nec magnis Ducibus inferiores haberentur. 4) Quod cum reliquis Principibus votum in Comitiis singulare, non curiatum cum Comitibus haberent. vid. VVALZ l. c. Illustr. *de* PFEIL d. l. CRUSIUS *Annal. Suev.* P. III. L. III. *Cap.* I. T. I. pag. 834. 832. 850. &c. ÆNEAS SYLVIUS in *Germania* sua, *Cap.* 37. 10. B. BURGERMEISTER in *thesauro Jur. equestris publici & privati P.* II. *p.* 322. TOB. PFANNER *de præcipuis Germaniæ Principum gentibus pag.* 225. ed. *Frf.* 1678. 10. JO. P. *de* LUDEVVIG *de Prærogativis Ducatus Wurtemb. S.* I. *Cap.* II. §. 1. Unde certe evenit, ut scriptores illius ævi VVurtembergiæ Comites, modo Principes, modo Principes atque Comites adpellitaverint.

IX. COLLIGIMUS hinc ab antiquioribus inde temporibus *divisionum* capax fuisse *territorium* WURTENBERGICUM, ceu hereditarium. Et non capax modo divisionis, sed actu quoque illud subinde divisum fuit. Prima ejusmodi divisionis territorii Wuttembergici vestigia jam temporibus Dynastarum observare licet. *Comitatus* scilicet *Caluensis*, qui eo ævo ad *Wirtembergicam* ditionem pertinuit, ab eo separatus fuit circa *annum* 811. Res ita se habere dicitur. EBERTHAL sive EBERHARDUS, a Patre ALBERTO, (*f*) Dynasta Wurtembergico progenitus, duos habuisse narratur filios, WERNHERUM & AISTULPHUM. Hi mortuo patre EBERHARDO, ita inter se convenerunt, ut natu major WERNHERUS *Wurtembergiam*, alter vero junior AISTULPHUS Comitatum acciperet *Caluensem*, qui primus etiam Comes Caluensis ab omnibus dicitur. Satis hoc comprobat, jam sæculo IX. actu divisum fuisse territorium Wurtembergicum. Divulsus enim mansit atque separatus ab hoc Comitatus iste *Caluensis*, usque dum altera ejus pars anno 1309 (deficiente nimirum Caluensium Comitum familia, sanguine (*g*) Wurtembergicis conjuncta) jure hereditario (*h*) ad VVurtembergiæ Comites rediret, (*i*) altera vero a Comitibus Palatiuis Tubingensibus anno 1345. iisdem venderetur, sicque totus iterum cum Wurtembergia uniretur Comitatus *Caluensis*.

§. X. ALIAM porro divisionem ejusdem Dynastarum epochæ innuit distinctio familiæ & liniæ *Wurtembergicæ* principalis & lineæ *Beutelspacensis*. De EMERICO enim, quem modo §. VII. primum VVurtembergiæ Dynastam dixi, constat, illum *Wurtembergam* & *Beutelspacum* (*k*) simul accepisse, arcemque ibi exstruxisse, sicque utriusque hujus castri unum eundemque dominatum fuisse. Ejus vero heredes (*l*) in duas abierunt lineas, quarum ex altera Domini *Wurtembergici*, ex altera vero *Beutelspacenses* prodierunt, separatas a se invicem habentes ditionum suarum rationes. Sed etiam hic tandem factum, ut in unum rursus coaluerint duæ hæ regiones. Extincta

(*f*) STEINHOFER W. Chronick. P. II. *pag.* 20.

(*g*) *Ill. de* PFEIL *de meritis Seren. Domus Wurtemb. cap. I.* §. 8.

(*h*) WALZ L. II. cap. VII. p. 142. 143. Ulrich/ Heinrich/ und Conrad Gebrüdere Grafen von Berg genannt von Schelcklingen/ haben durch rechte Lieb/ und durch rechte Freundschafft der uns von langer Zeit hat innen bracht dem achtbaten Herrn/ Graf Eberhard zu Wirtenberg geben mit freyen Hand den halben Theil an der Burg und Stadt Calw mit Leuten und mit Gütern gesuchts und ungesuchts/ mit allen Rechten. Actum A. C. 1308. STEINHOFER P. II. p. 216.

(*i*) STEINHOFER l. c. p. 290.

(*k*) STEINHOFER P. II. pag. 13. ex *Oldenburgeri*, (vel uti se nominare maluit *Burgoldensis*) discursibus ad J. P. Osnabrugo-Monasteriensis a Waremundo von Friedberg denuo adornatis & auct. ed. 1669. allegat, dictum auctorem pro certo id acceptasse pluribus documentis adductum: Emericum Clodovæi Francorum Regis agnatum ejusque summum rei bellicæ Præfectum (Connetable) cum ipso in prælio contra Suevorum Regem Bandocarium prope Waiblingam An. 499. fuisse, atque a Clodovæo ranquam Præsidem Provinciæ (Lands-Hauptmann) super has terras fuisse constitutum, ubi dein arcem exstruxerit Beutelspacensem.

(*l*) PREGIZER Cedernbaum *Tab. I. de* PFEIL *Cap. I.* §. 5.

tincta nimirum *Beutelſpacenſi* linea, territorium ejus ad *Wurtenbergiam* (*m*) relapſum eſt anno 1072. quo ſcilicet cum GERTRUDE, ex *Beutelſpaciorum* familia oriunda atque ultima gentis ſuæ, nuptias celebravit CONRADUS VVurtembergicus, proximus agnatus.

§. XI. ULTERIOREM adhuc *Wurtembergiæ* diviſionem (*n*) ex JO. NAUCLERO aliisque eundem ſectantibus olim factam fuiſſe, addiſcimus, & primo quidem in tres partes, *Uracenſem*, *Beutelſpacenſem* atque *Gruningenſem*, deinde in duas ſolum, *Stuttgardienſem* atque *Uracenſem*. Quam NAUCLERUS tradit priorem diviſionem Wurtembergiæ in tres partes, in ſequentibus ſuum inveniet fundamentum atque rationem. Teſtatiſſimum ſcilicet eſt (*o*) *Wurtenbergicos*, *Uracenſes* atque *Beutelſpacenſes* Dominos easdem & communes fere habuiſſe origines, ab iisdem hos omnes prognatos eſſe majoribus, adeoque arctiſſimo neceſſitudinis vinculo junctos fuiſſe, ita ut eorum (*p*) nonnulli titulis atque inſignibus promiſcue uſi fuerint, ſeque modo Comites Uracenſes, modo VVurtembergicos appellaverint. Sed NAUCLERUS aliique nobis hic minus adtenti videntur, cum diviſio hæc, diviſio potius familiæ (*q*) Wurtenbergicæ in tres lineas, quam ipſius Comitatus & territorii Wurtembergici fuerit. Nullibi enim nobis quidem tabulas ejusmodi diviſionis Wurtembergiæ in tres partes invenire licuit. Et certe id ſatis probat, territorium Wurtembergicum non ita diviſum fuiſſe, cum diverſiſſimis longe temporibus comitatus hi rurſus coaluerint. Sic *Uracenſis* (*r*) Comi-

---

(*m*) STEINHOFER *P.* II. *p.* 73. *Auctor Prodromi vindiciarium Eccleſ. Wurtemberg. Cap.* I. *p.* 5. 68. 69.

(*n*) JO. NAUCLERUS *Vol.* II. *gen.* 38. *pag.* 178. Anno Domini MCXIX. 18. Cal. Decembr. Trutvvinus Abbas ex Hirſaugia cum XII. fratribus ad Breitenau mittuntur Domino Wernero Comite id maxime efficiente. - - Fuit autem hic Comitum proſapia de Wurtemberg, ſi quidem ipſe Comitatus in tres partes diviſus tres habuit differentes inter ſe nominibus & caſtris dominos, nam primus in Urach domicilium habuit, ſecundus in Beutelſpach, tertius in Grüningen, verum ſucceſſu temporis conflatus eſt in duas partes, ita ut unus Stuttgarden, alter Urach obtineret, noviſſimis autem temporibus in unum redactus Dominium in Ducatum aſcendit. Secutus eſt NAUCLERUM DAVID VVOLLEB in *Hiſtoria Wurtenbergica MSt.* ad An. 1120. (quem vero *Illuſtris Dn.* MOSER teſtem plane non omni exceptione majorem dicit in *Bibliotheca ſcriptorum de rebus Suevicis tit.* Wirtemberg S. 1. *fol.* 79.) confer. *Dn.* STEINHOFER P. II. *pag.* 70. & CRUSIUS P. II. L. IX. *Cap.* 2. & P. III. L. III. C. 5.

(*o*) Conferantur nota antecedenti allegati Auctores.

(*p*) Quale exemplum videre eſt apud *Dn.* STEINHOFER P. I. *pag.* 6. P. II. *pag.* 18. 20. 21. 26. & 169.

(*q*) Huic ſententiæ etiam aſſenſum præbet *Dn.* STEINHOFER P. II. *pag.* 48. ubi VVALZIUM allegat atque ex *Chronico MSCt.* ſequentia adfert. Es hatten nehmlich die Grafen von Urach/ wie die von Calw/ Gröningen/ Löwenſtein und Vayhingen mit Würtemberg und Beutelſpach einen altfränckiſchen Urſprung und waren verſchiedene Aeſte von einer Familie.

(*r*) Vid. CRUSIUS P. III. Lib. I. Cap. 7. Obiiſſe dicitur hoc anno (ſc. 1230.) Comes Uracenſis Egon vel Egino: cui filii fuere Cuno, Berchtholdusque, de quibus ſupra ſcriptum eſt, quomodo - vitæ Monaſticæ ſe ex voto dicaverint.

Comitatus partim per nuptias (s) anno 1230. partim alio (t) jure anno 1265. acquisitus fuit, (u) *Grüningensis* vero demum anno 1336. pleno jure Wurtembergiæ accessit, extincta dudum anno 1071. *Beutelspacensium* familia. Ex ipsius quoque NAUCLERI verbis: „nam primus in Urach, secundus in Beu„telspach, tertius in Gröningen domicilium habuit„ evinci potest, divisionem hanc non de *territorio*, sed *familia* & *gente* intelligendam esse *Wurtembergica*. Nam extincta *Beutelspacensium* gente non amplius in illa arce suam habuerunt sedem *Wurtembergici* Comites, neque se de ista amplius nominarunt Beutelspacenses.

§. XII. ALTERA, quam NAUCLERUS tradit, divisio *Wurtembergiæ* in *Stuttgardiensem* atque *Uracensem* partem, recentior est atque extra omnem quidem dubitationis aleam posita. Cum vero ante eam adhuc alicujus divisionis prostent monumenta, de ea prius agemus, dictamque postea demum enarrabimus. LUDOVICUS atque ULRICUS Comites *Wurtembergici*, fratres, cum uterque conjugem jam duxisset atque separatas quilibet suas habere vellet rationes, matris, præstantissimæ HENRIETTÆ, atque utriusque Consi-

verint. Tunc Berchtholdus suam Comitatus Uracensis partem tradidit vitrico suo Comiti VVurtembergensi Eberhardo - Cuno vero - partem suam ejusdem Comitatus posterius ad Prædicatorum cœnobium contulit, quam partem deinde Comes Eberhardus permutatione ejus, cum quibusdam ex Ulbacho reditibus facta & ipsam ad se recepit, & ita totus Comitatus ad VVurtembergenses pervenit - Etsi autem Uracensis VVirtembergico sic incorporatus fuit, non tamen se Eberhardus Uracensem scripsit, sed pristino titulo contentus fuit. Attamen posterius in insignibus utrumque Comitatum complexus est, VVurtemberg in Clypeo, Uracensem in galea, quam inde sumsit. De dignitate Venatoris Imperii per hunc Comitatum acquisita, adeatur LUDEVVIG *de Prærogativis, pag. 13.*

(s) *Dn.* STEINHOFER P. II. p. 131. 169. 233. confer. nota e.

(t) Comes H. de Furstenberc donavit Domino Ulrico Comiti de VVirtembere castrum Urach dimidium a. 1265. vid. Reichs-Ständ. *Archiv.* Urkunden *ad caus. Equestr. T. I. p. 7. n. 6.* Comes Henr. de Furstenberch fatetur, quod Ulr. comes noster consangnineus sibi satisfecerit pro Castro Urach. Datum Ezelingen 1265. vid. *Dn.* STEINHOFER l. c. p. 151.

(u) Jam antea quidem aliquoties ad VVurtembergiam pertinuerat hic Comitatus vid. *Dn.* STEINHOFER *P. II. p. 26. 67. & 139.* Attamen eadem eundem iterum amisit, nec unquam VVurtembergiæ ante hunc annum fuit incorporatus, quo sc. a Comite CONRADO *de Schlüsselberg* ipsum emit *Ulricus.* vid. Kauff- und Uebergabs-Brieff Graf Conrads von Schlüsselburg an Graf Ulrich von Wirtemberg wegen Gröningen Burg und Stadt. Kayser Ludwigs Confirmation, rel. apud *Dn.* STEINHOFER *P. II. pag. 241. 245. & 260 - 274.* Quam utilis atque honorifica VVurtembergiæ fuerit hæc acquisitio, facile perspicit, qui novit, per eandem Archiofficium vexilliferi Imperialis ad VVurtembergiæ Principes pervenisse, & in huncusque diem permansisse, vid. LUDEVVIG *de Prærogativis Wurt. Sect. I. Cap. 10.* ibique allegati. Legitur etiam ibidem Confirmatio Cæsarea: daß dieses des Reichs Sturmfahnen und Se. Hochfürstl. Durchlaucht in solcher von niemand ferner beeinträchtiget werden sollen. Quod Diploma in extenso habet *Illustris Dn.* de PFEIL *de meritis Sereniss. Domus Wurtemb. in Imperium cap.* III. §. *11. p. 249. sqq.* qui Auctores deductionesque huc pertinentes fusius recensuit. Confer. *Illustris Dn.* MOSER *in Miscellan. T. I. pag. 195 - 201.*

liariorum ope & consilio (*x*) pactum inierunt: (*y*) velle se pacem atque amicitiam invicem colere, auxilium sibi ferre contra inimicos, atque (*z*) si quæ lis inter ipsos suboriatur, amice eandem coram octo Consiliariis atque Præside quodam, ab utroque lectis, componere. Sin vero res tentata hac amicabili compositione decidi non posset, id fieri tamen debere intra 6. hebdomadum triumque dierum spatium a judicio hanc ob causam constituto. Elegerunt eum in finem uterque ex alterius Consiliariis tres viros, quorum unum eventuro forte tali casu Præsidem facerent, adjungendorum ab utraque parte, æquali numero, Consiliariorum. Stabilita sic, non adeo rara in hac DOMO fratrum concordia, de dividendo æquis partibus territorio Wurtembergico, consentiente idque suadente matre, consilium ceperunt. (*a*) Solemni itaque pactione ita inter se partiebantur regionem, ut *Nicarus* fluvius utriusque partis naturalis & satis quidem notabilis limes esset. Altera pars erat terra, quæ a dextra transeuntis fluminis, versus *Alpes* Suevicas, altera vero eam complectebatur regionem, quæ a sinistra Nicari *Stuttgardiam* versus tendit. LUDOVICUS accipiebat partem illam versus Alpes sitam, ULRICUS vero alteram. Præcipua hujus sanctionis capita fuerunt, 1) ut, quo æqualitas quantum fieri posset observetur maxima, uterque alternis vicibus per *biennium* modo suam teneret portionem. 2) Ut uterque propriam haberet cancellariam (*b*) suamque solus regeret ditionem.

(*x*) Factum id esse anno 1441. d. 13. Martii testatur ex MSCt. quodam *Dn.* STEINHOFER *P. II. p. 819.* ubi etiam capita hujus pacti refert.

(*y*) Quod eo magis illis conveniebat, quoniam usque ad factam hanc divisionem commune suarum ditionum habuerunt imperium. *Illustr. Dn. de* PFEIL *l. c. cap. II.* §. *10. p. 68. 69. 70.*

(*z*) Ex pacto hoc insignis illa VVurtembergicorum Principum prærogativa elucet, quod sc. jam tum temporis gavisi fuerint *judicio Austregarum.* Priorem quidem illum passum innuere arbitramur *Austregas Conventionales.* Austregæ enim Conventionales, secundum tradita *Illustris Eberhardinæ Antecessoris, Magnifici Domini D.* SCHOEPFFII, sunt Judices vel quasi, conventione eum in finem eligendi vel constituti, ut causa coram illis disceptetur & sententia illorum finiatur, *in Diss. de Arbitris necessariis, cumprimis Austregis conventionalibus & testamentariis, Tub. 1724. Cap. II.* §. *8. p. 8.* quæ sane definitio omnino huc quadrat. Alterum vero pertinere putamus ad *Austregas Privilegiarios.* Constat nempe hoc jus Austregarum jam ante tempora MAXIMILIANI I. Comitibus VVurtemb. concessum fuisse. Confer. BURCKARD. *Cap.* II. §. *4. p. 16.* & quidem jam tum formam illam Judicii Austregalis a SIGISMUNDO An. 1415. & MAXIMILIANO I. An. 1495. præscriptam habuisse, patet ex verbis: daß es nehmlich in 6. Wochen und 3. Tagen ausgerichtet werde. et porro: beede Brüder wehlen sich zu dem Ende aus des andern Räthen 3. Männer/ deren einen sie in dergleichen vorfallenden Strittigkeiten zu einem Obmann mit gleichem (sc. ut supra ex utraque parte 4.) Zusatz zu Richtern erkohren. conf. BURCKARD d. l. *cap.* VIII. §. *2. 3. cap. XI.* per tot. *pag. 68. sq.*

(*a*) *Dn.* STEINHOFER d. l. *pag. 819. - 822.*

(*b*) Quæ quidem eo tempore, uti omnes reliquæ Principum Germ. Cancellariæ, unico constabat Collegio, cujus Præses erat quandoque ipse Princeps, quandoque der Land-Hofmeister und Canzler/ cui adjungebantur Consiliarii ex ordine equestri, Prælatis atque eruditis. vid. *Illustris Dn.* MOSER *in Diss. de Jure Statuum Imperii circa suos Consiliarios, Francof. ad Viadrum, 1738.* §. *14.* Confer. Ejusdem Sammlung Würtemb. Urkunden. *Num. 32. p. 229.*. Uterque hinc

nem. 3) Ut neuter fine confenfu alterius quicquam regionis alienaret, vel fœdus cum aliis pangeret. 4) Ut uterque in fuo districtu jus venandi haberet. 5) Ut LUDOVICUS (c) feuda mafculina *fæcularia*, fed utriusque tamen nomine, concederet, de feudis vero *ecclefiafticis* quilibet fuos inveftiret Vafallos, & quæ funt alia. (d)

§. XIII. NON diu tamen hæc duravit divifio. Nam vix unico præterlapfo anno ftatim perfpexerunt hi Comites, non fatis aptam illam effe, fed incommodam, multisque contentionibus anfam præbere. Quare aliam inftituere animo fecum conftituebant, iterum confenfu matris fuæ, interpofitisque miniftrorum fuorum confiliis. Quod negotium aggreffi funt (e) anno 1442. die Converfionis Ap. Pauli. Dividebatur ab ipfis quam accuratiffime atque æquiffime regio *Wurtembergica* in duas partes, quarum altera *Uracenfis*, altera *Nyfenfis* vocabatur. Hanc (f) ULRICUS accipiebat atque *Stuttgardiæ* refidebat; illa vero cedebat ULRICO, qui *Uracum* fedem elegit. Adfcribebantur utrique parti certi (g) equites ac nobiles, quibus Vafallagium remittebat ifte, cui antea erant obnoxii, & cujus liberabantur fervitiis. Capiebat uterque in fua parte venandi jus, & quæ reliqua hujus pacti erant capita. (h) Rebus ita geftis

hinc ex hac conftitutione habere debebat tales Land-Hoffmeifter und Räthe. Quam celebris vero & confpicua jam antiquioribus temporibus fuerit Principum VVurtembergicorum Cancellaria, patet ex recenfione Confiliariorum EBERHARDI *mitis*, qui ipforum erat Præfes, quam nobis exhibet *Dn.* STEINHOFER *P.* II. *p.* 647. 648.

(c) Cujus LUDOVICO competentis qualis qualis prærogativæ ea forte fuit ratio. Quoniam tunc temporis Vafallorum fæcularium maxima jam fuit copia (Reichs-Städt. Archiv. Urkunden paffim) atque hic difficillimum longe, cuinam parti hi vel illi adfcribendi effent, judicium. Ecclefiafticorum vero feudorum facilior multo erat divifio.

(d) Conf. *Dn.* STEINHOFER in *nota d*) *allegato loco.*

(e) vid. *Dn.* STEINHOFER l. c. *p.* 825. & *fqq.*

(f) *Illuftris Dn. de* PFEIL l. all. *Cap.* II. §. 10. *pag.* 68. *fqq.*

(g) *Dn.* STEINHOFER *p.* 831. - 837. & Reichs-Ständ. Archiv. Urkunden *P.* I. *S.* I. *Nro.* 25. *pag.* 35. *fq.*

(h) Non poffumus non hic adjicere elegantiffimam *Magnifici Domini Anteceſſoris* D. SCHOEPFII obfervationem de ufu practico hujus divifionis, des Lands in das Land ob und unter der Staig/ quam tradit *in Præfatione ad tractatum de Proceſſu Appellationis, Nullitatis, Reftitutionis in integrum, Revifionis & Remiſſionis cumprimis Ducatus Wurtembergici, edit. Stuttgard.* 4. 1748. ubi: „ Neque, ait, plane exolevit memoria hujus VVurtembergicarum terrarum divifionis. Nam & nomen illius etiamnum hodie fupereft, & ufum illa fuum non una occafione exferit, cum ad illam non modo vifitationes Scholarum, Pharmacopoliorum, Advocaturæ rel. verum etiam inprimis duo Superiora Appellationum judicia (Ober-Gerichte) difcreta ac feparata fint. In Regione fupramontana (in dem Land ob der Staig) qua porrigitur regio fupra Stuttgardiam verfus meridiem, judicium Superius *Tubingenfe* jus habet appellationes recipiendi; quod contra jus judicium Metropolitanum *Stuttgardienfe* (das Ober-Gericht zu Stuttgardt) exercet in parte inframontana (im Land unter der Staig/) quibus inde ab Anno 1719. judicium *Ludoviciburgenfe* adjunctum fuit. Vid. Domini MOSER Diplomatifches Archiv des 18. Jahrhunderts

LUDOVICUS & ULRICUS (*i*) legatos mittebant ad Imperatorem, ut cujuslibet partis singularem peterent investituram. (*k*) Annuebat Cæsar petitis, atque investituram *Francofurti* eodem anno *die* 19. *Julii* peragebat, & simul utrique speciatim sua confirmabat privilegia atque jura. Et hanc eandem divisionem puto, quam ex NAUCLERO supra allegavi, qui scilicet *Stuttgardiensem* partem sine dubio pro *Nysensi* habuit, quoniam *Stuttgardia* ULRICI (*l*) residentia erat.

§. XIV. ET hæc *ultima* fuit territorii Wurtembergici *divisio*, (*m*) cum UNIO ejusdem postea perpetua facta perpetuoque sancte observata fuerit. Nec obstat, quod posteris quoque annis Wurtembergica familia in plures divisa fuerit lineas, v. g. in Carolinam *Winnendensem*, in Fridericianam *Neostadiensem*, in *Julianam*, *Oelsnensem* atque *Bernstadiensem*, in *Montispeligardensem* atque *Weiltingensem*. Non enim obsunt illæ *unionis*, quam (*n*) infra describemus, naturæ. Reservabimus igitur hæc illi tractationi, atque jam propius ab ipsius *unionis* territorii Wurtembergici historiam accedemus.

§. XV. UNIO atque individuitas territorii Wurtembergici jam antiquis stabilita fuit temporibus. Ultima ejus vestigia deprehendi in *documento trans-*

---

hunderts Nro. 40. §. 1. p. 342. Ex quo admodum verisimile & probabile fit, sub Comitum regimine, sicut ditio divisa fuit, ita pariter Dicasterium divisum fuisse, & summum quidem in qualibet portione mansisse, ita ut singuli Comites pro sua regione separatum Consistorium appellatorium, getheiltes Hoffgericht/ haberent, suaque in Aula, velut Stuttgardiæ, Uraci &c. convocarent, ibique ferrent sententias. Id quod ex eo quoque fit verisimilius (si in re antiquissima locus est conjecturæ) quod *antiquis temporibus* neque *certus locus* ejusmodi *judicio* destinatus, neque *perpetui Assessores* adhibiti fuerint; Porro, quod Regio Wurtembergica bina illa *superiora judicia adpellationum* etiamnum hodie habeat; quod in *ordinatione Aulica Annorum* 1557. & 1587. & *jure Provinciali Anni* 1555. *P.* I. *pag.* 107. & 113. *eadem summa adpellationis judicii bisce* præstituta legatur, licet 50. *florenos excesserit*, (VVINTER *de Assessore P.* I. *C.* 2. *n.* 74. quod libera olim fuerit data electio, priusne ad *judicium superius*, an statim ad *dicasterium* adpellare voluerint; ac denique, quod nomine EBERHARDI *Junioris Stuttgardiæ Annis* 1481. 1487. & 1488. quo tempore *divisa* adhuc *Wurtembergia* fuit, sententiæ in Dicasterio publicatæ fuerint. Ut plane quilibet *Comitum* tempore illo divisionis, ut *separato judicio superiore* gavisus, ita quoque *separatum Dicasterium summum suæ aulæ affixum* habuisse, idque non immerito tantisper præsumi posse videatur., Confer. *Prænobilissimi Domini* Christian Friederich Sattlers Historische Beschreibung des Hertzogthums Würtemberg/ 4. Stuttg. 1752. I. Theil I. Cap. §. 5.

(*i*) vid. *Dn.* STEINHOFER l. c. *pag.* 837.

(*k*) vid. *Dn.* BURCKARDI Kleeblatt dreyer Würtemb. *Privilegiorum*, *N.* 14. *p.* 155. Röm. König Albrecht confirmirt Graf Ludwigen und Graf Ulrichen cum consensu & Consilio Procerum Imperii alle Freyheiten/ Handvesten/ Pfandschafften/ &c. Ofen Dienstag nach Trinitatis 1439. confer. *nota Ejusdem ad præcedentem Nr.* 13. *p.* 154.

(*l*) *Illustris Dn. de* PFEIL *l. c. ibique allegatus Crusius.*

(*m*) Cum postea ne vestigium quidem tentatæ alicujus *divisionis* invenire potuerimus.

(*n*) *Sect.* II. *Membro* I.

translationis Ecclesiæ Collegiatæ Beutelspacensis Stuttgardiam factæ, de A. 1321. (o) Ita illud incipit: In GOttes Namen Amen. Wir Eberhard Graue von Würtemberg thun kund allen 2c. Articulus vero huc pertinens in extenso ita se habet: Umb daß welen den Probst die zwelf Chorherren/ die zwelf Vicarien und die Ampter in der Gestifft/ so wellen wir und ordnen/ daß die zwelf Corherren einen Probst welen/ von der Gestifft/ der sie der erberst und nutzlichest duncket/ uff ihr aide/ den sie der Gestifft geschworen hand; dasselbig soll auch beschehen von den drien Wirdigkeiten und Amptern der Custrie/ der Sengerie und der Kellerie/ und swar der merer taile vellet/ das soll Fürgang han. Wär aber/ daß die Wale der Chorherren gelich belibe an der Zal/ swem denne der Eltist an der Herrschaft ze Wirttenberg/ diwile sie ungetailet ist/ sinen Gunst git/ der sol fürvaren. Wär aber/ da GOtt vor sy/ daß die Herrschaft getailet würde/ swas danna Stutgarten wär unter den der denne der Eltist wär/ swen der sin Gunst gäb der hat einen Fürgang/ dasselbe soll auch also belieben - - - - So heben wir diesen Brief gefestnet und besigelt mit unserm und mit unsers Sunes Grauen Ulrichs und Grauen Ulrichs unsers Sunes Sun Insiegeln/ die es auch zu den Hailigen gesworn hant zu stat haben/ was wir mit dem Gestifft setzen und ordnen 2c. Diß geschah und war der Brief gegeben zu Stugarten an Sant Paulus Tag/ als er bekeret ward da man zalt von Christes Geburt dreyzehenhundert und in dem eins und zwainzigsten Jahr. Ex quibus verbis luculentissime patet, jam sæculo XIV. *individuitatem* atque jus Primogenituræ in territorio Wurtembergico invaluisse. Et satis diu quidem substitit hæc *unio*, uti ex supra jam deductis apparet, cum nulla amplius post hæc tempora occurrat divisio, præter notissimam illam ULRICI atque LUDOVICI in §. XII. & XIII. satis descriptam.

§. XVI. CONFIRMABATUR postea hæc *unio* hactenus veluti non scripta & consuetudinaria saltem, pacto quodam inter EBERHARDUM *contentiosum* atque ULRICUM Comites Wurtembergicos icto. ULRICO juniore Comite Wurtembergico (p) mortuo, ejus filii, ULRICUS atque EBERHARDUS diu (q) communi nomine Wurtembergiam regebant, ita tamen, ut

(o) Ratio hujus *translationis* fuit, quod Rex (ut NAUCLERUS *loquitur P. II. Gen. 44. Chronogr.*) (ALBERTUS sc.) per *principes, Barones & Civitates Imperiales* EBERHARDUM *oppidis suis & Castris fere omnibus aut destructis omnino, aut captis depauperaverat &* teste TRITHEMIO in *Chron. Hirsaug. ad annum 1309. hostes factum nimis execrabile & crudele in mortuos perpetrarunt, sepulchra namque in quibus vita defuncti Comites de Wurtemberg cum armis & inscriptionibus suis in memoriam posteritatis quiescebant in Ecclesia Collegiata in Buttelspach, ubi sepulturam habere solebant, ad invidiam nominis & stirpis arma delentes cum inscriptionibus cunctis.* Veniam a Pontifice JOANNE XXII. impetravit, Ecclesiam hanc Collegiatam transferendi atque pro lubitu meliorem reddendi. Conf. *Dn.* STEINHOFER P. II. p. 239. Ipsum istud *diploma* exstat in *Documentis redivivis Ecclesiæ Collegiatæ Stuttgardiensis Diœceseos Constantiensis, Tub. Anno* 1636. 4. ed. Nro. III.

(p) Anno 1344. in translatione S. Benedicti obiit spectabilis Dominus Ulricus Comes de Wurtemb. CHRON. MSCR. & M. CRUSIUS *Annal.* in *Suev. L.* IV. *P.* III. *Cap.* 14.

(q) Patet id ex *Privilegiis* CAROLI IV. *anno* 1361. die *St. Barbaræ* & die *Veneris post St. Nicolai* diem EBERHARDO atque ULRICO concessis; in iis enim

ut (r) EBERHARDUS *Contentiosus* plurima solus gereret, etiam fratris nomine, quod in omnibus contractuum, investiturarum, aliisque literis suo expresse adjungebat. Anno 1352. (s) ULRICUS *Comes* quidem promittebat, se nunquam divisionem aliquam regionis Wurtembergicæ moliturum, sub ea tamen conditione, ut, si quando ei arriserit dividendi sui territorii propositum, id ipse teneretur anni prius spatio indicare ULRICIS, *juniori* atque *seniori*, Comitibus in *Helfenstein*, his autem absentibus, vel mortuis, fratri suo EBERHARDO. Et hæc amicitia fratrum atque placida regiminis communio continuabatur usque ad annum 1361. quo scilicet aliquæ inter eosdem suboriebantur simultates. (t) ULRICUS quorundam incitatus persausionibus divisionem urgebat instituendam. Sed renuebat huic petito EBERHARDUS, probe gnarus, talem divisionem non posse non esse perniciosam. Interim tamen causa hæc ad Imperatorem & Imperium in Comitiis *Norimbergensibus* delata, (u) sic decidebatur: (x) ut ULRICUS in posterum neutiquam ad divisionem provocet, sed EBERHARDO soli regimen ita relinqueret, ut si ipse ULRICUS sine heredibus masculis decederet, EBERHARDUS ejusque filius ULRICUS junior totum Comitatum acciperent jure hereditario, (y) rel. Confirmavit hancce transactionem Imperator,

---

enim semper *conjunctim* nominantur: Darum haben wir den egenannten Graven Eberhardt und Graven Ulrich allen iren Erben die besonder Gnad getan — Confer. *Illustris Dn.* de PFEIL, *de meritis Sereniss. Domus Wurtemb. Cap.* II. *§.* 6. BURCKAD Würt. Kleeblatt rc. Beylagen *Nro.* III. IV. & V. *pag.* 137. sq.

(r) Confer. *Dn.* STEINHOFER *P.* II. *pag.* 287. seqq. ubi plura exempla occurrunt talium literarum *communi nomine* exaratarum. Add. M. CRUSIUS in *Annal. Suev. P.* III. *L.* IV. *Cap.* 15. Wir Eberhard und Ulrich Grafen von Wirtemberg — *P.* III. *L.* V. *Cap.* I.

(s) Vid. *Dn.* STEINHOFER *P.* II. *pag.* 302.

(t) Quarum causam ita enarrat *Dn.* STEINHOFER *l. c. pag.* 333. ULRICUS *Comes Wurtemb.* ingente pecuniæ vi affinem suum, ULRICUM *Comitem de Helfenstein*, aulam *Imperatoris* magnifice sectantem, nunquam non juverat. Quapropter EBERHARDUS ULRICUM *fratrem suum* admonuit, detrimento id esse suæ regioni quam maximo. ULRICUS id ægre ferens, maximeque *Helfensteinii Comitis* persausionibus incitatus *divisionem* petiit, unde hac ab EBERHARDO non concessa, lites sunt ortæ.

(u) Effectum videmus hic jam habuisse *Privilegium istud a* CAROLO IV. *anno* 1361. *concessum*: und wöllen auch/ daß sie und ir Erben Graven von Wirtemberg für kein Gerichte — nicht geladen — noch niemande zu rechte steen/ dann alleine für Uns/ als einem Röm. Kayser oder andern Röm. Kayseren/ Königen und Unsern Nachkommen. BURCKARD *l. c.* Beylagen *Nro.* III. Quod *Privilegium* postea eo fuit *extensum*, ut *solum* coram *judicio Austrægali* conveniri potuerint. BURCK. loc. cit. *Cap.* II. §. 1. 2. 3. Beyl. *Nro.* 9. 10. & 11. Confer. *not. c.*) *ad* §. XII.

(x) CRUSIUS P. III. *L.* V. *Cap.* 6. *rem ita refert*: Dissensio quædam erat inter *fratres Wurtembergicos* EBERHARDUM & ULRICUM, quæ tamen facile per *imperatorem* CAROLUM transacta est: ut *Comitatus Wurtenbergensis* maneret deinceps *perpetuo indivisus* — Actum Norimb. 1361. die St. Barbaræ, nempe proximo die Veneris post St. Andreæ.

(y) Quæ recenset *Dn.* STEINHOFER *p.* 334. 335. 336. inter quæ istud peculiare. In Verleihung des Lehen Geistl. und Weltl. so verleihet Graf Eberhardt

rator, multique eam Principes suis sigillis suorumque nominum subscriptionibus (z) corroborarunt. (a) Insequebatur eam anno 1362. peculiaris inter eosdem hosce fratres conventio, (b) qua ULRICUS soli EBERHARDO imperium plene concedebat, quaque (c) *majus* antecedenti adjiciebatur *robur*. (d) *Anno*

---

hardt das erste nach seinem Willen / das andere aber dem/ für welchen Graf Ulrich bittet.

(z) STEINHOFER p. 336.

(a) Mansit sc. et restaurata fuit communio regiminis *fratrum* horum per *transactionem antecedentem*, & solum *unio territorii sancita* fuit. Sed hac *d. anno* 1362. *omne imperium* in EBERHARDUM ULRICUS contulit, quapropter literas misit ad omnes Præfectos, quibus ipsos jussit, ut in posterum EBERHARDO debita sua præstent officia, & si quando ipse fratrem EBERHARDUM aliqua territorii parte privare vellet, ipsi teneantur EBERHARDUM juvare, omni erga ULRICUM soluti obsequio. EBERHARDUS idem mutuo fecit. Id quod *litteræ* ad *Nurtingenses antistites* quondam *datæ*, benevoleque nobiscum communicatæ, abunde testantur: Wir Eberhardt von GOttes Gnaden/ Graf zu Württemberg ꝛc. Entbieten dem Schultheisen/ den Richtern und den Einwohnern gemeiniglichen der Stadt zu Nirttingen/ bayden Armen und Reichen / Unsern freundlichen Gruß/ und unsere Gnade. Lieben Getreuen / Wir Urkunden ofentlichen Euch und allermenniglichen/ die diesen Brief sehent oder hörent lesen/ und heißen auch Euch und gebieten Euch vestiglich und ernstlichen/ und wollen/ wer Sache/ daß Wir dem Edlen Unsern Lieben Bruder/ Grafen Ulrichen von Wirttemberg / oder shnen ehelichen Manns-Libs-Erben/ die Herrschafft von Württemberg / was von vesten Stätten/ Lände oder Lühe/ bey lebend Unserem Lib / oder in Unserem Todte entführen wolten oder entführen würden / verschrieben oder unterkommen in keine fremde Händ/ das GOtt nicht einwolle, so sollend Ihr darum bey Eurem geschwornen Ayde/ andere Städte / Bürger Land und Lüthe/ und die Herrschafft zu Würtemberg/ alß in deren -- aigentlichen und unter dem vorgenannt Unsrem Bruder/ und sein ehlichen Manns-Libs-Erben/ ob es die gewonnene -- und ihn beholfen seyn/ an Uns und alle die Unsrige die Uns darzu helfend oder beygestaind/ oder vielleicht geholfen hätten/ Ihr sollet darnach/ fürter mehr ledig von Uns sin/ und von allen Ayden und Huldigung die wir oder Unser Erben an euch haben oder gewinnen möchten/ ungefährlich/ auch sölled iht Unserm Bruder und sinen erben/ ob er die gewinne/ derselben sache von Worte zu Worte als vorgeschrieben steht/ bekennt Brief widergeben/ bey Euerem geschwohrnen Ayde euer Sache darzu wir Unser Bruder oder sein ehlich Manns-Libs-Erben ob er die gewinne die Herrschafft Alsas an den 4. pfrembden empfahen wolten oder würden/ daß Ihr dann Ihm und seinen Erben als vorgeschrieben steht / helfen und gewarten wolt/ ohngevehrlich; Und des zue Einem wahren Urkunde / haben wir Unser Innsigel anhenken an disen Brief/ der geben wird zu Stuttg. in Unserer Statt an St. Waldburg-tag/ der Heyl. Jungfrauen/ nach Christus Geburth/ Dreyzehenhundert und im Zwey und Sechzigst Jahr.

(b) *Articulus* 6. hujus transactionis casum determinat, ut, si EBERHARDUS extra Wurtembergiam proficisceretur, *Consiliarii* ejusdem & ii, quibus administrationem regiminis demandaverit, in rebus magni momenti ULRICI opem atque consilium expeterent, unaque cum eo istas res gererent, Vid. *Dn.* STEINHOFER pag. 337. 338. 339.

(c) Eo sc. quod reapse *territorium* sic *unitum* fuit.

(d) Nitebatur hoc pactum *præcedentibus transactionibus*, in quibus tamen ULRICUS sibi reservaverat quasdam præfecturas atque urbes, annuosve ex iis

no 1365. simile quoddam pactum inibat ULRICUS cum EBERHARDO ejusque *Filio*, quibus sub certis conditionibus *universum territorium Wurtembergicum* tradebat, coram (e) *judicio Curiæ Imperialis Rotbwylensi*, (f) quod pactum coram *judicio Imperiali Aulico Herbipolitano* eodem adhuc anno *ratum* fuit habitum.

§. XVII. VERUM enim vero, licet sanctissimis æternumque duraturis pactis sancita fuerit hæc *unio*, jam ultra septuaginta quinque annos rite observata, illa tamen aliquam perpessa est *interruptionem*, bis aut ter *divisa* a *fratribus* LUDOVICO atque ULRICO *Comitibus Wurtembergiæ*, anno 1441. & 1442. Quas divisiones cum supra jam §. XII. & XIII. descripserimus, pergemus nunc ad sequentia tempora, quibus *Wurtembergia* suæ *integritati* suæque *individuitati* restituta fuit. Factum id est *anno 1473.* in quo *omnes* tum viventes *Wurtembergiæ Comites pactum quoddam familiæ* condiderunt, quo *primogenituræ jus* atque *unio* firmis restaurabantur præsidiis. ULRICUS cum filiis suis EBERHARDO *juniore* atque HENRICO (qui sacris adscribi ordinibus tum nolle incipiebat & *Coadjutoris Moguntini* officio renunciabat, (g) cum EBER-

---

iis reditus; sed jam universam suam partem, nominatimque urbes antea sibi assignatas, cum omnibus pertinentiis, allodialibus & feudalibus, propriis aut communibus, quam EBERHARDUS atque ULRICUS ejus filius acciperent, mortuo ipso sine herede masculo, resignavit. Vid. *Illustris Dn.* MOSER. *Libro* III. *Cap. 61, Sect.* XVI. §. 2. *P.* XIII. *p. 210.* & *Dn.* STEINHOFER *pag. 344.*

(e) Mirum sane hoc videri alicui posset, quia jam tum *omni jurisdictione* hujus *Judicii Aulici exemti* fuerint *Comites Wurtembergici*, (*nota f. h. §. 16.*) Sed notandum, hunc actum ideo non obstare *Privilegio Exemtionis*, quia in illo solum de *Jurisdictione contentiosa* sermo, actus vero hic quam maxime *voluntariæ Jurisdictionis est*, quia tantum *majoris solemnitatis* gratia coram hoc *judicio Rotbwylensi* fuit celebratus, & a *voluntaria jurisdictione* ad *contentiosam* plane non valet consequentia, uti patet ex traditis LAUTERBACHII *Libro II. Tit. I. de jurisdictione* §. 9-12. *incl.* Idem hoc ad sequentem Judicii Curiæ imperialis confirmationem notandum est.

(f) Cujus *Originem, personas*, ex quibus formatum, *Jurisdictionem* quoad *personas* & *causas*, *Processum*, *fata* atque *comparationem cum Consilio & judicio Cæsareo Aulico* nobis exhibuit HENR. BALTHAS. BLUM in *Commentat. J. Publ. de Judicio Curiæ Imperialis Germanico* von dem Kayserl. Hofgericht *Francof.* 1745. cui appendicem addidit: de *Judicio curiæ Imperialis Rotbwilensi*, von dem Kayserl. Hofgericht zu Rothweyl.

(g) HENRICUM huncce, *Pater* ULRICUS, qui *Filio suo Primogenito* EBERHARDO suam Wurtembergiæ partem *indivisam* relinquere volebat, *Canonicum Capituli Moguntini atque Aichstettensis* fieri curaverat, ut & ipse digna principe gauderet dignitate. Postea cum frater ipsius natu maximus EBERHARDUS *An. 1465.* conjugem duceret ELISABETHAM *filiam* ALBERTI *Marchionis Brandenburgici*, ipse hic *Marchio* cum ADOLPHO *Archiepiscopo Moguntino* transegit, ut HENRICUM suum constitueret *Coadjutorem*. Annuit huic petito ADOLPHUS *Archiepiscopus*, HENRICUMque *Coadjutorem* cum consensu totius Capituli constituit. Facto hoc, promisit HENRICUS, quodsi electio hæc *ipsius* in *Coadjutorem* a *Pontifice*, *Imperatore* atque *Capitulo* confirmaretur, se renunciaturum *hereditati omni*, tam *paternæ*, quam *maternæ*, *reservata* tamen sibi in eum casum *successione*, si ipse *Episcopus* non fieret, vel si *pater* aut *frater* ipsius *improles decederent*. Confirmationem vero subsecutam esse,

EBERHARDO BARBATO *nepote ex fratre* ita transegit, ut (*b*) *uno alterove* sine masculis heredibus *mortuo*, haud amplius *duo pluresve in communem territorii atque regiminis* admitterentur, sed *unicus* semper decedenti substitueretur successione. Egerunt id, honorem, laudes, emolumenta atque incrementa suæ ditionis adaugendi studio. Utque eo firmius hisce staretur pactis, ulterius ita sancivere, ut ULRICUS atque EBERHARDUS *Senior*, dum viverent, regimen atque imperium suarum tenerent regionum, & si ULRICUS decederet, HENRICUS *ejus filius* acciperet ab EBERHARDO *Montisbeligardensem Comitatum* cum Dynastiis (dictis Seigneuries) Grans, Clereval, Passavant, Blamont, Dynastiam Horburg cum Reichenvveyler & Beilstein, atque a Patre *suo* ULRICO Wilperg, Bulach urbes, cum Advocatia Monasterii Rüti atque Wilperg. Reliqua vero bona tradantur EBERHARDO *juniori*, cui improli succedat (*i*) EBERHARDUS BARBATUS, ut *Wurtembergia* tandem in *unum* redeat *corpus*, sicque ab heredibus in heredes transmittatur. (*k*) Pactum hoc renunciatorium hereditatis omnis in *Wurtembergico Comitatu* a patre, matre, fratribus, sororibus atque agnatis relinquendæ non *solemni* tantum confirmavit *juramento* HENRICUS, eo ipso *Comes Montisbeligardensis* factus, coram *judicio Curiæ Imperialis Rotbwylensi*, sed ipse etiam *Imperator* FRIDERICUS V. idem eodem anno (*l*) *babuit ratum*. Quo facto statim HENRICUS illum *Comitatum* nactus simul (*m*) cum EBERHARDO de eo fuit investitus.

---

esse, testatur TRITHEMIUS in *Cbron. Hirsaug. Parte II. pag.* 461. (*allegatus ab Illustri Dn. de* PFEIL *in l. sæpius cit. Cap. II.* §. 11. *n.* 51. *pag.* 78.) ADOLPHUS *Arcbiepiscopus Moguntinus* de consensu Capituli sui & Romani Pontificis PAULI II. confirmatione, HENRICUM *Comitem de Wurtemberg, filium* UDALRICI *Comitis*, memoratæ Ecclesiæ Canonicum in *Coadjutorem* assumsit, qui Officium *Coadjuvantis* aliquandiu satis prudenter administrans omnium in se convertit amorem, & dubium non fuit, si in eo mansisset ordine, in quem fuit a Domino vocatus, quin ad *apicem Pontificatus* fuisset assumtus. Veruntamen non diu postea *dimisso*, quo fungebatur, *officio Coadjutoris*, etiam *Canonicatum* deseruit, & ex *Comitibus de* BITSCH *uxorem duxit*, de qua genuit UDALRICUM *Ducem Wurtemb.* in ordine *tertium* & GEORGIUM *Comitem*. Confer. *Dn.* STEINHOFER *P. III. pag.* 29. 120. 121. 122. 123. 138. 139. 146. 147. 148. 149 208. 209 *seqq.*

(*b*) Confer. *Illustris Dn.* MOSERI T. St. R. *Tomo* XIII. *pag.* 212. 213. §. 6.

(*i*) Etiamsi HENRICUS aut *ejus filii* adhuc viverent, huic EBERHARDO *Seniori*, si *improlis* obiret, substituebatur EBERHARDUS *junior*, & *successio* tantum HENRICO *Comiti Mompelgard.* reservabatur, ULRICO & *utroque* EBERHARDO mortuis sine masculis heredibus. Et extitit hic casus, successit enim filius hujus HENRICI, EBERHARDO II. *Juniori*, ULRICUS III. *Dux*.

(*k*) Quod simul etiam *Recessus Ordinum Provincialium* dici meretur, cum *Comitia Provincialia Uracum convocata essent*. Sigilla enim sua ex Urbium Præfectis ad eadem delegatis affixerunt huic transactioni Stuttgardienses, Tubingenses, Nurtingenses, Uracenses, Grieningenses, Schorndorffenses atque Rotenfeldenses.

(*l*) Confer. *Illustris Dn.* MOSER l. c. §. 6. & *Dn.* STEINHOFER *Parte III. pag.* 210. - 214.

(*m*) Vid. *Illustris Dn.* MOSER, *l. c.* §. 6. Quam simultaneam investituram ideo petiisse EBERHARDUM *Seniorem* conjicio, ut *Successionis jus in Comitatum* *Mom-*

§. XVIII. DICTUM antecedenti §. *pactum familia Comitum Wurtembergicorum*, quod reliquarum transactionum (*n*) *caput* dicitur atque *fundamentum*, occasionem quoque dedit *transactioni Münsingensi principali* (dem Münsingischen Haupt-Berglich) *anno 1482.* subsecutæ. Et est omnino hæc transactio *Lex præcipua fundamentalis Wurtembergica*, qua *successionis ordo* atque *unitas territorii* stabiliuntur. Est illa *prima*, quæ in hanc materiam (*o*) *tabulis* omni fide dignissimis extat, & hinc digna, cujus præcipua nostrumque scopum tangentia capita hic inserantur. (*p*) Incipit illa: Wir Eberhardt der Elter/ und

---

Mompelgardensem eo certius *reservaretur Comitibus Wurtembergicis.* Non quidem *necessitatis* erat hæc investitura, sed tamen *cautela.* Ex communi enim feudali jure in *Mompelgardiæ comitatum Wurtembergici Comites succedendi jus habebant*, a *primo* hoc feudum *acquirente* æqualiter orti. Confer. *Dn.* JO. GEORG. ESTOR *de Investitura sine literis, Cap. I. §. 25. p. 21. Marburg. 1744.* & GEORG ADAM STRUV in *Syntagm. J. Feudalis, Cap. IX. aphor. 1. 2, 3. seqq. aphor. 14. 15. 16,* ubi reliqua *simultaneæ investituræ commoda* ostenduntur.

(*n*) Vid. *Dn.* STEINHOFER *Parte* III. *pag. 212.* Et in ipsis *transactionis Munsingensis tabulis* ad eam provocatur. Wiewohl vormals die Hochgebohrnen Herrn Ulrich Graf zue Würtemberg und Mömppelgardt Unser L. Vetter und Vatter seeliger Gedächtnüß auch Herr Heinrich Graf zu Würtemberg und Mümppelgardt Unser Lieber Vatter und Bruder und Wir Uns geeint haben/ etlicher Verträg und Einung/ wie es mit Erbfällen Unser beeder Land und Leüthe/ auch mit Hülf und in andern Dingen zwischen Uns/ Unser Land und Leuthe beriehrts/ gehalten werden solle; nach lauth derselben Briefe/ darüber begrifen/ da innsonders der obgemeldte Vertrag Unser Land und Leuth antrefenden/ von Unserm allergnedigsten Herrn dem Röm. Kayser *confirmirt* und bestettigt/ wie das alles an ihme selbst ist.

(*o*) Habemus 1) hujus *transactionis copias*, quas vocant *vidimatas* e TOMO ACTORUM PROVINCIALIUM I. *descriptas & perquam gratiose nobiscum communicatas.* 2) *Extat ejusdem Extractus in* COMPENDIO COMPACTATORUM DUCATUS WURTENBERGICI, das ist: *summarischen* Begrif aller Verträge/ Abschiede/ *Confirmationum* und *Privilegiorum* des Herzogthums Württemberg von *Anno 1482.* bis *ad Annum 1681. inclusive*, Löbl. Landschafft Gliedern und Bedienten zue verhofentlichem Behuef verfasset von Johann Heinrich Sturm *Doctore*, *Statuum Ducatus Wurtemb. Consiliario.* (Cujus ad Jus Publ. Wurtemb. perquam utilissimi scripti laudes recenset *Illustris Dn.* MOSER in *Biblioth. Scriptorum de Rebus Wurtemberg.* quæ extat in *Miscellaneis* EJUSDEM *Juridico historicis*, *Tomo I. Nro. IV. Cap. 6. §. 1. 2. pag. 227. seqq.*) 3) *Typis expressum invenimus eandem* in LUNIGS Reichs-*Archiv. Part. Spec. Contin. II.* unter Würtemberg/ *pag. 702.* 4) *in Illustris Dn.* MOSERI Sammlung Württemberg. Urkunden/ *pag. 86. n. 24.* 5) in EJUSD. T. Staats-Recht *Lib.* III. *Cap. 61. Sect.* XVI. *§. 8. Tomo* XIII. *pag. 213.* 6) in *Dn.* STEINHOFERI Würtemb. Chronik. *Parte III. pag. 364. seqq.*

(*p*) Tam perspicuam esse atque distinctam hancce *transactionem*, quod ad nostrum maxime attinet scopum, existimamus, ut plane nulla opus habeat illustratione; omittemus itaque notas, atque solum reliqua capita ejusdem per indicem comemorabimus. Speramus enim ex iis non nihil lucis affusum iri reliquæ nostræ pertractationi. Collimant nimirum illa omnia in id, ut *finis* hujus *transactionis*, *unio terrarum Wurtembergicarum*, eo melius elucescat. Sunt sequentia. 1) Stabilitur *Primogenitura*, ut in posterum *imperium solum* sit *penes Primogenitum.* 2) Ut *Primogenito solum præ-starent*

(e) Vid. *Dn. de* PFEIL *l. c. Dn.* STEINHOFER *pag.* 634. confer. *illustris* MOSERI *Miscell. pag.* 135. §. 19.

(f) Natus *anno* 1676. *d.* 18. *Septemb.* vid. *Illustr. Dn. de* PFEIL *l. c. pag.* 217. & *§.* 11. *p.* 233. *Dn.* STEINHOFER *P. I. pag.* 635.

(g) Quam litem inter superstitem *conjugem* MAGDALENAM SYBILLAM & proximum Agnatum, pupilli patruum, fortissimum FRIDERICUM CAROLUM, hocque ab hostibus capto, fratrem ejus LUDOVICUM, super *Administratione Ducatus* ortam, *transactione* & *venia ætatis* sopitam, nostrum scopum non tangentem plenius exhibet *Excellentissimus Dominus* AUCTOR deren Anmerckungen über die Würtemberg. Grundveste *fol.* 53. *seqq. ubi subjunxit quoque Documenta* in den Beylagen *Nro.* 17. 18.

(h) Vid. COMPEND. COMPACTAT. *ad h. a.*

(i) Vid. *Diploma* apud LUNIG T. R. Archiv *P. Spec. Contin.* II. unter Würtemberg/ *pag.* 764. Confer. *Excell.* Dn. PRÆSES in *tr. de jure Imperatoris veniam ætatis concedendi Principibus Germ. pag.* 74. *nota qq.*

(k) Vid. Würtemb. Religions-Urkunden *fol.* 51. (l) IBIDEM.

(m) IBIDEM: Und zu dem Ende sechs unterschiedliche *Diplomata* ertheilt/ enthaltende die *confirmationen.* 1) Des Tübingischen Vertrags vom 8 *Jul.* 1514. 2) Des Tübingischen Abschieds vom 10. *Jul.* 1514. 3) Desjenigen Landtags-Abschieds/ welchen die Königl. *Commissarii* unter *Carolo V.* bey beschehener Huldigung mit der Landschafft in *anno* 1565. errichtet den 11. *Mart.* 1520. 4) Der über vorstehender *Commissariorum* beschehene Verhandlungen von *Carolo*

tuum Provincialium Wurtembergicorum jura generaliter, ſed ſpecialiter quoque *transactiones quasdam* atque *pacta*, quæ ſtatum & conditionem *regionum Wurtembergicarum* concernunt, *ſex* peculiaribus *Diplomatibus* confirmavit; Id quod etiam ab eodem factum (*n*) *anno 1725.* in *confirmatione Declarationis* LEOPOLDINÆ ratione *Civium Mompelgardenſium* de *anno 1667.* Habuit quidem EBERHARDUS LUDOVICUS *Filium* (*o*) FRIDERICUM LUDOVICUM, in ſpem *Parentum* & *Patriæ* dulciſſimam natum, qui vero præmaturo fato, non ſine maximo Parentum & totius patriæ luctu, *anno 1731. d. 23. Novembr.* ante Patrem (*p*) *obiit*, qui ſc. *anno 1733.* (*q*) *d. 31. Octobr.* immortali gloria condecoratus *Ludoviciburgi* triſtes haſce ſuas reliquit terras.

§. XXX. ORBATA patre optimo patria mox jacturam, quam fecerat, per *Magnum* vere CAROLUM ALEXANDRUM omnibus numeris compenſatam, gaviſa eſt. Ipſe enim tanquam *proximus Agnatus* EBERHARDO LUDOVICO ſucceſſit *anno 1733.* Agnovit & HIC *Unionem* ac *integritatem territorii ejusdem commodo quam maxime inſervire.* Hinc IPSE quoque aliquories *eandem* confirmavit. Factum id jam eſt vivente adhucdum EBERHARDO LUDOVICO *ejusque Filio* FRIDERICO LUDOVICO. Cum ſc. FRIDERICUS LUDOVICUS per bene longum tempus variis morbis ita vexaretur, ut, quantum hominibus augurari licuerit, vix ulla ſuperfuerit ſpes, fore ut ille aliquando Patri ſuccedere queat, CAROLUS ALEXANDER, ad Conſiliarium ſuum Aulicum literas ALBA GRÆCA *Stuttgardiam* miſit *anno 1729.* quibus ipſi, quid eo caſu faciendum, ſi ſc. regimen ad ipſum jure delapſurum eſſet, præſcripſit: „Als tragen Wir Euch Unſerm Hof-Rath hiemit die Commiſſion da„hin gnädigſt auf/ daß Ihr Euch/ ſo bald die Membra Einer Löblichen Land„ſchafft beyſammen ſeyn werden/ in ihr Collegium begeben/ und annebenſt „Vermeldung unſers gnädigſten Gruſſes denſelben vortragen ſollet/ daß/ „nachdeme durch die heilige Providenz GOttes die Landes-Regierung des „Herzogthums Würtembergs und der darzu gehörigen Landen auf Uns/ „als proximum Agnatum, gekommen ſey/ ſo wären Wir in deſſen heiligen „Nahmen vöſt entſchloſſen/ dieſelbe als ein rechter Landes-Vatter anzufan„gen/ zu mitteln und zu vollenden; Zu dem Ende wollten wir dann zu al„lerforderiſt alle Landſchafftiche Privilegia und ſamtliche Immunitäten bey „Unſern Fürſtlichen wahren Wortten in Krafft dieſes vorläufig confirmirt „und beſtättiget haben. Deinde *anno 1732. Ludoviciburgi*, cum mortuo Principe FRIDERICO LUDOVICO ipſe *Princeps hereditarius* factus eſſet, iterum

---

rolo V. erfolgter *Ratification* und *Confirmation* der *Privilegiorum*, vom 15. *Octobr.* 1520. 5) Des Landtags-Abſchieds zwiſchen Herzog Chriſtoph und der Landſchafft *anno* 1566. aufgerichtet/ und 6) *General Confirmation* der Landſchafft und Univerſität Tübingen von Kayſern/ Königen und Fürſten erhaltener/ auch ſonſt hergebrachter *Privilegien*/ Freyheiten und Gewohnheiten.

(*n*) Vid. Dn. BURCKARD, von den Würtemb. *Privilegiis Exemt. fori &c. pag. 186, 190.*

(*o*) Nat. *anno 1698. d. 14.* Decembr. conf. *Illuſtr.* Dn. *de* PFEIL *l. c. pag. 259.* Dn. STEINHOFER *pag. 733. Parte I.*

(*p*) (*q*) Vid. AUCTORES *allegati*, Dn. *de* PFEIL, STEINHOFER, PREGIZER. Confer. *Illuſtr.* Dn. MOSER *Miſcellan. p. 135.* §. 20. Cujus Hiſtoria Wurtembergica ſub EBERHARDI LUDOVICI Regimine, ut lucem vidiſſet, eſt quod jure meritoque optamus.

rum *Statibus Provincialibus* tanquam *Corpori repræsentativo totius patriæ* politicus est, patriam se & in *sacris* & *politicis* secundum *Compactata* sartam tectamque conservaturum: „so versichern Eine Löbl. Landschafft in Würtemberg/ „und nebst derselben auch alle und jede Innwohnere dieser Landen/ Wir vor „Uns und Unsere Fürstliche Leibes- und Lehens-Erben/ und all deroselben „Erbens-Erben/ mit gutem und reiffem Vorbedacht und aus freywilligem „Hertzen und Gemüth/ hiermit auf das kräfftigst und verbindlichste/ als es „immer seyn kan und mag/ daß Wir/ oder dieselbe/ bey der nach dem heili„gen Rath und Willen GOttes sich etwa über kurtz oder lang ereignend„und auf Uns oder unsere Fürstl. Mannliche Posterität kommenden Succes„sion dieses Herzogthums und Landen/ so dann den Religions- und West„phälischen Frieden/ samt allen andern das Religions-Wesen concernirenden Reichs-Grund-Gesetzen/ und in specie die in Unserm Fürstlichen Hau„se hergebrachte Rechte/ Gerechtigkeiten/ Landes-Compactata und Verträ„ge/ auch all anderes dieses Herzogthums Löbl. Herkommen/ vornehmlich „den von allen in GOtt ruhenden Herzogen zu Würtemberg confirmirten „Tübinger-Vertrag/ samt der darauf erfolgten Erklärung/ und andere auf „gemeinen Lands- und sonderbaren Ausschuß-Tägen gemachte Abschiede/ „in specie den Land-Tags-Abschied de Anno 1565. und den in Anno 1599. „zwischen Kayser Rudolphen und Herzog Friederichen in Prag errichteten/ „und von denen jeweiligen Römischen Kaysern und regierenden Herzogen „zu Würtemberg bestättigten Verträgen und Vergleichungen/ die Testa„mentarische Verordnungen der weyland Herzogen Christoffs/ Ludwigs „und Eberhards/ auch die von Herzog Friederich in Anno 1593. ausgestell„te Affecuration, zum Grund und Norm Unserer und Ihrer Erbfolge und „ganzen Regierung legen/ darüber unverbrüchlich halten/ und daraus nicht „gestatten wollen und sollen/ daß in der Evangelisch-Lutherischen Religions„Verfassung des ganzen Herzogthums/ Land und Leuthen/ Lehen und Erb„Stücken die allermindeste Aenderung gemacht/ sondern vielmehr alles in „Religion und Policey nach solchen Fundamentis ungekränkt im ganzen Land „und Herzogthum immerhin erhalten werden solle. *Anno 1733.* viventi adhucdum EBERHARDO LUDOVICO fidem dedit, se successione ad ipsum devoluta *omnia Privilegia* sancte observaturum. „Erstlich confirmiren Wir „eventualiter die in medio seyende Landschafftliche Compactata und Privile„gia, besonders aber den Land-Tags-Abschied de Anno 1565. & Testamenta Ducum CHRISTOPHORI, LUDOVICI & EBERHARDI III. Denique ante, quam homagium ipsi præstaretur *Statibus Provincialibus anno 1733. d. 17. Decembr.* solemni iterum *instrumento* confirmavit *Compactata atque Privilegia.* „So haben Wir Uns/ auf zuvor eingenommenen genugsamen Bericht/ was „es mit angezogenem Tübingischen Vertrag und Neben-Abschied/ auch de„nen darauf erfolgten Confirmationen und Abschieden vor eine eigentliche „Beschaffenheit habe/ entschlossen/ besagten Prälaten und gemeiner Land„schafft dieses Herzogthums/ mehrermeldeten Vertrag/ Declaration und „Land-Tags-Abschiede/ in der Form und Maas/ wie dieselbe von Unsern „Hochgeehrten Herren Vorfordern/ Christseeliger Gedächtniß/ mit Ihnen „verglichen/ verabschiedet/ confirmiret/ und endlich abgehandelt worden/ „auch Wir im Nahmen wie obsteht zu thun verbunden sind/ zu roboriren „und zu bestättigen. Thun auch dieses/ hiermit und in Krafft dieses Briefs/ „gereden und versprechen hierauf bey Unsern Fürstlichen Würden und wah„ren Worten/ obvermeldten Prälaten und Landschafft/ die Zeit Unserer wäh„renden Regierung/ bey mehr angeregtem Tübingischen Vertrag und dar„auf declarirten Artikuln/ darzu bey andern/ auf Gemeinen Landes- und

 „sonder-

„sonderbahren Ausschuß-Tägen gemachten Abschieden und Vergleichun-
„gen/ auch denen darinnen begriffenen Freyheiten/ Gnädig bleiben zu las-
„sen / und die zu halten. Dahero auch nach ermeldeten Landes-Com-
„pactaten sie Prälaten und Landschafft Unsers Herzogthums keinen Re-
„genten ehe die Huldigung zu leisten schuldig und gehalten seyn sollen/ be-
„vor er nicht alle diese Puncten steif/ fest und unverbrüchlich zu halten/ bey
„Fürstl. wahren Worten/ Treuen und Glauben sich förmlich reversiret ha-
„be. *Anno 1737.* suum condidit *Testamentum* CAROLUS ALEXANDER, quo
conceptis verbis *individuitatem Ducatus* stabilivit. „Drittens — Als ver-
„ordnen wir / in Krafft tragender Landsfürstl. und vätterl. Macht und
„Befügnuß/ daß samtliche diese Länder und Güter mit allen ihren Rech-
„ten und Gefällen / nicht und niehmahlen sollen veräussert/ versetzet/ ver-
„schencket / oder in andere Wege dem Land entzogen / und von demselben
„abgerissen werden / und beziehen Uns darinnen auf das Testament von
„Weyl. Herzogen Eberhardt dem dritten/ wollen anbey eben nach disem
„Gesatz auch dasjenige unterworffen haben / welches Wir entweder von
„Zeit unserer angetrettenen Regierung von Unsern eigenthümlichen Gel-
„dern und Einkünfften an ohnbeweglichen Gütern bißhero erworben/
„und beygebracht haben / oder auch nach dieser letzten Willens-Verord-
„nung an dergleichen annoch erkauffen oder sonsten/ quocunque Titulo es
„seyn möge/ acquiriren würden/ wofern Wir nicht/ wie Uns über das/ so
„wir jezt gemeldter maßen erworben/ nebst dessen ohnbeschränckten Ge-
„nuß allerdings freystehet/ deßwegen in Unserm Leben/ oder durch Ver-
„änderung dieses Unsers letzten Willens/ es anderst zu verordnen aus
„trifftigen bewegenden Ursachen für gut finden solten/ mit der weiters bey-
„gefügten Anmerckung/ daß die Verfassung und dermahlige Qualität so-
„thaner Güthern jedoch ansonsten und in andern Fällen nicht geändert/
„noch damit solchen einige Beschwehrde zuwachsen/ sondern alles allein auf
„die Unzertrenn- und Untheilbarkeit derselben von dem Herzogthum/ so lang
„der Manns-Stammen derer Herzogen von Würtemberg nach GOttes
„Willen fürdauren würde/ verstanden seyn solle; Wir wollen auch zu Ab-
„kommung alles Streits und Stabilirung einer gegründeten beständigen Re-
„gul bey Unserm Fürstlichen Hauß und dessen hinkünfftigen Regenten die
„Principia fest observirt wissen / daß / was sowohl Wir / als auch ein jeder
„anderer von Unsern Successorn / in das Land an Schlössern und Häusern
„von denen Lands-Gefällen gebauet / meliorirt / oder sonsten angewendet
„und beygeschaffet hat/ als eine Accession Unsers Herzogthums und Herr-
„schafft gehalten/ und zu ewigen Zeiten von solchen nicht getrennt/ noch deß-
„wegen von eines verstorbenen regierenden Herrns Allodial-Erben etwas
„prætendirt/ sondern es damit eben/ wie mit Unsern Haupt-Landen gehal-
„ten / und solche in gleicher Masse mit denenselben auf den Erstgebohrnen
„und Regenten transferirt werden sollen ꝛc. So beruffen Wir Eilfftens/ zu
„der Erb-Folg Unsers unzertrenn- und unthailbaren Herzogthums Wür-
„temberg und dessen Zugehör samt allem auf vorstehende Art darzu verei-
„nigtem Fideicommisso Domus cum Jure & Ordine Primogenituræ Unsern
„Herz-geliebtesten Erst-gebohrnen Sohn CARL EUGENIUM, als Unsern
„rechten und allgemeinen Erben und Nachfolger in Unserem Herzogthum
„und Landen mit allen dessen Graf- und Herrschaften / grossen und kleinen
„Uns ganz oder zum Theil zugehörigen Oertern/ Unterthanen/ Bedienten/
„Ritterschafften/ Lehen/ Mannschafften/ Vestungen und Schlösser / mit all
„Unseren liegenden und fahrenden Haab/ Gütern und Gefällen/ Lehenba-
„ren und freyeigenthümlichen Zugehörungen/ Territorial-hohen und niederen

Rechten

„Rechten und Gerechtigkeiten/ Privilegien/ Besiz/ Ansprüchen und Prætensionen/ und allem anderem benannt und unbenannt/ wie wir alles und jedes haben angetretten/ auch zu der Zeit Unseres Todes würcklich besitzen „und geniessen/ oder in Zukunfft besitzen und geniessen werden/ sollten oder „könnten/ nichts ausgenommen/ dann allein was Wir in dieser Unserer „lezten Willens-Meynung oder hernach derselben beygelegten Schedis testamentariis und Codicillen nahmentlich und ausdrücklich anderst vermachen „oder verordnen werden; Und geben demselben darzu hiermit Unsern vät„terlichen Segen/ mit dem in ihn setzenden gnädiglichen Vertrauen/ er „werde nicht nur die auf ihn kommende Regierung zu der Ehre des All„mächtigen GOttes/ zu der ihme so hoch gefälligen beständigen Handha„bung und Verwaltung der Gerechtigkeit/ zu der Kayserlichen Mayestät „und des Reichs Dienst und Nutzen/ auch Unsers ihme erlassenden Her„zogthums/ Land und Leuten sanfftmüthiger Beherschung/ rechten „Schuz/ Wohlfarth und Aufnahm gütiglich/ vorsichtig und sorgfältig zu „führen jederzeit trachten/ anbey diese Unsere Fürstl. Erb- und Lande nach „Innhalt derer von Kayserl. Mayestät bestättigter Verträgen des Hausses/ „nebst denen darzu geschlagenen Stamm-Gütern an Mobilien und Immobilien unzertrennt beysammen halten/ und solche nach dem eingeführten Fideicommiss- und primogenitur-Recht auf seine Nachfolgere glücklich und „gesegnet übertragen/ auch dieselbe durch eine wohl eingerichtete gerechte Re„gierung zu noch mehrerem Wachsthum und glückseligen Zustand zu brin„gen/ alles Fleisses suchen/ sondern auch dieser unserer lezten Willens-Mey„nung für sich und alle seine Nachkommen gehorsamlich und danckbar nach„aller deren Innhalt und Stücken von Puncten zu Puncten unverbrüchlich „nachkommen/ und solche ohne Ausnahm erfüllen. Eodem adhuc *anno 1737. mense Martio d. sc. ejus 12.* tantus hic *heros* fatali atque inopinato prorsus casu occubuit.

§. XXXI. Reliquit *D.* CAROLUS ALEXANDER dignissimum se *filium Serenissimum atque potentissimum Dominum, Dominum* CAROLUM, *Patriæ nostræ Patrem longe Clementissimum.* HUJUS & *Administratorio nomine* eodem anno *Dux* CAROLUS RUDOLPHUS ex *Neustadiensi linea ortus* primum a Civibus Wurtemb. homagium petiit, eorumque confirmavit *privilegia*, quod etiam *a Serenissima* CAROLI ALEXANDRI VIDUA factum, cum in *transactione* illa super tutela atque Administratione inter IPSAM & CAROLUM RUDOLPHUM inita *d. 5. Nov. 1737.* „Neuntens lasset der Frau Herzogin Hochfürstl. Durchl. alles bey der alten und neuen Landes-Verfassung/ und was bishero geschehen/ durchgängig/ und will hierwider weder directe noch indirecte im geringsten nichts unternehmen lassen/ auch beede Theile alles passirten nimmermehr gedencken; tum in *Reversalibus dd. 8. Novembr. 1737.* „Daß vorstehende von Meines Hochseel. Herrn Gemahls Liebden an gemeine Prälaten und Landschafft in Würtemberg ausgestellte Confirmation und Reversales, (welche mit nicht alleine zu meiner hinlänglichen Nachricht vorgängig in Copia zugestellt/ sondern auch allbereits unter Zusammenhaltung mit dem an ermeldte Landschafft abgegebenen durchaus unverdächtig- und unversehrtem Original, in Gegenwartt meines besonders hierzu erbettenen Beystandes/ des Königlich-Pohlnischen und Chur-Sächsischen Herrn Geheimbden Raths/ *Joh. Andreæ Schelhass von Schellersheim*, verständlich abgelesen worden) nach gehabtem Rath und genugsamer Belehrung von Mir als Ober-Vormünderin wohlbedächtlich und freywillig gut geheissen/ und hiermit zu einer Richtschnur angenommen werden; Ein

solches

solches bezeuge mit eigenhändiger Nahmens-Unterschrifft und Vorbruckung Meines Fürstl. Innsigels. So geschehen/ Stuttgardt *d. 8. Novembr. 1737.* Cum vero *anno 1744. Imperator Augustiss.* CAROLUS VII. *gloriosiss. mem. Serenissimo nostro Duci veniam ætatis* largitus fuerit, IPSE Imperium capessivit, idque per *Rescriptum* in universo patefieri jussit Ducatu. Moxque in patriam reduci *Stuttgardiæ eodem anno 1744.* eidem homagium a Civibus suis obsequiosissimis lubentissime fuit præstitum. Confirmavit & IPSE clementissime *jura ac privilegia Statuum Wurtembergicorum eodem*, quo *Serenissimi* ANTECESSORES *modo.*

Servet Deus ter optimus maximus *Celsissimum nostrum* CAROLUM, qui AVORUM decora conjungit, & *Celeberrimæ Domus suæ memoriam* novis ornamentis indies amplificat, qui non minus *patrem*, quam *imperantem* hactenus se demonstravit omnibus, augeat EJUS *annos, consilia, actusque* fortunet. Servet hunc *indulgentissimum patriæ patrem*, ut nos servet, ut jura ac privilegia ab EODEM *Statibus Provincialibus per quam gratiose confirmata* tueatur, ut, quod IPSI perpetuum, quod IPSI solemne est, omnibus bene faciat. Servet Deus *Serenissimam omnique felicitate dignissimam ipsius* CONJUGEM, faxitque, ut *quæ vota sunt* subditorum sincerrima, *Indulgentissima Patriæ Mater multa pulchraque prole* CAROLUM *nostrum* faciat PARENTEM, ut WURTEMBERGIÆ nostræ *felicitas*, ut *salus*, ut *integritas* & *unio* inde permaneat in omne ÆVUM.

SECTIO II.

JUS UNIONIS TERRITORII WURTEMBERGICI.

MEMBRUM I.

DE NATURA ET INDOLE HUJUS UNIONIS.

§. I.

SATIS jam, ut confidimus, enarrata *Wurtembergicæ* UNIONIS *historia*, & fatis ejusdem abunde perlustratis, pergimus ad *alterum* tractationis nostræ *Caput*, in quo nobis jus Unionis territorii Wurtembergici exponendum erit. *Unionem* igitur *territoriorum* in eo quam maxime consistere putamus, quod sit ista conditio alicujus regionis, qua territorium tanquam corpus aliquod unum atque integrum consideratur, ita ut in plures partes, a se invicem distinctas, separari nequeat. (*a*) Generalis hæc est Unionis territoriorum descriptio, ut

(*a*) Conspirat cum exhibita hac a nobis *unionis* descriptione, divisio illa specialium in Germania rerum publicarum, quam tradit JO. NICOL. HERTIUS in *Diss. de Specialibus Rom. Germ. Imperii Rebus publicis earumque variis nominibus & figuris.* in *Opusc. Tomo II. pag. 107. §. 6.* ubi eas *in dividuas* & *individuas* dispescit, eamque per exempla, auctores & documenta demonstrat & explicat. Collimat huc quoque illa territoriorum distinctio, qua usus fuit CAROLUS OTTO RECHENBERG & *Illustris* CHRISTOPH. JO. *de* MUNCH.

ut ſcilicet deinceps applicari poſſit ad ſpecialiorem hujus vel illius regionis conditionem, qua UNIO ejusdem efficitur atque *integritas*. Aliunde ſc. accedere poſſunt determinationes novæ huic conditioni, quæ ſpecialiorem hanc efficiunt notionem, eamque huic vel illi territorio *propriam* faciunt. (*b*) Variæ ſunt illæ, atque vel ex *modo* conſtituendi hanc territorii conditionem, vel ex intrinſecis ejusdem conditionis limitationibus proficiſcuntur.

§. II. PER *modum* conſtituendi *unionem* territorii cujusdam atque individuitatem, nova eidem accedit determinatio, quæ generalem *Unionis* notionem limitat, atque ad hanc vel illam ſpecialem regionem reſtringit. Scilicet *quinque* (*c*) præcipue *modis* talis poteſt conditio afferri particulari cuidam Germaniæ territorio. (*d*) I. Eſt, quando lege aliqua Imperii publica ſancitur, ut territorium quoddam maneat individuum. (*e*) II. Quando Status quidam Imperii ſpeciale quoddam privilegium ab Imperatore nanciſcitur, vi cujus territorium ejus fit individuum. (*f*) III. Quando illuſtris quædam Principum familia per pacta atque transactiones hanc ſuæ regioni inducit conditionem, ut in poſterum maneat *una*. (*g*) IV. Quando per ultimam voluntatem Princeps ali-

MUNCHHAUSEN in *Diſſert. de Succeſſionibus in Sereniſſima Domo Guelfica uſitatis*, Lipſiæ 1735. *Cap. I.* § 4. Diſtinguuntur ſc. ibidem *territoria* in *ſimplicia* & *Compoſita*. *Simplicia* vocantur, quæ ſive feuda ſint ſive allodia, in ſe ſubſiſtant, proprio regimine ac peculiari jure utantur, nec alii ſtatui admiſceantur. *Compoſita* vero, quæ ſive feuda ſint, ſive allodia, aliis feudis aut allodiis accedentibus augeantur; ut ſingulas has acceſſiones principali ditioni, dein vel temporaria, vel perpetua unione, quaſi incorporatas dicas.

(*b*) Quas determinationes & inde ſequentes diſtinctiones §. II. ſeqq. usque ad §. X. illuſtrabimus.

(*c*) Qui quinque modi conſtituendi Unionem Territorii, cum in ſequentibus §§. & Exemplis & Documentis fuſius demonſtrentur, id ſolum annotamus, quosdam forſan exiſtimaturos adjici his potuiſſe & *ſextum* vel *ſeptimum* modum, *Præſcriptionem* ſc. *immemorialem* atque *Conſuetudinem*, quia nimirum jus primogenituræ, quod eſt effectus generalis *Unionis* Territoriorum, uti mox infra docebimus, & iisdem modis conſtitui poteſt, quibus ipſa *Unio*; de *Primogenitura* autem quidam hosce conſtituendi *modos* prædicent: veluti FRIDERICUS CAROLUS VOIT a SALZBURG in *Diſſ. de Emolumentis Territorium inprimis Germaniæ ex Jure Primogenituræ deſcendentibus, Lipſiæ 1718.* §. 94. *pag.* 74. ubi Conſuetudine vel Præſcriptione immemoriali quoque hoc jus receptum docent TIRAQUELLUS *de Jure Primogenit. Quæſt. XVI. n. 11.* & SCHRADERUS *Vol. I. Conſil. n. 352.* atque hoc quodammodo Fundamento in Wurtembergicis, Lippenſibus aliisque Ditionibus idem quondam ſubnixum fuiſſe videtur, donec aliis modis illud firmius redderetur. Sed nos neque Unionem, neque jus Primogenituræ per talem Præſcriptionem vel Conſuetudinem introduci poſſe, ideo exiſtimamus, quia uti ex *ſectione I.* §. IV. perſpeximus, Germaniæ Territoria ab initio fuere dividua, adeoque unio eorundem nondum obtinuit, hincque nec jus Primogenituræ; quæ demum a Statibus Imperii introducta ſunt. Et cur Wurtembergiam tanquam Exemplum huc allegari queat, plane non videmus, nam in Transactione illa MUNSINGENSI *d. An.* 1482. (*Sect. I.* §. XVIII.) ad antiquiora provocatur pacta „Alß vnnſere vordern Löbl. Gedechtnuß auch getan haben x.

(*d*) Vid. §. III. ſeqq. (*e*) Vid. §. IV, ſeqq.

(*f*) Vid. §. V. ſeqq. (*g*) Vid. §. VI. ſeqq.

quis suis heredibus injungit, ut indivisum conservent territorium. Et (*b*) V. denique, quando diversi illi modi constituendi unionem ita concurrunt, ut regio, vel per omnes hosce modos, vel per aliquot eorundem simul sumtos, unica reddatur atque individua. Fluit inde prono alveo divisio unionis territoriorum ratione *modi* constituendi, in unionem, I. *legitimam*, sive *legalem*. II. *Privilegiariam*. III. *Pactitiam*. IV. *Testamentariam*, & V. *mixtam*. Quarum descriptiones e tradita (§. I.) generaliori illa facillime poterunt efformari. Ne vero frustranea videatur hæc *distinctio*, uniuscujusque modi exempla proferamus, atque testimonia ejusdem certissima, omnique fide dignissima.

§. III. PRIMÆ unionis territorii exemplum, per legem sc. Imperii publicam constitutæ, nobis præbent principatus Electorales. Hi enim per AUREAM BULLAM, (*i*) Legem illam Imperii Romano-Germanici publicam, fundamentalem, a CAROLO IV. Imperatore Norimbergæ & Metis anno 1356. sancitam, uniti sunt atque individui facti. Adponamus in majorem fidem Constitutionem illam, quam continet Caput XX. Aureæ Bullæ, §. I. „Cum unversi & singuli Principatus, quorum virtute seculares Principes Electores jus & vocem in Electione Regis Romani, in Cæsarem promovendi, obtinere noscuntur, cum jure hujusmodi nec non officiis, dignitatibus & juribus aliis, eis aut cuilibet eorum annexis & dependentibus ab iisdem, adeo conjuncti & inseparabiliter sint uniti, quod jus, vox, officium & dignitas, alia quoque jura ad quemlibet Principatuum eorum spectantia, cadere non possint in alium, præter illum, qui Principatum ipsum cum terra, vasallagiis, feudis & dominio, ac ejus pertinentiis universis, dignoscitur possidere: Præsenti Edicto Imperiali perpetuo valituro sancimus, unumquemque Principatuum prædictorum, cum jure & voce electionis ab officio ceterisque omnibus dignitatibus, juribus & pertinentiis ad ipsum spectantibus ita perseverare, & esse debere unitum perpetuis temporibus indivisibiliter & conjunctum: - - nec aliquid præmissorum ab altero, cum sint & esse debeant inseparabilia, dividi, vel ullo tempore debeat separari.„ Cap. XXV. §. 2. idem ulterius confirmat: „Decernimus igitur & hoc perpetuis temporibus valituro sancimus Edicto, quod ex nunc in antea perpetuis futuris temporibus insignes & magnifici Principatus, videlicet Regnum Bohemiæ, Comitatus Palatinus Rheni, Ducatus Saxoniæ & Marchionatus Brandenburgensis terræ, districtus, homagia, vasallagia & alia quævis ad ipsa spectantia, scindi, dividi, seu quavis conditione dismembrari non debeant, sed ut potius in sua perfecta integritate maneant.„ (*k*) Conf. *Art. XV. Instr.* P. W. O. *§. 15.*

§. IV.

(*b*) Vid. §. VII - X.

(*i*) De qua vid. BURCK. GOTTH. STRUV. *in Corpore Juris Publ. Cap. VI* §. 5. *pag. 122.* multis seqq. *Illustris Dn.* MOSERI T. Staats-Recht *Libro I. Cap. 5.* und Zusätze darzu de LUDEWIG. Erläuterung der guldnen Bulle. *Tomo II.* in *Præfat.* ubi auctores ad hanc materiam pertinentes allegantur.

(*k*) Confer. *Illustris Dn.* MOSER. T. Staats-Recht. *T.* XII. *pag. 373.* & *T.* XIII. *pag. 1 - 438.* *Dn. de* VOIT cit. *Diss. de Emolumentis Territoriorum ex Jure Primogenituræ descendentibus, §. 73.* RECHENBERG *de Successionibus in Serenissima Domo Guelfica usit. Sect. I.* §. *33. pag. 16.* Non tamen sanctionem hanc Imperii publicam de Individuitate Electoralium ad reliqua Statuum imo ipsorum quoque Electorum territoria extendendam esse, arbitramur, quod existimavit MELCHIOR GOLDASTUS, *Libro II. Cap. 15. de Majoratu.* Add. BURCK,

§. IV. PRIVILEGIARIÆ *Unionis* exempla dantur plura. Sic in Domo *Hasso-Cassellana* (*l*) extat Privilegium Imperatoris FERDINANDI II. de *anno 1628.* quo Primogenituræ jus atque unio territorii Cassellani constituebantur. „Alsdann sein Landgraf Wilhelms übrige Gebrüdere Landgrafen zu Hessen/ jederzeit der eltiste und des eltisten Mann-Leibs-Lehens-Erbe zu einziger Administration und unverschiedener Landes-Reg. und Succession an allen Land und Leuten -- zugelassen und verstattet werden soll. Aliud habemus in Principatu Schvvarzenbergico. (*m*) LEOPOLDUS enim Imperator per modum privilegii Principi Schvvarzenbergico & Unionem territorii sui & jus Primogenituræ concessit anno 1671. „Damit auch diß Fürstl. Hauß Schwarzenberg / nechst Göttlicher Verleihung zu stets währenden Zeiten bey beständigem Wohlwesen und Aufnehmen auch steter Ruhe und Frieden samt denen darbey interessirten Landen und Unterthanen um so viel mehr erhalten bleiben / und hergegen allem besorgenden gehäßigen Zweytracht/ Irrungen und andern schädlichen Zerrüttungen/ Verderben und Unheil/ so beedes Herrn und Unterthanen aus Spalt und Theilung der Graf- und Herrschafften/ zu gewarten – so weit möglich vorgebauet werde/ als thun wir bey demselben das jus Primogenituræ eventualiter einführen ꝛc.

§. V. PACTITIA illa terrarum unio, quæ sc. pactis atque transactionibus familiarum illustrium nititur, quam plurimis illustrari potest exemplis. Aliquando hæc pacta ineuntur inter ipsos fratres, quorum exempla habemus in (*n*) Austria. Ibi sc. Archidux LEOPOLDUS cum FERDINANDO II. *Imperatore* fratre suo pactus est anno 1623. ut Austriacæ regiones in posterum unum corpus maneant, atque sic secundum jus Primogenituræ transeant ad heredes. „Und damit vor das achte zu allen künfftigen Zeiten und sich begebenden Fällen bey Unserm Löbl. Hauß allerley Difficultäten und Disputate um so mehr verhütet und gänzlich vermeiden bleiben/ so haben Wir/ Kayser Ferdinand/ und Wir Ertz-Herzog Leopold mit gleichmäßiger Einwilligung Unsers gel. Bruders Erz-Herzogs Carls/ der Oesterreichischen Lande halber/ Uns der ewigen Primogenitur-Gerechtigkeit verglichen / also daß auf den Fall Wir Erz-Herzog Leopold ohne eheliche Mannl. Leibes-Erben nach dem Willen Gottes / oder auch dieselben über kurz oder lang ohne Männl.

BURCK. GOTTH. STRUV. in *Corp. J. Publ. Cap. 31.* §. *4. pag. 1160.* ubi refert, *anno 1653.* Ducem Saxoniæ Altenburgensem, Marchiones Brandenburgenses, Duces Brunsuicenses, Hassiæ Landgravios, & Duces Holsatiæ, a Collegio Electorali conjunctim postulasse, ut pro introductione Juris primogenituræ in omnibus gentibus Illustribus Imperii Constitutio conderetur, & Cæsareæ Capitulationi insereretur, repulsam tamen per majora tulisse, eo quod aliis Gentibus illustribus & iis, quorum interest, præjudicium afferri nequeat, & si quis ea in re controversiam movere vellet, in Comitiis eam proponere deberet, ut alteram partem desuper audire esset integrum.

(*l*) Vid. *Illustris Dn.* MOSERI T. Staats-Recht. *Libro* III. *Cap. 63.* §. *32. p. 462. Tomo* XIII. & *Libro* III. *Cap. 51. Sect.* X. §. *19. Tomo* XIII. *pag. 143. 144.* VOIT a SALZBURG. *l. c.* §. 59. *pag. 87.*

(*m*) Vid. *Illustris Dn.* MOSERI T. Staats-Recht. *Libro* III. *Cap. 61. Sect.* XVII. *§. 10. Tomo* XIII. *pag. 276.*

(*n*) *Illustris Dn.* MOSERI T. Staats-Recht. *Libro* III. *Cap. 61. Sect.* II. §. *28. Tomo* XII. *pag. 410.*

propagation abscheiden würden/ alsdann alle Unsere und Unserer Erben Lande und Leute auf Ihre Kayserl. Mayestät oder dero ältesten Sohn und folgends auf desselben ältesten Successorem nach Art der Primogenituræ fallen. *Bavaria* (o) quoque ejus rei testis est. *Anno 1588.* Dux WILHELMUS cum FERDINANDO pactum iniit: „Daß es wegen Regierung Land und Leut/ bey Herzog Albrechts Testament und durch sie Gebrüdere hernach besonders aufgerichteten Verträgen endlich bestehen und bleiben soll/ dergestalt/ daß Herzog Wilhelm auch Sr. Fürstl. Gn. eheliche Erben mannliches Namens und Stammens/ jederzeit der Aeltiste/ die ganz und völlige Regierung der Fürstenthumb Ober- und Nieder-Bayern allein haben. Aliquando etiam talia pacta cum Ordinibus Provincialibus ineuntur, atque de stabilienda regionis Unione cum iisdem transigitur. Quale exemplum invenimus in terris (p) *Brunsvicensibus.* HENRICUS *junior* Dux atque frater ejus WILHELMUS An. 1535. transegerunt: „Weil nun auch Unser Landschafft seither nicht allein/ daß Unser Bruder und sein Eltester Sone/ sunder auch allweg einer aus seiner Libden Erben/ dieweil seins Leibs Mannl. Lehen-Erben vorhanden/ regierender Fürst sey und bleibe/ vor gut angesehen/ gerathen/ und dasselbig dermassen zwischen Uns und Unsern Bruder zu verordnen/ Unsern zu beyderseits Land und Leuten zu Aufnehmen gedeihe und Wohlfart vor hohe Notturfft in Untertänigkeit ernstlichs Fleiß gebetten/ damit Unser Bruder und Wir/ auch Unser zu beederseits nachfolgend Erben desto stattlicher bey einander in Friede/ Rhue/ Liebe/ Freundschafft und Einigkeit ewiglich unzertrennt zusammen/ und Zangk/ Krieg/ Unfreundschafft und Widerwill/ so von wegen eines ungeteilten Regiments zwischen Uns entstehen mügte/ verhüet/ vermitten/ und Unser Land Leuth und Fürstenthum ungetailt/ so gewontl. einer Trennung und Theilung die Zerstörung Verderbung zu folgen pflegt/ bleiben müge.„

§. VI. TESTAMENTO sæpius Principes *Unionem* atque integritatem suarum regionum stabilivisse, insigni & testimoniorum & exemplorum copia demonstrari facillime posset. Sed adducemus tantum quædam, quæ ad illustrandam materiam sufficere possunt. In Domo Saxonica (q) JOANNES FRIDERICUS, ultimus *Ernestinæ* Lineæ Elector, testamentum condidit, anno 1553. quod & filii ejus tres subscriptione sua confirmarunt, & in quo inter alia sanxit, ut post ejus obitum filii omnes terras indivisim possideant, atque regant. (r) LUDOVICUS *Niger*, Princeps Bipontanus, ex *Palatina* gente anno 1479. condidit testamentum, in quo Unionem suæ regionis sic constituit. „Und darnach förter sezen und ordnen Wir/ und wollen festiglich gehalten haben/ daß nach Unser beyder (Ludwigs und seiner Gemahlin Johannä) und jegliches Tod/ Unsere Herrschafften/ Graffschafften/ Land und Leut/ unten und oben/ unvertheilt/ unzertrennt in einem Staat und Wesen regirt/ bey und mit

(o) *Illustris* MOSERI T. Staats-Recht/ *Libro* III. *Cap.* 61. *Sect.* III. §. 17. *Tomo* XII. *pag.* 431.

(p) *Illustris* MOSERI *l. c. Libro* III. *Cap.* 61. *Sect.* VII. §. 28. *Tomo* XIII. *pag.* 76. 77. *seqq.*

(q) *Illustris Dn.* MOSERI T. Staats-Recht/ *Libro* III. *Cap.* 61. *Sect.* IV. §. 29. *Tomo* XII. *pag.* 451.

(r) *Illustris Dn.* MOSER. *l. c. Sect.* VI. §. 31. *Tomo* XIII. *pag.* 40.

mit einander hinkommen und verbleiben.„ (s) Dux *Brunsuicensis* MAGNUS etiam testamento suo integritatem sui Ducatus stabilivit anno 1351. „Dat Junckherr Ludwig/ Usr Sohn no usern Dode de Herschop tho Brunswig und Lunenburg thosammende heppen schall ungedelet und schall der twier Herrschopp er rechter Herr bliven ohne einerley Anspracke siner Broder User Söhne.„ (t) Comes EDZARDUS I. *Frisiæ Orientalis* per testamentum itidem sui territorii individuitatem constituit anno 1512. „So hebben Wy Edzard Graf tho Ost-Frießland/ uht nützlicher Vorbetrachtung/ up dat alle Unsere Lande und Lüte in einer guten Regerung gefallen und nicht von einander gedehlet/ diese nachfolgende Meynung mit tydtlichen Rade alle Unsere Rede ock der Stende Unser Land und Ambt-Lüde bewilliget/ upgerichtet und eintrechtiglich geschworen.„

§. VII. EXEMPLORUM, quibus *unio* ratione modi constituendi *mixta* comprobari potest, omnium maximus est numerus. Placuit sc. Principibus, qui, quantum individuitas suis prodesset territoriis, perspexerunt, tam utilem constitutionem sæpius variisque modis repetere. Sic omnes quandoque prius enumeratos modos concurrere posse (§. II.) diximus. Exemplum nobis præbet *Bavaria*. Illa enim tanquam (u) Electoratus debet esse individua, adeoque hæc *Unio* est 1) *legitima*, 2) ex eodem fundamento etiam *privilegiaria* potest dici, quia solum ad (x) Principatus Electorales priva hæc lex Caroli IV. pertinet. (§. III.) 3) *pactitia*, adsunt enim etiam (y) pacta Unionis de anno 1535, 1546. 1588. Est denique etiam *Testamentaria*, per (z) Testamentum ALBERTI V. Ducis Bavariæ anno 1573. confirmata. Quandoque vero etiam unus saltem hic alterve modus (a) concurrit in constituenda Unione territorii, v. g. pacta, Diploma Cæsareum, dispositio paterna, prout v. gr. in Unione territorii *Holsatico-Gottorpiensis* factum. Vel Diploma Cæsareum, dispositioque paterna, quemadmodum in Comitatu *Lippiaco*, vel pactum privilegiumque Cæsareum, ut in linea *Hassiaco Cassellana*, vel qui alii modi concurrere possunt, quos ex instituto omittimus, cum *Wurtembergia* nostra *unionis mixtæ* exemplum clarissimum nobis exhibeat. Concurrunt scilicet & collimant in constitutionem hujus Unionis privilegia & *Diplomata Cæsarum*, pacta & transactiones, nec non testamenta Principum, id quod seqq. §§is evidentissime demonstrabimus.

§. VIII. PER privilegia Imperatoria Unionem territorii Wurtembergici fuisse constitutam, confirmatam, stabilitam, nemini dubitare licet. *Primum* quod nobis quidem constat privilegium, quo individuitas Wurtembergiæ nititur,

(s) IDEM *d. l. Sect.* VII. §. *8. Tomo* XIII. *pag. 69.*

(t) IDEM *d. l. Sect.* XVII. *§. 9. Tomo* XIII. *pag. 263.*

(u) Vid. §. III. *sup.*

(x) Confer. *nota* ad §. III. *sup.*

(y) *Illustris Dn.* MOSER. *Libro* III. *Cap. 61. Sect.* III. §. *13. 15-17. Tomo* XII. *pag. 429. 430. 431. 432.*

(z) IDEM, *l. c.* §. *16. pag. 431.*

(a) *Illustris Dn.* MOSER. T. Staats-Recht/ *Libro* III. *Cap. 63. §. 35. Tomo* XIII. *pag. 464.*

tur, est Diploma illud MAXIMILIANI I. de anno 1495. quo EBERHARDUM *Barbatum* Ducem Wurtembergiæ declaravit. Allegavimus jam supra (*b*) verba hujus privilegii huc pertinentia. Insecuta hoc sunt multa Diplomata sequentium Imperatorum, quibus vel *expresse* vel *tacite* hæc *Unio* fuit confirmata atque denuo stabilita. V. g. ejusdem MAXIMILIANI I. de anno 1496. (*c*) Ejusdem de anno 1498. (*d*) CAROLI V. anno 1541. (*e*) & 1553. (*f*) RUDOLPHI II. anno 1599. 1600. (*g*) & quæ reliqua suis occurrunt locis.

§. IX. PACTIS etiam & transactionibus non modo inter ipsos Wurtembergiæ Principes initis integritatem Wurtembergici territorii stare, historia nos docuit, sed aliquoties etiam cum Ordinibus Provincialibus communicatum hac de re fuisse testatur. Ita transactiones illæ primæ inter EBERHARDUM atque ULRICUM annorum 1352. 1362. 1366. (*h*) pactum familiæ inter omnes tum viventes Comites *anno 1473.* initum, (*i*) transactio *Munsingensis* EBERHARDI *Junioris* & *Senioris* anni 1482. (*k*) transactio inter eosdem *Stuttgardiæ* anno 1485. (*l*) 1489. & 1492. *Esling.* (*m*) Transactio *Horbensis* 1498. (*n*) Transactio ULRICI Ducis cum GEORGIO Comite Mompelgardiæ a. 1513. (*o*) CHRISTOPHORI Ducis atque GEORGII Comitis a. 1553. (*p*) Transactio PRAGENSIS inter Wurtemberg. & Austriam anno 1599. (*q*) Conventio FRIDERICI cum suis fratribus anno 1617. (*r*) rel. Recessus Ordinum Provincialium annorum 1556. (*s*) & 1565. (*t*) aliique satis defendunt pactitiam quoque esse hanc unionem.

§. X. EX testamentis quoque Principum nostrorum, quæ passim in *prima* allegavimus *Sectione*, statim conspici potest *testamentariam* quoque *unionem* territorii Wurtembergici optimo jure dici posse. Habemus sc. testamenta Ducum, (*u*) EBERHARDI *Senioris* anni 1492. (*x*) ULRICI 1504. (*y*) CHRISTOPHORI 1568. (*z*) LUDOVICI 1582. (*a*) EBERHARDI III. 1664. (*b*) CAROLI ALEXANDRI 1737. (*c*) *Mixta* hinc est ratione modi constituendi *Unio* territorii Wurtembergici. Ecquis igitur de veritate, de valore atque perpetuitate saluberrimæ hujus patriæ nostræ conditionis, qua per privilegia, per pacta, per testamenta Principum, pro Uno habetur Corpore, eoque individuo, quod in partes diversas abire nequeat, unquam dubitaverit. (*d*) Sapientissimo id

(*b*) *Sectione* I. §. 21. (*c*) *Sectione* I. §. 22. (*d*) *ibidem.*
(*e*) *ibidem.* (*f*) *ibidem*, §. 23. (*g*) *ibidem*, §. 25. 26.
(*h*) *Sectione* I. §. 16. (*i*) *ibidem*, §. 17. (*k*) *ibidem*, §. 18.
(*l*) *ibidem*, §. 19. (*m*) *ibidem*, §. 20. (*n*) *ibidem*, §. 21.
(*o*) *ibidem*, §. 22. (*p*) *ibidem*, §. 23. (*q*) *ibidem*, §. 25.
(*r*) *ibidem*, §. 26. (*s*) *ibidem*, §. 24. (*t*) *ibidem*, §. 25.
(*u*) *Sectione* I. §. 20. (*x*) *ibidem*, §. 23. (*y*) *ibidem*, §. 24.
(*z*) *ibidem*, §. 25. (*a*) *ibidem*, §. 28. (*b*) *ibidem*, §. 30.
(*c*) Secundum tradita §. II. *Membri* I. *Sect.* II.
(*d*) Quas enim *laudatus* VOIT a SALZBURG tradit cautiones circa introductionem Juris Primogenituræ, §. 50. *pag.* 75. illæ etiam commode adhiberi possunt

id consilio egerunt Principes nostri Patriæque Patres Optimi, ut (quod suffecisset quidem) Unionem hanc per Pacta Majorum & Diploma MAXIMILIANI I. firmissime stabilitam, novis tamen semper confirmationibus corroboraverint, legibusque in æternum valituris perpetuam esse jusserint.

§. XI. CONSIDERATIS jam determinationibus istis, quæ ex modo constituendi hanc Unionem proficiscuntur, ad *intrinsecas* ejusdem progrediamur *limitationes*. (§. I.) Sunt & hæ diversæ atque plures, prouti vel plures vel pauciores accedunt novæ determinationes. Facillime id fieri posse, exinde demonstrari potest. Constitutio Unionis territorii est liberi arbitrii. Nulla enim Lex Imperii publica eam (*e*) prohibet, sed potius Salus publica, quæ suprema lex est, eandem suadet atque postulat. Evidentissimum est ex jam deductis, (Sectione I. §. I. sq.) quantum commodum ex integritate territorii in idem redundet. (*f*) Fortiores sunt unitæ regionis vires, quam in multas disfectæ partes. Quantum igitur Imperio refert, singulas ejus respublicas viribus pollere, tantum ejus quoque interest, individuas esse Statuum terras. Facilius ab uno præstantur officia Imperatori & Imperio debita, quam a pluribus, & hinc factum, ut Imperatores potius individuitatem Statibus commendaverint, quam partitiones terrarum, atque adeo quibusdam Lege publica uti Electoribus injunxerint. Pendet itaque ab arbitrio Principum, talem unionem in suis constituentium terris, quos eidem ponere velint limites. Non omnium hinc una esse potest indoles ac natura. Videmus, hisce placuisse aliquam ratione *temporis* adjicere determinationem, illos intuitu *comprehensionis* varie eandem limitasse. Si ratione *temporis* aliqua adjicitur determinatio, oritur inde unio vel *temporaria*, vel *perpetua*. (*g*) Unionem *temporariam* eam adpellamus regionis alicujus

---

possunt in constituenda unione territorii. Desideratur ibi *I. Consensus Ordinum Provincialium. II. ut hæc pacta a Principibus juramento confirmentur.* III ut *reliquis, qui ab Imperio excluduntur, juste prospiciatur.* IV. ut *accedat Auctoritas Imperatoris.* V ut *Statuum Imperii assensu robur ista accipiant.* Et facile perspici potest, nullam plane harum cautelarum omisisse *Principes Wurtembergiæ Maximos* ad conservandam *unionis* suarum ditionum integritatem. Conveniunt plane cum his, quæ tradit *Illustris Dn.* MOSER. T. St. Recht, *Libro* III. *Cap. 63. §. 35. 36. 39. Tomo* XIII. *pag 454. seqq.*

(*e*) Confer. *sup. ubi* ostensum fuit, magnopere exoptasse quosdam Germaniæ Principes legem aliquam Imperii publicam, qua unio omnibus territoriis indueretur.

(*f*) Confer. quæ hanc in rem optime disseruit VOIT a SALZBURG *Diss. laud.* §. 4 *pag.* 3.

(*g*) Eandem quidem quoad verba facit *Dissertationem unionis* in *temporariam* & *perpetuam*, quem supra jam laudavimus RECHENBERG *de Successionibus in Serenissima Domo Guelfica usitatis, Sect. I.* §. 5. sed quoad notiones, quas cum istis conjungit terminis, aliquantum a nostra diversam. *Temporariam* nempe *territoriorum conjunctionem* illam adpellat, *quando unio territoriorum in sola Principis Persona vel familia per matrimonium, jus hereditarium, aliumve titulum acquirendi, non vero in juris communitate fundatur.* *Perpetuam* vero illam dicit, *quæ in Juris communitate fundatur.* Sed nos & *temporariam* hanc *unionem perpetuam* fieri & *perpetuam* vice versa evadere *temporariam* posse, existimamus. Nonne enim titulis istis acquirendi accedere possunt pacta, ut terræ tali ratione unitæ maneant in perpetuum, & nonne etiam ex altera parte pro arbitrio constituentium illa unio, quæ in juris communitate

alicujus conditionem, qua vel ex pacto, vel alio eam constituendi modo per certum quoddam temporis spatium, idemque vel determinatum, vel indeterminatum, tanquam unum corpus consideratur, omnisque divisio prohibetur. *Perpetua* vero illa est, qua non modo nullum tempus determinatur, sed expresse statuitur, Unionem illam debere *æternum* valere, nec quemquam eandem immutare posse. Ubi vero ratione *comprehensionis* aliqua existit unionis limitatio, illam *minus plenam* existimamus. Per *plenam* eam indigitamus, qua per constituentis voluntatem omnes, non tantum, quas actu *possidet regiones, sed noviter etiam acquirenda bona arctissimo Unitatis vinculo, ita conjunguntur, ut nec quicquam ab iis separari valeat ullo modo. Minus* vero *plena* ea nobis est, *qua vel certa tantum regiones certique districtus, vel bona tantum jam jam acquisita, exclusis noviter acquirendis, a constituente divisione eximuntur.* Hæc distinctio in *plenam & minus plenam* etiam *alio respectu* potest procedere. Aut nimirum *divisio territorii a constituente Unionem in totum prohibetur*, aut *in tantum*. Cum *in totum* prohibetur, ut sc. *plane nullo modo unitas regiones a se invicem separare liceat, atque partem earum in alium transferre, unio* adest *plena. Minus plena* vero *hoc sensu* est, si *tantum divisio vel alienatio partis alicujus prohibita est ratione extranei, ut portio aliqua tamen possit fratri vel agnato tradi* ista *quidem lege, ut nihil quicquam de eadem alienet, sed extincto ipsius jure ipsa redeat in pristinam, cum partibus quibus unita fuit, conjunctionem.*

§. XII. Ad quam allatarum distinctionum speciem *Wurtembergiæ nostræ Unio* referri debeat, non sine quadam distinctione decidi potest. Ex allegatis enim (Sectione I.) Documentis atque testimoniis modo *hanc fuisse Unionis territorii Wurtembergici faciem, modo istam. Jam ante* MAXIMILIANI I. *Diploma Erectionis Ducatus anni 1495.* viguisse supra (*b*) retulimus, *Unionem;* num vero & illis jam temporibus ad *perpetuam* referri potuisset, merito dubitamus. *Interrupta* nimirum fuit aliquoties *factis* a Principibus *Divisionibus*, quas (*i*) descripsimus, & quarum notissimam illam LUDOVICI illius atque ULRICI *Comitum Wurtembergicorum, ab ipso Imperatore confirmatam fuisse*, notavimus. (*k*) *Temporariam* itaque eam fuisse credimus, usque dum MAXIMILIANUS I. dicto Diplomate EBERHARDUM I. BARBATUM Ducalibus ornaret honoribus, *Unionemque territorii Wurtembergici* lege æternum valitura, (*l*) *perpetuam* sanxerit. Et duravit eadem ad nostram usque ætatem illæsa, novisque semper firmamentis corroborata. Manebit eadem, quod speramus, quod optamus, in ÆTERNUM.

§. XIII. Quid vero de *altera*, quam tradidimus, (*m*) *Distinctione* sit dicendum & quænam illius species *Wurtembergicæ unioni* applicari queat, jam dispiciendum. Heic iterum recurrendum nobis videtur ad distinctionem temporum. *Historia unionis* nobis indicat, eam *modo* ad *minus plenam, modo* ad *plenam* propius accessisse. Si ad prima ejus incunabula recurramus, *unionem minus plenam* fuisse, ex eo perspicimus, quia non omnes, quas jam tum possidebant *Wurtembergiæ Principes*, terræ sub eadem fuere comprehensæ. Ita enim in

tate consistit, potest saltem ad tempus quoddam constitui? Nobis quidem nullam id involvere videtur contradictionem.

(*b*) *Sectione I.* §. *15-21.* (*i*) *Sectione I.* §. *9-14.*

(*k*) *ibidem* §. *13.* (*l*) *Sect. I.* §. *21.* (*m*) *§. antec. II. Sect. II. Membro I.*

in *transactione illa anni 1473. inter Comites* ULRICUM, EBERHARDUM *Juniorem*, HENRICUM & EBERHARDUM *Seniorem Comites Wurtembergicos inita*, (*n*) *Comitatus Montispeligardensis*, quem tenuerat EBERHARDUS, cum Dynastiis HENRICO tradebatur, & *unio* solum *ad Comitatum Wurtembergicum restringebatur*. Insecuta hanc *transactio Munsingensis anno 1482. inter* EBERHARDOS *Comites Wurt.* (*o*) *plenam* quidem innuere videtur *unionem*, quia non modo regiones suas, sed & bona mobilia atque nomina in ista *unione* comprehendebant. „Unser beyder Land und Leut mit allen unsern Schlossen/ Stätten/ Dörffern/ Leuten/ Gülten/ Gutern/ Herrlichkhaiten/ Wild-Bönnen/ Gelaitten und allen andern Zinßen/ Nutzen und Zugehörungen nichzit vßgenommen ꝛc. zuesammen in ein Gemeinschafft geworffen. Et certe concedendum est, *plenam* hanc fuisse *unionem*, sed solum *intuitu Comitatus Wurtembergici*, *minus plenam* vero, quia Mompelgardia adhuc ab illo divisa ab HENRICO possessa fuit. Per (*p*) *erectionem Ducatus* de *anno 1495.* etiam *minus plenam* tantum *unionem* sancitam fuisse ideo sentimus, quia secundum eandem licuit tamen *Primogenito post* se *genitis* alias tradere (*q*) ditiones atque bona; adeoque *alienatio* alicujus *partis* in *fratrem* vel *agnatum* fuit *concessa*, & *respectu extraneorum* tantum *prohibita*. Hocce nisi fundamento *Wurtembergiæ Principes* modo per *testamenta*, modo per *transactiones*, aliquam regionis suæ partem *post genitis* tradiderunt. Ita (*r*) ULRICUS *Dux* anno 1513. per transactionem tradidit *Comitatum Harburg* & alia bona. (*s*) CHRISTOPHORUS pacto anni 1553. cum GEORGIO inito totum *Comitatum Mompelgardensem*, cum *Dynastiis Granges*, *Clereval*, *Passevant*, *Estabon* & *Blaumont* cum omnibus pertinentiis concessit. Idem (*t*) CHRISTOPHORUS *testamento* suo adscripsit *secundo genito filio* arces & Præfecturas Weinsperg/ Neustatt/ Meckmühl/ Laufen/ Marbach/ Bottwar/ Beilstein/ Backnang/ Winnendeu/ rel. anno 1568. (*u*) IDEM etiam *testamento suo* reliquit *filio secundogenito Dux* LUDOVICUS *An. 1587.* (*x*) *Transactione fraterna* de anno 1617. inter JOANNEM FRIDERICUM *Ducem Wurtemberg.* & *fratres suos* inita, LUDOVICO FRIDERICO *Comitatus Mompelgardensis* & alia plene tradebantur, *reliquis alia* assignabantur *bona.* (*y*) EBERHARDUS III. fratri suo FRIDERICO concedebat *Neostadium*, *Meckmühl.* rel. & quæ alia afferri huc potuissent testimonia. (*z*) Huc usque ergo fuit *minus plena unio territorii*. Sed *plenam* eam reddidit *utroque respectu* (*a*) EBERHARDUS III. testamento suo anno 1664. condito. „Solchem nach wollen/ ordnen und setzen Wir/ daß füraus Unser Fürstenthum und Lande samt allen Graf-Herrschafften/ Stätten und Aemtern/ und andern Juribus & Bonis Domanialibus, so beraits Unserer Fürstl. Cammer/ Geistl. und weltlichen

(*n*) *Sectione I.* §. 17. (*o*) *ibidem*, §. 18. (*p*) *ibidem*, §. 21.

(*q*) „Sondern sollen Sie (die andern von Würtemberg) von dem regierenden „Hertzogen mit andern Herrschafften und Güettern/ oder sonst versehen werden.„ *Sect.* I. §. 21.

(*r*) *Sect.* I. §. 23. (*s*) *ibidem*, §. 24. (*t*) *ibidem*, §. 24.

(*u*) *ibidem*, §. 25. (*x*) *ibidem*, §. 27. (*y*) *ibidem*, §. 28.

(*z*) Solvi hac distinctione omnino posse dubium illud putamus, quod ipsi *Sectione I.* §. 14. movimus, quod distinctio illa linearum non fuerit contra unionis naturam. Eo sc. tempore nondum plena fuerat, adeoque salva manente ejus auctoritate tale Apanagium concedi potuit postgenitis.

(*a*) *ibidem*, §. 28.

„chen Güttern und getrewer gehorsamster Landschafft einverleibt/ oder ins
„künfftig von Uns und Unsern Nachkommen acquiririret oder sonsten wieder
„auf Uns und Unsere Successores regierende Herzoge zu Württemberg zu-
„ruckfallen und der Laudschafft incorporirt werden möchten/ als ein einig
„wohl bestelltes Corpus in seinen vollkommenen Würden gänzlich und un-
„zerbrochen bey einander stehen/ und wohl verpfleglich verbleiben/ also daß
„darvon nicht ein einziges Glied oder Stück/ welches gesetzter Massen der
„Landschafft incorporirt ist/ es seye wenig oder viel/ klein oder groß/ beeden
„den Fürstlichen Nachgebohrnen nicht regierenden Herzogen/ zu ihrem Un-
„terhalt und jährl. Deputat beschaiden und übergeben/ noch auch anderwärts
„in einigerley Gestalt/ wie das immer Namen haben köndt/ nicht verändert
„werden/ wie dann auch die vorgeschriebene Verordnung von allen Unsern
„Söhnen/ Enckeln/ Descendenten/ Agnaten und nachkommenden Landesfür-
„sten in Württemberg allezeit auf das allerfleißigste gehandhabt und in un-
„verlezter Observanz erhalten werden sollen. En *distinctam* sane *plenissime Unionis territorii Wurtembergici* (*b*) *descriptionem*.

§. XIV. *Confirmatam* hanc EBERHARDI III. ab (*c*) *Imperatore Dispositionem Status Provinciales* lubentissimi in numerum *Legum Wurtembergiæ* (*d*) *fundamentalium* recepere. Quilibet Princeps *eandem* inter *reliqua* (*e*) *Privilegia* atque *Compactata Statuum Provincialium*, antequam homagium ipsi præstatur, *confirmare tenetur*. Et quam salutaris, quam proficua *hæc Lex* Patriæ nostræ fuerit huc usque, demonstrabunt effectus longe prosperrimi, ex eadem promanantes, quos in sequentibus jam recensebimus.

SECTIONIS II.

MEMBRUM II.

DE EFECTIBUS HUJUS UNIONIS GENERALIORIBUS.

§. I.

Explorata *indole & natura Unionis*, *effectus ejusdem* jam enumerabimus. Sunt illi vel *Generales*, vel *Speciales*. *Istos* in *hoc*, *hosce* autem in proximo membro indicabimus. *Generales* hujus *Unionis Effectus* vocamus illos, *qui ex ipsis generalioribus Unionis ideis profecti*, *in omnibus generatim territoriis unitis locum habere possunt & debent*. *Primus*, quem ex ipsa Unionis notione colligimus, *effectus generalis ipsa individuitas regionis est*. Quocunque modo *constituta* sit *unio territorii* cujusdam, quacunque etiam ratione *eadem* sit *limitata*, semper tamen id efficiet, ut *territorium* illud *dividi nequeat*. Variare quidem potest *individuitatis hujus*, quam Unio territorii infert, *indoles* prout

(*b*) Quæ ulterius illustratur per TABULAS TESTAMENTI D. CAROLI ALEXANDRI, *articulosque ejusdem jam Sectione* I. §. 30. *allegatos*, ubi expresse ea confirmatur & pro fundamento ponitur.

(*c*) *Sectione* I. §. 28.

(*d*) *ibidem*.

(*e*) *ibidem*, §. 30.

prout ipsa *Unionis natura*, accedentibus his vel istis determinationibus, mox *extenditur*, mox *restringitur*. Variæ illæ, quas tradidimus *species Unionis*, (*b*) *ratione modi constituendi* distinctæ, eandem *individuitatis* rationem inducere queunt, nec earum intuitu aliqua *individuitatis* hujus *differentia* notari potest. Consideratur ibi *individuitas* demum *constituenda*. Sed eæ, quas adhuc recensuimus *Unionis* jam jam *constitutæ* & introductæ distinctiones hanc quoque *mutant*, quam producunt, *individuitatem*. Sic *illa*, quam *perpetuam* diximus, *Unio individuitatem territorii perpetuo duraturam* efficit. *Temporaria* vero, saltem *per tempus quoddam territorium individuum* esse jubet. Limitationibus *rationis comprehensionis* Unioni territoriorum adjectis, necessario etiam afficitur *individuitas*. *Plena* enim *Unio*, *individuitatem absolutam* atque *plenam*, *minus plena non nisi respectivam* constituit. *Alio respectu plena Unio individuitatem omnibus omnino observandam injungit*, *minus plena divisionem* modo & *alienationem* in *extraneos* prohibet. Attamen videmus ex hisce jam satis, *individuitatem* semper esse *effectum Unionis territorii generalem*, sive deinceps *illa*, sicuti *ipsa Unio*, sit *temporaria* sive *perpetua*, sive *plena* sive *minus plena*.

§. II. CUM itaque *unio territorii generalem* hunc habeat *effectum*, ut *individuum*, ut *inseparabile faciat territorium*, facillime inde concludi potest, unitum tale territorium *unico* tantum subesse debere *imperio*. Constituit enim tale *Territorium unitum unam* aliquam *rempublicam* seu *civitatem*. (*c*) *Civitas* est *Coetus seu complexus plurium hominum sub imperio*, *pactis vel expressis vel tacitis unitus*, *tutioris vel tranquillioris vitæ gratia*. Jam vero si territorium dividi non potest, *Coetus* iste hominum, quem illud complectitur, *unus* esse debet, & hinc non potest non *unam* constituere *Civitatem*. *Una* autem *Civitas* dicitur illa, *in qua* (*d*) *Majestas*, *vel si mavis Imperium est penes unicam tantum personam*. Ex quibus prono jam fluit alveo in *territorio* tali *unito*, *unicum* tantum esse *imperantem* atque *imperium*, huncque *alterum* esse *effectum generaliorem Unionis Territoriorum*. Novimus ex varietate *Subjecti*, *quod Majestatem* in republica *gerit*, enasci diversas istas rei publicæ formas. Si *una Majestas est* penes *unam personam* vel *physicam*, vel *moralem*, *forma* reipublicæ dicitur *simplex*. *Unio* ergo *Territorii formam* aliquam *simplicem induit eidem*. Si generales hasce civitatis notiones ad territoria Statuum Imperii applicemus, variæ ex eo derivari poterunt Distiftinctiones, quæ circa successiones in jure Germaniæ Publico obtinent. Sic enim in *territoriis Principum Germaniæ*, *Majestas* ter-

(*b*) *Membro* I. *Sect.* II. §. 2.

(*c*) *Sic definiente eam* JUSTO HENNINGIO BOEHMERO *in Introductione ad Jus Publicum Universale ex genuinis naturæ Principiis deductum Halæ Magdeburg.* 8. 1726. *Libro* I. *Cap.* III. §. 1. Cum qua & illa convenit, quam *B. Dn.* D. ISRAEL GOTTLIEB CANZIUS *tradidit in Disciplinis Moralibus, Discipl* II. *Parte* I. *Cap.* I. §. 1106. *pag.* (*edit.* 1752.) 330. Confer. SAMUELIS PUFENDORFII *de Jure Nat. & Gent. Libri* VII. *Cap.* II.

(*d*) Majestatem hic philosophice consideramus, quatenus sc. denotat omnem potestatem ea omnia agendi, quæ ad finem civitatis spectant: Confer. *allegatus modo* BOEHMER. *Libro* I. *Cap.* 4. §. 5. *nota* 1. ubi: hoc jus est illud ipsum, quod stricte majestaticum dicitur, & soli imperanti competit, adeoque hoc sensu etiam jus dirigendi actiones Civium ad salutem reipublicæ, seu pacem & tranquillitatem.

(*e*) *Membro* I. *Sect.* II. §. 2.

illa five *Imperium*, five, qui terminus eſt Juris Publ. Germanici (*f*) *Superioritas territorialis*, in *territoriis*, uti diximus, *unitis*, vel penes *unicam perſonam phyſicam*, vel *moralem*, five *plures perſonas phyſicas* eſſe poteſt, atque per ſucceſſionem ita in easdem devolvi.

§. III. DUO exinde oriuntur diverſi *caſus generales* ſucceſſionis in *territoria* Germaniæ *unita*. Aut enim I. per pacta vel alios unionis conſtituendæ modos ſancitum ſimul eſt, ut *imperium ſemper maneat penes unicam tantum perſonam phyſicam*; Aut II. *idem* etiam *in plures perſonas*, quæ *unam moralem efficiunt, indiviſum tamen, devolvi licet*. *Prior Caſus* iterum in *tres* diſtingui poteſt ſpecialiores, qui ex determinatione *unius illius perſonæ phyſicæ*, in quam Imperium ſit transferendum, proveniunt. In quibusdam ſc. *Statuum territoriis* I. ille *ſuccedendi Ordo* obtinet, *quo omne imperium, ſive omnis Superioritas territorialis, in eum ſolum defertur, qui gradu eſt proximior*. Vocatur hoc ſucceſſionis genus (*g*) *Majoratus*. In aliis vero *regionibus unitis* II. illa *ſuccedendi ratio* conſtituta eſt, *ut iterum in unum ſolum transferatur ſuperioritas territorialis & eum quidem, qui tempore mortis imperantis alicujus eſt natu ex familia maximus*. Quæ vocatur (*h*) *Senioratus*. Vel denique III. & quod frequentiſſimum longe eſt, *Unus ſolus omne accipit Imperium & quidem defuncti filius primogenitus*: unde *jus* (*i*) *primogenituræ* naſcitur. (*k*) Probe deſtinguendos a ſe invicem eſſe

---

(*f*) Superioritatem enim territorialem definiunt *Juris Publici* DOCTORES, *per ſupremam in territorio poteſtatem, tam in Eccleſiaſticis, quam Politicis, Statibus imperii competentem, niſi reſtrictio ex legibus imperii, vel pactis adpareat.* Vid. *Illuſtris* JO. JAC. MASCOV. *Principia Juris Publ. Lipſiæ* 1750. *quartum editæ Libro* VI. *Cap.* I. §. 2. *pag.* 384. *Illuſtris Dn.* MOSER. Grund-Riß der heutigen Staats-Verfaſſung des Teutſchen Reichs/ Tübingen 1754. *Libro* IV. *Cap.* 18. §. I. *pag.* 425. STRUV. in *Corpore Juris Publ. Cap.* 29. §. 18. *pag.* 1067. HERTIUS *Diſſ. de ſuperioritate territoriali*, *Tomo* II. *Opuſcul. pag.* 191. 192. §. 3. JO. HEUMANN in *Diſp. de characteribus ſup. territ. Alt.* 1749. §. 5. *ſq.*

(*g*) *Majoratus Definitionem* hanc nobis ſuppeditat *Illuſtris Dn.* JO. JAC. MASCOV, *Lib.* VI. *Cap.* V. §. 17. *in Elementis Juris Publ. ubi allegati illuſtriſſimi Comitis* FRIDERICI LUDOVICI SOLMENSIS *Diſſertationem Lipſiæ* 1729. *editam: de Majoratu.* Confer. *illuſtris Dn.* MOSERI T. St. Recht / *Libro* III. *Cap.* 60. §. 67. *n.* 2. *Tomo* XII. *pag.* 370. 371.

(*h*) Confer *illuſtris Dn.* MOSER *l. c. n.* 3. & MASCOV. *l. c.*

(*i*) Quam de Jure Primogenituræ materiam, noſtro quidem judicio, poſt GE. MELCH. *de* LUDOLF *tr. de introductione illius, fol.* 1733. *Jen.* ed. omnium copioſiſſime explicavit *illuſtris Dn.* MOSER, in dem teutſchen Staats-Recht *Tomo* XII. & XIII. *Cap.* 60. *agit* von der Geblüths-Erbfolge derer weltlichen Reichs-Stände überhaupt / *pag.* 337. *Cap.* 61. von denen Churfürſtl. Fürſtl. und Gräflichen Häuſern/ darinnen das Erſtgeburths-Recht ſtatt hat/ *Sectio* I. II. III. IV. V. in *Tomo* XIII. *Cap.* 61. *Sect.* VI - XVIII. *Cap.* 62. von dem Erſtgeburths-Recht überhaupt/ *p.* 421. *Cap.* 63. von des Erſtgeburths-Rechts Beſtättigung. *pag.* 469. *Cap.* 65. von des Erſtgeburths-Rechts Anfechtung. *pag.* 497. *Cap.* 66. von des Erſtgebuhrts-Rechts Abänder- und Wider-Aufhebung. *pag.* 405. in *Tomo XIV. connectit materiam de poſtgenitis*, in *Tomo* XII. *Cap.* 61. *Sect.* I. §. 1. *recenſet ſcriptores de jure Primogenituræ*, *quorſum B. L. ablegamus.* Ipſe vero Vir Summus omnia & Exemplis & Documentis, pro more, ſolide demonſtravit atque illuſtravit.

(*k*) Conceptus hoſce promiſcue olim fuiſſe adhibitos teſtatur *Illuſtris Dn.* MOSER *l. c. Cap.* 60. §. 67. ubi & exemplum aliquod allegat.

esse hosce Successionis modos ex ipsis eorundem descriptionibus traditis jam satis elucet. *Majoratus*, gradu proximiori, *Senioratus*, Seniori ex familia, *Primogenitura*, defuncti primogenito *Superioritatem territorialem* confert. Et habemus hodienum trium horum successionis generum a se invicem distinctorum (*l*) exempla lucentissima.

§. IV. ALTER, quem adduximus, (*m*) *Casus*, quando sc. *superioritas territorialis* tribuitur *Unicæ personæ morali* sive *pluribus physicis*, quæ constituunt Moralem, necessario infert *Communionem regiminis*, & hæc *Condominium*. Ipsa vero hæc (*n*) *communio* nihil aliud est, *quam ea alicujus territorii conditio, qua illud indivisum ad omnes cohæredes transit, atque ab iisdem omnibus æquali jure possidetur.* (*o*) Antiquiori ævo hæc Regiminis forma admodum fuit usitata, atque a quibusdam vel elapso adhuc Sæculo & Juri Primogenituræ, quod iniquissimum quippe putabant summamque esse injuriam, & Divisionibus territoriorum, quæ regionibus magnam inferrent perniciem, longissime antehabita. (*p*) *Exercitium* hujus *juris* longe diversissimum esse, ex illis, ubi adhuc viget territoriis observamus, *variasque* exinde hujus *communionis* dari *Species* colligimus. Illud enim ex pactis & conventionibus Condominorum I. vel *omnes* simul exercent, atque eum in finem *in unum* quasi *Collegium* coëunt, sicque omnium consilio ista regitur respublica; II. vel illud consentientibus reliquis in *Unicum* tantum v. g. *Primogenitum* confertur, & soli reditus provinciæ inter Condominos sunt dividendi. III. Vel *plures* v. g. *Seniores* communi reliquorum nomine *semper* idem administrant *simul*, & reliqui illi renunciant, manentibus tamen sibi commodis æqualibus: vel *alternis vicibus* regimen gerunt, quod variis contingere iterum potest modis; aut enim I. mortuo Administratore sive resignante

(*l*) De Primogenituræ jure nullum plane est dubium, & de Majoratu & Senioratu idem testatur *Illustris Dn.* MOSER *L.* III. *Cap. 60. §. 67.*

(*m*) *Sect.* II. *Membro* II. §. IV. *Antec.*

(*n*) Confer. *Illustris Dn.* MOSER. T. Staats-Recht/ *Libro* III. *Cap. 77. per tot.* JO. ANDR. FROMMANN. *de Condominio* & *Cond. territoriali.* in *Vol. I. Perillustris de* SENCKENBERG de *Condominio.* Differt hæc *Communio* quam maxime a *Condominatu territoriali*, qui dicitur, *cum duo pluresve immediati in una regione pro partibus indivisis iisdemque vel æquis vel inæqualibus superioritatem territorialem exercent.* Vernacula nostra vocantur hi condominatus, viel herrliche Landschafften/ Gesamte/ gemeine Landschafften. Vid. BURCK. GOTTHELF STRUV. in *Corpore Juris Publ. Cap. 29 §. 5.* Differentia in eo potissimum consistit, quod ea, quam nos vocamus, communio sit genus successionis quoddam in territoriis Statuum, adeoque hic de Communione regiminis inter solos Coheredes sit sermo. Condominatum vero territorialem etiam habere queunt, qui non sunt Coheredes. Distinguit STRUVIUS hunc *Condominatum* in *universalem* & *particularem*, & utriusque exempla profert. *l. c.*

(*o*) Teste *Illustri Dn.* MOSERO *l. c.* §. 5.

(*p*) Quas diversas Communionis species illiusque exercitii didicimus *ex Illustris Dni* MOSERI *Cap. 77. §. 75. Tomo XV. pag. 255.* ubi & antiquiora, & recentiora communionis exempla adduxit. v. g. §. 9. Sachsen/ §. 10. „Was zwischen den Chur- und Ernestinischen Linien gemein seye. §. 11. Was in der Albertinischen Linie/ §. 12. Was in der Ernestinischen/ §. 15. Was in der Gothaischen Haupt-Linie gemein sey. §. 16. Was zwischer Gotha/ Hildburghausen und Saalfeld. rel. rel.

eodem suum officium, *alter ex* reliquis *Condominis* ad idem vocatur munus. Aut II. Condominorum aliquis *per trimestre* saltem *integrumve quandoque annum* imperium tenet, ita quidem ut vel *Una persona* post alteram, vel *Una linea* post alteram ad regimen vocetur; aut III. denique tantum aliqui ex heredibus alternis vicibus imperio præficiuntur. Et hujus communionis fines omnino (q) pactorum efficacia, quæ omne in hac materia ferunt punctum, determinare debet; quemadmodum ex eadem quoque omnino contrahentium conventione pendere arbitramur, utrum ista ad certum tantum tempus durare, an vero hæc regiminis forma æternum alicui inhærere debeat regioni. Non equidem nescimus Communionem perpetuam de (r) Jure Civili esse de genere prohibitorum, & nec conventione, nec sententia, nec testamento, nec præscriptione, nec citra juramentum, quavis alia ratione indissolubilem fieri posse. (s) Verum enim vero, cum talem communionem in æternum initam scopo, Legibus, moribusque Imperii nostri Romano Germanici inter illustres Familias ac Status Imperii congruere, adeoque receptam in foro Germanico esse, longe sit certissimum, abeat jus illud subsidiarium Romanorum.

§. V. Adduximus quidem in notis §. antec. adjunctis nonnulla communionis hujus exempla, & ea quidem quæ hodienum sunt in viridi usu atque observantia; Sed cum *Wurtembergica* circa hanc materiam *jura* præcipue nostrum afficiant scopum, notandum hic esse duximus, & in *Wurtembergia* nostra aliquoties obtinuisse *regiminis communionem*. Retro paululum gradiamur ad *historicam Unionis territorii Wurtembergici tractationem*, ubi mox se offerent exempla, asserti hujus veritatem abunde demonstrantia. Primum itaque exemplum *regiminis* a *Principibus Wurtembergicis communiter gesti* nobis præbent ULRICUS atque EBERHARDUS *contentiosus*, qui *commune tenentes imperium* anno 1361. pactum inierunt de non dividendo in posterum (t) Comitatu. Alterum habemus in LUDOVICO *Seniore* atque ULRICO, EBERHARDI *junioris filio*, qui nepos erat EBERHARDI *Contentiosi* ex ULRICO, ante patrem mortuo. (u) Ipsos enim diu communi nomine regimen administrasse jam narravimus, usque ad divisionem ab ipsis factam in partem regionis supramontanam atque inframontanam. Tertium & ultimum exhibent EBERHARDI illi *Barbatus* sc. atque *Junior*, qui transactione Munsingensi de an. 1482. (x) *communionem regiminis* ad dies vitæ sibi invicem sunt stipulati, donec tandem per transactionem illam Francofurtensem atque Esslingensem (y) EBERHARDUS *Junior* EBERHARDO *Barbato* soli concesserit imperium, quod per Diploma illud Ducale 1495. (z) fuit confirmatum.

§. VI.

(q) Uti dicit ESTOR *in Jure publico Hassiaco, Cap. 4. §. 40.*

(r) Vid. LEYSER *in Meditationibus ad Pandectas Spec. 186. n. 1. & 2.* ubi: notissimæ sunt regulæ: nulla Societatis in æternum coitio est *L. 70. pro Soccio*, pactum, ne omnino divisio fiat, nullas vires habet, *L. 14. §. 2. Communi dividundo*; Add. FROMMANN de *Condominio th. 46.*

(s) Uti idem ratiocinatur LEYSERUS l. c. *cum* SCHILTERO in *Exercitat. ad Pandectas 20. §. 77.*

(t) *Sect. I. §. 16.* (u) *Sect. I. §. 12.*

(x) *Sect. I. §. 18.* (y) *Sect. I. §. 19. 20.*

(z) *Sect. I. §. 21.*

§. VI. STABILITA vero firmissime *unioni territorii Wurtembergici*, atque per modo allegatum Diploma Maximilianeum 1495. *perpetua* facta; (*a*) *Jus primogenituræ* quoque *perpetuum* (nam antea jam istius fundamenta ibidem perpendimus, jacta fuisse per transactiones antecedentes,) introductum est. Exulavit ab eo tempore omnis communio, cum per omnes, quas ordine recensuimus *Leges, Conventiones, Testamenta, Privilegia, Confirmationes, jus primogenituræ* fuerit *stabilitum* atque *confirmatum*. Superfluum plane credimus fore, si ea repetere vellemus testimonia, quæ hanc in rem jam allegata sunt. Cum igitur determinationem *unionis* ab *arbitrio* illam *constituentium* pendere, (*b*) illamque *unicam majestatem* inferre, (*c*) hancque iterum *uni personæ physicæ* concedi, (*d*) indeque *jus primogenituræ* promanare posse (*e*) demonstraverimus: luce meridiana clarius patere existimamus, *Jus primogenituræ* tertium esse *effectum generaliorem unionis territorii Wurtembergici*. Et talem quidem, qui nostra haud quaquam indiget tractatione, inter nos sc. dudum longe testatissimum.

SECTIONIS II.

MEMBRUM III.

DE EFEECTIBUS UNIONIS TERRITORII WURTEMBERGICI SPECIALIORIBUS.

§. I.

TAM late patent *tres* illi generaliores unionis nostræ territorialis *Effectus*, præsertim proximus, (*a*) quem *Jus primogenituræ* diximus, ut qui nunc inde eliciendi & concludendi sunt *effectus* paullo *specialiores*, commode recenseri & delineari prorsus nequeant, ni partim adhuc dicendorum *compendium* faciamus quam arctissimum, partim vero etiam nonnullas veluti *classes* & *distinctiones* constituamus, in quas illi omnes redigi, & suis veluti locis assignari queant. Omnium namque PRIMO istos vel nominasse saltem juvabit effectus unionis territorialis Wurtembergicæ speciales, qui sese *ratione ipsius familiæ Ducalis* exserunt. Hoc autem respectu & *primo* quidem non habet unitus noster Ducatus Wurtembergicus, nisi unicum imperantem, DUCEM, Principem, *Dominum*que *territorialem*, dum vi unionis & *Juris Primogenituræ*, quod hic non solum *universale*, (*b*) sed

(*a*) Sect. II. *Membro* I. §. 10.

(*b*) Sect. II. *Membro* I. §. 10. (*c*) Sect. II. *Membro* II. §. 2.

(*d*) *ibidem*. (*e*) *ibidem* §. 4.

(*a*) Vid. *Sectionis* II. *Membrum* II. §. 3.

(*b*) Notissima scilicet est distinctio juris Primogenituræ in *universale* & *particulare*. *Universale* illud dicitur, quando ex universa quadam familia illustri solus & unicus quidem primogenitus succedit. *Particulare* vero, quando in una eademque gente plures dantur lineæ regnantes, ex quibus iterum solus primogenitus potest succedere. Id quod vel in ipsa Unionis & Primogenituræ Constitutione fieri potest, vel tum contingere solet, quando una familia in plures abit lineas. Ipsamet *Wurtembergia* nostra utriusque

sed etiam *plenissimum* (c) est, unus saltem & solus (d) succedit primogenitus, vel defuncti filius natu maximus, vel proximus tamen agnatus, reliquos Duces & Principes omnes, sive fratres secundogenitos, sive agnatos, vel linea, vel certe gradu remotiores, uti a possessione & regimine territorii, ita quoque ab universo superioritatis territorialis exercitio penitus (e) excludens. Adeo, ut *secundo* in

que & *Universalis* & *Particularis* hujus Primogenituræ exemplum est, satis evidens. Distinguenda sc. hic sunt tempora ante EBERHARDUM LUDOVICUM & post illum. Antea scilicet Wurtembergia particulari jure Primogenituræ usa fuit. In *Mompelgardensi* enim *Linea* etiam Jus Primogenituræ obtinuit, adeoque duæ fuerunt Lineæ regnantes. Cum vero extincta Linea illa Comitatus Mompelgardensis totus ad Wurtembergiam rediisset, cum ea per Testamentum EBERHARDI III. & CAROLI ALEXANDRI unitus, Jus Primogenituræ *Universale* inde prodiit. Si ex notione unionis Territorii Wurtembergici hanc derivatam volueris distinctionem, eam ex ista Unionis Territorii, in plenam & minus plenam, ratione comprehensionis poteris elicere. (§. XI — XIII. *Sect.* II. *Membr.* I.) Universale sc. obtinet in Territoriis *Unione plena* Unitis, particulare vero, ubi *Unio minus plena* est. Conferatur *Illustris Dn.* MOSERI teutsches Staats-Recht, *Libro* III. *Cap.* 62. §. 6. *Tomo* XIII. *pag.* 423. *seqq.* & id quod ad cit. §. XII. & XIII. *Sectionis* II. *Membri* I. *Sect.* I. §. 28. annotavimus

(c) Distinguitur sc. Jus Primogenituræ in *plenum* & *minus plenum*, & utrumque iterum in tale ratione *territorii* & ratione *jurium*. Ratione *Territorii plenum* est, quando omnia plane bona tam *allodialia* quam *feudalia*, ad gentem quandam Illustrem spectantia, soli Primogenito cedunt. *Minus plenum*, quando certa tantum bona primogenito cedunt, reliqua vero dividi possunt, quod v. g. in *Electoralibus* territoriis fieri potest. (*Sect.* II. *Membr.* I. §. III. Ratione *jurium plenum* est, quando Primogenitus plenariam ac omnem plane superioritatem territorialem habet, *minus plenum* vero, quando postgenitis portio regionis traditur, e qua non reditus modo nanciscuntur, sed etiam regalia quædam & jura majora in illis exercenda eis committuntur. Et hujus duplicis distinctionis exemplum habemus WURTEMBERGIAM, secundum diversa tempora consideratam, quæ notavimus in distinctione ipsius unionis, in plenam & minus plenam, cum qua hæc omnia conspirant, & ex qua hæc omnia satis illustrari possunt. Vid. cit. §. XI. XIII. *Membri* I. *Sect.* II. Confer. *Illustris Dn.* MOSERI T. Staats-Recht, *l. c.* §. 9. 10.

(d) Ex *notione* ipsa Juris Primogenituræ, quod sc. dicitur Jus successionis legitimæ universalis individuæ inter illustres familias receptum constitutumve, ei, qui in genituræ ordine primo loco est natus, competens; quam tradit VOIT à SALZBURG *de Emolumentis Territoriorum ex Jure Primogenituræ descendentibus.* §. 1. *pag.* 1. Cum qua facile conciliari possunt descriptiones, quas tradiderunt JO. PH. SLEVOGT in *Diss. de Jure primogenituræ & majoratus, Vitemb.* 1694. *§.* II. *pag.* 5. ubi ex *Cap. qui prior. de Reg. Jur.* in 6. eam repetit B. JO. AD. KOPP in §. XII. *Meditationum de incongrua applicatione paragii & apanagii ad familias Germanorum illustres,* sive *præfationis* ad JO. STEPH. PUTTERI *Opusculum de augendo Apanagio auctis reditibus natu maximi filii, penes quem Imperium est, vulgo primogeniti regentis, Jenæ* 1754. *ed.* Et PUTTERUS in ipso Opusculo §. III. *pag.* 2. aliique Auctores plurimi, quos de Jure Primogenituræ allegavit *Illustris Dn.* MOSER T. St. Recht, *Libro* III. *Cap.* 61. §. 1. *Tomo* XII. *pag.* 373.

(e) Id quod ex ipsis Juris Primogenituræ *Universalis* & *pleni*, traditis definitionibus satis elucescit.

In Ducali familia Wurtembergica semper nonnisi (*f*) unicus successor & heres proprie sic dictus, territorialis (*g*) nempe & feudalis, unaque modo & unica tantum successio & hereditas, feudalis (*h*) & allodialis, territorialis, universalis, (*i*) immobilium & mobilium (*k*) destinatione sua territorio annexorum, vel incorporatorum plane, generatim, cum illo unitorum, (*l*) reliquis congrua modo portione, Apanagio, (*ll*) dote & dotalitio contentis. De quibus omnibus nihil hoc loco notabimus præter id, quod necessario huc pertinet, & quod *tertium* unionis nostræ effectum specialem jure meritoque dicimus, quod nempe hodie non amplius, ut olim aliquoties factum fuisse supra (*m*) retulimus, in

(*f*) Uti etiam vocatur in *Testamento* EBERHARDI III. „Weilen dann das *Jus Primogenituræ* in Unserm löbl. Hauß Würtemberg keinen Con-Dominum oder Compossessorem leydet/ sondern des erstgebohrnen Legitima das ganze Herzogthum ist und seyn solle/ Als thun wir solchemnach den Pactis Majorum, der Erection und Legibus Fundamentalibus Unserer Herzogthum und Landen gemäß/ Unsern freundlich geliebten Aeltisten Sohn Herzog Wilhelm Ludwigen/ zu Unserm Universal Successorn und Erben rc.

(*g*) Ibidem: „Unserer und Unsers Fürstl. Haußes Herzogthumben und Landen mit allen dero Grav- und Herrschafften rc.

(*h*) Ibidem: „Lehen und eigen.„

(*i*) Vid. *not.* b) & f) ubi: Universal-Successorn.

(*k*) *Ibidem* „Stätten/ Märckten/ Dörfern/ Weylern/ Höfen/ Schlössern und andern Güettern/ auch Vöstungen/ - auch Geschüz/ Munition- Cammerschreiberey und was darvon dependirt. Nichtweniger denen von Uns verordneter Stamm-Clenodien/ Item Kunst-Cammer/ Gestüetterey/ Silber-Geschürr/ alle Mobilien und anderer Zugehör.„

(*l*) Conf. JO. ANDR. WIDERHOLDT *de Prærogativis Primogenitorum illustrium* *Herborn* 1714. recusa ibid. 1741. *Sect.* III. §. 51. 52. 53. 54. 55. 56.

(*ll*) *Testamentum* EBERHARDI III. „und dann denen Fürstl. Frauen Wittiben/ Fürstl. Hrn. Brüdern und Vettern auch Frewlin Schwestern und Baasen/ allerseits die Schuldigkeit und Gebühr/ denen hiebevor außgerichteten Verträgen/ und hierinnen von Uns ferner gemachten Disposition gemäß/ ohne Verzögerung richtig zu præstiren. Befehlen derowegen Unserm ältesten Sohn und Successorn/ daß Er die specificirte Posten unserer freundl. geliebten Fr. Gemahlin gewiß und ohne allen Abgang abstatte/ auch die hochgeehrte Frau Muetter zu allen Fürfallenheiten schüze/ und bey allen habenden Juribus und Possessionibus erhalte -- Zum achten belangend aber Unsere Liebe Nachgebohrne Söhne/ dieweilen nun alle diese nach Stands- Würden und unsers Fürstl. Haußes vermögen/ von dem regierenden Herrn underhalten und appennagirt werden müssen/ so ist - - „Zum achtzehenden bey unserer Töchtern Verheyrathung wollen und verordnen Wir hiemit/ daß dieselbe auf angeregte Begebnuß/ mit Kleydern/ Kleinodien/ Ketten und Silber-Geschirr/ und anderm dem Fürstl. Stand gemäß/ worzu in specie und nahmentlich zehen tausend Gulden von dem regierenden Herrn zu liefern und anzuwenden/ zu sammt Haltung der Hochzeit/ wo es die Gelegenheit allso erfordern würdt/ und beneben dem von der Landschafft darschiessenden Heyrath Guett der zwey und dreißig tausend Gulden gegen gebührender und bey unserm Fürstl. Hauß Württemberg gewohnlicher Endlichen Verzicht und Renunciation außgesteuret und abgefertigt werden sollen.„

(*m*) *Sect. I. §.* XXVII. & *Sect.* II. *Membro I.* §. XI. XII.

terris partibusque territorii Wurtembergici (*n*) *integrantibus* & *quotis*, quas vocant, ita consistere queant, ut veram divisionem, separationem atque a principali territorio avulsionem, temporariam licet, spirent oleantque. Aliud enim est, si habitationis modo, domicilii, (*o*) commodioris redituum perceptionis, & determinati quorundam jurium dependentium atque subordinatorum exercitii causa nonnullæ præfecturæ assignentur, salva sc. (*p*) ubique summa primogeniti regentis potestate. Qui proinde *quarto* unicum & universale totius Serenissimæ domus & familiæ CAPUT (*q*) erit & columen, uti certissimum ita quoque omnigena veneratione (*r*) & prærogativa (*s*) sive proëdria dignissimum. Geret is sese quavis occasione pro tali, tenerrimoque reliquos omnes affectu nunquam non tutabitur. (*t*) Erit ideo, quod *quinto*, velut in transitu notamus, mino-

(*n*) Id quod expresse prohibitum legimus in Tabulis *testamenti* EBERHARDINI „Also daß darvon nicht ein einiges Glied oder Stuck/ welches gesetzter massen der Landschafft incorporirt ist/ es seyen wenig oder viel/ klein oder groß/ beeder von denen Fürstl. Nachgebohrnen nicht regierenden Herzogen zu ihrem Unterhalt und jährl. Deputat bescheiden.",

(*o*) Quo referenda sunt verba ejusdem *Testamenti*. „Neundtens ordnen und wollen wir/ daß der regierende Herr einem jeden nachgehenden Bruder/ so bald ein solcher das fünff und zwanzigste Jahr erfüllt und das 26. Jahr angetretten haben würdt / mit einer bequemen füglichen und Fürstlichen Behaußung/ und darzu mit nothdürfftigem Brennholtz versehe.

(*p*) Id quod jam antiquioribus pactis tanquam clausula adjectum fuit. Vid. Transactio inter CHRISTOPHORUM Ducem & GEORGIUM *Comitem Wurtenb. Sect.* I. §. 24. „Doch uns daselbst alle Fürstl. und Gelaitliche Ober- und Herrlichkeiten."

(*q*) Quem ad modum enim ipse totam familiam suam in successione repræsentat & unum Caput regens est, ita merito quoque dicitur Caput familiæ. Conferatur *Illustris Dn.* MOSER *Libro* III. *Cap.* 70. §. *I. Tomo* XIV. *pag.* 418. & VOIT *a* SALZBURG in laud. *Diss.* § 5. *pag.* 4.

(*r*) Uti id injunctum est postgenitis per Testamentum EBERHARDI III. „Mit welchem sie die Nachgebohrne sich auch begnügen und Ihrem Eltesten regierenden Bruder ferners nichts zumuthen noch beschwehrlich seyn/ sondern vielmehr Ihr Absehen insgemein dahin richten sollen/ daß zwischen Ihnen gesammten Brüdern eine Christlöbl. Harmonie und Freund Brüderliche Einigkeit/ wie auch des ganzen Fürstlichen Haußes splendeur immerwährend erhalten werde. Vid. *Illustris Dn.* MOSER *Libro* III. *Cap.* 67. *Sect.* II. §. 96. *Tomo* XIV. *pag.* 227. & in Testamento D. CAROLI ALEXANDRI: „Auch in Erwegung deß dem regierenden Herrn billig zu gönnen habenden Vortheils zufrieden seyn/ und dem ältesten Bruder darunter keinen Verdruß noch Stritt erwecken." *Illustris Dn.* MOSER *l. c. p.* 232.

(*s*) *Quas* Primogenitorum prærogativas recensuit jam laudatus WIEDERHOLD *de Prærogativis Primogenitorum Illustrium. Sect.* III.

(*t*) Quod *Primogenito* suo injunxit EBERHARDUS III. in *Testamento* suo: „So ist hierüber diß Unser Vätterlicher Will und Meynung/ daß Unser ältester Sohn und *Successor* im Regiment / alle seine folgende Brüder und einen jeden insonderheit/ biß auf das zwanzigste Jahr/ zu *perfectionirung* alles Fürstlichen Wohlstandes auferziehen / auch Brüderl. und bestens auf alle *Occasionen* versorgen." Ibidem quoque. „Zum zwainzigsten/ in schnellen einbrechenden Kriegs- oder andern gefährlichen Nothfällen/ solle der regierende Herzog allerseits eilende Vorsorge anlegen/ damit beforderist Unsere Fürstl. liebe Gemahlin/

minorennium *fratrum* tutor & curator legitimus. (*u*) Quem ad modum vero Primogenitus solus commodis omnibus, omnibusque prærogativis gaudet; ita *sexto* nihil tam naturale est, quam ut solus quoque ONERA ferat, ei tam intuitu familiæ, (*w*) quam respectu territorii (*x*) incumbentia, ab omnibus illis latius jam deducta, qui de Apanagio, (*y*) dote, dotalitio, ære alieno solvendo, aliisque ex instituto egerunt, patriæ nostræ haud difficulter applicanda, si modo

---

lin/ so auch die andere Unsere liebe Söhn/ so noch in der *Minorennität* und Töchtern auch Frewlin Baassen/ so bey des regierenden Hertzogs Hofhaltung oder unter seiner Verpflegung begriffen/ vor ihre Person und nöthigte Diener/ entweder in den Lands-Vestungen/ oder in sichern saubern Städten und Oertern einen ziemlichen gelegenen *Interims*-Unterschlauff und behägliche Wohnung/ so lang die Gefahr währen wird/ gehaben mögen.„ *Illustris Dn.* MOSERI T. Staats-Recht/ *Libro* III. *Cap.* 70. §. 1. *Tomo* XIV. *pag.* 418.

(*u*) Expressam iterum hanc in rem habemus Dispositionem EBERHARDI III. in *Testamento* suo: „Wann dann nun Unser ältister Sohn nach *complirtem* achtzehenden Jahr seines Alters/ die Regierung selbsten antritt/ und also die angeordnete *Administration* und Vormundschafft erlöschet und *expiriret*/ so wird alsdann derselbe als Lands-Regent seiner andern noch minderjährigen Brüder und unverehlichten Schwestern *Tutor* und *Curator Legitimus*, der übrigen Geschwistrigten halben oder von einem Band/ so wir mit Hochgedachter Unserer anderen Gemahlin erziehlet/ Ihrer Liebden als leiblichen Frau Mutter/ zu einem Mit-Vormunder *adjungirt*.„

(*w*) & (*x*) Digna est Dispositio EBERHARDI III. in laudatissimo jam sæpius *Testamento*, quæ huc adponatur. „Deme hingegen auch um sollcher Succession und Rechtens willen obgelegen/ alle Zinsen/ Gülten/ Leibgeding/ (darumben Land und Leuth/ Stätt und Aemter/ auch Cammer-Guett verschrieben) alß auch alle andere von den Vorfahren regierenden Herzogen zu Würtemberg/ glaubhaffte noch unbezahlte hinterlaßene Schulden/ so viel deren nicht allbereits entrichtet und abgethan/ oder von Unserer gehorsamsten getrewen Landschafft zu bezahlen übernommen/ oder auch andern durch gewisse Vergleichungen und Handlungen zu bezahlen überwiesen abzustatten; deßgleichen alle Reichs-Crayß-Anlagen/ Cammer-Gerichts-Unterhaltung/ Processus &c. von den würcklich besizenden Landen zu vertretten/ und dann denen Fürstl. Frawen Wittiben/ Fürstl. Herrn Brüedern und Vettern/ auch Frewlin Schwestern und Baasen/ allerseits die Schuldigkeit und Gebühr denen hiebevor uffgerichteten Verträgen/ und hierinnen von Uns ferners gemachten Disposition gemäß/ ohne Verzögerung richtig zu præstiren. *Vid. Illustris Dn.* MOSERI T. Staats-Recht/ *Libro* III. *Cap.* 70. §. 18. *Tomo* XIV. *pag* 428. & *pag.* 226 *seqq.* ibid. Confer. quoque BEYER *de Obligatione Successoris Illustris* & de LUDEWIG *de Obligatione Successoris in Principatus & Clientelas S. R. I. ex facto Decessoris.*

(*y*) *Illustris Dn.* MOSERI teutsches Staats-Recht Tomo XIV. plenissime hanc materiam tractat, *Cap.* 67. von dem Herkommen in denen Churfürst-Fürstund Gräflichen Häusern/ in Ansehnng der Versorgung derer Nachgebohrnen Herrn/ auch des regierenden und deren Nachgebohrnen Herrn Rechten. *Cap.* 68. von Abfindung der Nachgebohrnen Söhne/ überhaupt *Cap.* 69 von deren Nachgebohrnen Person/ Familie und Bedienten. *Cap.* 71 von der regierenden und Nachgebohrnen Söhne verhalt gegen einander rel Add. JOACH. MEIERI *Corpus Juris Apanagii & Paragii* Lemgo 1727. *fol.* in quo occurrunt *Editoris* tr. de Apanagii & Paragii utilitate; porro *Springsfeld*, *Lyser*, *Hofmeister*, *Martini*, *Weidling*, *Rhetius*, *Cocceji*, *Leisser*, *Minchwiz*, *Berger*, *Anonymus*, *Schilter*, *Hertius*, Excerpta ex *Ludolfo* de Introductione juris Primogenituræ, rel.

ab eis discesseris, quæ passim in pactis (z) & testamentis specialius determinata sunt, vel Principis arbitrio, Ordinumque Provincialium assensu & conventione, casibus contingentibus, tunc demum definiuntur. (zz)

§. II. SECUNDA effectuum unionis specialiorum *Classis*, propter intimam suam cum præcedente prima connexionem, nunc statim ea comprehendat, quæ *ipsum Ducatus territorium*, ejusque *superioritatem* & regimen propius attinent. Non dicemus hic denuo iterumque, quod unicus sit illius Princeps regens, quod is solus totam superioritatem habeat & exerceat, tam (a) sacram, quam (b) politicam, eaque omnem potestatem legislatoriam & judiciariam, sed hoc tamen notabimus, & tanquam effectus speciales unionis territorialis prædicabimus, quod in tota Wurtembergia nostra, quaqua versus patet, I. unicum modo regimen & unica sit (c) CANCELLARIA in varia licet Collegia (quæ Ballexen vocant) distincta, (d) vel supremo Ducis ministerio vel administrationi justitiæ, vel oeconomiæ Camerali destinata, sibi invicem vel co- vel subordi-

---

(z) Quæ circa *Wurtembergicam* familiam allegat *Illustris Dn.* MOSER, *Libro* III. *Cap.* 67. *Sect.* II. §. 82 -- 102. *Tomo* XIV. *pag.* 202 -- 242.

(zz) Cujus rei *exemplum* habemus in transactione illa de *anno* 1617. inter FRIDERICUM ejusque Fratres LUDOVICUM FRIDERICUM, JULIUM FRIDERICUM, FRIDERICUM ACHILLEM *atque* MAGNUM *pacta*. In quam antecedenter jam consenserant Ordines Provinciales *anno* 1610. Confer. *Sectionis* I. §. XXVII.

(a) Referri huc meretur VOIT a SALZBURG in sæpius laudata *Diss. de Emolumentis territoriorum Germaniæ ex jure Primogenituræ*, §. 7. 8. *p.* 10. & quoad Wurtembergiam in specie die Würtembergische Religions-Urkunden. 1741. in fol. & 8vo.

(b) Quam effectus sequentes satis evincunt. Confer. VOIT a SALZBURG l. c. §. 9 - 25. *pag.* 13 - 41. & Auctores qui de superioritate territoriali scripserunt, HERTIUS, LYNCKER, HENNIGES, *Meditat. ad Instr. Pac. Spec. IV. Mantissa I.* HUGO *de Statu regionum Germaniæ*, ERTELII *theatrum Superioritatis territorialis*, nec non novissime JO. HEUMANN. *de charactere Sup. Territ. Alt.* 1749.

(c) Supra jam notavimus *Sect. I.* §. 12. Cancellarias Statuum Imperii *Seculo XV.* unico constitisse Collegio. Vid. *Dn.* MOSER in *Diss.* ibi allegata de *Jure Statuum Imperii circa suos Consiliarios.* §. 14. Id vero sensim sensimque in plura abiit, quæ in ipso textu retulimus; vidimus quoque diviso olim, vel dividendo saltem territorio Wurtembergico inter LUDOVICUM atque ULRICUM Comites, quemlibet in sua parte propriam sibi *Cancellariam* pactis istis reservasse, vid. *Sect. I.* §. 12. Sed postea cum per transactionem *Munsingensem anno* 1482. Wurtembergia per EBERHARDOS *Seniorem* & *Juniorem* uniretur, constitutum quoque fuit; „Wir beede sollen und wollen auch in Unserer beeder Land auch ein Canzeley und einen Land-Hofmeister haben und halten. Vid. *Sect. I.* A quo tempore usque ad nostrum, unicam tantum fuisse *Cancellariam* notissimum est.

(d) Quod *Collegium Supremum* est. Das Hochpreißl. Geheimde Raths-MINISTERIUM, quod ipsum SERENISSIMUM Ducem tanquam Caput, atque Præsidem suum veneratur. Qualia ibi regulariter negotia gerantur, vel ex sola istius Denominatione conjicere queas. Die Staats- und vornehmste Landes Angelegenheiten. Vid. *Illustris Dn.* MOSERI *Compendium Juris Publ. Libro* IV. *Cap.* 20. §. 5. EJUSDEM Einleitung zu denen Canzley-Geschäfften. 8.

ordinata, multisque aliis ministrorum & consiliariorum conjunctionibus, sive deputationibus illustria, & quod magis, sapientissimis (*e*) *ordinationibus* instructa. II. Quod unum modo & unicum totius Ducatus (*f* PROVINCIALE & *territoriale* JUS detur, cui æque ac III. (*g*) *ordinationibus politicis* & *provincialibus* omnes omnino subditi agentes & judicantes sic adstricti sunt, ut ne (*h*) contrariam quidem allegare liceat *consuetudinem*. IV. Unum idemque supremum & universale judicium ADPELLATORIUM & tribunal PROVOCATIONUM, exteris quoque laudatissimum,& contra omnes ulteriores provocationes laudatissimis (*i*) privi-

(*e*) Non quidem *impressis* sed tamen manuscriptis. Confer. *Compend. Compactat.* Manuscriptum, voce: Canzley.

(*f*) Quod vel solus ejus *titulus* demonstrat des Herzogthums Württemberg erneuert Gemein Land-Recht. Jam anno 1514. in *Transactione* illa *Tubingensi* Dux ULRICUS cum Ordinibus Provincialibus, de jure tali Provinciali communi condendo transegit. „Dergleichen den Land-Rechten und andern dergleichen Stücken mit seinen Räthen und Landschafft ein gleichmäßige Ordnung machen.„ COMPEND. COMP. *fol.38.* ad hunc annum; quæ tamen Conventio non fuit perfecta, quapropter anno 1520. expulso ex Wurtembergia ULRICO cum Consiliariis Imperatoris ordines Provinciales convenerunt. „Durch verordnete von Königl. Mayestät/ auch Prälaten und Landschafft/ solle ein gemein Land-Recht und Ordnung gemacht und ausgeschrieben werden/ damit die niedere Städt und Aemter in gemeinen Fäll und Sachen in Rechten Bericht und die arme Leuth nicht also in verderbl. Kosten und Schaden geführt werden. Sed nec hæc Conventio effectum habuit, donec tandem Dux CHRISTOPHORUS id perfecit, uti ex Præfatione *Codicis* JOHANN FRIDERICIANI patet. Confer. *Excell. Dni D.* CHRISTOPH. FRID. HARPPRECHT. *Oratio inauguralis, de præcipuis quibusdam Historiæ legum Wurtembergicarum punctis in Compendio & Methodo, & simul utilitate ac necessitate Studii Juris Patrii* 1727. 4. heic edita. Reliquos ad *Jus Provinciale* pertinentes Auctores recensent *illustris Dn.* MOSERI *Miscellanea Tomo I. pag. 240. Cap. 7.*

(*g*) Titulus est: des Herzogthums Würtemberg Lands-Ordnungen/ primum à CHRISTOPHORO deinde à JOANNE FRIDERICO publicatæ. Confer. *Illustr. Dn.* MOSER l. c. COMPEND. COMPACT. *Manuscript.* in *Indice*, voce: Land-Recht Lands-Ordnung.

(*h*) Quod a Serenissimo Legislatore expresse statuum est: „Daß diß unser erneuert Land-Recht (dardurch wir in Krafft habender Landesfürstl. hoher Obrigkeit und Regalien/ alle demselben in vorigen Landrechten begriffene widrige Satzungen sowohl auch alle und jede unserer Städt/ Märckt und Flecken wiederwärtige Gebräuch und Gewohnheiten/ hiemit wissentlich und mit guter Vorbetrachtung gänzlich cassiren/ vernichten und aufheben) in allen und jeden künfftigen begebenden Fällen observirt und in Aufacht gehalten. Et jure meritoque ita sancitum fuisse credimus, quia ad condendum Jus Provinciale & Ordinationes Politicas adhibita fuere Jura, statuta & Consuetudines Civitatum particularium, uti patet ex *Recessu provinciali de anno 1552.* — V. Solle zu desto stattlicherer Berathschlagung gemeinen Land-Rechtens darzu E. Fürstl. Gnaden etliche gelehrte Räthe neben denenjenigen/ so *Prælaten* und Landschafft darzu erkiest haben/ auch verordnen wollen/ jede Statt und Amt/ Ihre Recht/ Gebrauch und alte Gewohnheiten/ in Schrifften verfaßt/ auf den 7ten *Febr.* Melchior Kalwern Burgermeistern zu Tübingen zuschicken.„ Confer. COMPEND. COMPACT. ad h. a. *fol. 129.* & *Proœmium* Juris Provincialis Wurtemberg.

(*i*) Cujus Originem, fata, constitutionem, Ordinationes, Processum, rel. nobis ex-

privilegiis munitum. V. Unum idemque (k) HOMAGIUM, quod uni omnes eodem modo præstant. VI. Unum idemque (l) DOMANIUM & ÆRARIUM, licet (m) vel

---

exhibuit *Magnificus Dn. Antecessor D.* SCHOEPFF *in Tractatu* cui titulus: *Processus Adpellationis, Nullitatis, Restitutionis in integrum, Revisionis & Remissionis cumprimis Ducatus Wurtembergici denuo* editus *anno 1748. Stuttgardiæ* 4. ubi in *Præfatione* notat, divisum aliquando fuisse Dicasterium supremum, diviso territorio. Confer. *Sect. I. §. 13.*

(k) De quibus egit *Magnif. Dn. D.* SCHOEPFF *l. c. Cap. I. de Privilegiis Wurtemberg. in Judicialibus, maxime de non adpellando &c.* Confer. HENR. MARTINI BURCKARD. Kleeblatt dreyer Würtemberg. Privilegiorum Exemtionis fori, Austregarum & de non adpellando. 4.

(l) Cujus formula extat in dem Tübingischen Vertrag de anno 1514. „Dagegen Gemeine Landschafft Hertzog Ulrich und dessen regierenden Erben und Nachkommen von Wortt zu Wortt also geloben und schwöhren: Ihr werden schwöhren Ayde zu GOtt und den Heiligen/ 1) Unserm Gdgstn Fürsten und Herrn/ Seiner Fürstl. Gnaden Erben und Nachkommen deß Herzogthums Württemberg getrew und hold zu sein/ 2) Seiner Gnaden/ Dero Räthen und verordneten Amtleuthen/ Gebotten und Verbotten/ von Seiner Gnaden wegen gehorsam und gewärtig zu sein/ 3) Seiner Fürstl. Gnaden Frommen und Nutz zu schafen/ 4) Dero Schaden zu warnen und zu wenden/ 5) nach Eurem besten Vermögen euch erzaigen und halten/ wie fromm/ gehorsame Underthanen sich gegen Ihrer natürlichen Herrschafft erzaigen und halten sollen/ 6) auch Euer Leib und Guth/ Weib und Kind/ so leibaigen sind/ nicht zu verändern/ ohne bemelt Unsers Gdgstn. Fürsten und Herrn/ oder Seiner Gnaden Ambtleuth Wissen und Erlauben/ alles nach Vermög der gegebenen Freyheit. 7) Darzue Seiner Fürstlichen Gnaden und Dero Erben Herzogen zu Würtemberg und Ihren Nachkommen die Hülf zu thun und zu geben. 8) Auch die Handhabung der Gehorsamin und Erbarkeit seiner Fürstl. Gnaden zugesagt und verschrieben/ treulich zu vollziehen/ und zu halten/ wie sich nach Innhalt deß Vertrags/ zwischen Gndgr. Herrschafft und Gemeiner Landschafft aufgericht und gemacht/ zu thun gebührt/ alles erbarlich/ treulich und ohngefährlich.„ Confer. COMPEND. COMPACT. *MSCt. fol. 29. 30.*

(m) Domanium generaliter significat illa bona, quæ ad sustentationem status publici, vel expresse vel tacite, destinata sunt, Germanice Tafel-Güter/ unde etiam eo pertinent die Cammer-Güter. Et hæc bona Domanialia sine consensu ordinum provincialium alienare non potest Princeps. Distinguenda ab his bona Principis patrimonialia, quæ apud nos vocantur: Die Cammerschreiberey Güter/ quæ Princeps suo sibi comparavit ære, quæ neque Cameræ neque Statibus provincialibus sunt incorporatæ. Domanialia æque bona ac patrimonialia sub unione Wurtembergiæ plenissima comprehenduntur, uti ex articulis Testamenti EBERHARDI III. & CAROLI ALEXANDRI allegatis patet, addita ibidem hac limitatione, nisi de bonis *patrimonialibus* aliter disposuerit primus Acquirens. „So viel aber die neue Ankäufe/ welche nach abgeführten Landes-Schuldigkeiten von Unsern Erben und Nachkommen/ von denen zu ihrer freyen Geniessung und Gebrauchung gewidmeten Geldern und Gefällen beschehen/ auch andern *Acquisitionen*/ sie mögen Nahmen haben/ wie sie wollen/ von *immobilibus* anbelanget; So sollen diejenigen/ welche zu dem Land geschlagen/ oder auch bey Unsern beyden Cammern oder Cammerschreiberey auch nur eine geringe Zeit hindurch *administriret* worden/ gleichfalls bey dem Land verbleiben/ und wie die in diesem dritten Artickul gedachte Güter und Gefälle geachtet werden/ es seye dann/ daß der *primus acquirens* derenselben wegen besondere *Dispositionen* gemachet/ und solche mit ausdrücklichen Worten und deutlicher Erklärung als ein Eigenthum beybehalten/ auch darüber *inter vivos*, oder durch

eine

vel propius ad Dominum, (n) vel propius ad territorium, (o) spectans. VII. (p) Una omnium *contributio*. VIII. Una (q) *moneta* & quæ (r) *sexcenta* alia enumerari possent & deberent, ni vel tandem receptui nobis canendum foret.

§. III.

---

eine letzte Willens-Verordnung anderst *disponiret* hätten/ als in welchem Fall es allerdings nach Anleitung derer Gemeinen und Reichs-Satzungen/ auch des Reichs Herkommen/ dabey solle gelassen werden." Confer. *Illustris Dn.* MOSERI *Compend. Juris Publici, Libro* IV. *Cap. 17.* §. *11. p. 490.* *Ejusdem* Nachlese darzu/ *pag. 492.* ubi recenset CHRISTOPH. FRISE *Jus Domaniale* ex celeberrimorum Jureconsultorum, præsertim Germanorum, Tractatibus repræsentatum, quod sc. contineat *Bruckneri, Cellarii, Grossen, Klingleri, Ræsneri, Struvii, Volschov* Tractatus *de jure Domanii.* JO. JAC. MASCOVII *Elementa Juris Publici, Libro* VI. *Cap.* III. §. *22. pag. 104. seqq.*

(n) Hoc ærarium Provinciæ constat ex Collationibus subditorum. Nobis vocantur Steuren und Anlaagen. De modo quo debeant imponi, vid. *Recessus Provinc. anni* 1554. 1583. 1607. 1629. 1642. 1673. in COMPEND. COMPACT. *manuscripto fol.* 137. 223. 224. 225. 399. 583. & *Tomo* II. *fol.* 21. 25. & 576. Confer. JO. JAC. MASCOV. l. c. §. 26. 27. DAVID GEORG STRUBEN *de Statuum Provincialium Origine & præcipuis Juribus* §. *18. pag. 184.* *in Decade Observationum Juris & Historiæ Germaniæ*, Nro. IV. *Hildesiæ 1735.* 4to.

(o) Curam ejus esse conjunctim penes Principem & Status Provinciales, statuit STRUBEN l. c. Sed cujus partis potiora sint jura, ex institutis cujuslibet regionis pactisque & privilegiis dijudicari debere, recte asserit MASCOV. l. c. ubi Directorium Domino territoriali per leges Imperii tribuit. *Capitulat. noviss. art. XV. §. 3.* Quæ circa ærarium Provinciale Wurtembergicum dicenda sint, vel solus index COMPENDII COMPACT. voce: Landschafft-Einnehmer docet.

(p) Uti cautum in Rec. Provinciali anni 1554. Ir Fürstl. Gnaden und der Landschafft Verordnete/ sollen die Anlag in die Aemter nach Vermögen und aller Billigkeit gemäß zum gleichsten umbtheilen ꝛc. & *in Rec. Prov. anni 1607.* „Kein Amt höher als das andere beschwehrt werden.

(q) De Jure ac Privilegio *Wurtembergico* adjiciamus Observationem *Excell. Dni* D. JO. FRID. HELFFERICHII, quam exhibuit in denen Tübingischen Berichten von gelehrten Sachen. 1754. Jahr/ XXXII. Stück/ den 2. Aug. ubi pag. 429. „Das Müntz-Recht kommet denen Fürsten des Teutschen Reichs desto ungezweifelter zu/ je älter Ihre Häuser sind. Dem uralten Württemberg ist dieses Recht gleichsam angestammt. Nach ehemahliger Gewohnheit wurde z. E. von dem Röm. Kayser Carl den IVten dem Graf Eberhard/ den man Greiner nannte/ ein Müntz-*Privilegium anno 1354.* ertheilet/ „daß er ohne jemands Hindernuß (wie die Worte heissen) eine gute gänge gebe Hellermüntz unter seinem Gepräg und Zeichen schlagen möge/ deren 20. B. oder Pf. Heller an rechtem Gewicht und Werth vor einen guten/ kleinen/ schwehren Gulden/ zu des Landes und Leuten Nutzen gehen sollen. Dieses Rechts bedienten sich folgende Hrn. Regenten immerhin - & pag. 530. „Bey diessen Müntzen bemercken wir nur/ daß unerachtet Graf Ludwig zu Urach *residirt* hat/ als bey welchem die Uracher Linie ob der Staig ihren Anfang genommen hatte/ die aber bald wieder mit der Stuttgardtischen unter der Staig zusammen geschmolzen ist/ sie dannoch in Stuttgardt geschlagen worden sind/ weilen ohne Zweifel die oben gemeldte Müntzstatt daselbst verblieben ist."

(r) E quibus vel unum id seligere adhuc lubet, quod in universa Wurtembergia sit ein gemein Land-Meß/ Eich/ Gewicht und Ehlen. Idque per singula-

§. III. EIDEM *classi* & hoc præcipue annumerari meretur, quod cum unum modo sit *territorium Wurtembergicum*, omnes quoque *Vasalli* (*s*) omnia *feuda* sua sine ulla distinctione, olim aliquoties introducta, ab uno *Domino directo*, sæpius insimul quoque (*t*) *territoriali*, atque adeo ab uno & toto territorio atque Ducatu, cujus *partes integrantes* & olim (*u*) fuerunt & (*x*) hodienum sunt, recognoscant, adeoque revera & proprie (*y*) PARES CURIÆ sint uni eidemque Principi servientes, ad unam eandemque (*z*) curiam pertinentes, ab una eademque investiendi, & adhibitis tamen quandoque (*a*) *Paribus* judicandi, ita ut, quæ inter ipsos obtinet differentia, nonnisi feuda, diversamque eorum indolem, qua v. g. alia sunt (*b*) Aulica & Palatina, quæ itidem non nisi una sunt & unica, alia vero (*c*) Militaria & Equestria, proprie sic dicta, respiciat, *dominio directo* in omnibus regulariter (*d*) uno eodemque.

§. IV. QUÆ cum ita sese habeant, sicque territorium Wurtembergicum tot nominibus *unum* sit atque *unitum*, aliter sane fieri non potest, quam ut (*a*) *unum* quoque & *unicum* modo CORPUS & COLLEGIUM sit STATUUM

---

gularem ordinationem est statutum in der Lands-Ordnung/ *Tit. 60-79.* Singulare plane hoc est commodum circa Commercia, adnotatum quoque a B. LUDEWIGIO inter *prærogativas Ducatus* nostri, *Sect. I.*

(*s*) Quia sc. ut mox demonstrabitur, sunt partes *integrantes* Ducatus omnino & Jus illos investiendi ad solum *Primogenitum* transfertur, cui soli omnia cedunt. Confer. VOIT a SALZBURG *de Emolum. territor. ex jure Primogenit. §. 11. pag. 16.*

(*t*) Quod satis demonstratum est ab *Excellent. Domino* AUCTORE der Vorlegung der Reichs-Ritterschafftlichen Irrungen. Stuttgardt 1749. fol. Jung. die Reichs-Stand. Archival-Urkunden.

(*u*) Quod duobus saltem testimoniis ex *Dissertationis* nostræ *Sectione I.* illustrabimus. I. est, quod in Divisione ista Wurtembergiæ ab ULRICO & LUDOVICO facta etiam Vasalli fuerint divisi, vid. *Sect. I.* §. XIII. II. Quia fuere Status provinciales, uti ex *Diplomate Maximilianeo 1495.* apparet, ubi expresse inter eos referuntur.

(*x*) Confer. modo cit. Vorstellung der anwachsenden Reichs-Ritterschafftlichen Irrungen. & *Dn.* CHRISTIAN FRID. SATTLER, in der Histor. Beschreibung des Hertzogthums Würtemberg/ II. Theil/ LX. *Cap.* von den Würtembergischen Lehen. §. 4. *pag. 284.*

(*y*) (*z*) (*a*) Quæ omnia optime explicata jam sunt in *Excell. Dni* PRÆSIDIS *Diss. de usu moderno judicii Parium Curiæ Wurtembergici*, *1733.* ubi ex *Guntheri Ligurino.* L. VIII. v. 633.

Inter Vasallos Unius forte Patroni
Quæstio de feudo quoties agitatur eodem
Quo feudi Domino gaudent, hoc judice certent.

Judicii hujus Parium Curiæ formam modumque procedendi ibidem accurate exhibitam, atque documentis illustratam habemus.

(*b*) Diversitas enim hæc feudorum non mutat Dominium directum, quod est essentiale feudi. Vid. *Excell. Dn.* PRÆSES in *Diss. de Appropriatione feudorum 1751. §. 2. seqq.*

(*a*) QUOD corpus formam, quam hodienum tenet, primum nactum est anno 1554.

TUUM Ordinumque PROVINCIALIUM, quam fortissimis vinculis unitum. Nihis magil, ut putamus, unionem nostram probat, nihilque eam magis illustrat, quam hæc ipsa *Ordinum Provincialium unio* & *individuitas*. Cum enim (*b*) totum Ducatus territorium repræsentet *amplissimus* hic *ordo*, cum ex omnibus, certe præcipuis, Ducatus nostri partibus constet & collectus sit, nec tamen nisi unum Principem veneretur, cum eo solo (*c*) tractet, paciscatur, ab eo solo ad (*d*) Con-

1554. Antiquioribus enim temporibus Ordines Provinciales non peculiare quoddam Collegium constituebant, sed Status illi tres, Prälaten/ Ritterschafft und Landschafft convocabantur, quoties id Principi vel ipsis Ordinibus, consentiente tamen Principe, placuerat. Confer. DAVID GEORG STRUBEN *de Statuum Provincialium origine & præcipuis juribus*, ubi §. 3. *pag. 164*. In Suevia provinciales Wurtembergici jam antiquitus floruerunt & adhuc florent, & §. 4. de Ordinum Provincialium Wurtembergicorum Origine, satis, Juribus & Privilegiis singularem tractatum se scripsisse ait laudatiss. PREGIZER *in Histor. Wurtemberg. MSCt.* quem tamen videre nobis, quod maxime dolemus, non contigit.

(*b*) Pro quo id etiam habult D. CAROLUS ALEXANDER in assecuratione, quam Ordinibus Provincialibus puncto Religionis, jam Princeps hereditarius, anno 1732. d. 16. Decembr. dedit, ubi: „So fühlen Wir Uns in angebohrnem Sinn für die Würtembergische Landschafft und Unterthanen geneigt/ und aus tragender *Affection* gegen dieselbe gleichsam gezwungen/ dieselbe als ein ehmahlen sehr weiß- und heilsamlich angeordnet- und bißher aufrecht erhaltenes *Corpus repræsentativum* des gesamten lieben Vatterlands/ von derley Vorurtheilen und Meynungen bestmöglichst zu befreyen/ und sie dieserthalben in die behörige Ruhe zu setzen rc. Vid. Religions-Urkunden fol. 61.

(*c*) Modum tractandi perspicere licet ex *Extractu* RECESSUS Provincialis anni 1566. *Sect. I.* §. *24.* tradito.

(*d*) Differunt *Conventus* hi a *Comitiis* Provincialibus in eo, quod *Conventus* celebrent Senatus isti Selecti die Ausschüsse. Ad *Comitia* vero etiam vocentur reliqui ordines. Et hi dividi possunt in plenos & particulares. Pleni sunt, quando uterque Senatus convenit. Particulares, quando alteruter horum solus. Utrosque convocat *Princeps* ipse. „In der Landtags sollicitir- Ausschreib- und Verrichtung 1515. „Herzog Ulrichs Fürstl. Gnaden haben sich vorbehalten/ nachdeme einen Landtag zue machen und auszuschreiben/ allein deroselben und dero Erben und Nachkommen regierenden Fürsten zusteth/ auch also von dero Voreltern von alters her gehalten worden/ zu jederzeit einen Landtag mögen auszuschreiben/ und doch daneben dero Landschafft auf Ihr unterthänigst Anbringen aus Gnaden zugegeben/ wann Vogt/ Gericht und Rath/ dero beyden Haupt-Stätt/ Stuetgard und Tübingen/ für gueth würdte ansehen/ einen Landtag fürzunemmen/ daß sie solches jederzeit/ so das die Nothdurfft erfordert/ an Ihro Fürstl. Gnaden zue bringen Macht haben sollen. Sodann Ihro Fürstl. Gnaden solches rathsamb erfinden/ wollen Sie/ dero Erben und Nachkommen sich darinn gnädiglich halten/ und den ausschreiben lassen. COMPEND. COMPACT. *Manuscript. fol. 48. 49.* Adde Landtags-Abschied *anni 1554.* Auch die fürhandene oder fürfallende Sachen/ so zu gnädigster Herrschafft oder gemeiner Landschafft Ehr/ Nutzen und Wohlfarth dienstlich und fürständig wären/ zu erwegen/ und Ihr Fürstl. Gnaden anzubringen. Und wo Sie für nothwendig halten würden/ derhalb den grossen Außschuß/ (welcher auf diesem Landtag auch erkiesst worden) oder eine gemeine Landschafft zu erfordern/ wollen alßdann Ihr Fürstl. Gnaden sich dem Tübing. Vertrag gemäß halten. Confer. quæ disputavit hanc in rem, *l. c.* §. 24. ubi adducit *Capitulat. noviss. Art. XV.* §. 3. Quam tamen restringendam esse recte existimat ad Conventus, in quibus deliberatur super

Conventus & *Comitia* sua, vel *universalia*, vel *repræsentativa*, regulariter convocetur, & quod caput rei est, ab eo solo in omnibus juribus & privilegiis (e) confirmetur, nemo non videt, manibusque palpat unionem & individuitatem Ducatus nostri. Nec quicquam nobis obsistente notissima Statuum Provincialium in *duos* (f) *Senatus* (den Grössern und Engern Außschuß) distinctione, quippe quæ non *partes territorii*, sed ordinem modo (g) consultationum tractationisque negotiorum provincialium respicit.

§. V. HISCE internis velut & *domesticis* unionis territorialis effectibus specialioribus, ultimo loco nunc quoque adjungendi veniunt, quos *externos* magis & publicos dixeris, Imperatorem, Imperium, Circulum, aliosque Status Imperii respicientes. Pro altera illa, qua Principes Germaniæ nostræ non domi solum, in territoriis suis, tanquam illorum Domini regnant, verum extra ea quoque

---

super negotiis publicis, conjunctim a Principe & Statibus Provincialibus expediendis.

(e) Confer. *Sect. I. §. 30.* „Dahero auch nach ermeldeten Lands-Compactaten sie/ Prälaten und Landschafft unsers Herzogthums/ keinem Regenten ehe die Huldigung zu leisten schuldig und gehalten seyn sollen/ bevor er nicht alle Puncten steiff/ fest und unverbrüchlich zu halten/ bey Fürstl. wahren Worten/ Treuen und Glauben sich förmlich reversiret habe.

(f) (g) Quæ Distinctio in duos *Senatus* primum facta in *Recessu* anni 1554. Und solle der kleine Außschuß / so uff diesem Landtag auß zwey Prälaten und 6. Stätten gewehlet/ und den Sie jederzeit ersetzen mögen/ macht haben/ Jährlich so offt es die Nothdurfft erfordert/ auch alß dick Er von den Einnehmern beschriben würdt / frey / ohnverhindert zusahmen zu kommen/ zu der Einnehmer Verwalthung zu sehen/ und sonderlich daß mit dem Gelt aufrecht und redlich gehandlet/ und nindert dann zu Abloßung der Gülten/ darzu auch auf nothwendige Kosten und andere Kleine Außgaben verwendet werde: auch denen Einnehmern bescheid zu geben/ welche Gülten abgekündt / und abgelößt werden sollen / und von denenselben in Ihro Fürstl. Gnädigl. Verordneten Gegenwertigkeit / umb Ihre Verwaltung / Einnahm und Außgaab / allweg nach Georgii, Jährliche Rechnung zu nehmen: auch die fürhandene oder fürfallende Sachen / so zu Gnädigst. Herrsch. oder Gemeiner Landschafft Ehr/ Nutzen und Wohlfarth dienstlich und fürständig wären/ zu erwegen/ und Ihre Fürstl. Gnaden anzubringen. Und wo Sie für nothwendig halten würden/ derhalb den grossen Außschuß/ (welcher auf diesem Landtag auch erkießt worden) oder eine gemeine Landschafft zu erfordern/ wollen alßdann Ihre Fürstl. Gnaden sich dem Tübing. Vertrag gemäß halten. Et cum mutatio quædam circa hanc Constitutionem contigerit per Rec. 1607. „Endlich haben Ir Fürstl. Gnaden dero gehorsamsten Präl. und Landsch. anzeigen lassen/ auß waß Ursachen dieselbe Enderung mit dem bißher gewesenen kleinen und grossen Außschuß fürgenommen/ darauf sich in Gnaden dahin erklärt / daß Präl. und Landschafft allein einen Außschuß von 2. Präl. und den 6. Stätten / Stuttgardt / Tübingen / Urach / Schorndorff / Kirchheim under Teck/ Brackenheimb/ auf einen gewisen von Ihren Gnaden approbirten Staat bestellen/ und mit dero gnädigem Vorwissen wider einsetzen mögen. Restituta tamen fuit illa per Rec. 1608. „11. Haben Ihre Fürstl. Gnaden für rathsamb und nöthig erachtet/ den Groß und Kleinen Außschuß nicht allein zu guter Inspection über die Verwaltung/ sondern auch damit nicht jedesmahls/ etwan auch geringer Ursachen wegen/ eine allgemeine Landschafft mit schwehren Kosten und andern Unstatten zusamen gefordert werden dörffte/ von neuem wider zu bestellen. COMPEND. COMPACT. *fol.* 141. 142. 404. 422. E quibus differentia ratione consultationum, tractationisque negotiorum simul conspicitur.

quoque membra Imperii, & summæ illius potestatis participes sunt, relatione. Sic statim unio territorii Wurtembergici in causa est, cur non nisi unicum in comitiis Regni nostri universalibus detur suffragium *Wurtembergicum*, cur hoc ipsum in Collegio Principum, & quidem inter Principes sæculares alternantes, solus tantummodo per legatum suum ferat Primogenitus, vel generatim loquendo princeps territorium hocce unitum regens, cur idem ille porro quoque solus hodie dicat Mompelgardicum, ex quo nempe unio hæc Wurtembergico-Mompelgardica universalis & plena facta fuit. Nec tamen obstat hæc unio restaurationi voti *Tecciaci*, cum non modo aliis quoque territoriis unitis plura ejusmodi inhæreant vota comitialia, sed etiam hoc ipsum duplex votum, *Wurtembergicum* & *Tecciacum*, ab uno eodemque Principe & domino ferendum, fortissimum unionis istius argumentum foret, nobilissimus effectus & certissima memoria. Idem etiam de voto isto curiato dicendum, cujus nunc quoque intuitu Dynastiæ *Justingensis* particeps est Serenissimus Dux Wurtembergiæ. Quamvis generatim haud dissimulandum sit, alia adhuc votorum comitialium fundamenta dari, accidentalia magis atque ab unione nostra aliena. Penes unum modo eundemque Principem & Ducem Wurtembergiæ regentem, exclusis & ab omni consortio remotis quibusvis actu non regentibus, exercitium est ARCHI-OFFICIORUM, quæ Domus & Territorii Wurtembergici insignia, elogia & prærogativas augent. Quicquid in dirigendo CIRCULO SUEVICO, inque convocandis & dirigendis ejus comitiis, ferendisque hic suffragiis, juris Wurtembergici est, id omne, cum unum sit & in complexu suo non nisi unico Duci Regenti competat, unionem & unitatem territorii & Ducatus nostri apprime confirmat. Unum idemque hinc porro est FEUDUM IMPERII, quod unus modo Dux & Princeps Wurtembergicus ab Imperatore & Imperio recognoscit, atque ab uno Imperatore, coram throno ejus, uno eodemque actu, recipit. E pluribus licet consistat feudis, hæc tamen unita esse, sibique invicem incorporata, quis nescit. Unus modo illorum omnium vasallus. Unus modo & regens quidem Princeps Imperio & Imperatori eandem cum Electoribus secundum MATRICULAM solvit *collectam*, commune territorii onus. Idem ille solus quoque privilegiarium jus vectigalium & monetandi exercet. Is unus & solus *fœdera* pangit. Is unus *militem* alit eique imperat; & quæ similia sunt, eodem certe *unionis* jure æstimanda. Quam sub finem laboris nostri, ne nimium excrescat, vel tandem finiendi, una cum tota patria DEO T. O. M. commendamus, cui æternas pro viribus clementissime concessis gratias agimus.

TANTUM.



DISSERTATIO XXI.

DE

VEXILLO IMPERII PRIMARIO

VULGO

Reichs-Sturm-Fahne.

ALLOCUTIO.

Mirum videri potest, tot tantasque lites de Imperii vexillo suboriri potuisse, sed mirari desinet, qui scriptorum antiquorum stupiditatem, res maximi momenti quasi in transitu, sed fabellas, data opera tractantium & modernorum affectus partiumque studium probius consideraverit. Non enim hi Juri tantum, sed & historiæ cereum affingunt nasum, factaque tantis sæpe involvunt difficultatum nodis, ut non nisi perspicaciori aditus ad Veritatem pateat. Primus in his fuit Leibnizius, *qui id & contra Saxoniæ Electorem, & contra Wirtembergiæ Ducem evincere conatus est, Imperii Vexillum majus & universale in plena adhuc Imperatoris esse potestate, ideoque concedi posse, cuicunque libuerit, quem in finem illi quidem denegavit, quamvis tecte, Imperii Vexillum, huic vero aliquod reliquit, sed particulare tantum, quodque ultra Sueviæ fines usum non habeat, idque magno rationum numero adstruxit, & licet Kulpisius, sive alius Wirtembergica Jura in prolixa deductione vindicarit, alius tamen Anonymus, forsan ipse Leibnizius, Leibnizii Argumentis nova Dissertatione succurrit, quem in modum controversia ista substitit, ita ut Imperator quidem & Imperium fundamenta Causæ Wirtembergicæ expresso Diplomate approbaverint; aliis tamen Scriptoribus, modo huc modo illuc inclinantibus, multis noviorum fuscis Leibnizii coloribus occoecatis, ita ut vel Wirtembergicum vexillum pro particulari agnoverint, quorum in numero* Zechius, Struvius, Gundlingius, Haugvvizius, Bergerus, Coccejus, *aliique occurrunt, diversis tamen quivis rationibus inducti, vel Saxoniæ Electori id adscripserint, quod e recensitis Zechius, Haugwitz, Struvius, Gundling, Choquille egerunt, vel universalitatem Gruningensis agnoverint, sed hoc non obstante Imperatoris dispositioni reliquerint, an novum Archi-Bannerefiatus officium instituere velit, in quam sententiam* Winrichus, Ludvvig, &c. *iverunt, alii tamen & plerique ex antiquioribus Wirtembergiæ Causæ subscripserint, uti* Lazius, Limnæus, Hoeppingius, Kulpisius, Obrecht, Spenerus, Schvvederus, *& quod mireris, dictus* Ludvvig *in Dissert. de Prærogativis Ducatus Wirtemb. ut ita campus hic dicendi inveniatur latus quidem, sed maxime tamen invius, maximisque difficultatibus intricatus, filoque Ariadnæo opus sit, qui devia evitare, justamque ubivis semitam indicare velit. Neque vero putandum, difficultates tantas esse, quas præjudiciis, novitatis amore, partium studio vacuus, legitimisque instructus subsidiis superare non posset; Satis dixit antiquitas, clarissime loquuntur acta publica, quæ plena manu apud* Thucelium in Electis Juris Publici

Publici Curiof. P. I. Cap. IV. *extant, fed difperfa eft huc illucque Veritas, conquiri debet, connecti, defecari, ita occurret, quod quæris, habebisque, quod bona fide pronunciare poteris. Ego quidem non id mihi fumo, quafi in tractatione mea omnia ex tripode dixiffem, vel quafi omnia dicta effent, quæ dici potuiffent, arctior librorum fuppellex, anguftia temporis, Viriumque imbecillitas coegerunt, ut intacta multa, & probabilia tantum reliquerim; Id tamen mihi tribuo, me diverfas, quas recenfui, fententias æquo juftoque Judicio probe ponderaffe, quæ legitime probata fuerant, approbaffe, quæ contra fidem Annalium Documentorumque publicorum prolata rejeciffe, in ipfis Thefibus nihil adduxiffe, quod non fufficienter, & quantum in hiftoricis Veritatibus opus eft, teftimoniis legitimis demonftrare potuerim, itaque Wirtembergicæ Caufæ Juftitiam, uti ex collatione Contrariorum, & inveftigatione Veterum fe obtulit, candide & absque præjudicio defendiffe, nihil denique intactum reliquiffe, quod in oppofitam partem traxerit Diffentientes; Neque vero temerario aufu me Jura Imperii difcutere clamites; Confirmarunt enim Imperii Leges omnibus omnino ftatibus fua Jura, nullo exclufo, Jura ex antiquitate petenda & probanda, quod qui facit in neminem injurius, Legitimus potius Legum publicarum Interpres & genuinus Juftitiæ Sacerdos dicendus eft. Monftrentur, fi quos commifi errores, corrigam, vel refpondebo, fi quid Pietati in Sereniffimos Imperii Principes, fi quid Publicis Imperii Conftitutionibus, fi quid ulli veritati diffentaneum a me dictum eft, nec dictum efto. Vale! B. L. mihique fave. Dab. in Regia Fridericiana Cal. Aug. 1726.*

§. I.

VExillorum apud Veteres ufum maximum fuiffe in bello, ut cohors quævis fuum melius Ducem audire, ordinemque confervare potuerit, nemo forfan erit, qui dubitat. Sed ficut quivis miles propriæ cohorti fuit adfcriptus, cohortes autem pro patria omnes certarunt, ita opus erat, omnes generali figno officii fui commonefieri, & fingulos iterum, ut melius & ordinatius pugnaretur, fpeciali Vexillo fubjici, de Romanis id ipfum egregie tradit Vegetius de Re Milit. II. 13. *Apud Romanos primum fignum totius Legionis eft aquila, quam Aquilifer portat, Dracones etiam per fingulas cohortes a Draconariis feruntur ad prælium. Sed Antiqui, quia fciebant, in acie commiffo bello celeriter ordines aciesque turbari, atque confundi, ne hoc poffet accidere, cohortes in centurias diviferunt, & fingulis centuriis fingula Vexilla conftituerunt, ita ut ex quota Coborte, vel quota effet Centuria, in illo Vexillo literis effet adfcriptum.* Hincque evenit, ut etiam apud nos Germanos duplex potiffimum reperiretur Vexillorum genus, generale fcilicet totius Imperii & fpecialia quarumcunque Cohortium; hæc autem infinitis iterum modis differebant, ita ut Barones feu Bannerii alia, alia Nobiles Minifteriales, alia Civitates, alia alii geftarent, de quibus tamen, cum ad inftitutum noftrum non pertineant, amplius hic edifferere fuperfedeo, & ad ipfum Differtationis meæ Thema propius accedo.

§. II. Agendum autem nobis eft de Vexillo Imperii, quod Generale eft, & dicitur: **Des Heil. Römischen Reichs Fahne / des Heil. Römis. Reichs Haupt-Fahne / des Heil. Römis. Reichs Panner / des Heil. Römis. Reichs Adler / des Heil. Römischen Reichs Fähnlein mit dem Adler / des Reichs Fähnlein / des Reichs Baner** rc. pro infigni autem habuit aquilam nigram in Campo flavo, five aureo, cujus fingulæ partes diftinctius jam erunt confiderandæ.

§. III. Quod I. Aquilam attinet, constat ex iis, quæ Heineccius de Sigillis, Hertius, Spenerus, aliique protulere, antiquum eam Germanorum insigne, & imitatione Romanorum assumtam fuisse, quando autem & qua occasione ea primo Vexillis inserta fuerit, non una omnium est sententia, & optime Obrechtus in doctissima Diatribe de Vexillo Imperii Cap. III. admonuit, male a nonnullis asseri, fuisse id non interrupta serie a Caroli M. ævo usitatum, cum de Henrico Aucupe & Ottone I. Wirechindus memoriæ prodiderit, Michaelis Archangeli effigie eos usos fuisse. Constar potius es iis, quæ Alteserra, Chiffletius, Valbonasius, Spenerus, Gundlingius in elegantissima Dissert. de feudis Vexilli scripsere, constantem Insignium usum in Vexillis ante seculum XI. non apparere, & licet ex Wilhelmo Tyrio pateat, Henrici IV. Vexillum, quod in prœlio ad Elystrum fluvium Gothofridus de Bouillon contra Rudolfum Anticæsarem gessit, aquila fuisse insignitum, facit tamen coævorum scriptorum altum de sequenti & ulteriori ejus usu silentium, ut maxime dubitem, an in id tempus Epocha quæsita constitui queat. Certè ante Friderici I. tempora vix reperitur hujus rei vestigium, sub eo autem Imperatore & sequentibus plena manu tradunt historicorum annales, id quod ex Radevico, Ottone Frisingensi, Gunthero &c. latius recensuit citatus Obrecht. d. l. hinc arbitror, huic Imperatori, ut multa alia, ita etiam constantem aquilæ in vexillis usum attribui debere; Cum enim totus in eo esset, ut Germanici Imperii Majestatem priscam & ferè deperditam revocaret, Romanoque Præsule in antiquos circulos redacto, Jura Imperatoria Romæ in integrum restitueret, antiquum Romanorum morem, quo in suæ subjectionis indicium urbis suæ vexillum sine dubio ejus insigni ornatum, Carolo M. transmisere, de quo Conf. Anastasius in Vita Adriani & Adelmus in Annal. Franc. de anno 796. apud Freherum, publico hoc signo declarare, & in posteritatem perennare voluit; quem enim latet, quo studio, qua fortitudine noster Barbarossa Caroli M. vestigia legerit? qua autem id melius ratione fieri potuit, quam Orientalium Cæsarum & Romani Imperii insigni in sua vexilla translato? Eadem suspicari Doctissim. Gundlingium ex ipsius dissert. de Henrico Aucupe §. 31. not. n. didici, cujus vastam raramque Eruditionem, uti integer tractatus, ita inprimis quæ hanc in rem dicit, sufficienter exprimunt & commendant. Sed variè tamen expressam fuisse hanc aquilam, Annales veterum docent, ævo enim Friderici, quid quod Henrici IV. panno fuisse eam intextam, certissimum est; sed ea quæ ab Ottone IV. in bello contra Gallos Standarto imposita apud Britonem Armoniacum Philipp. L. XI. legitur, solida & ex metallo, vel alia quadam materia compacta fuisse videtur, ita enim Albericus in P. II. Chronici ad annum 1214. *Carrus discerpitur, Draco frangitur, aquila alis avulsis & confractis, ad Regem Philippum defertur;* Ipse autem Brito l. c. fatetur, insolitum hoc aliquid esse, & ab Ottone in majorem hostium terrorem, certaque victoriæ spe institutum fuisse, versus huc facientes sunt:

Mox Otto Imperii declarans signa, volensque
Jam quasi promeriti rem prælibare trophæi
(i. e. *victoriam ante triumphum canere*)
Standartum (*Rigordus de gestis Philippi Augusti ad annum 1214. perticam appellat, verbis: sibi pro vexillo erexerat [Otto] aquilam deauratam super Draconem pendentem in pertica oblonga, erecta in quadriga*)
ædificat, miroque insignit honore,
Imperii, ut fasces tanto illustrante paratu,
Se dominatorem totius disputet orbis.

Certe

Certe in sequentibus temporibus tanti ponderis & magnitudinis vexillum non legitur, & vani omnino sunt, qui sine distinctione id carrocium volunt esse, sive curru vehi solitum, quale Halorum, Florentinorum apud Obrechtum d. Cap. III. vel Civitatis Argentoratensis in Chronico Königshovii edit. Schilteri pag. 1104. describitur, quod ultimum sine dubio confundunt isti scriptores cum Vexillo Imperii, cum tamen ejus figura, d. l. exhibita, erroris eos facile convincere potuisset; Ut enim non dicam, sæpius appellari Imperii Vexillum Germanico Idiomate Fähnlein/ prout loca dicti Königshovii pag. 1110. 1111. & innumera alia docent, quod minorationis notam esse linguæ gnari facile agnoscunt, omnes scriptores tradunt, gestum esse hoc vexillum & portatum, nunquam autem vectum. Gothofredus Bouillonæus in prœlio Fladenheimensi Rudolpho cuspide Vexilli Imperialis ventrem trajecit, eumque de equo præcipitavit. Pluribus rei certæ hic loci demonstrandæ non insudo, nec hæc attulissem, nisi quidam nescio quam magnitudinem vexillo huic attribuissent, & ex eo malæ causæ pejus fulcimentum subministrassent.

§. IV. II. Flavum esse hujus Vexilli campum, aquilam autem nigram, & semper fuisse, a nemine negatur. Imperator Sigismundus apud Goldastum Tom. II. Reichs-Satzungen p. 140. Der Adler ist in einem guldenen Felde/ bezeichnend GOtt den HErrn/ des Sonne klar scheinet/ und der macht Ruhe/ von dem alle Frucht entspringt; Der Adler bezeichnet uns die hohe Adelschafft/ die wir so gar vom Himmel darein verzeichnen/ Verkündigung auff dem Erdreich der Nacht/ als es schwartz ist/ da uns Johannes der Evangelist so ehrlich in des Adlers Weise ermahnet; rc. Sed excellentior tamen habebatur flavus color naturali aquilæ nigritudine, hinc Otto IV. Aquilam solidam, de qua §. 3. deauratam fecit, verba Britonis sunt:

Quem super aurata volucer Jovis imminet ala,
Tota superficies cujus nitet aurea, solis
Æmula, quo jactat plus se splendoris habere.

Henrici VII. Vexillum in Italia usurpatum aureum seu flavum fuisse, ex Mussato constat: Conf. Spener in Op. Herald. P. Spec. Hœpping de Jure Insign. & inprimis Nicolaus Vptonus L. III. de Milit. officio, cujus locum egregium Obrechtus, Struv. aliique jam allegarunt.

§. V. III. Aquilam hanc unicipitem olim fuisse, hodie inter Eruditos non dubitatur; Minimum constat ex sigillis a Schiltero in appendice ad Chron. Königsh. pag. 1125. & seqq. publicatis, seculo XIV. nondum publico usu receptum fuisse monstrum, quo hodie utimur, biceps. Henricus VII. Carolus IV. Wenceslaus unicipite usi sunt, id quod ex ipsa Aureæ Bullæ effigie apud Thulemarium, e bibliis Wenceslai apud Lambecium L. II. pag. 751. & egregio Struvii in Syntagmate J. Publ. pag. 438. loco, e nummis Sigismundi apud Octavium de Stade apparet, similes idem de Maximiliano I. produxit fidei minime suspectæ; Sed sunt tamen indicia, suspicionem præbentia, sensim sensimque bicipitis usum eo tempore invaluisse. De Wenceslao id probat allegatus Polyhistoris Struvii locus, & Stradæ nummus pag. 467. De Friderico III. Sigillum ejus apud Schilterum in fine Diplomatum & Documentorum ad Friderici historiam pertinentium, ut adeo eorum conjectura non vano niti fundamento videatur, qui ultimam originem pictorum & sculptorum imperitiæ adscribunt; quia enim Ludovicus IV. & Carolus IV. docente Becmanno in Historia Anhaltina P. IV.

P. IV. Cap. III. & Heineccio de Sigillis L. I. Cap. IX. §. 70. duabus aquilis, telamonum instar, uterentur, isti rerum imperiti ex duabus unam, sed bicipitem facile conflare, eoque ipso ansam dare potuerunt, ut publico imperii usu reciperetur, conniventibus sine dubio Imperatoribus, quippe qui ista figura conjunctionem Orientalis & Occidentalis Imperii denotari posse arbitrabantur, quem in finem etiam olim non nisi post inaugurationem Romæ factam duplici Aquila utebantur, prout exemplo Friderici III. declarat Weckius in Chron. Dresd. p. 23. hinc non uno temporis momento, sed sensim sensimque recepta fuit, hincque Reges Romanorum adhuc unicipite utuntur, quia cum ii throno insidentes nondum appareant, adeoque duobus Atlantibus usi olim non sunt, nec ratio vel occasio adfuit, in usitatis ipsorum insignibus aliquid immutandi; Errare igitur mihi gravissime videtur Nicolaus Uptonus, qui cit. loco *aquilam in vexillis Imperii fissam esse* dicit, *quia Imperator in suis factis debeat esse indifferens*, ut enim nihil de absurdissima quam adjicit ratione dicam, hoc unicum satis indicio est, ipsum pessime de insigni hoc Imperatorum nostrorum fuisse informatum, quod fissam esse putaverit aquilam, quis enim unquam fissam somniavit aquilam? non fissa, sive in partes secta, sed biceps est, reliqua naturam imitantur; Carbone tamen eo digniores sunt, qui ipsius verba ad Imperii vexillum trahunt, nunquam enim probari poterit, in publicis Imperii vexillis aquilam bicipitem apparuisse, id quod de temporibus antiquis ad Ludovicum Bavarum usque jam demonstravi, neque probabile esse, possessores Vexilli immutari hunc antiquitatis Characterem passos fuisse, quin falsum id plane esse, infra ulterius ostendam, ut adeo, qui ex hoc fundamento Groningense vexillum pro Imperiali non agnoscunt, vehementer cœcutiant. Sed de hoc §. 11. uberior erit dicendi locus.

§. VI. Addit Illustris Dominus de Leibnitz in deductione, quam de distinctione inter Imperii vexillum & Imperii Militare, seu Sturm-Fahne pubiici juris fecit, & apud Thuccelium in Electis Jur. publ. Cap. IV. pag. 130. seqq. invenimus, quadratum esse debere hoc imperii Vexillum, non in cuspidem desinens, esse enim hanc Banneriorum communem naturam, ut ubivis ejusdem sint largitatis, contra vero inferioris & particularis Vexilli, quod Guidon Galli dicunt, notam esse essentialem, si in fine sensim decrescat, sensimque magisque longum sit, quam latum, hinc evenisse, ut laciniæ vexilli ejus, qui ex simplici Ministerialium Classe ad Baronis seu Bannereti dignitatem evectus fuerit, abscissæ, atque ita vexillum quadratum purum effectum sit. Sed optandum foret, ut Doctissimus Author suæ Assertioni, nimia securitate prolatæ, documenta & testes addidisset, sine quibus in Heraldicis historicæque fidei rebus nemini tuto creditur. Equidem frustra ad communem Heraldicorum consensum provocatur, cum non tantum testium recentium nubes in antiquis rebus plane nihil, nisi ope Documentorum fide dignorum probet, sed etiam, ut prætereum Hoeppingium de Insignium Jure, Spenerus artis Heraldicæ peritissimus in Op. Herald. P. Generali. P. I. Cap. III. §. 25. postquam varia Gallorum de Banneriorum quadratura recensuit loca, hoc notabili Epiphonemate concludit: *Quicquid vero horum sit, nostram Germaniam ea non respiciunt, in qua quadratam istam formam ne semel quidem observassem.* Quamvis autem in re tam ardua tantisque tenebris involuta, admodum periculosa sit decisio, licebit tamen, quæ in insignibus apud dictum Spenerum, alibique expressis observavi, salvo melius sentientium judicio, proferre. I. Asserere haud vereor, ne unicum quidem pro quadrata, quæ desideratur, forma afferri posse documentum, sed semper ad minimum inveniri velum aliquod prominens, quod Schwenckel dicunt, ita e. g. Vexillum Civitatis Imperialis Argentoratensis, quod adhuc conservatur, & magnitudine reliqua omnia superat, a Kulpisio in egre-

egregiis ad Monzambanum Observat. pag. 484. cum prominente inferius aliquo Velo, quod a parte suprema hastæ incipit, & pannum integrum ambit, **so daß man es gar wohl vor einen Schwenckel halten könte/** proponitur, sed operæ pretium foret, ut exactius paulo inspiceretur, longe enim id aliter apparet in Schilteri Chronico Königshoviano pag. 1102. ubi ambo exhibentur Civitatis vexilla, alterum majus & curru vehi solitum, quod sine Velo quadratam figuram fere refert, alterum autem minus, cum inscriptione: *Venite ad Puerum Christum omnes, qui onerati estis*, hocque velum superiori parte prominens exhibet; illud ob magnitudinem rarioris hoc frequentioris usus fuisse, e documentis post allegatis, utrumque autem a Kulpisio confusum videtur: licet enim utrumque Mariam, Puerum JEsum in sinu expansis brachiis gerentem, referat, non tamen id, quod inscriptionem refert, septem ulnas & dimidiam longitudine, & sex & dimidiam latitudine continet, sed alterum vacuum inscriptione. Quicquid autem sit, apparet tamen, quadratam figuram pro nota eminentiori habitam non fuisse, 1. ex eo, quia etiam magnum illud quadratum Argentorati Urbis Bannerium particulare ipsius Vexillum fuit, **der Stadt Haupt-Fahne oder Standart/** prout id Schilterus appellat. 2. Velum, quod in minori apparet, minorationis nota esse nequit, quia quoad usum & finem idem cum majori est; Maxime enim displicet Ludvvigii in Diss. de Rebus Halens. & Struvii in syntagmate J. Publ. Cap. XXII. §. 2. conjectura, minus pro universali civitatium, majus pro Vexillo quodam Imperii, Civitatibus nonnunquam in expeditione commisso venditantium; inducuntur autem verbis documenti d. l. pag. 1107. relati, quod ipsorum verbis & interpretatione interlineari transscribo: **Und dann ein Stadt Straßburg/ jewelts in allen des Heil. Reichs Zügen und Heerfahrten herbracht/ ihr offen Panier** (vexillum Civitatium) **bey und neben dem Reichs-Adler** (vexillum majus) **zu führen/ und so das Reichs-Panier** (vexillum secundum Imperii) **den freyen Städten und nicht dem Adel zu führen befohlen soll werden/ ein Stadt Straßburg dasselbe je und je zum ersten zu führen empfangen hat/ und demnach je ein Stadt um die andere geführt/ biß es wieder an eine Stadt Straßburg kommen ꝛc.** Verum enimvero accedere minime possum huic interpretationi, qua Argentorato peculiare vexillum non relinquitur, quod ipsi antiquitus pet Imperatores concessum legitur, & communiter **der Stadt Straßburg Vendle** appellatur, vid. ulterius suo loco infra §. 9. ubi distincte de eo agendum. II. Schilterus dicto loco exhibet Caroccium, prout in exercitum duci solitum erat, insidebant nimirum ei plures armati, singuli vexillum in manibus tenentes, quod modo quadratum purum, modo quadratum, sed cum velo aliquo prominenti conspicitur, quia autem hi armati cives tantum, eorumque insignia sine dubio civica, iterum adparet, prærogativam figuræ quadratæ puræ minime concessam fuisse apud Germanos. III. Admodum invidiose & subdole interpretatur Leibnizius d. l. pag. 141. verba Stumpfii in Chron. Helvit. L. VI. C. 17. p. 153. quæ ut eo melius ab omnibus intelligi & pensitari queant, integra exhibebo: **Johann Barfoter von Winterthur sagt in seiner Chronica, daß Graff Rudolph von Habspurg/ als er Römis. Kayser erwehlt/ der Stadt Zürich von wegen ihrer treuen Dienste ihr Paner bekrönt/ das ist mit einem rothen Schwenckel geziert und begabet habe. Dann es ist je und je bräuchlich gewesen/ daß die Kayser und Könige die Purpur und rothe Farb/ welche ist eine Fürstl. und Königliche Farb/ wohlverdienten Leuthen um Ehren willen mitgetheilet und geschencket haben. Wie dann auch die Stadt Costantz im Costentzer Concilio von König Sigmunden/ nachmals Römischen Kayser begabet worden/ daß sie ob ihrem schwartzen Creutz einen rothen Schwenckel führen/ und dazu mit rothem Wachs sieglen mögen. Derhalben hat das wenig Ansehen/ daß**

etliche vermeinen/ alle die Zeichen/ die Schwenckel führen oder tragen/ seyen also bezeichnet/ daß man sie dabey erkennen/ einmahl verlohren gewesen. So doch auch nicht funden wird/ daß Zürich je ihr Paner verlohren habe/ ohn vor Winterthur/ da aber die Alten bezeüget/ daß auch dieselbe den rothen Schwenckel gehabt/ als die nach König Rudolphi Zeiten verlohren ward. Es ist aber mit hinzu in vielen Leuten der Wahn auffgewachsen/ daß die Züricher Paner von der Verlust wegen vor Winterthur den Schwenckel überkommen habe. Darum ward vielgedachter Schwenckel nach eroberter Schlacht vor Murten an Hertzog Carl von Burgund/ durch Hertzog Reinhardt von Lothringen/ zu Ehren der Stadt Zürich abgeschnitten. Als man aber wieder heimzog/ und gen Bremgarten mit dem Paner kam/ erbothen die alten Räthe der Stadt Zürich dem Hauptmann und Paner-Herrn samt den Räthen die in dem Feld gelegen/ sie solten die Schwenckel wieder anhefften/ und die Paner wieder eintragen/ wie sie die ausgetragen hätten; dann ihr Paner habe den Schwenckel nicht als eine Schande und Verlust/ sondern als ein Ehren-Sieg-Zeichen. Dergleichen handelten hernach die Burgermeister/ Räthe und Burger zu Zürich Anno Domini 1512. dann als sie bericht/ daß Papst Julius der Andere willens war/ der Eydgenossen Paner ehrlich zu zieren/ schrieben sie den Ihren zu/ welche zu Feld in Meyland lagen/ daß sie den rothen Schwenckel an ihrem Paner nicht ändern liessen/ dann sie finden/ daß solcher ihren fordern von Kaysern und Königen durch Ehren und Verdienst willen geben seye. Ex quibus liquido patet, (α) Germanos velum illud sive Schwenckel non pro minorationis sed honoris nota habuisse. (β) putasse tamen nonnullos alienigenas vel rerum germanicarum imperitos, vel domestica peregrinis metientes, indicium id esse vexilli olim amissi. (γ) hanc inani persuasione Reinhardtum Lotharingiæ ducem & alios in castris degentes censuisse, devicto apud Murtam Carolo Burgundo honorabilius esse id resecari. (δ) Sed contra putasse senatum Tugurinium, historiæ veterisque ævi ex archivo atque experientia peritiorem, esse hoc velum Civitati in honorem concessum. Eo itaque uti olim nemini permissum fuit, nisi ex speciali Imperatorum gratia & privilegio, quia autem omnium excellentissimum & primarium fuit Imperii vexillum, hoc suamet natura & essentia semper decoratum fuisse tali velo rubro rothem Schwenckel/ pronum est concludere. Simile quidpiam reperimus in rubræ ceræ usu, qui olim Principibus Imperii non nisi speciali Imperatoris gratia indulgebatur, neque tamen sequitur, minus nobilis est hodie cera rubra, qua Imperii nomine utitur Cæsar, quia ea etiam Principes utuntur, dicendum potius, Insigne Imperii, nobilius longe Principum insignibus, sua essentia rubra exprimi cera, & differentiæ rationem in eo solo consistere, quod Imperator proprio jure, Principes autem per acquisitionem ea utantur. Ita absit ut velum illud rubrum, quod in Groningensi vexillo olim conspiciebatur, minorationis nota sit, potius id nativum & essentialem vexilli Imperialis characterem refert. IV. Sciendum est, hasce lacinias antiquissimas origines vexillorum referre, pannulus enim olim in duas lacinias desinens affigi moris erat apud Germanos Sceptro vel perticæ, unde etiam origo Germanicæ vocis Fahne a banbo olim Wendle/ quasi panniculus ein Bändlein/ quod optime cognoscitur e sigillis Conradi I. & Henrici Aucupis, ab Heineccio dicto loco in Append. Tab. IV. num. 18. & 19. expressis, ultimum etiam Gundlingius Dissertationi de Henrico Aucupe præfigi curavit, ut mirum sit, eum adhuc Leibnizio adsentiri. Hinc factum est, ut in antiquissimis & primæ Nobilitatis insignibus vexilla vel cum laciniis, vel cum velo adpareant e. g. apud Heineccium d. l. Tab. IV. num. 16. Caroli Crassi oblongo panno, Illustrissimorum Comitum de Althan. Tab. XV. Baronum de Redern Tab. XXI. Comitum de Pappenheim & de Rechperg.

Tab.

Tab. XXXI. Schvvarzenburgiorum Tab. XXXII. Comitum de Waldpurg. Tab. XXV. & innumera alia, ex quibus patet, Leibnizii assertum adeo fallere, ut observantia contrarii maxima potius prærogativa apud Germanos habita fuerit, ideoque sine dubio concludendum, Imperii vexillum nativæ suæ dignitati atque genuinæ formæ relictum omnino respuere quadratam figuram, de quo plura & in rem præsentem venientia ad §. 11.

§. VII. Ex dictis jam cuivis innotescere potest, genuinam esse vexilli generalis formam, quam supra præmisi, & præter aquilam nigram, unicipitem in campo flavo seu aureo ei nihil adscribi debere, reliqua quæ assumuntur, contra experientiam, sine fide & teste proferri, adeoque pro erroneis agnoscenda, aut fide dignis authoritatibus prius esse stabilienda, quod an possibile sit, ex §. *6.* facile conjici potest.

§. VIII. Usus hujus vexilli præcipuus fuit in bello ejusque exercitio, inprimis, quod eo erecto omnes Imperii status ad sequelam obligabantur, id quod Obrechtus cit. Diss. Cap. VI. egregiumque documentum in Schilteri append. ad Chron. Königshovii pag. 998. probant, conferatur etiam Gundlingius in Diss. de Feudis Vexilli §. 17. & Illustris Dominus de Ludvvig in Dissert. de prærogat. Wirtenb. Duc. Cap. X. not. c. ubi vexilli Imperialis usum in Clientelari inauguratione & coronatione esse putat, cujus indicium aliquod extat in expeditione Romana, quam Imperatores antiquitus ad Coronam Romæ petendam solenni comitatu vexilloque inprimis Imperii stipati susceperunt, usus autem ejus præprimis tunc erat in solennibus per urbem processionibus, quarum Ceremoniale Romanum passim mentionem facit, inprimis autem Cap. III. pr. verbis: *Primo die Equites vexilla duo Cæsaris portant, alterum S. Georgii, quod ad Suevorum pertinet custodiam, aquilæ alterum*, item de processione Pontificis & Cæsaris per urbem sequentia notat d. Cap. III. *Deinde vexillum populi Romani, vexilla Imperii, vexillum Papæ, vexillum Ecclesiæ, vexillum crucis cum vexilliferis armatis & ornatis, ut in coronatione Papæ.* Quod de vexillis Romæ evenerit in Coronatione Friderici III. & Argoratensium serie privilegiorum apud Limnæum in jure publ. cognoscitur. Cur autem non eadem Archivexilliferatus officia Francofurti exercita fuerint, rationem forsan infra extremis digitis tangam. Inprimis vero notari merentur Obrechti verba in cit. Diss. Cap. IV. *Licet interdum pacatis quoque expeditionibus ceremoniisque adhibitum Imperiale vexillum constet, attamen etiam in his nihil aliud quam bellici apparatus speciem ac similitudinem expressit, & ex medio certe bellorum apparatu fuit depromendum, quem instruere atque dirigere is demum jure suo potest, a quo summum rei militaris auspicium dependet.* Id quod ei facile persuadebitur, qui antiquæ reipublicæ nostræ constitutionis aliquatenus gnarus, quam omnia ad bellum ordinata bellique speciem quandam fuerint ordinata, observaverit, quod ipsum jam Tacitus non uno loco memoriæ prodidit. In exequiis Caroli V. ordinabatur a Ferdinando I. ut vexillum Imperii in demortui Cæsaris honorem præferretur. Reliqua huc pertinentia ab aliis, quos modo citavi, jam sufficienter sunt exhausta, nonnulla itaque tantum addo, *primo* valde esse probabile, in Comitiis Imperii universalibus olim Imperii vexilla adhibita fuisse, sub dio enim ea serena tempestate haberi solita, & quidem præsenti & armato universo Germaniæ populo seu exercitu, qui Veterum loquendi mos est, nemo ignorat; Sicut autem in Expeditione Romana, quando conventus in campis Roncaliis habebatur, pro lustrando exercitu, judicioque de absentibus habendo, signum publice erigebatur, vid. Auctor Historiæ de Guelfis apud Leibnizium Tom. I. pag. 781. in eoque scutum suspendebatur, vid. Otto Frinsing. L. II. Cap. XII. ita idem vexillo

factum esse in Germania, ubi in armis deliberabatur firmiter credo, egregie hanc in rem Loccenius in antiquitatibus Sueo-Gothicis L. III. Cap. III. *Vexillum*, inquit, *dicitur* Standart *Gallice Estandart, a veteri Gothico-Teutonica voce standa & stanta, sistere, quasi signum statarium dicitur, inde adhuc nostratibus* Standrätt *& Germanis* Standrecht *appellatur, seu judicium Statarium, quod in eo vexillis in terra defixis Jus dicatur.* *Secundo*, vexillum hoc erigi non potuisse, nisi ipso Imperatore præsente, verba Recessus Spirensis de anno 1542. §. 40. hæc sunt: Sonst aber in der Kayserlichen Majestät und unserm Abwesen soll der Reichs-Fahnen nicht fliegen/ sondern an statt seiner ein ander Fahn durch den Obristen Feld-Hauptmann auffgerichtet und gebraucht werden. Quamvis nec præsente semper Imperatore hujus vexilli usus erat, ita in Expeditione contra Hussitas Sigismundus, ad ordinem in prælio magis conservandum, cuivis cohorti vexillum particulare, Rennbanner/ erigi ordinavit, verba Constitutionis apud Schilterum in Instit. Juris Publ. p. II. pag. 33. sunt: Auch soll ein jeglich Heer seine Renne-Paner bestellen/ welcher vor der Paner her ritet/ oder fare/ ohne des Ammtmanns Willen/ dem oder den soll man sein Pferdt und Wagen nemen/ und soll die buten/ und da soll niemands um reden/ auff daß man desto gewahrsamer bleibe bey der Paner. In expeditione Caroli V. contra Turcas ad instantiam Wirtembergiæ Ducum vexillum cum Equitis S. Georgii effigie erigebatur. *Tertio* sub auspiciis hujus vexilli Equites olim solenniter creatos, quod didici ex actis Exped. Rom. Friderici III. apud Wenckerum de Glevenburgeris ubi pag. 26. Darnach flog des Reichs Panier mit zweyen Töppen / und St. Georgen Fenlin / unter den beyden schlug er Ritter jedermann/ ꝛc. *Quarto* si colligantur usus recensiti, sequitur officium Vexilliferatus originetenus quidem bellicum, sed tamen modo jam dicto aliqua ratione etiam aulicum fuisse, quia in solennibus exequiis, processionibus, coronationibus, comitiis, investituræ actibus, in militem adoptionibus aliisque sine dubio exercebatur, atque adeo non minus, ac Electorum Archi-officia in honorem S. R. Imperii Summique ejus Capitis splendorem erectum fuisse.

§. IX. Jam non difficile est, vexilli nostri a reliquis in Imperio notis vexillis differentiam constituere; Differt autem (α) a vexillo S. Gregoriano, Nobilitatis & imprimis Suevicæ insigni, prout ex dictis apud Dattium de Pace Publica, & B. Neu in Dissert. de S. Georgio amplius colligi potest. Definit autem illud in duas lacinias, & Symbolum gerit Equitem S. Georgium, hasta ex equo Draconem petentem, in campo nisi fallor cœruleo, ut adeo ne minima quidem parte cum nostro conveniat. Differt. (β) a Vexillis *Argentoratensibus*, Mariam expansis brachiis Puerum JEsum in sinu gerentem in campo argenteo repræsentantibus, quorum usus per superius dicta particularis, & sicut in reliquis, ita in hoc præcipue a nostro satis diversus. Indubium est, quod de proprio Civitatis Argentoratensis Vexillo, cujus figuram supra §. 6. recensui, in medium protuli, sed reliqua hanc Civitatem, respectu aliorum Vexillorum, tangentia maximis involuta tenebris, adeo ut, quid sentiam, vix edisserere audeam; attamen, etiamsi meæ causæ parum intersit, quid legerim ptonunciabo: Habuere Civitates Imperiales vexillum commune, a possessoribus denen Reichs-Städten dictum etiam Reichs-Fändle/ & ab Imperatoribus peculiariter vel Nobilitati, utpote in Officiis & togatis & sagatis primas semper tenenti, vel ipsis Civitatibus in expeditione Imperiali commissum fuit, quo ultimo casu Argentoratensium ea fuit prærogativa, ut ipsi ejus ferendi primo die copiam haberent, pertinet huc elegantissimus locus apud Wenckerum de Glevenburgeris pag. 43. seq. Als man die Fenlin fliegen/ und andere beslieffen ließ / wart von wegen der

Rich

Rich-Stadt begehrt an den Marggraffen von Brandenburg als Obersten Hauptmann/ ihn auch ihr Fenlin zu geben/ von demselben wurdent sie gewiesen zu dem Kayser/ und wo uns dasselbe wurde/ möchten wir es führen / sust möchten wir der Stadt Straßburg Fähnlein offen behalten/ so lange biß wir des Reichs Fenlin hätten/ der Kayser ließ Antwort geben/ er meynt/ wir hätten eins/ oder es wäre vergessen worden zu machen/ aber Mandata ußzuschreiben/ und vil Beschwerung den Städten aufzulegen/ wird nit vergessen/ uf Andtwortt der Kays. Majest. dem Marggraffen anbracht/ sprach sein Gnade/ wir von Straßburg hätten einen guten Mahler unter uns / solten wir zu seiner Gnaden schicken/ wolt sin Gnaden schaffen/ daß das Fähnlein gemahlet wurde / uf der Stätte weiter ersuchen im Feld / ist die Verachtung oder Irrunge ingefallen/ wiewohl alle Ritter und Knecht/ die vormahls der Stätte Fenlin gesehen hant/ sprechen/ es sey ein schwartzer Adler in einem gelwen Felde mit einem Kopff/ und es der Marggrave auch gesait/ also von sinem Herrn und Vatter Löbelicher Gedächtnus gehört/ und in Geschrifft funden han/ nit desto minder wurd die Unwerunge gegen uns fürgenommen/ daß des Kaysers Meynung ist/ wir sollent ein schwartzen Adler in einem wisen Felde führen. &c. Studio hæc excerpsi, ut ex integra serie pateret, fuisse hoc Reichs-Fähnlein commune Civitatum Vexillum, adeoque particulare atque nostro minime conveniens ; Interea notandum ad dignoscenda hæc Vexilla minime ad sola nomina, neque ad sola insignia, sed cum his potissimum ad usum aliasque circumstantias esse respiciendum. Ulterius videtur etiam Argentoratensibus ea prærogativa indulta fuisse, ut nonnunquam domum deducendi Vexillum Universale Imperii honos iis competeret, prout Fridericus III. iis concessisse legitur Vexillum, quo adversus Carolum Burgundum usus est, domum perferre, inde consultationes: Was wir uns mit demselben Fenlin halten sollent / ob wir es an einen Stange sollent slahen/ und offentlich durch unser Stadt führen / oder es in dem Trog lassen beschlossen liegen / da es inne lit. Priora duo nomine proprio etiam in acie, posterius mandatario & tantum extra statum belli gestarunt. Eo lubentius & prolixius hasce meas observationes hic inserui, ut ansam aliis darem evitandi partim communes in hac materia errores, partim veritatem ulterius eruendi. Differt (y) a Vexillo, Sturm-Fahne dicto, cujus mentio fit in Alberto Argentin. ad annum 1349. *Conquerebantur tum* (cum Carolus IV. Spiræ degeret) *Civitates Rhenenses, quod Rupertus Dux Bavariæ haberet castrum dictum in nova Curia, in qua latitarent latrones, qui Mercatores transeuntes viam publicam versus Wormatiam in nemore dicto* Rechholtz/ *spoliarent. Rex hoc audito, statim Bannerium suum, quod dicitur* Sturm-Fahne/ *super turrim Ecclesiæ Spirensis constituit, & populo Civitatis ad arma mandari per Magistros Civium præcepit, & egressus Civitatem cum sua gente armatus, populo eum sequente cum Bannerio, ante castrum prudictum ipsum funditus destruxit.* Struvii locus in Syntagm. J. Publ. egregie hucquadrat, quando Cap. XXIII. §. 11. ita loquitur: *in motibus subitaneis, vel si contra Latrones agendum, de turri suspendebatur, ut conveniant, qui præsto sunt*, quamvis in reliquis ejus annotatis admodum dissentiam; Videmus autem e loco allegato, Carolum IV. hoc vexillum penes se habuisse, infra autem ostendam, Imperii vexillum eo jam tempore certo jam loco fuisse assignatum, hinc me non dicente consequitur, maxime differre dise Sturm-Fahne von der Reichs-Sturm-Fahne. Observandum scilicet est, habuisse Imperatores præter universale Imperii Vexillum, proprium, quod in aula sua servabant, & peregrinantes secum ducebant, ut eo in periculis subitaneis uti ad suam & Imperii defensionem possent. Huc refero Bannerium, quod Sigismundus Imperator Constantiæ Comiti Pappenheimio contra Fridericum Austriacum, cujus ope

Papa Johannes Consilio se subduxerat, publico Diplomate, quod extat apud Lunigium Reichs-Archiv VI. Abtheil. pag. 587. commisit; constat enim ex Gerhardo de Roo, Gobelino Persona, aliisque, quanta præcipitantia e Vicinis Sueviæ, Helvetiæ, tractusque Rhenani civitatibus auxilia conscripserit Imperator, uno & primo statim impetu Austriacum suppressurus. Aberat autem universale Imperii Vexillum, quippe jam Groningæ destinatum, aberat Ulricus Wirtembergiæ Comes, suum ergo peculiare Vexillum Sigismundus Pappenheimio præsenti demandavit, ut eo in necessitate hac subitanea uteretur, ut non dicam, ipsum Imperatorem expeditioni non interfuisse, adeoque nec generale Imperii Vexillum expandi potuisse, vid. §. 8. Memorabilis locus exstat apud Fuggerum Speculo Hon. Austr. L. V. Cap. XIV. pag. 683. Es wurden auch erobert der Kayserl. Haupt-Fahn mit dem doppelten Adler und Oesterreichischen Hertzschild/ welchen Hertzog Ludwig bald hernach dem Kayser wieder zugesendet: Das Reichs-Panier mit dem einfachen Adler/ um welcher die Wappen der Reichs-Städte/ so in diesem Krieg dem Kayser hülfflich beygetretten/ gestickt waren/ des Reichs-Marschals Panier mit den zweyen blutigen Schwerdtern/ und des Grafen von Würtemberg seines mit den 3. Hirschgeweyhen und zweyen Fischen. Merentur hæc verba, ut figamus paulisper pedem. Constat e Diplomate Imperatoris Friderici III. quod exstat apud Lunigium Reichs-Archiv Forts. der II. Contin. pag. 690. de anno 1462. ad puniendam Ludovici Bavariæ Ducis inobedientiam primo Alberto Marchioni Brandenburgico, Carolo Marchioni Badensi, & Ulrico Wirtembergiæ Comiti ab hoc Imperatore Capitaneatum Imperii & bannerium Imperiale verbis: Unser und des Reichs Hauptmannschafft und Kayserlich Banyr befohlen/ post in spem victoriæ certiorem etiam Eberhardo Comiti (empfehlen wir dir auch unser und des Reichs Hauptmannschafft und Banyr) fuisse commendata, adeoque plures Duces belli nomine Imperatorio constitutos, quibus omnibus & singulis Imperiale Bannerium fuit commissum, quia autem Imperator ipse expeditioni non intererat, adeoque nec genuino Imperii vexillo locus dabatur, hinc istud Aulicum saltim die Kayserl. Hoff-Fahne fuisse e dictis §. 8. & Fuggeri allatis verbis patet, (α) enim in eo biceps aquila contra dicta §. 5. (β) Das Oesterreichische Hertz-Schildlein iterum contra consuetum Imperialis vexilli δεῖγμα conspicitur. Alterum cujus mentio fit, vexillum aquila unicipite ornatum fuit commune istud civitatium vexillum, de quo modo differentia 2da verba feci, id quod ex insignibus intextis liquido cognoscitur. Simile Diploma Friderici III. ad Albertum Brandenburgi Marchionem & Ulricum Wirtembergiæ Comitem invenitur apud Lunigium d. l. p. 974. atque ita puto, omnes difficultates in loco Fuggeri evanescere, de reliquis enim vexillis non est quod dicam, cum propria cujusvis territorii vel provinciæ indigitari neminem latere queat. Alium suppeditat Zasii epistola ad Christopherum Wirtembergiæ Ducem missa, quæ apud Thucelium in Elect. J. P. Cur. pag. 231. extat, ibi enim mentio fit Imperialis aulæ vexilli, des Hoff-Fahnen/ Reichs-Hoff-Fahnen/ *esse* scilicet *illud a Maximiliano II. Pomeraniæ Duci sub consuetis solemnitatibus contraditum, ut copias sub eo contra Turcam educeret.* Quamvis autem hujus vexilli δεῖγμα, quantum mihi constat, literis expressum non sit, auguror tamen e Fuggeri loco cit. Imperii & peculiaria Imperatorum insignia retulisse, ut adeo probe ab universali Imperii vexillo distinguendum sit: Licet enim nomine Reichs-Sturm-Fahne sæpius afferatur, ratio tamen jubet, ut in monumentis præsertim veterum, vocabulorum abundantia & accuratiori usu destitutorum, non inania verba captentur, & ex iis magni momenti consequentiæ nectantur, sed ipsa rerum gestorumque serie pensitata, factorum analogia & forma consideretur, quod si curassent moderni Scriptores, innumeri

etiam

etiam hac in parte errores iique gravissimi, devitari potuerant, cujus aliud evidentissimum exemplum hoc ipso §. supra attuli. De vexillis provincialibus, quorum & in bello & in investituris olim maximus erat usus, de vexillo rubro, sive **Blut-Fahne**/ quo antiquitus Regalia in Principum & Comitum investituris tradebantur, de vexillo Hallensi, aliisque particularibus, nihil dico, cum hodie neminem tam stupidum esse sperem, quem eorum ab Imperii, de quo agimus, vexillo differentia fugiat.

§. X. Absoluta generali tractationis nostræ parte ad specialia jam eundum & ostendendum erit, idem esse Groningense vexillum, sive illud, quod WIRTEMBERGIÆ DUCES ab antiquo possident, cum universali hactenus descripto Imperii vexillo. Quod ut distincte fiat, primo describendum erit Groningense vexillum, & cum Imperii vexillo conferendum, deinde contrariæ sententiæ paralogismi detegendi, & denique quomodo ad Wirtembergenses pervenerit & hactenus conservatum sit, ostendendum. Vexillum Groningense a Crusio in Annal. Suev. P.III. L.III. Cap. XII. his verbis describitur: (Ludovicus Bavarus) *Comiti Ulrico vexillum militare sacri Romani Imperii, oppidi Groningæ & arcis dedit. Insignia: Nigra aquila unicept, in flavo campo, quem supra tamen transit viridis limbus*, **ein grüner Strich**. Distinctus id a Kulpisio in not. ad Monzambano Cap. II. §. 8. p. 486. e veteri sigillo Comitis Ulrici, quod in titulo Electorum Jur. Publ. excudi curavit Thucelius num. VII. definitur hunc in modum: *hastam vexilli esse longiorem & rubram, cui eo loco, ubi manu tenetur, nulla incisio facta, ipsum vexilli campum esse flavum, nigroque colore aquilam unicipitem depictam in se habere, versus hastam rubram, ad quam expanditur, respicientem, in parte suprema rubrum aliquod velum prominere.* In omnibus itaque conveniunt ambæ descriptiones, excepto eo solo, quod Crusius limbi viridis meminit, quem reliqui Autores omnes tacent. Neque enim de eo aliquid reperire licet in sigillo Ulrici, neque in relatione de actu investituræ Eberhardi Barbati, quæ apud Hortlederum L. III. Cap. I. extat, neque in Chronico Alsatico Herzogii, qui acta Comitiorum Wormatiensium accuratissime describit, sed de vexillo Groningensi nihil præter hæc L. II. Cap. 70. addit: **Das vierdt Panier ist gewesen ein gelb Panner mit einem schwartzen Adler/ des Heil. Reichs Sturm-Fahne**/ ut adeo nesciam, qua autoritate Crusii assertum nitatur, cum ante tria retro secula in monumentis publicis omnia secus appareant, prout e Thucelio l. c. cuivis patere potest. Interim valde est probabile, Crusium confudisse Groningæ insignia, cum insignibus Imperii vexilli, conveniunt enim ambo in omnibus, solo eo excepto, quod in illis viridis hic limbus, sine dubio ad nomen urbis alludens, conspiciatur, de cætero momenti hæc sunt perexigui. Atque ita ad alterum delabor, cur Gröningense dicatur hoc vexillum a Crusio atque Doctorum vulgo? Non enim, quod prætendunt nonnulli, in ullo Diplomate seu publico Documento vexillum Gruningense dicitur? Viderunt nimirum Gruningæ adhærere hoc vexilliferi munus: ideoque urbis nomen ad id traxerunt, idque non omnino contra rationem, quandoquidem Imperiali huic officio secundum antiquam observantiam territorium quoddam cohærere necessum erat, & sicuti olim omnia Imperii officia fundata erant in certis locis, quæ salarii loco pro iis in feudum dabantur, prout Schilterus in Comment. ad Jus Feud. Alemann. uberrime demonstravit, ita etiam signiferatus Imperii officium certo loco adscribi debuisse & adscriptum esse castro Gruningensi, colligi certissime potest e literis approbatoriis Baldevvini Archi-Episcopi Trevirensis, Conrado Schlusselburgio super investitura arcis Groningensis datis apud Thucelium d. l. p. 205. ubi hæc leguntur: *Ad hoc quod ipsi* (Comites Schlusselburgii) *vexillum ejusdem Imperii, dictum* **Sturm-Fahne** *in vulgari, debitis temporibus ratione dicti feudi*

ducere

ducere debeant. Equidem in ipsis investituræ litteris pag. 203. d. l. prolatis, nulla hujus officii fit mentio, sed tanquam res jam satis nota, & Investituram per se concomitans, supponitur, unicus Trevirensis ejus quasi aliud agendo meminit. Ita nec in venditionis instrumento d. l. pag. 208. quo idem castrum consensu Imperatoris Ulrico Wirtembergiæ Comiti venditum est, ullo verbo hujus officii mentio fit, quod tamen Ludovicus Bavarus prolixe & in æternam rei notitiam satis distincte declaravit verbis, quæ e literis investituræ d. l. pag. 211. N. O. producam. Wir Ludowig : : thun kund : : daß wir unsern und des Reichs Sturm-Fahnen empfohlen haben dem Edlen Mann Ulrichen/ Grafen zu Würtemberg/ unserm lieben Oheim und Landvogt/ und dazu haben wir Ihn und allen seinen Erben/ die Sün sint/ zu rechtem Lehen verliehen/ und verleyhen ihm auch mit diesem unserm Brieff Gruningen : : wenn (weil) das zu unserm und des Richs Richs : Sturm : Fahnen Lehen ist/ und öch darzu gehört. Ex quibus concludo, (α) jam antiquitus vexilliferatus officium in feudum concedi solitum, (β) pro salario autem & fundamento ejus arcem Gruningæ constitutam fuisse. Quod cum expressis verbis in allegato loco contineatur, factum ipsum satis in aprico positum esse confido, sed a quo tempore Jus hoc Groningæ competierit, hic determinare nequeo, nihil enim de eo Historicorum annales expresse loquuntur, quibus destitutus silere, quam incerta vel falsa afferre malo. Equidem Kulpisius in observationibus ad Monzambano p. 481. e Gabelkoveri Chronico MSto adducit subscriptionem Instrumenti Blanckensteiniani de anno 1257. 4. Non. Mart. ex qua patet jam seculo XIII. Gruningæ vexilliferi officium adhæsisse, ita enim se habet: *HARTMANNUS COMES DE GRIENINGEN ET SACRI ROM. IMPERII SIGNIFER.* Sed in sequentibus occasio forsan dabitur, quid de hac re, collatis historicorum assertis, probabilissimum videatur enunciandi.

§. XI. His præmissis, quo constitui, pergo, & ante omnia præmitto, convenire Gruningæ vexillum cum Imperiali Nomine & munere. Quoad *PRIMUM* in litteris adprobatoriis Archi-Episcopi Trevirensis apud Thucelium p. 205. l. c. dicitur Imperii vexillum. In litteris investituræ Ludovici Bavari d. l. pag. 211. unser und des Reichs Sturm-Fahne/ item in litteris Imperatoris Maximiliani Eberhardo Duci datis pag. 222. Eo extantioris autem & majoris ponderis hæ denominationes sunt, quia in documentis publicis ad Possessores hujus vexilli directis inveniuntur, adeoque non cavillatorie aut frustra posita fuisse præsumendum. Porro dicitur in ordine exequiarum Comitis Ulrici de Vurtemberg, apud Thucelium p. 218. das Reichs-Panier, in Epistola Ducis Ulrici ad Carolum V. d. l. pag. 227. des Heil. Fahne und Adler. In copia relationis Legatorum Wirtembergicorum ad Ducem Christophorum de anno 1559. d. l. pag. 228. des Reichs Fahnen. add. p. 229. 230. 231. Wolffgangus Lazius Ferdinandi I. Romanorum Regis Archiater & Historiographus in Comment. reipubl. Rom. L. VII. Cap. V. Labarum aureum nigra aquila ornatum. Crusius in Annal. Suev. P. III. L. III. Cap. XII. Vexillum Militare sacri Romani Imperii, Oppidi Gruningæ & arcis appellat, quæ denominationes omnes conveniunt genuino Imperii vexillo. conf. §. 2. Sed fluctus iterum hic in simpulo movet Leibnizius & (α) quidem postillam super prolata Crusii verba scribit, & putat, eum vel data opera militare, hoc est particulare, vexillum dixisse, vel militare arcis Gruningensis vexillum; sed recensendo hæc refutantur. Quis enim Leibnizio Crusii mentem, quæ ex verbis alia sane apparet, tam candide indicavit? Quis Crusium tam stultum, suique immemorem putabit, ut Civitatem aliquot jam ante Crusium secula municipalem, cujusque Domi-

Dominos ipse in anterioribus centies, quid? in immediate antecedentibus recensuit, Imperii Civitatem diceret? ut taceam post verbum Imperii in antiquissima & vivente Autore excusa editione comma inveniri, adeoque Autoris mentem satis clare exprimi, esse nimirum hoc sacri Rom. Imperii officium in Arce Gruninga fundatum. (β) appellationem vexilli Gruningensis, des Heil. Reichs Sturm-Fahne/ particularitatem denotare scribit, Sturm enim denotare tumultum ex improviso ortum, idque loco Alberti Argentinensis & simili a Sturm-Glocke petito illustrat, ob eamque rationem sibi persuadet, Gruningensis usum tantum in subitaneis Sueviæ tumultibus constitisse, pluraque adhuc ejus generis vexilla in Imperio exstitisse, quia Albertus Carolo IV. proprium, eine eigene Sturm-Fahne/ attribuit. Licet autem verum sit, communiter adhiberi in designando Gruningæ vexillo verbum die Reichs-Sturm-Fahne/ & in ipsis Ludovici Bavari investituræ Literis non una vice ita efferri, ex eo tamen minime sequitur, quod intendit Leibnizius. (α) Enim mirum foret, in tot documentis & litteris publicis, ab ipso Imperatore datis, ne unica quidem vice cum limitatione prætensa id efferri, potius semper cum notabili additamento des Reichs Sturm-Fahne dici, cur enim non dicitur die Schwäbische Sturm-Fahne/ si Suevicum tantum fuit vexillum? Adjectio des Reichs ubivis, & in ipsa Eberhardi Barbati investitura, non attenta Saxoniæ Electoris protestatione, usitata, amplius quidpiam, quam Sueviæ tantum Ducatum complecti oportet. (β) vana lis est, quæ occasione vocabulorum, inprimis si ambigua sint, exoritur, risuque admodum digna, si magni momenti decisiones iis tantum superstruantur, paupertas ruditasque veteris Germanicæ Linguæ quem fugit? hinc inconstantia in loquendo, hinc impropriæ inadæquatæ sæpius & vix intelligibiles expressiones, res ipsa ex suis circumstantiis, ex monumentis publicis, & testimoniis indubiis eruenda, nec ebriorum more, quavis stipula titubantem pedem sustinere cupientium, nudi verborum cortices arripiendi, & in argumentum primarium ducendi sunt. (γ) Sed quicquid tamen de hoc sit, magnis adhuc disceptationibus urgetur significatio data vocis Sturm/ non enim sequitur, Sturm-Glocke significat signum subitanei tumultus, ergo Sturm tantum notat subitaneos tumultus, usus enim est ejus generis campanarum in periculo præsenti sive prævisio sive insperato, sive publico, sive privato, quod cuivis linguæ patriæ gnaro notum erit. Sturm in propria significatione nihil aliud mihi designare videtur, quam periculosum statum, forsan a Stören/ perdere oriundum, inde indifferenter ad bellum e. g. Sturm-Haube Galea, Kriegs-Haube/ Sturm lauffen/ castrum bello petere vel perdere, den Feind stürmen/ oppugnare, rumpere acies, den Sturm abhalten/ aushalten/ periculum intentatum superare, declinare, ad incendia suborta, Sturm leuten/ signum dare exorti ab igne periculi, ad tempestates, Sturm ausstehen/ procellarum periculis jactari, in pericula ab hostibus imminentia, die Sturm-Glocke anziehen/ in bello, quo Turcæ Germaniam terrebant, in patria mea significabat, quosvis ad preces, pro felici Austriacorum contra hostes successu, excitare, applicatum fuisse discimus, adeoque mecum quivis sine dubio concludet, usum quidem ejus etiam ad subitanea pericula trahi posse, sed esse specialem, generalem autem significatum, quævis pericula ab hostibus & pacis publicæ perturbatoribus imminentia complecti, & Crusii translationem: VEXILLUM MILITARE IMPERII Germanici idiomatis sensum bellissime exhaurire. Sed nimis levia & trita hæc sunt, quam ut iis ulterius immorari operæ pretium sit, longe accommodatius hujus dictionis ἐνεργία ex interpretatione tabularum publicarum authentica petitur. Ita autem Baldevvinus in litteris ad Conradum Schlusselburgium de an. 1332. apud Thucelium d l. pag. 105. lit. F. *ad hoc quod ipsi vexillum ejus Imperii, dictum* Sturm-Fahne *in vulgari, debitis temporibus ratione dicti feudi ducere debeant,*

Arbitror autem eam ob rationem hoc Epitheton ab Archi-Episcopo tam sollicite adjectum fuisse, ut pateret, Conradum non tantum luteo illo vexillo, seu **Blut-Fahne**/ nec tantum eo, quo symbolica Comitatuum traditio eo tempore, demonstrante Gundlingio de feudis Vexilli, peragi solebat, sed speciali alio quodam, a recensitis plane distincto, Imperii scilicet vexillo bellico fuisse investitum. Evidentius adhuc loquitur Ludovicus Bavarus in litteris investiturae d. l. pag. 211. L. O. exhibitis: **Wenn das zu unserm und des Reichs Sturm-Fahnen Lehen ist/ und öch dazu gehört/ mit der Bescheidenheit/** (sequuntur jam officia vexilliferi, quorum primum) **daß der vorgenannt Graaf Ulrich von Württemberg und sin Erben die Sün sint/ uns und unsern Nachkommen an dem Riche/ Königen und Kaysern öwicklichen die Dienst thun sollen getriwlichen die man davon ze recht und billich thun soll/** (adeoque hoc vexillo inservire debuerunt Imperio & Imperatori, non itaque Sueviae, non Comitatui tantum, sed in universum Imperio, sequitur secundum officium, **Sie sollent öch und haben geheizzen** (promiserunt) **daß sie den Sturm-Vanen besorgen und bewarnen/ als man den ze recht und billig besorgen und bewarnen soll.** Haecque eadem iisdem pene verbis a Maximiliano I. aliisque dicto loco repetita leguntur. Ut itaque hactenus dicta in unum colligam, **Unser und des Reichs Sturm-Fahne/** nihil aliud significat, nisi Generale Imperii vexillum militare, **des Heil. Römischen Reichs Kriegs- und Haupt-Fahne.** Quod ad *Munus* attinet, repetendum ex antecedenti Paragrapho, olim jam ante seculum XIV. vexilliferi munus adhaesisse ditioni Gruningensi, quia igitur Conradus Schlusselburgius in acie contra Fridericum Austriacum vexilliferi munere maxima fortitudine functus est, ideo Ludovicus Bavarus (*considerans quod vexillifer in magnifico Triumpho belli ejus strenuus fuerit*, verba sunt Imperatoris in Investiturae litteris apud Thucelium pag. 204.) cum concessione hujus ditionis haereditarium Imperii vexilliferum efficere voluit, prout id explicare videtur Archi-Episcopus Trevirensis loco alleg. pag. 205. Jam autem Albertus Argentinensis pag. 121. VEXILLUM CONFLICTUS id est universi Exercitus Imperialis, commissum fuisse Comiti de Schlüsselburg, expressis verbis tradit, ex quo consequitur, non eum certae tantum cohortis aut Provinciae vexilliferum fuisse, igitur in compensationem fortitudinis a Ludovico Bavaro particulari vexillo donatum, cum generale antea gesserit, atque ita capitis diminutionem subiisse, cum major honoris gradus ei expectandus esset, non saltim minime est probabile, sed sibillo potius dignus, qui talia sustinuerit. Hoc generale officium postea in ULRICUM WIRTEMBERGIÆ COMITEM cum Castro Gruningensi translatum, & ab hoc in posteros propagatum fuit, prout id ulterius & authentice Imperator Ludovicus Bavarus, Autor hujus dignitatis haereditariae in lit. apud Thucelium l. c. pag. 211. declarat, verba ipsa dedimus supra h. §. haec si cum §. 2. conferantur, prima emergit & potissima convenientia.

§. XII. Jam ulterius Imperialis vexilli requisita, supra prolata, percurremus, nostroque Gruningensi, quomodo conveniant, videbimus. I. Vexillum Imperii continet aquilam vid. §. 3. nigram in campo aureo §. 4. Eadem reperiuntur in vexillo Gruningensi §§. 10. 11. Aquila in Imperii vexillo fuit uniceps §. 5. eadem fuit in Gruningensi §. 10. Sed miror hic iterumque miror, eo prolapsum esse sagacissimum alias Leibnizium, ut reputaret, unicipitem aquilam indicium esse particularitatis, quia moderna Imperii aquila est bieeps. Haberet hoc argumentum aliquam probandi vim, si ostendi posset, fuisse Imperii aquilam jam bicipitem, cum Gruningense vexillum initium sumeret, sed quoniam ex dictis §. 5. & 10. apparet, unicipitem illam longo adhuc post hujus institutionem tempore fuisse, quivis sanae & praejudicio vacuae mentis mecum

potius

potius concludet, esse hunc egregium & omni exceptione majorem antiquitatis characterem, quod Gruningensis aquila adhuc primævam & connatam quasi referat figuram; Quis non pro novitate & particularitate potius argumentum caperet, si biceps hodie conspiceretur? & optime sine dubio quivis argumentaretur. Non itaque mirum, si Maximilianus I. in solenni Eberhardi Barbati in Ducem evectione, aquilam unicipitem in vexillo Gruningensi reliquit, cum non tantum, prout §. 5. ostendi, eo tempore nondum universaliter receptus fuit aquilæ bicipitis usus, sed etiam Duci minus honorificum fuisset, si Imperator veteris ævi Insignia mutasset, eorumque loco characterem heri vel nudius tertius pictorum forte ignorantia natum imposuisset. Quis quæso pro minorativa accipiet nota, simplicia omnisque plane artis & ambagium expertia insignia, quæ adhuc hodie conspiciuntur, etiamsi multum nostro ævo a veterum simplicitate recessum sit? Quis pro nota minorativa accipiet, si in Gallia secundum antiquum regionis morem vexilla pura quadrata inveniuntur, etiamsi usus modernus plane non conveniat? Quis Romanorum Regis aquilam unicipitem pro minus Imperiali habeat, etiamsi Imperatores bicipitem assumserint? Quis quæso, ut ad alia etiam recurram, titulum Herr/ Edler Herr/ quo nonnullæ familiæ ad conservandam antiquæ Nobilitatis & Excellentiæ memoriam adhuc utuntur, pro minus eminenti putabit, etiamsi hodiernus Curiæ stylus, communisque titulorum abusus, aliud longe sonet? Idem sane mihi videtur agere, qui hoc argumentandi modo utitur, quam qui ex moderno vestium usu concludit, Carolum M. Ottones, reliquos, quos prisca adhuc simplicitate ornatos conspicimus, non fuisse reges. Antiqua ex antiquis, moderna ex modernis dijudicanda sunt, adeoque sufficit nobis, si concedatur, quod concedi omnino debet, ante Ludovicum Bavarum, ante Carolum IV. vel Wenceslaum aquilam bicipitem nondum fuisse usu curiali receptam, quo dato sua mole ruit Leibniziana conclusio, nosque evicimus, fuisse Gruningensis vexilli aquilam eandem, quæ Imperii, fuisse æque universalem, ejusdem Dignitatis, ejusdem essentiæ, quæ Imperii, quæ autem in Imperii aquila sequiori tempore subsecuta est mutatio, pristinam & nativam Gruningensis dignitatem, essentiam & universalitatem immutare non potuit, vel si mutavit, ex aliis indiciis demonstrandum est. III. Imperii vexillum ita fuit comparatum, ut portari potuerit §. 3. etiam Gruningense tale fuit §. 10. Ne autem iis, qui pro magnitudine vexilli Imperialis certant, evadendi rima supersit, prolatis d. §. 3. addam locum e Ceremoniali Rom. Cap. III. *Primo die Equites vexilla duo Cæsaris PORTANT, alterum S. Georgii - - aquilæ alterum.* Ex Gerhardo de Roo L. I. pag. 27. *In exercitu Cæsaris Imperii aquilam FEREBAT Henricus Hochbergicus Marchio.* Ex Naucleri Chronog. Gener. XL. m. p. 855. *Primus in tanto ardore Friderici Signifer, cum aquilam inter confertos hostes INTULISSET, confossus, aquilaque in hostium potestate facta est.* Ex auctore vitæ Ludovici Regis, Filii Ludovici Crassi: *Illa die faciebant ante Gardam Gaufridus de Rancome, qui GEREBAT Regis Baneriam.* Ut adeo veteribus de vexillo carru vecto nihil constet, & pessime agant recentiores, sine fide & authoritate historiolas confingentes, quibus ruinosæ hypothesi succurrere conantur. Certum est in medio Exercitus, ubi ipsi Reges lectissima militum cohorte stipati aderant, Imperii vexillum plerumque volitasse, id quod e Witichindi Annalibus L. III. p. 657. luculenter patet, sed maxime dubium, minimeque probabile, & plane falsum est, carru seu quadrigis id vehi solitum, expeditamque Germanorum belligerandi rationem tanta mole impeditam difficilemque redditam fuisse. Majus, hastamque ejus imprimis longiorem reliquis vexillis extitisse facile credo, quamvis magnitudo hodie ob Scriptorum silentium & medii ævi crassissimas tenebras in ejusmodi momenti rebus exacte determinari nequeat, ex eo tamen minime sequitur, caroccium fuisse, nam &

Suecis majus memoratur vexillum vid. Loccen. in Antiq. Sueo-Gothicis L. III. Cap. II. Sed de caroccio altum silentium. Ipse Obrechtus Cap. III. de vexillis Imp. palum ab Ottone IV. in Plaustro erectum ab Italis desumtum, adeoque Germanis proprium non fuisse opinatur. Sed ne id quidem concedi debet, Halorum vexilla eam ob rationem plaustro vehi solita, quia majora erant, quam quæ portari poterant, contrarium docet Sigonius de Friderico I. verbis: *Tandem Fridericus ordines Mediolanensium vi perrupit, atque ad Carroccium penetravit, ac solutis bobus vexillum detraxit, & contumeliæ causa currum in proximam fossam dejecit.* Simile carroccium Bertoldus Constant. Suevos contra Henricum IV. gestasse auctor est, scilicet crux altissima in plaustro erecta & rubro vexillo decorata; adde locum e Rigardo §. 3. productum, ex quibus & aliis colligitur, portari quidem potuisse Italorum vexilla, sed ut eo melius & longius a pugnantibus conspici possent, e pertica seu standardo suspensa fuisse. Sed soli lucem accendo, deque re certa nimium jam dixi. IV. De pettica sive hasta vexilli Imperii quod dicam nihil habeo, Gruningensis rubra est, sine ulla ubi manu tenetur, incisione, quamvis ea inveniatur in vexillo recentiori, quo Eberhardus Barbatus usus est, arbitror tamen hastam incisione carentem majorem antiquitatis speciem præ se ferre, hac potissimum ratione inductus, quia vexilla in Insignibus Regis Angliæ, Franciæ, Portugalliæ, Arminii, Ducis de S. Simon, Ducis de Burnonville & reliquorum omnium sine tali incisione apparent. Minime ergo male habere debuit Illustrem Leibnizium, si in hoc ipso conveniat Gruningensi vexillo cum omnibus Veterum primariis vexillis, & sine dubio cum ipso Imperii vexillo. V. Imperii vexillum non fuit quadratum purum §. 6. nec Gruningense est quadratum purum §. 10. Duplex hodie conspicitur vexilli Gruningensis forma, altera antiqua, ex Ulrici Wirttembergiæ Comitis sigillo desumta, altera recentior, ab Eberhardi Barbati tempore hucusque usitata, illud quadratam figuram accurate refert, adeoque invenitur in eo, quod Leibnizius pro essentiali Bannerii generalis requisito desideravit, & coacta plane sunt omnia, pulvisculoque corrasa, quæ in contrarium de velo in parte suprema prominente subjicit, abundanter enim ostendi §. 6. esse hanc potius eminentis dignitatis & nativæ prærogativæ, quam minorationis notam. Quæ autem de vexillo, quod Guidon Galli, sive Penon appellant, in medium producuntur, partim falsa, partim alieno plane loco allata sunt. Falsum est Gallis id vexillorum Genus esse Penon seu Guidon, quod in se quidem quadratæ figuræ est, sed velum aliquod superius prominens habet, cum potius Penon sit *un Etendart a longue queue, qui apartenoit autre fois a un simple Gentilhomme*, & Guidon *un Etendart d'une Compagnie de Gendarmes, qui est une sorte d'Enseigne d'etofe, plus longue, que large, fendüe par le bout d'en bas, & attachée a une lance de huit a neuf piés.* Quæ Doctissimi Richeletii in Dictionario Gallico interpretatio est, adeoque definitione & essentia ambo a Gröningensi toto cœlo differunt. Quæ de Bannerio autem affert, alieno plane loco dicuntur, & nescio equidem, qua fronte Doctissimus hic Vir ausus fuerit, talia in lucem protrudere. Ipse concedit, simplices tantum nobiles portasse des Guidons, Bannerios autem sive Barones Banneria, seu quadrata vexilla, & rectissime id de Gallis affirmat. Locum ipse e Gallo Scriptore Moneto de Origin. Gentil. Tesser. dicta illustrantem producam: *Vexillares nobiles hoc est Nobilium Proceres, (des Bannerets) qui bellicæ rei clarissimis facinoribus equestris dignationis ac tituli jus fuerant adepti, germano quadratæ figuræ vexillo, ut proprio semper & soli utebantur: Scutarii vero, seu vulgaris notæ Nobiles, (Escuyers) pinnato ex longioris laciniæ ignobiliori vexillo (Pannonceau) instructi ad Castra exercitumque procedebant.* Quinam autem fuerint hi vexillares Nobiles, seu Bannerets, distincte exprimitur a Menestrier dans le veritable art du Blason Cap. VI. pag. 58. his verbis: *Le Comte Vicomte &*

Baron

Baron peut porter Banniere, qui est a dire, qu'il peut en guerres & en armoires portes ses armes en quarre, ce que ne peut le Seigneur Castellain, qui seulement les peut porter en forme d'escousson. Sed cogitare debuisset Leibnizius, Comites Gröningenses fuisse Comites, quin fuisse Dynastarum Liberorumque Dominorum charactere insignitos, qui character, ipso in præfatione ad Scriptores Brunsvicenses fatente, longe nobilissimus olim & præcipuus in Imperio nostro fuit. Cogitare debuisset, quod Gruningense vexillum ipse Ducatus Sueviæ, vel minimem insignis ejus districtus vexillum dixerit, adeoque si supponatur, quod ipse vult, mores Galliæ etiam in Germania obtinuisse, necessario consequitur, ex sola hac ratione vexillum Gruningense quadratum purum esse debuisse, non addo, quadrata ita esse debuisse omnia, quæ §. 6. citavi, vexilla, quia omnia Ducum Comitum & Baronum sunt, non addo, vexillum S. Georgii, sub quo Comites, Dynastæ, Barones, Nobiles militabant, quadratum esse debuisse, quale tamen non est, quia autem non obstante, quod dictis casibus omnia Bannerii Gallici requisita adsint, nihilominus tamen Gruningense, Ducum, Comitum, Dynastarum, Nobilium, quin universæ Nobilitatis vexilla pennata, vel minimum cum velo aliquo prominente apud Germanos conspiciuntur, manifeste patere puto, apud Germanos alia hac in re omnia fuisse, quam apud Gallos. Si hoc, prout sine dubio verum est, argumentum a panno in cuspidem desinente desumtum, nullius plane ponderis esse potest, & consequitur, arbitrariam plane fuisse vexillorum Germanorum formam, ex qua ratione etiam accidit, ut Eberhardns Barbatus antiquam vexilli Gruningensis formam aliquo modo mutari, & ablato velo laciniam panno longiorem addi curaverit, id quod non fecisset, si laciniam pro minorationis signo, aut re suo honori avitæque dignitati contraria habuisset. Confirmatur id ulterius e monumento antiquissimo, in Laudatissimi hujus Ducis memoriam in Templo Cathedrali Tubingensi erecto, quod Thucelius post pag. 220. Lit. y. exhibet, in quo quatuor vexilla, tria cum velo prominenti, & unum scilicet Wirtembergense cum Cuspide apparet, indubio indicio indifferentem quadratam & pinnosam figuram olim apud nos habitam fuisse. Ita pariter in Sigillis apud Wechium in Chron. Dresd. vexilla Principum, more antiquo Principatus referentia, plerumque cum velo aliquo superius prodeunte occurrunt, uti e. gr. vexillum Saxoniæ Ducis Friderici II. p. 22. Balthasaris, Wilhelmorum, Friderici, Misniæ Marchionum pag. 142. Friderici Thuringiæ Landgravii pag. 297. Inveniuntur quidem etiam quadrata pura, uti e. g. in Sigillo Friderici Misniæ Marchionis pag. 242. Friderici Marchionis Dresdensis pag. 193. Wenceslai Bohemiæ Regis pag. 161. verum cum iidem Principes etiam velis utantur, quis negabit, indifferentem quadratæ figuræ usum esse? Ex iis igitur, quæ §. 6. & hoc protuli, apparet, (α) Groningensis vexilli antiquioris velum superius prominens honoris nativi fuisse indicium. (β) Figuram ejus quadratam quidem, sed arbitrariam tamen & mutabilem fuisse. (γ) Apud Germanos vexilla in unum cuspidem desinentia & quadrata paris æstimationis fuisse. (δ) Adeoque etiam hac ex parte nihil obstare, quo minus Gruningense pro Imperiali haberi queat.

§. XIII. Cum autem per dicta §. 11. & 12. evidentissime eluceat, vexillum Gruningense omnia generalis Imperii vexilli requisita & criteria habere, & e §. 10. pateat, in nullo ex aliis vexillis, quæ in Imperio nostro olim usitata fuere, eadem occurrere, nisi in nostro, necessario sequitur, esse GRUNINGENSE GENERALE IMPERII VEXILLUM, & Gruningensis Castri possessores Generales Imperii Vexilliferos. Eos, qui generale aliquod per totum Imperium officium gerunt, Principales seu primos recentior ætas officiales dixit. Primus officialis & Archi-officialis Synonima sunt, ergo Possessores castri Gruningensis

gensis ARCHI-VEXILLIFERI Imperii optimo maximo jure dicuntur; Licet enim ea vox in Documentis publicis non reperiatur, rei tamen ipsi id minime obstat, quia recentior in genere est, Archi-Officialium sive der Ertz-Aempter denominatio, & sponte recepta ad denotandam officii prærogativam & differentiam, Ertz enim nihil aliud nisi erst denotare videtur, quod a Germanis consueto more olim gravius & cum sibilo pronunciatum facile in Ertz degenerare potuit. Is autem sine dubio primus est, qui priorem non habet; dictio generalis, uti generaliter alium parem, ita etiam priorem excludit, ideo generalis vexillifer, merito Archi-Vexillifer appellatur. Pari modo etiam Banner & Fahne eadem esse, & utrumque eandem originem a Band, Bando, linteo hastæ affigi solito, agnoscere, quivis concedet, eadem ergo sunt Ertz-Panner-Ampt/ & Ertz-Fähndrich Ampt/ cumque Gruningensis Castri Possessores per dicta sint in Imperio Archi-Vexilliferi, etiam erunt Archi-Bannerefii. Atque Vexillum WIRTEMBERGIÆ DUCIBUS commissum, non minus est Imperiale & universale, quam etiam Principale, oder des Heil. Römischen Reichs Haupt-Panier; Principale enim esse seu universale pari mihi videntur passu ambulare, argumento præcipue reliquorum Archi-officiorum inductus, est enim Archi-officium illud, quod in toto Imperio Germanico & in actibus a tota republica susceptis, exercetur. Porro hæc assertio ex antea dictis evidentissime patet, cum enim Imperii vexillum in primis hujus commentationis paragraphis descriptum, prout e locis allegatis conspicitur, principale sit, Gruningense autem omnia ejus requisita continere §. 11. & 12. doceatur, sane Gruningense etiam principale esse debet; qui prius aliquod asserit a nostro distinctum, gravissima ei probatio incumbit, fuisse id a Gruningensi non tantum distinctum, sed & principalius illo, quod fiet ad Calendas græcas. Ulterius cum in æternum feudum castri Gruningensis possessoribus concessum sit hoc officium, prout e sæpe allegatis Ludovici Bavari & Maximiliani I. litteris constat, iis etiam invitis adimi nequit; Sed altius paulo & majori cum cura hæc ponderari merentur. Notum est, Imperium nostrum habere varios Dapiferos, Pincernas, Mareschallos, Camerarios, sed habet etiam præter hos Generales Imperii Pincernas, Camerarios, Dapiferos, Mareschallos, ob dictam generalitatem Archi-officiales dictos; Fuerunt autem ii circa primordia magni illius Interregni quatuor maximi Germaniæ Duces, officia sua Electo Romanorum Regi statim exhibere obligati, adeoque electionibus principaliter interesse soliti, hinc factum esse, ostendit Doctissimus Gundlingius, ut sensim sensimque ab Electione excluderent reliquos Germaniæ Proceres, domi quippe ob diffidationum, latrociniorum tunc temporis frequissimorum pericula remanere coactos, sed sicuti hæc exclusio tantum electionis jura concernebat, ita reliquis sua antiquitus quæsita jura imminuere nec voluerunt nec potuerunt, manebant itaque Gruningenses Comites Archi-Vexilliferi, prout antea fuerunt, & manent hodienum; Licet enim hoc cessaverit, ut officio suo in Electionis actu non amplius defungantur, quod olim, quando Electio consueto more sub dio, præsente universo populo, peragebatur, fieri debuit, particulare tamen hoc est, reliquas officii partes minime tangens, eadem enim, quæ in Electionis, etiam in belligerendi modo mutatio intervenit, exercitiumque Gruningensis vexilli hodie suspendit, sed quis inde sane mentis concludet, in totum cessasse prærogativam vexilli Gruningensis? Etiamsi enim hodie Marchio non amplius limitibus contra imminentem hostium vim præesse dicendus, non tamen ideo ejus prærogativæ & honores dicto officio primitus connexi cessant; Etiamsi nullas amplius Imperator Imperii sylvas possideat, adeoque nec Venatorum Imperii ulla amplius subsit necessitas, non tamen ideo Venatorum Imperii dignitas expiravit; Etiamsi Thesaurarii vices ante Instrumentum Pacis Westphalicæ ob objecti defectum nullæ fuerunt, attamen Serenissimus Brandenburgi

burgi Elector jure optimo maximo se contradicere censuit, cum Palatino Comiti officium Archi-Thesaurariatus adsignaretur, quippe quem pertinentiam Archi-Camerariatus esse nec injuria putavit; Jura in æternum durant, etiamsi actuale exercitium cesset, interim data occasione resurrectura. Fuerunt tamen e recentioribus, qui novum Archi-Bannerefii officium, salva Wirtembergensium prærogativa, institui posse putarunt, cui in solennibus Electionum, Aularum Imperatoriarum &c. usus esse posset, hæc enim Wirtembergensium esse desiisse. Sed, si præsupponatur I. olim ea, quæ hodie novo Archi-Bannerefiatui adscribere volunt, ad officium Vexilliferatus Imperii pertinuisse, quod §. 8. luculenter probavi: Si II. præsupponatur, nulla Lege lata, nulla consuetudine & usu contrario, sed simplici non usu cessasse aulica vexilli militaris munera, quod cum evidentia facti satis doceat, probari necesse non est, conclusio sponte emergit, novum Bannerefii officium Privilegiis avitis & per omnes Imperatorum investituras conservatis & concessis ILLUSTRISSIMÆ DOMUS WIRTEMBERGICÆ omnino detrahere, ob eamque rationem Legibus Imperii Publicis, cuivis Statui Jura legitime quæsita in æternum confirmantibus prohiberi, tolleretur enim eo Generalitas Vexilli militaris, partesque ei adhærentes detraherentur, quarum, etiamsi hactenus exercitium cessavit, jus tamen non est sublatum, cujus rei hic sine dubio est effectus, ut revocato in usum exercitio, quod fieri posse nemo dubitat, SERENISSIMI WIRTEMBERGIÆ DUCES fundatissimam habeant intentionem, nulloque penitus modo excludi queant.

§. XIV. Sed varia adhuc sunt, quæ ab Adversariis contra probatam Vexilli Gruningensis eminentiam proferri solent, quibus ordine occurrendum erit. (a) Autem dicunt, nimis exiguum esse Gruningense castrum, quam ut ei tanta dignitas concedi potuerit. Sed notandum I. in æstimandis Imperii officialibus non respici debere castra, pro salario ipsis concessa, sed personas ipsas, illa enim antiquis temporibus, quibus officii territorium a proprio sollicitus adhuc distingui debuit, non adeo magna fuerunt, quod Schilterus, Gundlingius aliique dudum observarunt. De personis autem seu Dominis binis hic tantum annoto, fuisse eos iis accensendos, qui in specie & per excellentiam Nobiles, Nobiles Domini, Barones, titulis regalem aut minimum Principalem originem indicantibus, dicebantur, adeoque male Principibus tanto spatio postponi. Recordari debuisset Leibnizius, ipsum in Introd. ad Collect. Script. Brunsvic. num. 58. scripsisse, *Liberos Dominos olim Principes habitos, & licet Duces Comitesque non appellarentur (suberat enim hic feudalis nexus, quem ipsi tantopere abhorrebant, ut vasallagium pro Nobilitatis diminutione haberent, vid. Ladislai Sundheimi familia Guelphorum in d. Collect. pag. 801.) sæpe tamen domum suam Regio more per ministeria Comitum, vel his similium rexisse.* Jam sec. XII. Conradus Wirtembergiæ Comes in Histor. Germ. Suev. Potentissimus dicitur, quem latet, Eberhardum Barbatum & Antecessores ipsius ante indeptam Ducis Dignitatem, Principes, Comites, Barones a ministeriis aulæ suæ habuisse? conf. Herzog. in Chron. Alsat. L. II. C. LXX. qui Ministeriales dicti Eberhardi enumerat. Non ergo mirum videri debet, si tantæ Nobilitatis Dynastæ Imperii munus extantissimum committatur; Cum imprimis II. notum sit, in bellicis muneribus non potentiam, non externum splendorem, sed virtutem, sed merita respici debere. Theodericus de Pylichendorff in acie Friderici Pulchri contra Ludovicum Bavarum *erectum manu tenebat prætorium vexillum*, verba sunt Nicolai Burgundi in Historia Ludov. Bavar. pag. 52. Edit. Helmst. Ipse Archidux Henricus, Friderici Frater, id sequi non erubuit, vid. h. l. p. 54. Herzogius in Chronico Alsatico Hanoviæ Comitem Adolphi Nassovii Signiferum memorat. Otto Frisingensis Ottonem, Wittelspacensem Comitem, Friderici I. vexilliferum constituit;

stituit, si autem Baro aut Comes temporarius potest esse Signifer, cur non perpetuus & hæreditarius? hoc enim ipso non dignitas, sed duratio tantum augetur. III. Eo tempore, quo primum hæreditarium factum hoc vexilliferatus officium, alii præter Comites non superfuere, quibus id concedi poterat; Quatuor enim magni Duces primæ Aulæ Imperialis Officiales Imperatori specialiter a servitiis esse, eique personaliter ministrare debebant, supra autem §. 8. ostendi, etiam aulicum sæpius fuisse nostri vexilli usum, impossibile igitur fuit, ut Dux aliquis præter ordinarium officium etiam hoc susciperet, alii ergo inferioris clypei necessario dari debuit. IV. Ut prætermittam omnia, quæ dixi, non video, quid sibi velit Leibniziana argumentatio; licet enim honorificum maxime fuerit vexilliferatus officium, nulla tamen ex eo præ reliquis Archi-officiis prærogativa nascitur, multo minus aliqua in Duces Principes, vel reliquos potestas infertur, plane ergo nihil obstare video, quo minus Comiti ob singularia merita, servitiaque Imperio fideliter præstita concedi potuerit. V. Denique pessime adeo vilis momenti supponitur hoc castrum, non enim sola civitas Gruninga, sed omnes pertinentiæ, multis villis, pagis atque agris constantes, prout ipse Ludovicus Bavarus in sæpe alleg. literis Invest. exprimit, intelligendæ sunt; Equidem quovis pignore certarem, Bernardum Ascanium non accepisse tanti momenti territorium pro fundamento & salario Archi-officii sui, cum ab Imperatore Friderico I. in locum dejecti Henrici Leonis Saxoniæ Electoris substitueretur, Westphalicis terris, quæ proprie Domaniales erant, Electori Coloniensi cedentibus.

§. XV. (β) Objiciunt, plures uno eodemque tempore fuisse vexilliferos in Imperio nostro, multiplicatione autem tolli generalitatem, fuisse Comites Arensbergios antebellatores, & quod ex eo sequatur, Westphalici Ducatus signiferos, habuisse etiam Halenses suum vexillum, Carolum IV. diversum a Gruningensi Spiræ suspendisse, Argentoratensibus eundem Carolum, atque una Comiti Wirtembergico demandasse, ut contra Pacis publicæ turbatores ituri suum & Imperii Bannerium expanderent, ipsum Ludovicum Bavarum post concessum Conrado Schlusselburgio Gruningæ vexillum Castrucio Pisano & Lucano Duci demandasse vexillum Imperii ubilibet gerendum &c. Verum enim vero, quam speciose, quam confidenter hæc & similia in scenam producuntur, tam facile etiam refutari possunt, si modo probe consideretur, sermonem nobis esse de vexillo Imperii Germanici Generali, hæreditarie Gruningensibus concesso, ita enim ejusmodi speciales & personales concessiones salva Gruningensis vexilli prærogativa facile concedi poterunt, non enim sequitur, huic vel illi in absentia, vel etiam in præsentia Cæsaris signiferatus particularis demandabatur, ergo particularis etiam fuit Gruningensis, particularia non tollere generalia, quis ignorat? Sufficit omnia ejusmodi vexilla Imperii vexillo generali subordinata fuisse. Quod autem in specie I. Arensbergicos Comites concernit, falsissimum est, vexilliferos eos in eminentiori & proprio sensu fuisse; Jus primipili seu Antebellatoris eos habuisse, & ob eam rationem primæ cohortis vexillum in tractu Westphalico gestasse, facile concedo, sed quid inde contra Gruningense jus inferatur, non video, Imperii quippe vexillum in media acie constituebatur, quod supra probavi; idem etiam de Halensi, de quo præter Crusii dicta nihil scimus, vexillo dictum esto, habebant enim, arbitror, & ii jus signum suum copiasque sub eo suas inter antecursores in tractu Sueviæ constituendi, qui locus, uti hodie, ita olim valde honorificus, *le porte d'honneur*, habebatur, hinc per speciale privilegium impetrari debuit & potuit, sicuti autem specialia Dapiferatus, Pincernatus &c. in Imperio nostro officia Archi-officialium Dignitatem non imminuunt, vel tollunt, ita pariter putandum erit, ejusmodi particulares concessiones

non

non officere generalitati vexilli Gruningensis. II. de Caroli IV. vexillo Spiræ suspenso jam superius mentem exstuli §. 9. simulque ostendi, Imperatores secum duxisse sua vexilla, quibus in necessitate improvisa uti poterant, iis tamen minime excludi aliud generale, quod in solennibus Imperii expeditionibus adhibebatur. III. de Argentoratensi vexillo supra §. 9. dixi, habuisse eos inter alias prærogativas proprium vexillum, atque honorem istud prope admovendi vexillum Imperiale; Postquam igitur Carolus IV. Rupertum Palatinum pro Imperii hoste declaravit, & exercitum contra eum ducere constituit, Wirtembergiæ Comitis, utpote Gruningæ Possessoris partes fuere, Imperii vexillum in campum producere, & Argentoratensium exercitium antiqui sui juris, Imperii scilicet aquilæ sua signa adjungendi, apprehendere. Nihil ergo novi, nihil extraordinarii Carolus IV. litteris egit, quibus contra Imperii hostes Wirtembergense & Argentoratense vexillum evocavit, sed receptum in Imperio morem secutus, tacite & illius generalitatem & hujus privilegium agnovit. Ita privilegii tenorem interpretari, & ex ipsa rerum gestarum, e documentorum coævorum serie illustrare, non contortis consequentiarum nodis intricare convenit. Ipsa autem evocatio, non primam juris delationem sed jam competentis exercitium denotare potest, ad hoc enim, quia ei tantum in generalibus Imperii bellis locus, bella autem ex Cæsaris statuumque pendebant authoritate, publicum & speciale requirebatur mandatum. IV. Palmarium, quod a Castrucio opponunt, esse opinantur. Sed maximis tamen & hoc urgetur difficultatibus, & quidem (α) nondum a me hactenus obtinere potui, ut secundum communem, & a maximis Reipublicæ literariæ Viris receptam sententiam crederem, per vexilliferatum intelligi verum vexilli gerendi munus. Chiffletius, Obrechtus, Kulpisius aliique pro Ducatus Synonimo accipiunt: Heervvartus in Ludovico Bavaro ad annum 1328. pag. 417. contra Bzovium dicentem, Ludovicum quartum fecisse Castrucium Imperialis aquilæ vexilliferum, id expresse negat, verbis: *Ludovicus Castrucium, Villano Autore, fecit Senatorem, suumque Vicarium, non Imperialis aquilæ Vexilliferum.* Nicolaus Burgundus, quando in Histor. Bavar. L. II. pag. 106. de Castrucio mentionem facit, nihil præter hæc: *suas*, inquit, *in Urbe vices Castrucio mandavit, senatoria dignitate insignito. Quicquid enim bonorum poterat, in illum unum congerebat. Ducis titulum pridie dederat. Interminellæ Genti (unde & Castrucio origo) Bavarica communicavit insignia.* Certe verba Diplomatis finalia Vexilliferatui proprie dicto minime conveniunt, sunt autem: *Si quis autem temerario ausu præsumserit contravenire, mille marcharum auri pœnam incurrat, pro dimidia Cameræ nostræ persolvendam, & pro alia dimidia Cameræ dicti Ducatus & Vexilliferatus, in quorum præjudicium aliquando fuerit attentatum.* Quid autem Vexilliferatus proprie significet, an Ducatum, an Vicariatum Romanæ Urbis, an aliud quidpiam, definire non audeo. Interim, quicquid etiam de hoc sit, nihil id (β) præjudicat vexillo Gruningensi, cum certum sit, universa Ludovici IV. privilegia, Castrucio data, Italiam tantum non Germaniam respicere, hinc sceptro usus non vexillo, illud Italis hoc Germanis proprium fuit, an enim putandum, hominem Alpes non transgressum, Italum, nullibique Imperatori, præterquam in solo Italico inservire & cupientem & aptum, Germanis vexilliferum fuisse constitutum? Equidem Winrichus in Differt. de Vexillis & Vexillif. Cap. II. §. 6. se nullibi reperire profitetur, summa in Imperio uno atque indiviso officia ex Gentium diversitate diversa & multiplicata fuisse. Sed scire debuisset Autor, Germanicum Regnum & Italicum non esse unum regnum, sed esse tantum sub uno capite, seu Rege, manentibus quoad reliqua cuivis distinctis Legum, rituum, officiorum, jurium institutis, hinc alius in Italia Vicarius, alius in Germania, alii in Italia missi Regii, alii in Germania, quidni etiam alius in Italia, alius in Germania Signifer esse potuit? Idem in Hungaria

hodie observamus, & in Regno Lotharingico olim obtinuisse quis ignorat? Idem illi accidit, quod Italiæ, unum Germaniæ & Lotharingiæ caput, diversa officia, diversæ consuetudines, Archiepiscopus Trevirensis Archi-Cancellarius, Dux Mosellanus Archi-Dapifer, Brabantinus Archi-Mareschallus, Juliacensis Camerarius appellatur, nemo tamen unquam concludet, obfuisse hæc aliaque officialium Germaniæ juribus. Cur ergo, quod hic concedimus, non eadem æquitate ad similia applicamus?

§. XVI. (γ) Arbitrantur, nullum hujus Juris exercitium, sive exercitii exemplum posse ostendi, potius exempla dari, demandatum fuisse generale Imperii vexillum aliis Imperii Principibus Viris, prout Wenckerus de Glevenburgeris, Schilterus in not. ad Chron. Königshovii nonnulla, pluresque alia afferunt. Non quidem otium aut animus mihi est, per singula eundi exempla, atque docendi, neutrum ex iis præjudicio esse ILLUSTRISSIMÆ DOMUI WIRTEMBERGICÆ, peculiari potius, si generalia hujus libelli placere viderim, disquisitioni uberiorem tractationem reservo; Interim præmittam hic, quæ responsionis loco inservire possunt. I. non amplius dubium esse puto, ab Imperatoribus concessum olim fuisse cum Gruningensi ditione principale Imperii vexillum, hæc dignitas tam diu durat, quamdiu & concedeutis & acquirentis voluntas, sed voluntas hactenus ex neutra parte defecit, non ex parte *acquirentis* (α) quia quovis eveniente casu investiri eo jure voluerunt, prout testantur plures a Kulpisio in Deductione Wirtembergica apud Thucelium in Elect. Jur. Publ. productæ literæ. (β) Quia vexillum Imperiale suis insignibus inseruerunt, in statuis & imaginibus exprimi curarunt, & hoc ab antiquo usque tempore, prout iterum videre est apud Kulpisium d. l. Neque ex parte *concedentis*, quia ab omnibus Imperatoribus specialiter & inprimis a Maximiliano I. non curata Saxoniæ Electoris contradictione, eo investiti fuere; *nec obstat* sæpe aliis commissum fuisse actuale vexilli exercitium, per dicta enim non ea potuit esse intentio Imperatoris adimendi illud Wirtembergiæ Comitibus, cum Investituræ genuinam & contrariam doceant, neque minus Comitum Wirtembergicorum id abdicandi, cum iterum aliis authenticis actibus contrarium indicarent, dubii autem actus, quo referenda sunt ejusmodi exercitia particularia & temporalia, ex indubiis & certis, quo pertinent investituræ &c. interpretationem capiunt; Ita si hoc vel illo singulari casu Imperator Mareschalli munus alii committat, silente licet & non contradicente Saxone, quis ejus officium extinctum esse concludet, titulo, investitura, insignibus &c. contrarium docentibus? quæ voluntate vel silentio meo temporarie & precario indulgentur, facultatem meam non tollunt, tollitur ea tantum contrariis & contradictoriis actibus, quales tamen Wirtembergiæ Ducibus opponi nunquam poterunt. II. Sciendum est, eminentiora Imperii officia olim per alios exerceri non potuisse, sed obligatos fuisse Archi-officiales in persona comparere, idque ob Majestatem Imperii, cujus gratia constituti fuere, hinc est, quod hodie adhuc solenni excusatione opus habeant Electores absentes, adeoque si exercere voluerunt suum Archi-Bannerefiatus officium Comites aut Duces Wirtemb. ipsi præsentes adesse debuerunt, id quod tamen turbulenta ista temporum serie, qua imprimis Suevia laboravit, teste integro Dattii de Pace Publ. opere, raro fieri potuit, quid mirum ergo, si in eorum absentia Imperatores hoc munus aliis præsentibus demandarunt, & potuerunt omnino demandare, salvo interim per omnia Jure Wirtembergensium, qui quippe necessitate impediti renunciasse nullo modo dici possunt. III. Supra §. 8. probavi, & constat id etiam aliunde, primario Imperii vexillo locum non fuisse nisi in Expeditionibus Imperii nomine susceptis, & si Imperator ipse Exercitui præerat, cum autem post Ludovicum

Bavarum rarissima vel nulla ejus commatis exempla obtigissent, an mirum, exempla exerciti juris vexilliferatus adeo rara esse? Sed occasionis defectus non tollit jura legitime quæsita, ita etiamsi Venator Imperii a multis retro seculis occasionem exercendi suum munus non fuerit nactus, eo tamen adhuc gaudet, ejusque exercitium, si forte occasio olim obtinget, apprehendere potest. IV. Denique non prætereunda sunt, quæ Kulpisius d. l. de actuali exercitio prolixe attulit, sed quæ hic non repeto, ne aliena recoquere ad nauseam videar. Hisce probe pensitatis non arbitror fore, ut hæc objectio alias minime contemnenda, multum difficultatis aut negotii facessat, qua fiducia subnixus, & spe optimæ causæ fretus producam ipse locum, non omnibus notum, aliquibus tamen, quod scio, valde terribilem, sed partim memoratis subsidiis, partim superius dictis facile resolvendum. Extat autem is in sæpe memorato Wenckeri tractatu de Glevenburgeris pag. 22. ubi Henricus Bock in relatione e castris Imperatoris Friderici III. Gandavum obsidentis sequentia prodit: **Denselbigen Tag ließ die Kayserliche Majestät fliegen des Richs Haupt-Paner / ist ein groß guldin Feld/ und darinn ein Adler mit zweygen Köppfen/ und wart den Tag geben dem Hertzogen von** Gulich **und Bergen.** In sequenti relatione ex iisdem castris pag. 42. hæc tantum leguntur: **und ward geoffnet des Reichs groß guldin Fan/ und geben dem Hertzog von Gulich** *rc.* duo magni momenti dubia hic suboriuntur. (α) Vexillum principale commissum fuisse Duci Juliacensi. (β) ejus aquilam fuisse bicipitem. Sed ad primum observari velim, Comitem Wirtembergensem non interfuisse huic Expeditioni, quod e dictis relationibus pag. 39. 40. 41. colligitur, atque adeo alii ipsius vices debuisse mandari, & si etiam præsens fuisset, tamen per ea, quæ num. I. hîc observavimus, unico hoc actu suo juri nihil detraxisset. Quia autem, quod hactenus plene sum persuasus, non adfuit, ideo nec ejus vexillum, principale illud Gruningæ destinatum adfuit, non enim dubito, in Custodia Comitum primitus istud fuisse, præprimis cum in Investituræ litteris Ludovici Bavari supra §. 11. inf. excerptis inter officia Vexilliferi expresse referatur, **den Sturm-Fahnen zu besorgen und zu bewahren /** igitur, ita ad secundum dubium delabor, memoratum **des Reichs Haupt-Panier** non fuit genuinum Imperiale, sed surrogatum Imperatorum proprium vexillum, **die Kayserliche Hoff-Fahne /** de quo supra §. 9. abunde disserui, id quod Imperiale ob surrogationem omnino dici potest, hinc biceps, quæ in eo conspicitur, aquila scrupulum movere non debet, jam enim supra §. 9. sub eodem Imperatore exemplum produxi, ex quo patet, eum etiam alia occasione suo proprio Imperatorio vexillo usum esse, cui, quia eo tempore bicipitis aquilæ usus initium sumsit, facile ea potuit esse intexta. Sed fateor, sedere mihi adhuc scrupulum, latere forsan in his verbis mendum a Wenckero in descriptione ex autographo commissum. (α) Enim supra §. 5. docui, tempore hujus Imperatoris usum bicipitis aquilæ usu curiali nondum adeo plene fuisse receptum, ut verisimilitudo nasci queat, pictam vel textam eam fuisse in vexillis. (β) minimum tarus & non ubique constans fuit hic usus, ut adeo probabile sit, a Mersvvino hanc circumstantiam non fuisse in secunda supra citata relatione, utpote infrequentem & singularem, silentio prætermissam (quod tamen factum fuit) si vera est. Quid ergo? cum inspiciendi autographum copia non sit, conjecturæ locus. Produxi autem §. 8. locum ex scripto ad Argentoratenses sub eodem Imperatore, ubi mentio fit **des Reichs Panners mit zweyen Toppen/** hinc fere eo ducor, ut credam hic loco **Koppffen** legendum **toppen;** facile enim obscuram vocabuli **toppen** significationem & litterarum convenientiam Wenckerus unum pro altero substituere hoc loco potuit; quid autem **toppen** sit, me ignorare fateor, ideoque hanc conjecturam, uti & ultimi vocabuli inter-

pretationem doctioribus relinquo, interim certus, omnes loci Wenckeriani difficultates e medio jam esse sublatas.

§. XVII. (δ) E recentioribus plurimi eo ducuntur, ut persuadeant sibi aliisque, esse Archi-vexilliferatus officium in Imperio nostro officio Archi-Marschallatus annexum, adeoque Gruningensi vexillo istum honorem non deberi. Sed dandi sunt causæ Advocati, quos autem potius constituemus, quam Augustum Adolphum ab Haugvviz, qui integro tractatu de Regni & Aulæ Marschallis agit, & Cap. VII. sect. I. Archi-Marschallo potissima bellorum officia vindicat, hinc eum Num. V. natum Imperii Ducem generalem, sive cum Personato Furstenerio General *né de l' empire*, Num. VIII. Armorum & Metatorum Procuratorem, Num. XI. Judicii Bellici directorem, Num. XV. Equestris Militiæ Principem, Num. XVI. Agminis Ductorem, Num. XVII. Portatorem vexilli generalis, des Heil. Römischen Reichs Panner-Fahne und Adler dicit, & Ducibus Wirtembergiæ minus, des Heil. Römischen Reichs Renn- und Sturm-Fahne relinquit. Alterum, qui majori judicio & fide instructus apparet, damus Zechium, qui licet im Europäischen Herold/ P. I. pag. 487. sub fin WIRTEMBERGIÆ DUCIBUS Signiferatus officium non deneget, sed fere attribuere videatur, inductus sine dubio, quia in omnibus Diplomatibus invenit, dici Gruningense vexillum des Heil. Römischen Reichs Sturm-Fahne/ quod ipse pro genuina generalis Imperii vexilli denominatione agnovit, d. l. pag. 251. attamen dicta pag. 257. & seqq. omnibus viribus id agit, ut Imperii vexillum Archi-Marschallatus officio conjungat, domuique Wirtembergicæ pag. 253. Suevicæ confœderationis vexillum unice relinquat; quæ ipsa enunciatio, etiamsi priori satis manifeste contradicere videatur, penitius nobis examinanda erit & ponderanda. Provocat autem dictus Auctor non tantum ad generalia Archi-Marschallorum jura, sed id etiam specialius ex litteris Electoris Johannis Friderici de anno 1542. & relatione Comitum Pappenheimiorum, de dicti juris exercitio testantium, confirmare nititur. Verum enim vero plane non evictum est hisce assertionibus, quod Doctissimi hi Autores opinantur. Imprimis autem Adolphus ab Haugvvitz nihil præter externa, noviora & ad rem præsentem non pertinentia affert, sicuti in genere de hoc auctore verum est, ipsum moderna exactius quam antiqua callere, hinc ipsius magnificæ præsumtiones eadem facilitate majorique probabilitate negantur, quam adducuntur. Si enim vera ipsius dicta omnia essent, Mareschallatus reliqua Imperii officia penitus exhauriret, nihilque restaret, quod reliquis Archi-officialibus demandari posset. Maxime igitur mihi cum Zechio res erit, quem ut solidius convincam, quædam in genere de Archi-Marschallatu præmittenda sunt.

§. XVIII. Mareschalli officium olim in Germania nostra ad curam tantum equorum pertinuisse, merumque aulicum officium fuisse, apud omnes in confesso est, & ex Hincmari Archi-Episcopi Rhemensis Epist. III. Cap. XVI. & XXIII. abunde patet, extensum tamen illud sequentibus temporibus aliquo modo, & ad actus etiam bellicos applicatum, non adeo improbabile videtur, cujus rei magnum indicium est gladiorum portatio ante Cæsarem, multis hinc inde seculis Archi-Marschallatui annexa. Quousque tamen id extendi debeat, non obscure intelligitur e Diplomate Caroli IV. apud Miræum Tom. I. Cap. 95. quo Fratri suo Wenceslao Luxemburgico Duci creato, Mareschalli & ciborum incisoris officium hoc modo concessit, ut *quoties ipse aut successores Romanorum Imperatores ad reprimendam Rebellium superbiam, seu Imperii procurandos honores, arma-*

armatos contingeret incedere, Wenceslaus Successores & Hæredes ejus, Duces Luxemburgenses frenum Imperialis seu Regalis dextrarii a latere dextero gubernare, & prospicere debita fidei diligentia deberent. Cæterum nullum hactenus de Germanico Imperio documentum apparuit, ex quo ostendi posset, Mareschallo amplius aliquid, quam Aulicum officium etiam in ipsis bellis, ad eum nimirum modum, quo id a Carolo IV. in modo dicto Diplomate expressum est, competiisse, allegat quidem Mascovius in Differt. de Origine Offic. Aul. in Imperio §. 34. e Leibnizii Cod. Diplom. Litteras investituræ, a Rege Alphonso Friderico Lotharingiæ Duci datas, sed quo effectu nescio, agitur enim in iis non de Mareschalli, sed de Seneschalci juribus, Seneschalcum autem & Dapiferum Synonima olim fuisset quis dubitat? Adeo ergo non probant hæc verba, quod intenditur, ut potius in contrariam rapi partem queant, si velint; Hinc inter Historicas fabellas recensendum puto, si Mareschallo tanta confidentia principalia bellorum munera attribuantur, nihil de iis Aurea Bulla, in qua tamen Archi-officiorum jura sigillatim recensentur, nihil Diplomata, nihil Annales, pudeat ergo nos loqui. Distincta potius semper fuere Mareschallatus & belli Ductoris, vel etiam Signiferi officia. Ita Monachus Weingartensis sub initio Hist. de Guelfis: *Domum quoque suam*, inquit, *Regio more ordinabant, ut ita, quæ officia in iis, id est, ministeria Dapiferi, MARSCALLI, Camerarii, Signiferi per Comites, vel iis æquipollentes regerentur.* In mandatis castrensibus ab Obrechto in Diss. de vexillo Imperii exhibitis pag. 28. hæc leguntur: item **das gebeuth unser gnädigster Herr Kayser/ sin gewaltiger** Marschalck, **Bannermeister und Hauptleuth.** Patet id ulterius non tantum e Friderici III. Expeditione contra Carolum Burgundum, sed etiam ex ejusdem contra Armeniacos bello, quo Ludovicum Palatinum generalem belli Imperatorem constituit, vid. Schilteri addit. ad Königshov. Chron. Argent. p. 998. & Herzogii Chron. Alsat. II. LX. Ita in Comitiis Ratisbonensibus de anno 1471. in quibus de expeditione contra Turcas deliberabatur, decretum fuit, **es solle auch dabey ein Obrister Hauptmann und** Capitain, **der auf das meist ein Fürst/ und zu solchen Dingen geschickt wäre/ erwählet werden/ der das Kayserl. Heer unter dem Panier des Heil. Creutzes und des Römischen Reichs führet und regieret.** vid. Document. Friderici III. pag. 109. in litteris Alberti Electoris ad Wilhelmum Saxoniæ Ducem apud Mullerum **Reichs-Tags-**Theatro. v. **Vorstell.** Cap. LXXI. pag. 704. expresse dicitur, Cæsareo mandato & concessione vexillum Imp. in Saxonis manibus esse: **der Adler/ des Heil. Röm. Reichs Obrist Streit-Panier/ schwebet in unserm Befehl/ aus Geheiß der Kays. Majestät/** non ergo proprio jure, ad quid enim alias auctoritas Imperatoria? Ita in Ceremoniali Rom. C. III. primo Imp. Vexillifери, & post demum Marschalli tanquam ensis portitoris mentio fit. In bello Friderici Austriaci contra Ludovicum Bavarum, etiamsi Saxoniæ Elector ab istius partibus staret, longe tamen alii memorantur & belli Duces & Vexilliferi. Ita mirum est, in bello Friderici III. Imperii nomine contra Ludovicum Bavariæ Ducem suscepto, Electorum aliorumque Imperii Principum consensu Duces constitutos fuisse Albertum Brandenburgicum & Ulricum Wirtemb. Comitem, prout litteræ in Thucelii Elect. J. Publ. p. 712. seqq. testantur, nulla Saxonis mentione facta. Mirum unanimi Electorum consensu Conradum Schlusselburgium a Ludovico Imperatore Imperii vexilliferum constitutum fuisse. Mirum ante finem seculi XV. & XVI. Saxones jura sua per interpositam protestationem, vel exercitium actuale, vel litteris publicis, vel alio quovis modo, imprimis cum Ulrico Wirtemb. Comiti cum castro Gruningensi vexillum Imperii concederetur, non indicasse vel conservasse, sed eo demum tempore, quo Eberhardus Barbatus Wormatiæ in Ducem promoveretur, juraque ILLUSTRISSIMÆ DOMUI

 jam

jam ultra seculum & dimidium irrefragabiliter quæsita publica declaratione renovarentur, contradixisse. Denique mirum, præter Limnæum, qui tamen hic sine auctoritate loquitur, neminem litis a Saxone WIRTEMBERGICO DUCI EBERHARDO motæ ne verbulo meminisse. Quæ ipsa sine dubio eruditissimum Struvium permoverunt, ut, postquam aliis jam locis in Saxoniæ Electoris partes proclivis fuerit, tamen Cap. XXIII. §. 8. not. **** dubitabundus in hæc verba erumperet: *Tota res redit ad Diplomata, quorum nullum adhuc in publicum fuit productum, ex historiis autem nil nisi conjecturæ, eo quod Mareschallus equestri ordini præfuerit, deduci possunt. Ex eadem ratione etiam Mareschallo tribuitur in Spec. Suev. Cap. CCLXXII.* Sed fragile esse hoc fundamentum jam ostendi. Etiamsi itaque concederetur, obiisse interdum Saxoniæ Electorem Belli Ducis & Vexilliferi munia, hoc tamen, ceu singularis actus, argumento minime esse potest juris generaliter competentis, quippe quod tot & infinities pluribus actibus contrariis interruptum semper fuit, facile alias foret, centum alius id munus vindicare. Majori potius veritatis specie ex hactenus adductis concludimus, Archi-Marschallatus officium esse mere Aulicum, & consistere in cura Equorum Imperatoris, portatione ensis aliisque muneribus togatis, quæ Vice-Mareschallus Pappenheimius durantibus Comitiis hodie obit, reliqua ex bello addita nulla fide, nulla probabilitate niti. Sed factum tamen est ex erronea persuasione, quasi Mareschallus etiam equitatui in expeditionibus præesset, ut noviori tempore imprimis ab Electore Johanne Friderico Anno 1541. hoc jus tanquam Archi-Marschallatui annexum postularetur, inani tamen ut puto successu, quippe quod, dato etiam olim ab eo dependisse, quod tamen probari nequit, per præscriptionem validissimam SERENISSIMÆ DOMUI WIRTEMBERGICÆ quæsitum jam longissimo abhinc tempore fuisset, nullaque publica multo minus Imperatoria declaratione confirmatum & agnitum legitur. Nihil dico de eo, quod ab aliis jam monitum est, generale Imperii vexillum neque peditatui, neque equitatui proprium, ex quo iterum apparet, si etiam concedatur, Mareschallum equitatui præfuisse, inde tamen male concludi ad Imperii vexilliferatum. Interim salva documentorum medii ævi fide negari nequit, Comiti Pappenheimio in bellis Imperii competiisse equestre quoddam vexillum, Renn-Banner dictum, cujus usus varius quidem, sed maximam partem hodie ignotus, certissime tamen particularis fuit. Locum egregium a Zechio in Europ. Herold. p. 252. e Sigismundi Imperatoris Diplomate de anno 1437. excerptum huc transcribam. **Als vor Zeiten und langer Weil bey unsern Vorfahren Römis. Kaysern und Königen herkommen/ und Gewohnheit geweßt/ wo ein Römis. Kayser oder König in Städten oder zu Felde gelegen ist/ da dann ein Marschall zu Pappenheim/ der zu der Zeit das Marschall-Amt innen gehabt und besessen gehabt/ desselben Amts-Pannier hät mögen aufstecken/ und einen Platz machen/ da dann jedermann frey gewesen ist zu spielen.** Ex quibus (α) elucet, Marschallatus officio hoc vexillum fuisse annexum. (β) insignibus Marschallatus ornatum. (γ) particulare omnimodo fuisse, quæ consectaria uberius patebunt, & extra omnem dubitationis aleam collocabuntur per mandatorum castrensium, ab Obrechto d. l. traditorum, tenorem, qui hic est: item **das gebeut unser Gnädiger Herr Kayser/ sin gewaltiger Marschalck = = daß morgen niemand futtern soll/ sondern uf das Renn-Panner mit den zweyen Schwerdtern** (en Mareschalli vexillum) **reyten und harren:** Addam alium locum ex allegato sæpius Wenckeri tractatu de Glevenb. pag. 32. **do wurden alle Fenel untergeton und umgewunden/ usgenommen das Renn-Fenel unter Hertzog Albrecht zug von Sachsenfurt Alexander Marschalck zu Pappenheim/ als sich das von siner Vetter und sinen wegen Amts und Lehens halber gebürt.** Ex quibus jam facile est judicium

ferre

ferre de Zechii traditis, imprimis autem de relatione Comitum Pappenheimiorum, quæ pag. 251. extat, ea scilicet partim nudis assertionibus constare, contraque historicam fidem adduci, partim particulares actus continere, ex quibus pessime pro jure generaliter competenti conclusio nectitur conf. §. 9. supra, maximam vero partem id tantum evincere, gestasse Pappenheimios vexillum aliquod, sed qnale id fuerit, ibi quidem tacetur, sed ex insignibus tamen iis hodienum usitatis, locisque modo productis sufficienter constat, ut adeo universalitas Vexilli Gruningensis firmo adhuc talo subsistat.

§. XIX. Exantlata igitur pro viribus & quantum aliorum diligentia mihi reliquum fecit, Vexilli Gruningensis natura, promovendus erit pes ad describendos hujus Imperii Vexilli Possessores, modernumque ejus rei statum. Sed fatendum est initio, omnia hic in historia tenebris esse involuta, neque mihi otium aut eam librorum copiam esse, quæ ad prolixiorem & solidiorem tractationem necessario requiruntur, dicam itaque tantum, quid maximam veri speciem ex antiquissimis temporibus præ se ferat. Id *primo*, antequam ad alia procedam, cum Crusio, Nauclero, Spenero, Kulpisio, Hennige, Tritthemio, Walzio, aliisque affirmo, ejusdem stirpis esse Wirtembergiæ Comites cum Gruningensibus. Naucleri in Chronog. Gen. 43. ad annum 1278. huc facientia sunt: *Anno Domini 1180. Hartmannus Comes de Wirtemberg, qui habitationem suam habuit in Gruningen oppido Suevia - - obiit. Erat autem Comitatus ipse in tres partes divisus, una pars Stuttgardiam obtinuit, altera Urach, tertia Grieningen, & secundum oppida partium ipsi Comites appellabantur, LICET UNIUS ESSENT STIPITIS.* Certissimum & antiquissimum argumentum in litteris Ottonis IV. de Anno 1209. apud Leuckfeldium in Antiquitat. Walckenried. C. XIIX. §. 6. inveni, ubi inter primos subscripsit *HERMANNUS COMES DE WIRTEMBERG;* Fuit autem hic idem, qui cum Ottone Italiam profectus, alias communiter Comes de Grieningen appellatur, prout etiam ejus Filius Hartmannus in subscriptione Diplomatis apud Thucelium d. l. p. 166. se nominavit. *Secundo* ex superiori §. 10. hic iterum moneo, jam ab antiquo tempore destinatam fuisse Gruningensem ditionem Archi-vexilliferatui Imperii, qua autem id ratione quave origine factum fuerit, cum ignarissimis scio, ita tamen colligere licebit: Si vexillum Imperii antiquo jam tempore affixum fuit Gruningensi Castro, Comites autem Wirtembergenses jam ab antiquo castri Gruningensis possessores fuere, sequitur Comites Wirtembergenses jam ab antiquo tempore fuisse Imperii vexilliferos. Minoris pars prior §. 10. abundanter est probata, pars posterior autem ex eo, quod primo loco hoc §. posui, sua luce radiat, utrumque autem e subscriptione Diplomatis, quam Kulpisius & nos ex eo sub finem §. 10. dedimus, patet, Wirtembergenses nimirum jam seculo XIII. & castri Gruningensis possessores, & ob id Imperii vexilliferos fuisse. Ut adeo nesciam, quid hic opponat Winrichus in Dissert. de Vexillis & Vexilliferis C. II. §. 7. & 8. ubi magna animi contentione Gruningensibus Comitibus eam ob rationem ab antiquo non competiisse Vexilliferatum asserit, quia Wilhelmus non fuerit legitimus Romanorum Rex, sed Anti Cæsar tantum, (α) enim nemo hactenus affirmavit, Wilhelmum hujus Dignitatis in SERENISSIMAM DOMUM WIRTEMBERGICAM illatæ autorem esse, neque etiam probari ullo modo poterit, licet id Autor extra omnem dubitationem ponat, ob dictam subscriptionem, quæ tamen post mortem demum dicti Imperatoris anno nimirum 1251. facta est, cum ipse anno 1256. jam e vita migravisset. (β) Si etiam detur, e dicto Wilhelmo originem derivandam esse, legitime id tamen fieri potuit, quia falsissimum est, eum non fuisse genuine electum, & Anti-Cæsarem tantum Friderici II. diu enim post hujus mortem Germaniæ præfuit, comitia universalia

coëgit, variaque tanquam Imperator sine contradictione ordinavit. An autem genuina sit hæc subscriptio, Leibnizius in sogenannter gründlicher Beantwortung der Würtemb. Deduction in Petri de Marteau Elect. Jur. Publ. valde dubitat, longa rationum serie inductus. Cum decisio hujus controversiæ pendeat ab inspectione documenti originalis, mihi autem ad Archiva aditus non pateat, hoc tantum addo: (α) Probabile non esse, Autorem Deductionis Wirtembergicæ talia ex suo cerebro confinxisse. (β) Non insolitum fuisse medii ævi temporibus, quod Leibnizius putat, ut officiales in subscriptione Diplomatum officium suum, præprimis si Imperiale & eminens fuerit, expresserint, id quod innumeris exemplis declarare possem, si præsumendum esset, in tanta Diplomatum editorum copia aliquem de eo dubitaturum esse. Sed sufficit interea nobis, duplici argumento evicisse, jam ante magnum illud Interregnum Wirtembergenses Gruningæ & Vexilliferatus Possessores fuisse, quis auctor constituendus sit, nostra parum interest. Quamquam haud improbabilis eorum sententia videatur, qui id Imperatoribus Hohenstauffiis adscribunt. Notum enim est ex Gotfrido Viterbiensi, Conradum Sueviæ ducem a Lothario Saxone Imperii vexilliferum constitutum fuisse, cum igitur post Lotharii obitum Dignitas Imperatoria in istam familiam transferretur, facile fieri potuit, ut hoc Imperii officium in Wirtemb. Comites cum castro Gruningensi devolveretur, quippe qui non tantum Hohenstauffiis sanguine juncti, sed etiam ob singularia merita commendatissimi fuerunt.

§. XX. Cæterum hujus juris exercitium interruptum turbulentis istis temporibus sæpe fuit, imprimis cum Gruningensis Comes Hartmannus filius Hermanni, de quo §. 17. una cum Wirtembergiæ Comite se Rudolpho Habspurgico, electo Romanorum Regi opponerent, teste Crusio L. III. P. III. C. I. Annal. hinc eo Imperatore Hochbergiæ Marchionem Imperii aquilam portasse tradit Gerardus a Roo L. I. p. 27. & Gruningensem Comitem ab Alberto Hohenbergico & Marchione Badensi magno exercitu petitum eoque redactum fuisse, ut gratiam Cæsaris Stuttgardiæ una cum Eberhardo Wirtembergiæ Comite supplex implorare & acceptare debuerit, Crusius e Gabelkovero aliisque memorat Annal. L. III. P. III. C. I. & IV. minimum itaque hoc certum est, Rudolphi ætate Wirtembergenses castri Gruningensis possessores fuisse, sed ob diffidia inter ipsos & Imperatorem suborta sine actuali exercitio dignitatis ei cohærentis. De sequentibus temporibus Gabelkoverus fide Archivi, ex quo historiam suam elaboratissimam congessit, memoriæ prodit, Gruningenses Comites Conradum & Eberhardum, postea Comites de Lindau dictos, quia unicum hoc castrum ipsis reliquum fuit, Comitatum hunc vendidisse Imperatori Adolpho, & licet rationem & circumstantias venditionis ignoremus, eam tamen revera factam esse, constat ex indubio documento, quo Imperator Comitibus loco 300. marcarum argenti, quas de pretio emtionis adhuc debebat, reditus Grumbacenses an. 1295. d. 2. Jul. oppignoravit, atque ita hoc castrum Imperio iterum accrevit, cujus insigne appertinens, jus scil. vexillum Imperii gerendi ob perpetuas, modoque recensitas discordias, jam antea turbatum atque inefficax fuisse videtur, cum nullum ejus vestigium, sed contraria potius omnia inveniamus. Anno 1301. d. 11. Mart. Imperator Albertus hunc comitatum pro summa 12000. Pf. Heller iterum pignori dedit Comiti Eberhardo de Wirtemberg, quod an. 1316. reluit Imperator Fridericus Pulcher. Hoc autem ab Adversario suo Ludovico Bavaro apud Muldorffium superato, capto, atque domanialibus Imperii terris penitus exuto, dictus Ludovicus castrum cum antiqua prærogativa vexilli Imperialis Anno 1322. Comiti de Schlusselb. in feudum concessit, litteras una cum approbatoriis Baldewini Archi-Episcopi Trevirensis ex dicta Kulpisii deductione

apud

apud Thucelium sæpe allegavimus. Impulit Imperatorem ad concedendam hanc gratiam, quod vexillum conflictus in prælio apud Muhldorffium, teste Alberto Argentinensi, ipsoque Imperatore fatente, strenue gesserit, de quo supra §. 11. ample disserui. Hactenus itaque avito jure caruere Wirtembergenses, castrumque familiæ suæ debitum alienæ possessioni relinquere debuerunt, donec tandem sub eodem Imperatore in integrum restituti, pro pecunia admodum exigua, nimirum 6000. Pf. Heller/ a Conrado de Schlusselburg consensu Imperatoris ditionem Gruningensem jure emtionis, ejusque solennem investituram una cum appertinente Vexillum Imperii primarium gerendi jure in æternam possessionem verumque feudum receperunt, instrumentum Emtionis, Literasque Imperatoris approbatorias & investituræ reperimus apud Thucelium d. l. Lit. K. L. M. N. O. Hæc est illa periodus, qua inseparabiliter iterum SERENISSIMÆ FAMILIÆ WIRTEMBERGICÆ accrevit cum castro vexillum Imperii, & ad nostra usque tempora conservatum est. ULRICUS est, quem non ob potentiæ tantum respectum, sed ob facta vere heroica, fidemque in Patriam probatissimam, non solum hac eminenti ARCHI-VEXILLIFERATUS DIGNITATE condecoravit Ludovicus Imperator, sed etiam per Alsatiam & Alemanniam generalem Procuratorem constituit. ULRICUS est, quem SATOREM SERENISSIMÆ STIRPIS WIRTEMBERGICÆ hodienum FLORENTISSIMÆ novit posteritas, vereque agnoscit. Durabit EJUS MEMORIA, perennabit VIRTUS, conservabit HONORES WIRTEMBERGIA & augebit, quamdiu subditorum vota pro SERENISSIMORUM SUORUM PRINCIPUM incolumitate exaudiet Deus; *EXAUDIAT IN ÆTERNUM.*

TANTUM.

* *

DISSERTATIO XXII.

DE

DYNASTIA JUSTINGENSI.

§. I.

Non erit abs re, acquisitioni antiquissimæ, quam Serenissima Domus Wirtembergica Comitatu Palatino Tubingensi nuper descripto fuit consecuta, recentissimam addere non minus memorabilem, nimirum Dynastiæ Justingensis. Adjacet ea Wirtembergiæ versus Blabyram, Ehingam & Ulmam atque Justingam arcem & pagum, Ingstettam, Gundershofam atque Hittacum cum omnibus pertinentiis & juribus complectitur. Postremus ejus Possessor erat Vir Illustrissimus Dominus FERDINANDUS CHRISTOPHORUS LIBER BARO DE FREYBERG ET EISENBERG, Dominus Althemii, Almendingæ & Hellspergæ S. Cæsareæ & Regis Poloniæ Majestatum nec non Electoris Moguntini respective Consiliarius Intimus & Camerarius, Augusti Collegii Cathedralis Augustani & Ellvvangensis Camerarius hæreditarius &c. qui venditione & permutatione Dynastiam Justingensem cum omnibus Juribus ad Serenissimum

Dominum Ducem nostrum Wirtembergicum, quem DEUS servet, CAROLUM, transtulit.

§. II. Integram Freybergorum familiam recensere nec volumus, nec nisi magna cum prolixitate possemus, cum in plurimas abiverit lineas, quarum MStam vidimus genealogiam, Volumen continentem, sed solorum possessorum Justingensis & Steufslingensis Dynastiarum injiciemus mentionem. Conferri possunt CRUSIUS noster Annal. Suevicis (a) IMHOF. Notit. Procerum Imp. (b) LüNIG in Thes. Juris Comit. Imper. (c) Jam An. MCCXVIII. prostat diploma, quo confirmationi donationis a FRIDERICO II. Imperatore Abbatiæ S. Mariæ Passavii Collegio Canonicorum ejusdem nominis factæ ceu testis subscripsit ANSHELMUS, Marschalcus de Justingen, ex quo etiam eum dignitate Marschalli præfulsisse, constat apud LüNIGIUM Spicil. Eccl. (d) THAMAN DE FREYBERG sive THOMAS, qui Freybergorum erat stipes, fratrem habebat, qui in matrimonium assumsit Baronissam de Alt-Steifslingen, atque dotis loco Alt-Steifslingam fuit consecutus, quæ prima Freybergorum & Steifslingensium erat connexio. CRUSIUS Annal. Suev. (e) Deinceps in Genealogia dicta annotatur, quod HENRICUS DE FREUBERG & EHRENTRAUT DE SCHöNSTEIN ab Angelberg, a quibus linea Angelbergensis postea Justingensis descendit, filium habuerint BERNHARDUM DE FREYBERG, a quo linea Steufslingensis seu Eisenbergensis originem habeat. Sed Dynastia Justingensis postea ad alios pervenit, ad familiam DE STOFFELN, JOHANNEM & HENRICUM DE STOFFELN, quibus etiam in matricula Imperii attribuitur apud DATT de Pace Publ. (f) Hos in possessione Justingensi An. 1491. insecuti sunt STOEZINGENSIS fratres ULRICUS & WILHELMUS, qui Dynastiam An. 1497. Dn. DE BUBENHOFEN vendiderunt, uti hæc constant ex Literis venditionum.

Sed LUDOVICUS DE FREYBERG An. 1530. emtionis jure a JOHANNE MARCO DE BUBENHOVEN hanc Dynastiam acquisivit, atque filio GEORGIO LUDOVICO DE FREYBERG ab CAROLO V. Imperatore cum Juribus & Privilegiis confirmatam, tradidit, filiam vero JOHANNAM LUDOVICO DE FREYBERG de Neo-Steufslingen nuptui dedit. GEORGII LUDOVICI filii erant MICHAEL LUDOVICUS & FERDINANDUS DE FREYBERG, Barones de Justingen, qui arcem Neo-Justingam An. 1567. condiderunt, & quorum literæ feudales a FERDINANDO I. Imperatore iis An. 1562. datæ infra comparent. MICHAELIS LUDOVICI filii erant GEORGIUS LUDOVICUS DE FREYBERG, Baro Justingensis & Opffingensis, Dn. in Staufenek & Vorbach, & JOHANNES PLEICKARDUS, Baro Justingensis & Opffingensis, qui Dynastiam ita diviserunt, ut JOHANNES PLEICKARDUS Justingam fuerit consecutus. Hic PLEICKARDUS duos habebat filios, LUDOVICUM ex HUNDBISSIA & FROBENIUM ex Orttenburgia, qui Dynastiam Justingensem sunt partiti, ita ut LUDOVICUS Ingstettam & Gundershofam

(a) Part. II. L. XII. C. XII. pag. 553. & L. VI. C. VII. pag. 190. Part. III. L. II. C. XII. pag. 89.

(b) pag. 611. seqq. (c) pag. 229. b. 811. a.

(d) Part. II. pag. 682. add. CRUSIUS P. III. pag. 3. & 73.

(e) l. c. P. II. L. VI. c. VII. p. 191. (f) L. I. c. 24. L. II. c. 8. p. 285.

hosam & FROBENIUS Justingam atque Huttacum fuerit nactus. A LUDOVIDO, qui masculos non habebat, pars Dynastiæ ad KELLERUM Schleitheimensem pignoris titulo pervenit, ad FROBENIUM vero Justinga & Huttacum, sed utramque partem adeoque totam Dynastiam a KELLERO & consortibus nec non a liberis FROBENII An. 1652. mortui, JOHANNES CHRISTOPHORUS Princeps & Episcopus Augustanus liniæ Altheimensis pro fratris sui ALBERTI ERNESTI de FREYBERG filio JOSEPHO ALBERTO An. 1670. & 1671. coemit. A quo JOSEPHO ALBERTO de FREYBERG Althemensi filius laudatus, Dn. FERDINANDUS CHRISTOPHORUS de FREYBERG Dynastiam Justingensem hæreditavit, atque nunc Serenissimæ Domui Wirtembergicæ vendidit.

§. III. Jura, quæ Dynastiæ Justingensi competunt, ad duo redeunt capita. Nimirum sunt vel generalia, quæ hujuscemodi Dynastis solent esse communia, vel specialia, singularia & Privilegia, quæ Dynastiæ Justingensi sunt priva. De utrisque pro instituti ratione dabo paucissima, atque ea potissimum, cum Juribus Wirtembergicis, in quorum societatem nunc migrat hæc Dynastia, conferenda. Ubi vero Dynastas Justingenses ex eorum Baronum numero esse dicemus, qui præter dignitatem Baronalem voto adhuc & suffragio in Comitiis & conventibus Circularibus gaudent: Sic ratione jurium & dignitatis cum Comitibus Imperii conveniunt, ut egregie in Dissertatione de Jure Baronum docuit L. BARO de BIBRAN (g) apud LüNIG. (h) & BECMANNUS in Syntag. (i) Quæ igitur jura habent Comites Imperii & Barones dicti immediati, eadem etiam Dynastiæ Justingensi competunt. v. gr. Jus Sacrorum, famam restituendi, remittendi pœnas capitales, Salvi Conductus, concedendi literas moratorias, recipiendi Judæos, Jus recipiendi a subditis homagium, instituendi Archivum, erigendi fiscum, Jus fœderum, statuta condendi & judicia alta & bassa, Jurisdictione fruendi, & forestali, collectas indicendi & exigendi, Jus armorum, lustrationis & sequelæ, Angariarum & Parangariarum, pondera, mensuras & ulnas constituendi, privilegia concedendi, veniam ætatis dandi & id genus alia, quæ post scriptores Juris Publici recensent REDECKERUS de Comitibus eorumque Juribus (k) apud LüNIG. (l) MATTHIÆ (m) BECMANNUS l. cit. & L. BARO de BIBRAN. (n)

§. IV. Exercitium horum jurium & modus videre est ex Libro eorum præfecturæ dem *Vogt Buch*, qui ex tribus constat partibus, quarum prima jurisdictionem civilem, altera criminalem & tertia juramenta exponit. Prior ex multis conflatur capitibus, atque in pluribus cum Ordinationibus nostris Provincialibus, cum Jure provinciali aliisque conspirat, in aliquibus autem alia tradit. Præcipua sunt, quod servanda sint præcepta & prohibita, quod quisque se pie, caste & honeste debeat gerere, quod plasphemiæ & pejerationes sub pœna decem pondo sint cavenda, quod adulterium prima vice pœna florenorum triginta, altera vice octoginta sit puniendum, tertia vero vice secundum ordinationem criminalem Carolinam, quod scortatio simplex sive soluti cum conjugata pœna florenorum triginta sit afficienda, si secunda vice peragatur scortatio, pœna duplicetur, si tertia sive sæpius ad Dynastam res referatur, severius punienda.

(g) C. IV. (h) p. 373. (i) Part. II. Diss. XIII. C. II. ibid. p. 351.

(k) Cap. IV. (l) l. c. p. 323. seqq. (m) ibid. p. 291. seqq.

(n) ibid. pag. 381.

Sine benedictione ſacerdotali nemo alteri cohabitet ſub pœna decem floreno-
rum. Quæ virginem pro ſuggeſtu fuerit mentita atque ita proceſſerit, vel re-
gione menſem exeat, vel ſcortationis pœnam luat. Si vero procedat deflorata
locò coronæ in capite ſtramineam in poſterioribus ferat, Si quis alterum in-
ebriet & ipſe & caupo decem denariis puniatur, nemo obæratus cauponam
adeat ſub pœna carceris. Si quis cum tali comeſſetur, decem denarios & cau
po integrum pondo pœnas dent. Nullus uno die bis compotet pœna floreni
unius. Nec compotationem ad cœnam extendat ſub pœna unius pondo &
caupo unius floreni. Si caupo nondum finito templo aliquid det ſive eden-
dum ſive bibendum, pondo ſolvat, ſi cui plus quam ſuper duo pondo fidem
habeat, ſolutio non exigatur & uterque pondo tria pœnam luant, ſi caupo
menſuras ſignatas non apponat, decem denarios ſolvat, ſi quis vociferetur de-
narios quinque. Si quis, qui ex eleemoſynis vivit, ſine conceſſione debita con-
trahat, ea non ſolvantur. Si quis alterum verbis injuria afficiat, tredecim de-
narios, qui mendacii arguit, vel ei vitia naturalia exprobrat, triginta denarios,
qui injurias addit, pondo tria, qui infamantes decem pondo, & qui recantare
neceſſe habet, tria pondo pœnas dent, qui alteri minatur armis, ſive feriat ſive
non, tria pondo, qui alterum ſed ſine armis ferit unum pondo, qui alterum
verberat, multam majorem tredecim pondo & ſi cum damno permanente, mem-
bri amputatione &c. ad minimum viginti florenos ſolvat, quin pro re nata ad-
huc plura. Qui lapidem ſive aliud quid in alterum projicit, ſive eum feriat,
ſive non, multam majorem tredecim pondo ſolvat, ſi vero feriat & vulneret
inſuper minorem multam addat, & ſi cum damno membri corporis, adhuc mul-
tam majorem pœnæ loco det, itemque ſi ſclopeto, axe vel alio inſtrumento,
ex quo mors ſequi poterat, multam majorem. Si quis alterum præſtoletur,
nec feriat, decem pondo, ſi vero ſauciet, præter hanc pœnam etiam allatam
vulnerationis luat, vel etiam pro re nata capitalem. Qui hæc ſcelera com-
mittit in templo, in judicio, coram magiſtratu, ejus præfectis, in balneo, in ton-
ſtrina, in fabrica ferraria, in mola, noctu vel in nebula vel in ædibus & prædiis
alterius propriis, ei pœna duplicetur, vel etiam quadruplicetur. Qui alterum
provocat, multam majorem, qui provocatus accurrit, multam minorem ſolvat,
ſi noctu fiat, duplicetur. Eadem ratione de rumoribus, moderamine inculpatæ
tutelæ, pace publica, de fraudibus, de menſura, ponderibus, ulna, limitibus,
Judæis, pignoribus, juribus communitatis, viis, lignis, paſcuis, pulſatione cam-
panæ, igne, feudis conſervandis, decimis, venditionibus & oppignorationibus
bonorum, hominibus propriis, opificibus, debitorum ſolutionibus, viduis & or-
phanis, rationibus Eccleſiaſticis & communitatis &c. præcipitur. Quod nullus
homo proprius & inquilinus in matrimonium concedere poſſit cum extraneo,
vel militatum aut peregre abire, de nævis laborantium, ſervis & ancillis. De
hæreditatis aditione, quod ſi Pater poſt mortem uxoris iterum ineat matrimo-
nium, cum liberis materna debeat dividere, viciſſim ſi matre poſt mariti obitum
nubat alteri, paterna inter ſe partiantur. De cavendis ſponſionibus, uſuris
mordacibus, de aquæductu, geſtatione armorum, encœniorum abuſu, ſub pœna
pondo trium, de filiis ſubditorum, ſi prædia non habeant ad opificia applican-
dis, de locis ſecretis, quod nemo alterum ad forum pertrahere debeat alienum,
de canibus rabioſis, de domibus, in quibus ad colum netur, de nuptiis, qui in
pœnis non habet in ære, luat in corpore, de fœno, de pecunia pro jure civico,
de foveis ſabuli occludendis, quod nihil ſive hæreditatis ſive alio jure extra dy-
naſtiam ſine conſenſu debeat transferri, de piſcibus cauponum, de illicita extra
dynaſtiam textura &c. agitur. Accedit ordinatio Lanionem & caupones ſpecia-
tim concernens, quod nemo quicquam poſſit ſine conſenſu Dynaſtæ prædium
extra dynaſtiam vendere, ſub pœna annullationis & jactura pecuniæ dimidiæ.

Quod

Quod nullus extraneus sive mas sive fœmina in dynastiam debeat recipi, nisi vir centum & fœmina quinquaginta possideat florenos, denique quod conjuges christiane debeant cohabitare, neque se invicem separare, sub pœna corporali, a Dynasta determinanda &c. Altera pars hujus libri ea tradit, quæ ad processum criminalem coram præfecto ceu fiscali secundum ordinationem Carolinam instituendum pertinent, neque prolixiorem desiderat expositionem. Ultima juramentorum formulas, cum ad civilia tum ad criminalia necessarias, præscribit & exhibet.

§. V. Jam, quod ad jura specialia, singularia & privilegia attinet, quibus Dynastia hæc gaudet, ea maximi omnino sunt momenti & pretii. Principio prærogativas ejusmodi Baronum Immediatorum, qualis est Justingensis, malo verbis alienis quam propriis efferre. Gaudent, laudatus supra BARO de BIBRAN ait, hi Barones ut Comites superioritate territoriali, tantumque in suo posse dicuntur, quantum Imperator potest in universo Imperio. SCHRADER de Feud. (o) WURMSER nostras Exer. Jur. Publ. 3. (p) GAIL. de Pace Publ. (q) MAGER de Adv. Arm. (r) CHRISTOPH. MING. de superior. territ. (s) Præcedunt quoque non tantum Nobiles Imperii immediatos & Civitatum Imperii deputatos, sed & Comites omnes, qui Status Imperii non sunt, immo licet votum & sessionem in Comitiis obtineant, nihilominus tamen Baronibus Comites quandoque postponi, ignotum esse nequit &c. atque adeo jus suffragii cum omnibus quæ ex eo dependent, jus legandi, deliberandi &c. habent. In his Comitum Collegiis seu scamnis prout quisque receptus, ita locum occupat, nulla distinctione habita, num Baro sit an Comes? Si ergo Baro prius ad votum & sessionem in Comitiis admissus, quam Comes, Baro quoque secundum Leges Imperii Comiti merito præfertur. Regalem inde dignitatem, uti Comites obtinent, ita & Barones eandem possident. WURMSER d. l. (t) PAUERMEISTER de Jurisdict. (u) GASTEL de Statu Publ. Europ. noviss. (x) SCHRADER (y) ITTER (z) vid. LUNIG. (a)

§. VI. Possemus plura id genus Privilegia Baronibus asserere, si nobis liberet vel liceret esse prolixius; itaque non nisi quædam sub folle dabimus. Sic encomio Illustrium vel Illustrissimorum veniunt, MAGER de Advoc. Arm. (b) WURMSER nostras (c) Eligi possunt Præsides Judicii Imperialis aulici, Limn. ad Capitul. Matthiæ Art. 20. MAGER (d) VITRIARIUS (e) item Judices Cameræ Imperialis & Præsides. Addit. ad Vitriar. (f) Præstant Juramentum Calumniæ per Mandatarium, & si principum sint Consiliarii a Juramento Calumniæ prorsus sunt immunes, R. J. noviss. §. 43. LYNCKER Disput. de his, quæ Princip. Statuumve Imper. libertati perperam accensentur Sect. I. §. 21. Necessario, si

(o) pag. 21. (p) §. 25. n. 3. p. 138. (q) L. I. c. 6. n. 10.
(r) c. 6. p. 91. (s) c. 3. p. 38. (t) n. 2.
(u) L. II. c. 8. n. 31. seqq. (x) c. 31. pag. 858.
(y) V. I. Consil. 12. n. 9. pag. 648. (z) c. 3. §. 15. pag. 120.
(a) Lib. cit. p. 373. (b) P. I. c. 21. §. 6. n. 30. p. 223. & P. II. p. 726.
(c) Exerc. III. §. 25. n. 7. p. 138. (d) l. c. c. 5. n. 89. p. 205.
(e) L. IV. pag. 1114. (f) L. IV. t. 6. §. 11. p. 1091.

si litigant, res suas in Judicio per Procuratores proponunt, ANTON. HERING de fide juss. (g) Circa leges Vestiarias Barones idem privilegium habent, quod Comites, CAROLI V. Reform. Polit. de Anno 1530. tit. 16. von Graven und Herrn. WURMSFR (h) RUDOLPHI II. Ordin. Polit. de Anno 1577. tit. 13. Denique multum præstant hi nostri Barones Nobilibus etiam immediatis. Hi enim nec status sunt Imperii, nec superioritatem habent territorialem, ad Comitia non vocantur, nec in Matricula Imperii repeririuntur, uti non nostrates tantum, WURMSERUS (i) KULPISIUS ad MONZAMBAN. (k) SPEIDELIUS ad RÜMELIN. ad A. B. (l) sed alii etiam, de RHETZ (m) MAGER d. l. (n) CARPZ. d. L. Reg. (o) OLDEMBURG. in Limn. enucl. (p) ORTOLPH. Foman. de Comit. Imp. Rom. Germ. (q) GRIESKEIM Jur. Publ. (r) observant.

ubi caute distinguntur varii ordines: *vetus consuetudo pro Lege apud Francos & Suevos inolevit, ut si Nobilis, Ministerialis, vel colonus reus inventus fuerit - - - Nobilis canem, Ministerialis sellam, rusticus aratri rotam de comitatu in proximum Comitatum gestare cogatur:* & præprimis confer subscriptionem Diplomatis in CHRON. LAURISH. *apud Freber. T. I. rer. germ. pag. 146. subnotatis testibus - - - de Nobilibus Bobbo Comes, Bertolfus frater ejus, Magenes, Conradus - - - de Servitoribus - - - de Plebe - - - in* HUNDII *T. II. Metrop. Salisb. p. 530.* Leopold Margr. Austriæ dicitur Nobilis, vid. de PLOENNIES *de Minister. Thes. XXII.* Ad celebres Hohenstaufficos Imperatores pervenimus perlustrantes, quid sub iisdem posteaque moris fuerit. Manserunt tituli, duravit accurata distinctio inter Nobiles proprie & originarie sic dictos, & hodiernos. URSPERG. ad *ann. 1175. p. 227. Ducatum Saxoniæ contulit cuidam Nobili Bernhardo de Anhalde.* ALB. STADENS. *ad ann. 1183. Submersi sunt multi Nobiles & plus quam C. Milites.* Ministerialium contra nomen tam late hoc ævo sumebatur, ut fere omnes ex Ordine Equestri continere videatur. URSPERG. *in vita Otton. IV. timens autem Otto, quod Ministeriales spectantes ad Philippum non facile suo subderentur imperio, si ad suos nativos Dominos redirent; filiam tanquam Dominam omnium rerum, quæ ad generationem illam spectabant, accepit in uxorem.* Vides heic nostros Nobiles, & non Incongrue dixeris, eos, ut alias res ad generationem spectasse. Caute vero ab iisdem distinguas velim Ministeriales Regni & Imperii ex ordine Nobilium desumtos. Dapiferi enim, Pincernæ, Camerarii & Mareschalci munera Marchiones Ducesque obiere. CONRING. *de Official. Imp. §. 12.* Sequenti etiam ævo tanti fuit habitus titulus Nobilis, ut non nisi Ducibus Comitibusque &c. fuerit datus. Electores eo gaudent in MAGNO CHRON. BELGICO *apud* PISTOR. *p. 271. ac si negligentius se gerens ad Principes, qui eum in culmen tanti honoris evexerant, consilia eorum postponens - - - unde.* GERHARDUS MOGUNTINUS *& cœteri Nobiles &c.* An. 1320. Dux Leopoldus Austriæ vocatur a Comite de Nassau **Edler Herr.** Ipse Albertus Dominus Megapol. postea Dux a Ministerialibus & Vasallis suis nominatur Nobilis Vir: *noveritis quod de Nobilis Domini nostri Alberti Magnopolensis &c. in* LUNIG. *Spicil. Eccles. P. II. p. 356.* Fridericus Austriacus Johannem Comitem de Habsburg vocat virum Nobilem in documento apud LUDEWIG. *in reliq. MSCt. T. X. pag. 214. Nos Fridericus Dei Gr. Rom. Rex - - - quod Nobiles Viri Wernherus Comes de Homberge & Johannes Comes de Habisburg Consanguinei & fideles nostri carissimi - - - cupientes iidem Nobiles &c.* Alio plane titulo Ordo Equestris fuit præditus, nempe **Edel Knechte / Knechte / Adel Schälcke.** GEORG. FABRIT. in *Annal. Misnici pag. 134.* Addamus coronidis loco litteras An. 1493. scriptas, quas exhibet **die Gründliche Untersuchung der Frage / ob mit denen am Rhein** &c. **gesessenen zur Höhern teutschen** Nobilität **jederzeit gerechneten Grafen / die zum Nieder Adel gehörige in Vergleichung zu stellen seyen?** 1734. **Unser schuldiges underteniges und inniges Gepeth mit ganzem Fließ seyent uwren Gnaden zu aller Zyt zuvoran bereit / Gnädiger Herre / als uwer Gnade uns jetzo hat tun schryben / wie zu Frangfurt eine Abrede hievor bescheen sy / daß wir dem Knecht / Kilian von Breitenbach genennt** (quem vero latet purissima & antiquissima Breitenbachiorum progenies!) **ein Begängknuß - - - gestifft und gescheen soll.** Satis, ut spero, ex huc usque adductis perspicies vocem Nobilis hodiernæ ita dictæ Nobilitati nunquam competiisse. Crescentibus vero indies titulis, de quo jam CRANZ. *L. III. Metrop. cap. XI.* queritur inquiens: *& quod arrogantius est, jam qui olim Ministeriales dicti sunt, aut Feudatarii, nunc ambiunt dici Nobiles,* tandem satisfactum hodiernorum Nobilium desiderio, & Immediati dicti singulari privilegio a Ferdinando III. An. 1654. id

impe-

impetravere: Daß hinfüro mehr benannten Ritterschafftlichen Crayssen das Prædicat Wohlgebohrn und Edel : : : deren Mitglieder aber jedem in privato der Titul Edel gegeben werde.

§. II. Examinato per omnes ætates regni germanici diverso usu vocabuli Nobilis, videamus nunc quoque, quænam conditio fuerit ordinis Equestris; idque maxime necessarium est, cum defensorum ejusdem hac in re principia valde a recta devient via. KNIPSCH. *de Nobilitate 1. 3. 73.* adfert effatum Viri in omni eruditionis genere versatissimi, GEMMINGIUM puto generosissimum: wer will aber glauben/ daß freye Francken/ und sonderlich die vornehmste Häupter sich werden einem Comiti alicujus pagi, welcher ihres gleichen/ und mehr nicht als auch ein Edelmann gewesen/ wie sie/ unterworffen haben. Optime rem agere credimus, si eodem, quo §. præcedente, tramite incedentes conditionem Ordinis Equestris de tempore ad tempus examinabimus. Francorum tempore Nobiles hodiernos judicio Comitum subfuisse in quolibet pago, & adstrictos fuisse ad ipsorum placita frequentanda, certissimum est. CAPIT. PIPINI *in conventu Metensi anno 756. si aliquis Homo ad palatium venerit pro caussa sua, & ante illi Comiti non innotuerit in Mallo ante Rachinburgos, & hoc sustinere noluerit, quod ipsi ei legitime judicaverint, si pro istis caussis ad Palatium venerit, vapuletur.* Nulla hic personarum distinctio fit. KNIPSCH. equidem L. I. cap. 3. 80. *de Nobilit.* comprobare vult, Nobiles a nemine nisi ab ipso Imperatore fuisse judicatos, aut ejusdem Missis; at confundit extraordinariam visitationem cum ordinaria jurisdictione, quasi vero illa hanc tollat! Tantum abest hoc verum esse, ut potius in alia omnia abeant LL. ALEMAN. *cap. 36. §. 5. apud* LINDENBROG. *Cod. Antiq. pag. 372. Qualiscunque persona sit, aut Vassus Ducis aut Comitis, aut qualiscunque persona, nemo negligat ad ipsum placitum venire. Adeo ut si quis Liber homo Comiti fuerit pertinax deprehensus XII. solidis plecteretur.* DICTÆ LL. ALEM. *cap. 36. §. 4. Si quis autem liber ad ipsum placitum neglexerit venire, vel semet ipsum non præsentaverit, aut Comiti, aut Centenario, aut Misso Comitis, XII. solidis sit culpabilis.* Præter hanc jurisdicundi potestatem Comites quoque habuerunt curam rerum militarium educentes Nobiles hodie ita dictos in bellum sub suis vexillis. LL. BAIVWAR. *tit. 2. c. 5. §. 7. Comes non negligat custodire exercitum suum.* Quem vero fugit, Nobiles hodiernos olim constituisse exercitum? Inde etiam fit, quod Duces Comitesque in sigillis vexillum & hastam signiferam gerant. GUNDL. *de Feud. vexill. §. 12. Comites gladiis evaginatis sæpe equo in sigillis insident.* Et porro *§. 22. cui enim ignotum Comites in sigillis & Numis frequentissime comparere cum basta signifera & vexillis.* ILL. ESTOR *de Minister. pag. 611.* GUDENUS *in præf. ad Syllog. Diplom. p. 23.* Fracta Ducum potestate sub Carolingis crevit Comitum, eo minus inde est, cur dubitemus Comites iterum & jurisdictionem in Ingenuos homines exercuisse, & curam rei militaris gessisse. Omnes homines in Comitatu degentes agnoscere tenebantur Comitum placita. CAPITULAR. CAROLI CALVI *t. 25. apud Baluz. T. II. p. 99. ut per omne regnum nostrum - - - Comites in singulis Comitatibus placita teneant, & ad illa placita omnis Homo, qui - - in illis Comitatibus commanet sine exceptione & excusatione conveniat.* Rei militari præfuerunt magna cum auctoritate. POETA SAXO *de gestis Caroli M. apud Leibnit. Script. rer. Brunsf. T. I. p. 141.*

Tunc unam Populi partem Comiti Theodorico
Atque Magenfrido, Ducibus hoc tempore primis

Committens, aquilonares per fluminis oras
Danubii præcepit eos iter accelare.

Itemque CAROL. M. *in Capit. II.* An. 813. capit. 9. fancivit: *de hoste pergendi ut Comiti in suo Comitatu per bannum unumquemque hominem per sexaginta solidos in hostem pergere bannire studeat - - - & ipse Comes prævidıat, quomodo sint parati, id est Lanceam, Scutum aut Arcum, cum duabus cordis, & sagittis duodecim.* Ad Ordinem Equestrem sub Imperatoribus Saxonicis pervenientes iterum eundem mediatum invenimus. De Ministerialibus testatur egregius locus AUCTORIS VITÆ MEINWERC. §. 20. nec non *charta* OTTONIS III, apud DU FRESNE *in Glossar. voce Ministerialis: insuper sibi donavimus quicquid Popo filius Waldgeri habuit in Ministerium in hoc Comitatu;* & CHRONIC. STEDERB. *apud Leibniz.* T. I. pag 850. *omnes quoque, quos jure hereditatis possederat Litones Feodales, officiales nostro Domino subjugavit, & - - Ministerialibus nostram ecclesiam decoravit.* Milites vero (i. e. Ordo Equestris) tenebant feuda mediata, uti id observat AUCTOR VETUS *de Benef. tit. de Ordine Placit.* & educebantur a Comite suo in aciem LUITPRAND. L. IV. c. 15. *Comes quidam tunc prædives cum eo* (Ottone M.) *erat, cujus multitudo militum Regis aciem condecorabat.* KOPP. jam alleg. tract. S. I. §. 15. ubi fusius hæc pertractat. Non minus sub Francis Comitum directioni suberant nostri Nobiles. In ABBAT. URSPERG. ad An. 1104. memoratur *Sigebardus Comes, qui abundanti militum copia stipatus fuit;* & ipsi hi milites (Edle Knechte) Henrico IV. apud LAMBERT. SCHAFNAB. ad An. 1075. respondent: *extremæ impietatis fore judicamus, ut Principes, nostros Dominos deseramus.* Neque jus ipsis dicebant Imperatores, sed Comites. KOPP. d. l. S. I. §. 18. Indies hæc jura Comitum cepere incrementa sub Suevis Imperatoribus. Præbet testimonium Lex Friderici I. an. 1187. apud ABB. URSP. *si Liber homo, Ingenuus, Ministerialis - - - incendium fecerit - - - ipse proscriptum pronunciet. Id ipsum faciant Comites alii.* De militia vero Comitum Scriptores hujus ævi ubivis testantur, vid. RADEVIC. *de gestis Frider. I.* L. I. c. 25. & KOPP. S. I. d. l. §. 20. Accedunt tandem tempora magni ut vocatur interregni, quæ Ordini Equestri, inprimis exstincta stirpe Hohenstauffica, maxime arriserunt; non immemor fuit vulgati versiculi: *Fronte capillata est posthac occasio calva* turbidus diffidationum status, milesque mercenarius iterum ansam præbuit liberandi se a Comitum juribus suis non caute intentorum jurisdictione. At his non obstantibus manet Ordo Equestris regulariter subjectus. In Suevia & Franconia ipsa adhuc donationis, venditionis &c. titulo transferebantur Nobiles, hodie inter Immediatos locum obtinentes. LUDEW. *reliq. manuscr. T. II.* p. 267. & innumera invenimus exempla, quibus Nobiles a Dominis territorialibus immunitatem ab oneribus, Dienst und Bede/ impetrarunt, quo si Immediati fuissent, opus non fuisset, KOPP. d. l. S. I. §. 25. Accedit ipsa propria confessio Nobilium hodie Immediatorum nomen adsumentium, qui Immedietatem & præcipua, quibus gaudere cupiunt, jura ex privilegiis deducunt. Privilegia vero cum sint exemtio a jure communi, patet, ante privilegia sub & obreptitie adquisita eos fuisse sub Ducum Comitumque potestate, quod eo ipso tacite concedunt, dum privilegiis gloriantur. Non enim amplius eo procedunt, ut in partes LERCHII DE DURMSTEIN *in Libr. de S. R. I. Nobilitatis Cæsareæ immediatæ antiquitate, dignitate, libertate &c.* euntes immedietatem origenus & a primordiis Regni Germanici deducant, uti id KNIPSCH. adhuc egit in *L. I. de Nobilit.* c. 3. §. 73. inquiens: *Nobiles immediatos imperii*

semper

ſemper & ſtatim translato ad Germanos Imperio, nullis Ducibus aut Comitibus ſubfuiſſe, ſed ſoli Imperatori. Quæ omnia confuſioni tituli Nobilis cum adpellatione Liberi hominis natales debent. Plura vid. apud SCHILTER. *de S. R. G. Imperii Comitum prærogativa & jure inter ipſos & Ordinem Equeſtrem Imperii immediatum.* KOPP. *de Differ. inter S. R. I. Comites & Nobiles Immed.* S. I. ʃ. 27. ſeqq. ILL. ESTOR *de Miniſter.* Sufficiant hæc inſtituto noſtro, cum omnia fuſius in ſequentibus quoad Ducatum Wurtembergicum demonſtrabimus. Hæc tantum addamus, Nobiles (uti vocabulum hodie ſumitur) ex hactenus deductis & probatis ita deſcribi poſſe: quod ſint homines ingenui vel Liberi ob gentilitia decora ſingularibus juribus & prærogativis a civico & plebeio ordine quidem diſtincti, ratione tamen perſonæ bonorumque Ducibus Comitibusque &c. ſubjecti.

ʃ. III. Ad ſpecialiora deſcendentes conſiderabimus, quinam fuerit ſtatus Nobilium in ſpecie in Comitatu Ducatuve Wurtembergico. Ampliſſimæ hujus ditiones ex variis Comitatibus & Dynaſtiis coagmentatæ fuerunt, & inſigniter auctæ per acceſſionem Ducatus Teccenſis. Non enumerabo heic omnes iſtas terras & dominia, quorum jam mentio facta ab HERMANNO CONTRACTO *ad An. 989.* & quæ deinceps in variis privilegiis & Diplomatibus occurrunt, quorum excerpta nobis dedit ILL. MOSER **in dem erläutert. Würtemberg** P. I. S. I. p. 6. Sufficiat nobis attuliſſe, in tantum huncce Comitatum creviſſe, tantaque Comites ejusdem auctoritate in Imperio inclaruiſſe, ut Imperator Maximilianus I. quod Auguſtiſſimi ejus Anteceſſores haud una vice jam decreverant, tandem in Ducatum huncce Comitatum erexerit An. 1495. d. 21. Jul. idque proprio motu, non precario, uti LUDEWIG. *in Comment. ad Aur. Bull.* falſo adſeruit. HORTLEDER **von Urſachen deß Teutſchen Kriegs** T. I. L. 3. c. I. p. 6. **Sammlung Würtemb. Urkunden** p. 197. ubi litteræ erectionis. Cumque jam ab antiquiſſimis inde temporibus magna fuerit Comitum Wurtemb. auctoritas & ſplendor, uti id præter alios teſtatur ANONYM. *in Chron. Wurtemb. ad An. 1100. claruit Adelbertus, Comes Wurtembergiæ, Vir omni genere virtutum & bonorum inſignibus præſtantiſſimus, atque in rebus bellicis ſtrenuiſſimus.* Idem ANONYMUS de Comite Ulrico: *octies bello triumphavit, quem Conradus Rex, ejusque filius Conradinus armis nunquam, beneficiis autem & muneribus aliquando ſibi conſentaneum quidem fecerunt, nunquam ſubjectum.* Vel ex hoc videri licet, quantum eminuerint inter primarios Sueviæ Ducatus Principes & Comites. Nec etiam dubitandum, quin par fuerit huic ampliſſimo Comitatui numerus Nobilium, cum præterea certo certius ſit, quod pota perſona Comitis, neceſſario etiam requirantur Nobiles, alias uti LUDEWIG. *de prærog. Wurtemb. Ducatus S. I. c. 3.* inquit, Comes absque Nobilibus fuiſſet caput ſine membris. Hinc L. ALEMANN Tit. 56. n. 5. dicitur: *qualiscunque perſona ſit, aut Vaſſus Ducis aut Comitis* &c. & in LL. LONGOB. Tit. 43. c. I. *Nullus alius de Liberis hominibus ad Palatium vel ad mallum venire cogatur, exceptis Scabinis & Vaſſis Comitum.* Ea vero ſemper horum Nobilium conditio fuit, ut ſub Comitibus Wurtemb. ante ſic dictum interregnum & diu etiam poſt illud character Immedietatis nunquam innotuerit. Dixerit forſan quis, fuit omnino ita, at tota facies per interitum Ducum *Sueviæ* mutata, cum Conradini ultimi mors per ſupplicium Neapolitanum anno 1268. inſtinctu Papæ huic ſtirpi inſidioſiſſimi promota fuerit; de quo vid. RAYNALD. *Annal. Eccleſ. ad annum 1251. n. 11.* At non eſt, cur multum Nobiles noſtri Wurtemb. de eo glorientur fato, ſi modo paullo accuratius perpendant, quid deleto Sueviæ Ducatu actum fuerit. Tantam hic ampliſſimus Ducatus ſtragem perpeſſus eſt, ut verum ſuo modo ſit, quod PAPA MARTINUS ſcribit apud EBERHARDUM

DUM ALTAHENSEM *ad an. 1282. Altiſſimus ſceleſtam Friderici domum* (en odium nefandum Papæ nondum exſtinctum exſtincta licet Nobiliſſima Hohenſtauffiorum ſtirpe!) *quæ conſueverat quantumvis multis abundare perſonis, ſic pene redegit in nihilum, ſic illam jacturam ultimo diſſipationis oppreſſit, ut de ipſa non ulla ſcintilla remanſerit.* Rudolphus interea primus ditiones Imperii a Ducatu Sueviæ in turbulentis iſtis temporibus ablatas, colligere & ad Imperium revocare omni ſtudio atque cura anniſus fuit, EBERH. ALTAHENSIS an ann. 1277. An vero idem Rex filium ſuum ſecundo genitum, Rudolphum, Ducem Sueviæ adpellaverit in Comitiis Auguſtanis An. 1283. multi ſibi perſuaſum habent. Tradit id HISTORIA AUSTRALIS *ad An. 1282. Rudolphus Rex Auguſtæ curiam celebrat, ibique de conſilio & voluntate Nobilium, qui aderant, Albertum filium ſuum Ducem Auſtriæ & Styriæ conſtituit, & Rudolphum Ducem Sueviæ creavit.* Repetunt hæc CHRON. AUSTRALE *ad An. 1283.* GERHARD. A ROO, FUGGERUS aliique ſcriptores Auſtriaci. At merito dubitamus de hoc noviter erecto Ducatu Sueviæ, cum præter alias cauſſas, tam multi Scriptores non levis momenti adſint, qui ne verbulum quidem de eo dicunt, licet ſollicite deſcribant, quid de Alberto & Rudolpho, Regis Rudolphi filiis, actum fuerit. Tales ſunt EBERHARDUS ALTAHENSIS ad annum 1281. & ALB. ARGENTORATENSIS p. 101. qui diſerte dicunt, Rudolphum ad ſimultaneam Auſtriæ Ducatus infeudationem admiſſum fuiſſe, nulla mentione facta de Ducatu Sueviæ; quod & luculentius demonſtrat formula diſpoſitionis ipſius inter hoſce filios ſuos Rudolphi Regis, quam protulit LAMBEC. *in append. III. Comment. Bibl. Auguſt. Vind. p. 330.* Ipſe etiam Leopoldus Dux Auſtriæ in tabulis pacis cum Imperat. Carolo IV. 1360. profeſſus eſt: ſe Ducem in Suevia non eſſe. MUTIUS *in Chron. Germ. L. XXV. pag. 253.* & elegantia exſtant verba in DATTIO *de Pace Publ. L. II. c. 6. pag. 272.* ubi Frider. III. **So wir aber als Römiſcher Kayſer gedencken/ daß ſolcher Fried das H. Rom. Reich insgemein anbetrifft/ und dann das Land zu Schwaben Uns und dem H. R. R. ohn alles Mittel vor andern zugehörig und unterworffen iſt/ und kein eigen Fürſten noch jemand hat/ der ein gemein Auffehen darauf hat** rel. CRUSIUS *Ann. Suev. P. III. L. 2. c. 20. poſtquam - - - cum Conradino - - - Ducum Sueviæ ſtirps concidit, Ducatus hic Imperio venit.* Ante omnia vid. ILL. D. KOELERI diſſ. *de Fatis Ducatus Alemanniæ & Sueviæ.* Potius itaque eſt cur credamus, Ducatum Sueviæ fuiſſe exſtinctum, atque Imperatoribus nil niſi Advocatiam fuiſſe reſervatam, id quod & ipſi Auſtriaci hodienum confitentur. P. II. **der Bayriſchen** Refutations-**Schrifft.** Inde etiam ab hiſce temporibus mentio fit Landvogtiæ Imperialis; ita e. gr. Albertus I. Imp. in privilegiis cœnobio Babenhuſano indultis inquit: *a dominatu, jurisdictione, auctoritate & jugo advocatorum noſtrorum provincialium omniumque noſtræ majeſtatis officialium* rel. BESOLD. *in Docum. rediu.* p. 397. ſeq. ibidem etiam p. 568. ad annum 1362. Præſes Landvogtiæ vocatur **der Land-Pfleger des Römiſchen Reichs in Schwaben.** Probatur etiam adſertum noſtrum per litteras ceſſorias Wenzeslai, quibus Landvogtiam Sueviæ oppignorat Leopoldo Auſtriæ Duci hiſce verbis: **dafür Wir ihm verſetzen Unſer und des Reichs Landvogteyen in Schwaben.** LUDEWIG. *de Sueviæ Tribunali S. R. I. Auſtriaco.* Diſperſum itaque patrimonium Stauffenſe fuiſſe omnes fere uno ore tradunt Hiſtorici. Eo majori inde cura juribus ſuis inuigilarunt Comites de Wurtemberg, ut in maximis etiam turbis Nobiles Wurtemb. nunquam libertatem uſurpare potuerint, quam in aliis Sueviæ provinciis, nimium ipſis indulgendo, præſertim ab Eccleſiaſticis forſan adquiſiverunt. Inde etiam fit, ut nunquam in interregno & poſtea diu mentio fiat Nobilium S. R. I. in Comitatu Wurtemb. aliisque Dynaſtiis, quibus iſte ſucceſſu temporis fuit ampli-

lificatus. Nobiles potius ibi existentes tanquam Vasalli & subditi semper ha-
iti fuerunt, sæpius licet rebelles aliorum exemplo excitati. Luculenta exhi-
et testimonia TRITHEMIUS *in Annal. Hirsaug. P. II. ad an. 1595.* ubi ita:
*'nno Wichardi Abbatis sexto, indictione Romanorum tertia Nobiles & Poten-
ores Comitatus terræ Wurtemb. nescio qua caussa vel occasione adversus Dominum
um Comitem conspirationem satis periculosam & temerariam suscitarunt, nam
usque prævaluit insania, ut convocatis undecunque sociis oppidum quoddam
'aimsheim dictum - - - obsidione cinxerint.* Fortiter vero hæc seditio oppres-
a Comite, qui commissorum veniam humiliter postulantes iterum in gratiam
scepit, oblatis ipsi antea tribus Capitaneis, qui salutari se Reges præceperant,
uartus vero vel occisus interierat, vel fuga lapsus evasit; inde cernens hos tres
Ritios Reges quidam rusticus cachinnans dixit: *bone Deus si quartum habere-
us Regem integrum chartæ ludum nobis Dominus hodie præparasset* &c. vid. quo-
ue locus ANONYMI in *Chron. Wurtemb. in* SCHANNAT. *Vindem. Lit. col-
ll. II. p. 27. ad* An. 1368. perperam relatus: *graves inter Comites de Wurtemb.
Eberstain dissensiones exortæ multorum malorum caussam mortalibus præstite-
unt - - - sic delusa fraus Comitis de Eberstain majoris dissensionis fomitem mini-
ravit - - - omnes Nobiles totius Sueviæ, quoscunque potuit in mortem Eberhardi
'omitis contitavit: Comes autem postquam fuga lapsus in sua rediit, contraxit
xercitum suorum, contra Comitem de Eberstain bellum adsumere decrevit - - -
lobiles autem omnes in Comitatu Wurtemberg existentes ipsum Comitem, Domi-
um suum deserentes Comiti de Eberstain adhæserunt.* Victricibus vero armis
Comes Wurtemb. seditionem pacavit, Nobilesque jurisdictioni iterum subegit.
dem AUCTOR ANONYMUS recenset *integrum catalogum LXXXV. Nobi-
um* An. 1377. qui ex parte Comitum de Wurtemberg in prœlio juxta oppi-
um Reutlingen fuerunt occisi, quorum hodienum multi se in censum Nobili-
m, uti vocantur, Immediatorum referunt. Vides itaque fuisse in Comitatu
Vurtemberg. sat amplum Nobilium numerum, at fuisse etiam subjectum Comi-
bus, quos ut Dominos si non semper, utpote rebellis, agnovit, agnoscere
erte coactus & jure debuit.

§. IV. Ad prædia Nobilium accedentes diversa istorum genera inveni-
nus; sunt enim vel feudalia vel patrimonialia. Illa possident nexu fidelitatis
Domino directo præstandæ, uti id apprime GLOSSA **deß Sachsen Rechts** ex-
rimit: **Lehen ist Gut so von deß Herren eigen gestelt / und von demselben
er Ritterschaft geliehen wird. Von demselben müssen Sie dann ihrer
Pflicht nach dienen.** Allodia vero jure hereditatis accipiunt libera ab omni
ervitio. Licet autem in his non adsit nexus feudalis, alius tamen ut plurimum
os adstringit, cum superioritati Statuum Imperii territoriali subsint. BURC.
GOTH. STRUV. *Elem. Jur. Feud. cap. I. §. X.* & *in comment. de Allodiis Impe-
ii cap. I. §. IX. cap. III. §. 101.* & ipsa PAX WEST. ita decidit. *Art. V. §. 28.
Libera & Immediata Imperii Nobilitas, omniaque & singula ejus membra una cum
ubditis & bonis suis feudalibus & allodialibus - - - nisi forte ratione bonorum
& respectu territorii vel domicilii aliis Statibus reperiantur subjecti.* Idem etiam
duplex nexus in Comitatu Wurtemb. obtinuit semper, cum Nobiles in isto siti
Comitibus nexu vel clientelari vel territoriali fuerint conjuncti, licet enim den-
ur allodia omnino immediata, tam rara tamen in Wurtemb. existunt, ut quo-
d maximam partem territorialia sint Ducis potestati subjecta, quoad prædium
utem feudale sive datum sive oblatum fuerit, eodem respectu non solum co-
ere debuit Comitem Wurtemb. sed præterea adstrictum fuit ad servitia vel mi-
nisteria tam militaria quam curialia; in dubio enim etiam oblata feuda secun-
lum ordinariam feudi naturam sunt æstimanda, donec aliud a contradicentibus

probetur. Ut taceam, tam rara esse feuda oblata in Wurtembergia, ut vix unum alterumve reperire liceat. Singularitas itaque ex sola feudi oblatione nunquam est repetenda. THOMAS. & HERTIUS *de Feud. oblat.* & CHRISTIAN. HANNAC. *de eo quod refert, feudum esse datum vel oblatum;* & vir *Ill.* ESTOR *in Annalect. Fuld. S. II. Obs. IX. p. 48.*

§. V. Ex hucusque adlatis patet, Nobiles tam in originariis quam accessoriis terris Wurtemb. eadem qualitate fuisse, non immediatos nimirum, sed subditos & Vasallos Comites de Wurtemb. pro suo Domino agnoscentes. Neque ullum porro de Immedietate verbulum in tabulis adquisitionum a Comitibus Wurtemb. hinc inde factarum, immo potius semper Nobilium ut subjectorum fit mentio. Vendebantur una cum castellis atque provinciis, quod si Immediati fuerint, nunquam fieri potuisset, eo faciliori vero heic negotio fiebat cum glebæ quasi adscripti fuerint. Vid. de venditione castelli Teccensis sic dictum *Abregé,* oder *concentrir*ter Auszug und Begriff der von *Serenissimo Wurtenbergico ad Comitia imperii* gebracht- und mit zweyen *Tomis authenti*schen Archival-Urkunden erläutert und besterckten Vorlegung der anwachsenden Reichs-Ritterschafftlichen Irrungen. 1750. *Sect. I. cap. I. n. 1. ubi:* und geben zu kauffen mit disem Brieff Teckh unser Burg halben / und Kirchheim unser Stat halben / Lute und Gute mit aller Gewaltsam / Vogteyen / Gerichten / mit den Burkluten die gen Teck gehören. Item *cit. loco N. 2.* ubi Dux Reinolt de Urslingen Comiti Eberhardo & Ulrico de Wirtemberg vendit urbem Waltenbuch mit allen Lehen / Lehenmannen / Dienstleut / Eigenleut / Edel oder Unedel / ibique: Unser Statt Waltenbuch beide Lute und Gute / und waz darinn und dazu gehört / besucht und unbesucht / und unsere Dörffer und Wiler . . . beide Lute und Gut / und alle ander aygen Lute und Gut / esin Zinslute / eigen Lute / oder Vogt-Lute / die in die vorigen Stett / Dörffer und Wiler gehören / aygen uud Lehen / und auch damit alle Lehen / Lehen-Manne / Dienst-Lute / aygen Lute / Edel oder unedel / wo die sizzen oder gesezzen sint. De Comitatu Groeningen luculenta adsunt testimonia, cum LUDOVICUS *Rom. Rex in feudum concedit Civitatem & castrum Gruningen cum omnibus suis juribus, feodis, jure patronatus, jurisdictione, Villis, pascuis, nec non hominibus & Vasallis ceterisque ipsorum redditibus & pertinentiis. Mandans universis & singulis hominibus & Vasallis ad dictam Civitatem & Castrum pertinentibus, ut Comiti & suis heredibus de predictis juribus & pertinentiis respondeant, ipsisque promte & humiliter obediant & intendant.* Aliud testimonium quo pateat, etiam donationis titulo alienatos fuisse Comitatus Wurtemb. Nobiles, exstat in dicto *Abregé N. 6. Notum sit omnibus presens scriptum intuentibus, quod Dominus Ulricus Comes de Wirtemberc donavit Domino Hainrico Comiti de Virstenberg castrum Witelingen dimidium, Vasallos, Ministeriales & homines, cum attinentiis omnibus, dimidia parte bonorum eorundem sibi tantummodo reservata. Vice versa Comes de Virstenberc donavit Domino Ulrico Castrum Urach dimidium, Vasallos, Ministeriales & homines.* Comes porro Otto de Hohenberg vendebat An. 1363. Comitibus Eberhardo & Ulrico castrum & Urbem Nagold, und auch damit alle Lehen dy Wir lyhen Edlen Luten und auch andern Luten Minßlute / Mann und Obrigkeiten / Edel Lute und Aygen Lute. *vid. N. 7.* Quam numerosa vero fuerit Nobilitas, quæ inprimis pertinuit ad Comitatum Vayhingen, cumque eo vendita partim, partim testamento relicta fuit, patet ex integro *Catalogo N. 12. dict. Abregé* exhibito. Ad noviora accedentes tempora iterum Nobiles invenimus in Wurtembergia non Immediatos sed Landsassios Vasallosque. Comites Ludovicus & Ulricus de Wurtemberg invasionen Helvetiorum timentes An. 1446. conscribunt ihr Landsässen / als altvordern Herrn

zu

zu Wirtenberg deß gemeinen Adels. *vid. Sect. III. Docum. Archival. in Abregé cap. I. n. 1. item* An. 1456. transactio initur wegen Regierung ihrer Land/ Leuth und Ritterschafft. *N. 2. d. l.* In litteris Ulrici Comitis de Wurtemb. An. 1457. *n. 4.* vocantur Ein Ritter und Knecht die zu der Herrschafft Wirtemberg gehören. Et *n. 7. d. l.* ipse Imperator Fridericus Comite Ulrico capto hujus tenoris dimittit litteras: an die Ersamen Graven Ulrichs zu Würtemberg Räthe/ auch Untersessen von Adel. In matricula 1474. eodem modo onus contribuendi Comitibus de Wurtemb. adsignatur, quo iis Principibus, qui immediatos Nobiles in suis terris ignorant: Herzog Ernst und Herzog Albrecht von Sachsen mit iren : : : Ritterschafft/ vide eadem verba quoad Wurtemberg. Grave Ulrich von Wirttemberg mit seinen Prelaten : : : und Ritterschafft. *Vid. n. 8. S. III. cap. I.* der Urkunden. An. 1475. Comes Ulricus protectionem promittit dem Heinrich von Wengen wie andern seinen Getreuen Edelen Landsassen. *N. 9.* Immo eo adstricti erant Comitibus nexu, ut obsides constituerentur in *Documento N. 10. d. l.* Gibt Grav Ulrich sechs seiner Ritterschafft zu Geiseln. Comes idem ipsis An. 1480. præcepit, daß sie seinem lieben Son Huldigung Gelüpd und Aid tun sollen. Fuerunt porro Nobiles in Wurtemb. siti status Provinciales in luculentum Landsassiatus testimonium. vid. *d. l. Cap. I. S. III. N. 4.* ubi Eberhardus senior & junior per pactum Munsingense An. 1482. terras suas conjungunt mit Rath ihrer Prälaten/ Ritterschafft und Landschafft. In conventione Uracensi 1486. a duobus Eberhardis Comitibus vocantur: Unser Fromm und gehorsam Prälaten Ritterschafft und Landschafft/ *vid. d. l. N. 19.* In conventione Francofurtensi 1489. stabilitur, ut nihil de terris Wurtemb. alienetur aut oppignoretur, nisi consilio der Prälaten Ritterschafft und Landschafft/ *N. 24. & N. 26.* Eberhardus senior ita: Nachdem Wir in Unser Herrschafft Schirm und Regierung dreyerley Stånd haben/ Geistliche/ Adel und Ritterschafft/ Stätt und gemein Volck. Erigitur tandem, de quo jam supra mentionem fecimus, insignium terrarum Comitatus in Ducatum, quæ erectio huc usque deducta de novo confirmat; ita enim se habent verba erectionis: Wir haben Unsern lieben Oheim und Fürsten die Würtembergische Landschafft zu Schwaben gelegen/ mit allen Herrschafften/ Städten/ Schlössern/ Leuthen und Güthern/ gantz nichts ausgenommen/ zu Lehen versammlet/ vereiniget rel. Sammlung Würtemb. Urkunden *n. 28. p. 97.* Mentio iterum non una vice occurrit trium ordinum, qui Status Provinciales constituunt; nempe Prälaten/ Adel und Städte. Plura vide sis in alleg. *Abregé S. III. cap. I. N. 28.* ubi Catalogus Nobilium incorporatorum novo Ducatui, quorum multi nomen Immedietatis hodie ambiunt. Per saltum, ne nimium prolixi videamur, ad tempora Sec. XVI. pervenimus paucis ante oculos ponentes, adhuc hoc tempore Nobiles Wurtemb. partem Statuum Provincialium constituisse. vid. præter alia *N. 55. & 56. cit. loc.* ubi litteræ an Prälaten/ Adel und Stätte de An. 1529. Cum vero ex hucusque adductis, testimoniisque fide dignissimis probatis adpareat, Nobiles ad hæc usque tempora ad terras Wurtemb. spectasse ut Landsassios Vasallosque, eo faciliori negotio intelliges Diploma Caroli V. de An. 1530. ubi dicitur: daß das Fürstenthum Würtemberg und Teck/ mit Land und Leuthen/ und allem zugehör sich freuen/ gebrauchen und geniessen soll/ wie alle andere deß Hauses Oesterreich Land und Leuth. Falsis enim conceptibus præventus hoc obmovere posset dubium; quomodo terræ Wurtembergicæ iisdem gaudere possunt juribus, quibus Austriacæ, cum his Nobiles Immediati ignoti sint, non vero illis? At huc usque proara examinans ipse sibi ita consulet: nunquam in provinciis Austriacis exstiterunt Nobiles sic dicti Immediati, vid. *Ill.* COM. DE WURMBRAND *excerpta genealogica de præcipuis familiis Austriacis,* nec unquam exstiterunt in Wurtembergi-

bergicis, pari igitur hic ambulant passu Austria & Wurtembergia. Confirmat potius hoc Diploma Landsassiatum Wurtemb. cum ab Austria hoc casu valeat consequentia ad Ducatum Wurtemb. Inde etiam ipse Carolus V. in litteris an die Prälaten = = = Ritterschafft &c. An. 1546. 14. Dec. ita scribit: Wir Karell thun auch allen und jeden Prälaten = = = Ritterschaft = = zu wissen/ das wir Herzog Ulrichen von Wirttemberg Ewren berümten Lands-Fürsten &c. *N. 65. d. l.* In pacto Heilbronnensi Dux Ulricus An. 1547. *N. 66. all. loc.* promittit: die von Adel seines Lands geloben und schwören zu lassen/ nimmermehr wider Kayserliche Majestät und das Hauß Oesterreich dienen zu lassen. Inde etiam *N. 70.* ita eos convocat: daß Ir alsobald alle unser Lehen Mann = = = auch alle von Adel die in unserm Fürstenthum auch die im Bezirckh unser Fürstlichen und Gleitlichen Oberkeit gesessen/ ob sie gleich von uns nit Lehen haben/ *& N. 73.* protocollum exhibetur, ubi distinguuntur Vasalli a reliquis Landsassiis, & vocantur die Ritterschafft/ auch die Lehnleute dis Fürstenthumbs. Quod attinet magnum Vasallorum numerum, illum negare non potuit omnia alias pernegans BURGERMEIST. de Nobilitate sua immortaliter meritus; inde aliud quæsivit refugium *in deductione* cui titulus: Vestgegründete Gegen-Deduction, worinn einer unmittelbahren Freyen Reichs-Ritterschafft in Schwaben vor Mitglider Hochfürstl. Würtemberg. Vasallen gehalten/ unfürdenckliche vor und nach Erection des Herzogthums Würtemberg obgehabte und auf die Posterität ererbte Reichs-Immedietät defendirt wird. 1702. In qua probare conatus est, ex feudis non datis sed oblatis Nobilium Immediatorum Imperii, in tantum accrevisse Vasallorum Wurtemb. numerum. Verum enim vero, ut supra jam monitum, vix duo reperiuntur in Archivo, quæ feuda oblata directo vocari queunt. Magna contra eorum feudorum copia monstrari potest, in quibus nexus fidelitatis remissus Nobilibus, qui vero ex post istum restaurarunt de novo.

§. VI. Ut vero porro veritas adsertorum pateat, deducamus etiam exercitium jurium superioritatis territorialis in Nobilitatem hanc Landsassicam Wurtembergiæ. Ipse Imperator Carol. IV. in privilegio fori anno 1361. Comiti Eberhardo dato corroborat ejusdem jurisdictionem territorialem über Mannen und andere Leut. Urkunden *S. III. cap. II. N. 1. & 2.* eadem repetit Wenceslaus *N. 3.* & Sigismundus ipse Nobilium Patronus anno 1427. expressis confirmat verbis, privilegium hoc etiam intelligendum esse von allen Ritter/ Knechten/ Mannen in der Graffschafft Würtemberg *N. 7. d. l.* Ipsi etiam Landsassii Nobiles non una vice eo provocarunt, vid. *d. l. N. 17.* Varii etiam allegari possent casus, quibus Nobiles Wurtembergici exercitium hujus Jurisdictionis experti sunt, non vero prolixus ero in iisdem enarrandis, cum cumulus probationum adsit in dict. *Abrege S. III.* Sufficiat pauca delibasse quoad Jurisdictionem Civiliem, criminalem, ecclesiasticam & feudalem. Ad primam quod attinet speciem, adsunt acta in archivo Ducali Wurtemb. die Winthershausische Erbschafft betreffend. vid. Urkunden *p. 273.* Pronunciatum item est in caussa Hanß von Liebenstein puncto der Altvätterlichen und Mütterlichen Güter *d. l. p. 280.* Constituerunt porro Nobiles dotalitia, morgengabas &c. coram Comitibus Wurtemb. ut suis Dominis. Inter alia exstat exemplum *N. 18. S. III.* der Urkunden/ ubi Wolff von Stein constituit morgengabam & dotalitium mit meines vorgenannten Herren von Wirtemberg willen. Accipiebant tutores a Duce Wurt. vid. præter alia *N. 37. d. l.* In alia causa *p. 275.* der Urkunden an. adhuc 1537. Nobilis Schertlin von Burtenbach se subscribit: Ewr Hochfürstlichen Gnaden unterthäniger Diener und Landsaß. Aliam sententiam a Duce Wurtemb. latam invenies

ies puncto debiti *p. 276.* der Urkunden von Mart. von Degenfeld contra Marg. von Nydeck. De causis criminalibus vid. Urkunden *P. I. S. III. c. 2. N. 22. 27. 28. 44. 46.* Puncto Blasphemiæ *N. 50. 55. p. 287.* Causas itidem ecclesiasticas & matrimoniales *N. 51. 55. p. 286. & 288.* der Urkunden. Quod id causas feudales attinet plura invenies *P. I.* der Urkunden *S. III. c. 2. N. 34. 36. 54. 55. pag. 273. & 288. seqq.* Quæ cuncta allegare institutum non patitur nostrum, remittimus B. L. ad §. 7. sic dicti *Abrege.*

§. VII. Sensim sensimque vero hic ordo equestris conjunctiones confœderationesque cum aliis machinatus est. Turbulenta diffidationum tempora, de quibus Imperatores multoties conqueruntur, DATT *de Pace Publ. L. I. cap. 3. & 4.* ansam istis præbuerunt atque instigaverunt. Nunquam vero Nobilibus initio in mentum venit, jura territorialia Dominorum suorum infringere, sed conniventibus ipsis interdum, interdum mandantibus societates invicem ut milites, quorum fuit Dominos defendere. Inde etiam semper Imperatores ipsi, quibus tranquillitas publica curæ fuit, providerunt, ne Status detrimentum exinde capiant. Sic RUDOLPHUS 1287. *diserte cavet:* Also doch / daß jedermann er si Fürst / Grave / bi ihrem Rechte belieben. WENCESLAUS anno 1398. Doch ist unsere Meinung nicht / daß Wir Fürsten / Herren / Geistliche oder Weltliche Stätte ihr Rechte / Freyheit / mit den vorgenannten articuln meinen zu schwächen oder zu kräncken. DATT *de Pace Publ. L. I. c. 5.* Status itaque Imperii æquo societates has tulere animo in ipsorum & totius Germaniæ securitatem & commodum vergentes. At non diu duravit hæc tranquillitas, cum Nobiles hac licentia mox abusi & conglobationes privata auctoritate machinati fuerint, infringere cupientes jura Dominorum suorum territorialium, exemtionem contra & libertatem plenissimam stabiliendo. vid. Vorlegung der anwachsenden Reichs-Rittersch. Irrungen pag. 10.

§. VIII. Nunquam sane Domini territoriales Wurtemberg. sibi initio persuadere poterant, tanta processuros fore audacia Nobiles suos Landsassios, ut societates primo in utilitatem & securitatem totius Imperii, & præcipue singularum terrarum initas, jam in diminutionem ipsorum jurium, & ad promovendum turbulentum Germaniæ statum iidem machinarentur. Nihil itaque ipsis curæ cordique magis fuit, quam ut stabilitis ipsorum juribus conservarent quoque tranquillitatem publicam tantis jam vicibus conquassatam. Inde constitutionibus iteratis Imperii, sibi Imperioque Germ. prospici curarunt, etiam in AUR. BULLA, saluberrima illa, qua salus publica nititur, Lege, conspirationes hæ reprobatæ fuerunt. *Tit. XV. detestandas & sacris Legibus reprobatas conspirationes & conventicula, seu colligationes illicitas - - - conjurationes insuper & confoederationes - - nec non & consuetudinem circa bujusmodi introductam, quam censemus potius corruptelam, reprobamus, damnamus* &c. Quid clarius hisce verbis innui potest, quam colligationes istæ Nobilium, tanto odio LL. Imperii profligatæ, quæque jam antea Imperatoribus Statibusque ansam præbnerunt conveniendi. vid. vel solus BROWERUS *in Annal. ad annum 1231. alter item conventus ab Heinrico Wormatiam advocatus: in hoc acri concertatione defensum, quod Proceres in suis quisque civitatibus obtinebant jus antiquitus, atque ut ea omnia, quæ in oppidis atque urbibus coirent hominum coetus, vel foedere jungerentur societates, abolita in posterum censerentur & antiquatæ;* & porro inquit: FRIDERICUS II. IMP. *dict. loc. ad annum 1233. irritamus etiam cujuslibet arbitrii confraternitates seu societates.* Hisce vero non obstantibus semper nova moliebantur Nobiles, & inprimis in Wurtenbergia oriebatur der Schlegler-Bund

1371. itemque 1395. novas excitabant turbas, semper tamen a Comitibus Wur. temb. sopitas, de quo jam §. III.

§. IX. Vix quievit Ordo Equestris, cum oriretur bellum illud cruentum Hussiticum, quod sub Imperat. Sigismundo totam armavit Germaniam. Inivit iterum societatem tempori inserviens, cum & ipse *Imperator* SIGISMUNDUS An. 1412. ad arctiorem conjunctionem omnes Nobiles per universam Germaniam instigaverit. DATT. *de Pace Publ. L. II. cap. 3.* eoque ipso occasionem ipsis præbuerit sensim sensimque in istis turbulentis temporibus se subtrahendi a Dominorum suorum superioritate. Placebat Imperatoribus fervor Nobilium, quem in incrementum religionis auctoritatisque S. R. Imp. præ se ferebant, cum tamen anguem in pectore gerentes longe aliena a salute publica molirentur. Confirmabantur hinc indies ipsorum societates, quas ipsi sæpius restaurabant. Privilegiis alliciebantur, auctaque inde ipsorum auctoritate minuebatur reverentia Dominis debita. Ad altiora animum dirigentes conventicula instituebant, & cum Statibus Imperii animadvertentibus, quænam suorum Landsassiorum Vasallorumque sint molimina, tandem prospectum aliquatenus fuerit per Recess. Imp. 1559. ejusque §. 46. cœlum terramque movebant. Conventum celebrant mense Octobris 1559. cum in finem, ut media excogitarent, quibus uti verba inuitationis habent: **sie sich wider ihre Landes und Lehen Herrn in Absicht von derselben Obrigkeit und Gehorsam mit zusammengesetzten Rath und That/ sich und ihre Nachkommenschafft entladen möchten. Urkunden** *P. II. cap. I. n. I.* quas invitationes non una vice reiteratas invenies in dictis **Urkunden.** Non vero ea procedebant astutia, quo minus id Dominis suis innotuerit, cum statim Dux Christophorus Wurtemb. de eo certiorem fecerit Electorem Palatinum litteris *N. 6. d. l.* exhibitis. Nihilominus Nobiles inhærebant proposito & tandem An. 1560. ea procedebant audacia, ut & Wurtembergicorum multi participes se fecerint peculiaris Ordinationis Equestris d. anno confectæ. Confirmata equidem hæc Ordinatio fuit ab Augustissimo An. 1561. verum tam circumspecte tautisque clausulis salutaribus, ut sane pro non ente habenda sit minimum quoad terras Wurt. En clausulas: **confirmiren/ was Wir daran von Rechts und Billigkeit wegen zu confirmiren/ zu bekräfftigen und zu bestetten haben:** Item: **doch uns und dem H. Reich an unser Obrigkeit/ und sonst männiglich an seinen Rechten und Gerechtigkeiten unvergriffen und unschedlich.** Ipsis Nobilium multis res plane singularis hæc visa fuit, ut ipsi in litteris *P. II. c. I. n. 4. Sect. III.* confessi fuerunt: **es seye eine newe Ordnung und Einigung/ daran sie sich nicht theilhafftig machen/ sondern bey dem alten Wesen wollen pleiben lassen.** Inde non mirandum, quod & principes hasce innovationes non æquo tulerint animo. Statim Dux Christophorus Wurtembergiæ protestationem solemnem contra novam hanc Ordinationem Equestrem coram Notario promulgavit, vid. **Urkunden** *P. II. S. III. cap. I. N. 6. Lit. R.* Inprimis cum hujus fœderis participes facti fuerint **gemaine der Ritterschafft zugethane/ darunter Irer Fürstlichen Gnaden Lehen Leuthe/ und in derselben Fürstenthum gesessene von Adel** *d. l.* Crescente vero in dies hac periculosa confoederatione, disseminatoque diffidiorum semine per universam Germaniam, vid. LITTERAS BB. DICTÆ PART. II. CAP. I. ubi litteræ Nobilium, quibus omnibus reliquis persuadere cupiunt: **daß diese Sache auch allein unser nit/ sondern die gantze Ritterschafft der teutschen** Nation **zu Erhaltung ihrer Freyheit angehe/** resolutum tandem, ut omnes machinationes Comitiis proponerentur; vid. *N. 6. L. I. Mm.* Electores etiam Principesque in conventu Maulbronnensi An. 1564. de iisdem deliberabant, *N. 7.* deliberataque proponebant Imperatori. *P. II. c. II. N. I. & II.*

§. X.

§. X. Multum solatii ab Imperatore sperabant Proceres Imperii, at spes ipsorum in vanum abiit. Servitia militaria Nobilium, aliaque motiva Imperatoribus præstita tam erant in deliciis, ut adeo non deletæ fuerint consociationes, ut potius Ordo Equestris in novum corpus, immediatum dictum, ab Imperatore erigeretur an. 1566. emanabant mandata de non turbando & offendendo, item promotoriales ad Cameram Imperii &c. *P. II. p. 111. d. l.* Augebantur privilegia, quæ in tantum crescebant cumulum, ut ipsi Nobiles professi fuerint: **man habe 1578. eine ganze Truchen voll acta und** privilegia confirmirt. Quantum vigoris autem hæc omnia habeant, quilibet haut difficili perspiciet negotio, cum jura tertiorum enormiter læsa, semperque protestationes præsto fuerint. Ipsi etiam Nobiles probe id noverant, inde se invicem adhortabantur: **man müsse dieselbe noch zur Zeit geheim halten / damit nicht die Stände über** solche extensiones **sich beschweren / und wie vor diesem darwider setzen / und in Zweiffel ziehen möchten: ob der Kayser ohne** consens **der Chur- und Fürsten so weit gehen könne?** *d. loc.* Tanta postea sibi arrogabant hi novi homines, ut Imperator Maximilianus II. ipse hæc mandata Ducibus Circulorum insinuari curaverit: **welcher gestalten zu vernehmen seye / daß ein Aufstand und Empörung deß gemeinen Adels wider Kayserl. Majestät / die Churfürsten / Fürsten und andere Lands Fürstliche Lehen Herrn / unter dem Schein Adelicher Freyheit in Uffnehmen zu bringen / mit allerhand süssen betrüglichen Worten / verderblicher Verhetzung und bedaurlicher Verführung vieler Ehrlichen / frommen / redlichen Adels Leuthe / erregt werden wolle / dahero die Creyß-Obersten solche durch Verkündigung der angeschlossenen Kayserlichen** Mandaten **im ganzen Crayße / unter was Ständen solche Edelleute gesessen / davon** dehortiren **und abhalten sollen.** Non vero deterrebantur Nobiles, semper conquirebant socios, seque nominabant **deß Heyligen Reichs Freye Ritterschafft.** vid. **Vorlegung** *p. 39.* Jus collectandi exercebant, immo in territoria Statuum extendebant. Hinc inaudito exemplo contra Domum Brandenb. Onolzbacensem anno 1581. puncto collectarum apud Cameram Imperii litem excitabant his verbis: **daß obwolen deß Herrn Marggrafen Fürstl. Gnaden solcher innhabenden Güter wegen zu denen allgemeinen Orts Versammlungen gehörig mit verschrieben worden wären : : : sie doch diese Orts-tage nicht besuchen lassen / sondern jedesmalen aussengeblieben und an denen** Contributionen **keinen Heller erleget hätten.** Motus inde novi exonerantur, vid. **Vorlegung** *p. 40. 41.* Imprimis vero Circulus Sueviæ An. 1597. concludebat: **daß die Stände in Schwaben sich wider die Ritterschafft ferner in** Possession **erhalten sollen.** *Abregé §. 4.*

§. XI. At ludibrio habebant Nobiles Statuum querelas atque protestationes, extendebantur nihilominus privilegia, novaque accedebant. RUDOLPHUS II. Imperator, quem diffidia religionis irritabant, novam ipsis concedebat extensionem & declarationem privilegiorum cum clausula derogatoria an. 1601. **daß alle Hohe und Niedere Stände deß Reichs von allen denen Gütern / so sie allbereit inne haben oder noch bekommen möchten / welche vor der Zeit in der Ritterschafft** contribuirt / **fürohin allewegen die Stände dahin / ohne Unterscheid der Güter / sie seyen Lehen oder eigen / Geist- oder Weltlich : : mit** derogation **alles Rechtens / Herbringens und Freyheyt / so die Reichs-Stände dawider haben möchten / ohnweigerlich liefern lassen.** Vide fracta statuum jura, exaltataque Nobilium. Indefessus jurium suorum defensor Dux Fridericus Wurtemb. strenuusque Illustrissimorum Antecessorum successor protestationes apud Cæsarem interponens ad Comitia anno 1602. provocat. At quid inde solatii? Extenduntur 1609. Nobilium privilegia, omnia eorum bona eximun-

eximuntur à jurisdictione & superioritate Statuum, & non tantum præsentia sed & in posterum adquirenda, in cujuscunque etiam territorio sita fuerint; Daß ihre Personen/ Güter und angehörige/ auf dem ganzen Reichs-Boden keinerley Ursache/ Recht/ Gerechtigkeit oder Herbringen/ von keinem Churfürsten und Stand mit Real oder Personal Arrest solten beleget werden können: daß die ertheilte Privilegia wegen der Ritterschafftl. Leibeigenen Leut/ auf alle andere Ihre Baur/ Zinß = = = Gült und dergleichen Leute/ welche unter fremder Obrigkeit wohnen/ so dann auf alle ihre Güter/ Gefäll/ Zehenden und Einkommen/ so sie unter fremder Obrigkeit sitzen/ liegen oder einzuziehen haben/ oder künfftig erst überkommen möchten/ verstanden werden sollen. So folglich ein Stand des Reichs schuldig seyn solle/ über dergleichen Güter und Personen sich seiner Landesherrlichen befugsamen/ die er sonst über sein anders territorium hat/ nur darum zu begeben/ weil die Zeitliche Innhaber und Besizer davon Ritterschafftliche Mitglieder sind. LUNIG Reichs-Archiv *Part. Spec. continuat. III. S. I. p. 42. 47. 50. 53. 82.* Vorlegung *p. 46.* Jus collectandi iterum extenditur etiam in feuda licet aperta: daß nicht allein die per majora zu des Ritterlichen Wesens Unterhalt bewilligte Anlagen von allen Gütern/ die von alters her mit der Contribution zur Ritterschafft vertretten worden/ und die Stände bereits inne haben/ oder noch überkommen möchten/ sie seyen Lehen oder eigen/ Geist- oder Weltlich/ erkaufft oder sonst acquirirt/ auch die Lehn so entweder als appert heim fallen/ oder verwürckt/ oder sonst alienirt werden/ noch ferner dahin steuerbar seyn und verbleiben sollen. LUNIG *all. loc.* & Vorlegung *p. 46. 47.* Nobiles ipsi jam antea eo procedebant, ut salutare institutum Circulorum Imperii infringere conarentur. En blanditias dulciaque somnia in litteris ad Ducem Wurtemb. exaratis: weil dabey niemand als die Kayserl. Majestät interessirt/ das Corpus der Ritterschafft aber gar nichts zu seinem eigenen Nuzen dabey verlange/ oder zu gewärtigen habe: die Status Imperii auch daneben selbsten mehr Vortheil hätten/ wenn sie ihre Güter zu der Ritter- als zu der Reichs- oder Creyß-Cassa versteurten: sintemahlen ein grosser Unterscheid zwischen der aus Schuldigkeit geschehenden Præstation aller Reichs-Ständischen Onerum, und zwischen denen seye/ da einer zur Ritterschafft nur in äussersten Nothfällen/ und zumahl gegen einen Revers, precario contribuire. Vorlegung *d. l.* Minime vero placebant Duci inaudita hæc proposita, quantumvis etiam Equestri Ordini placuerint noviter adquisita privilegia. Præter multiplices terras banno Imperiali feritas bellum etiam tricennale totam inundabat Germaniam. Opportuna profecto occasio novis inhiandi privilegiis. Accedit inde jus Retractus An. 1614. daß wann ein Adeliches Mitglied seine eigenthumliche Güter/ Gefälle = = = zu verkauffen vorhabens/ solle er selbige seinen Freunden oder andern von der Ritterschafft zuvörderist kaufflich anbieten. Im Fall aber der Verkauffer diese Ordnung überschreiten/ und mit einem Höhern/ Mittlern oder Niederen Stand/ der unter dem Ritterschafftlichen Consortio nicht begriffen/ sich käufflich einlassen würde/ so sollen alsdann seine Verwanten und Agnaten/ oder ein anderes Ritter Glied/ oder das Ritter-Corpus den Antrieb oder den Einstand zu thun haben. Vorlegung *p. 47.* Die 21. Jul. 1688. iterum extenditur jus Retractus: daß weilen denen Ritter-Gliedern/ so wohl als dem Corpori, bey geschehenen Alienationen der Güter/ sehr beschwerlich und öffters unmöglich falle/ in dem allein auf Jahr und tag sich erstreckenden termino retrahendi die baare Kauff-Schilling aufzubringen = = = sothaner Losungs Termin auf drey Jahr erstrecket = = = in denen super expensis & meliorationibus vorkommenden Strittigkeiten aber die Ritter-Directoria den rechtlichen Anspruch

thun

thun sollen. LUNIG *cit. loc. S. I. p. 128.* Vorlegung *p. 66.* Hujus Retractus & Collectationis abusum omnium fere Lernam malorum jure nominaveris. Tanta & tam innumera privilegia novis ansam præbuere protestationibus, iisdem vero non contentus Dux Wurtembergiæ, sed omnia pro defendendis conservandisque debitis suis juribus adhibens unionem cum aliis Statibus an. 1616. iam ex eadem caussa initam renovavit 1630. hisce terminis: in allen von denen Lehens-Fürsten und Herrn erkaufften oder ihnen durch Todes-Fälle heimgegangenen Gütern der Ritterschafft keine Collectation einzuräumen/ von ihrer Possession auch hierunter nicht abzuweichen/ die Sache vielmehr als ein Reichs gravamen in Comitiis anzubringen/ und der Ritterschafft ihrer von Fürsten und Herren tragender Lehen halber eine immedietät directe oder indirecte, noch ein formatum Corpus und deme zustehendes jus reale nimmermehr einzugestehen. Delineatum hactenus Ordinem Equestrem immediatum uti de facto est, ita nunc definiri putamus; quod sit societas Nobilium soli Imperatori sine intermedio Domino territoriali subjecta.

§. XII. Vidimus huc usque conditionem Nobilium, uti antiquis moribus, constitutionibus juribusque Statuum conformis est: nempe ut hominum Landsassiorum Vasallorumque Ducibus Comitibusque inprimis Wurtemb. vel nexu feudali vel allodiali adstrictorum. Verum vidimus etiam plane immutatam faciem! Præter alias terras, Comitibus Ducibusque Wurtemb. obsequium præstabant, jura inviolata relinquebant, nunc vero ea infringere, jurisdictioni se subtrahere, immedietatemque inhiare audent suffulti privilegiis ab Imperatoribus sub & obreptitie obtentis. Nemo sane, remoto omni partium studio, confoederationibus privilegiisque ejusmodi generis vigorem attribuet. Relinquamus materiam de præscriptione regalium rerritorialisque superioritatis, cum interpositis semper Ducum protestationibus non opus sit eo recurrere, repetamus solummodo paucis incrementa huius novi corporis, ut quasi uno obtuitu elegantem modum procedendi intueamur. Coniungamus insuper protestationes Ducum Wurtemb. de momento ad momentum oppositas. Iam ante Aur. Bull. confoederationes hæ initium capiebant, inde per hanc Legem saluberrimam colligationes & confoederationes illicitæ reprobantur. Conuentus nihilominus celebrant Nobiles iteratis vicibus, & tandem an. 1559. immedietatem omni nisu ambiunt. Dux Christophorus Wurtemb. se opponit. *N. 6.* Urkunden *P. II. cap. I.* Ordinationem Equestrem, quæ etiam multis Nobilium inaudita res fuit, conficiunt 1560. confirmatam ab Imperatore 1561. Dux Christophorus Wurtemb. solemniter coram Notariis protestatur, & ipsa confirmatio facta fuit salvo jure tertio quæsito. *P. II. cap. I. Lit. M. d. l.* Non quiescit Ordo Equestris. *P. II. cap. I. Lit. B. b.* resoluitur inde, ut omnes machinationes Comitiis proponerentur. *Nr. 6. Lit. I. Mm. d. l.* & ipse Dux Wurtemb. una cum aliis Principibus conventum Maulbrunnensem celebrat *N. 7. d. l.* Anno 1566. in novum corpus, quod adpellabant, immediatum, erigitur Ordo Equestris, eoque ipso insigniter clausula semper usitata: salvo jure tertii, immutatur, & jura Dominorum territorialium læduntur, quod & Imperatori Status queribundi proponunt. Ius collectandi Nobiles sibi arrogant, extensum a Rudolpho II. 1601. itidem 1653. Contradidit Elector Palatinus, circulusque Suevicus peculiari concluso protestatur. Vorlegung *p. 41. 44.* præter hæc omnia Dux Frider. Wurtemb. aliam adhuc interponit protestationem. Urkunden *P. II. cap. 2. N. 8.* Accedit cumulo privilegiorum jus retractus 1634. extensum postea. Unionem inde irritati Status, & inprimis Dux Wurtemb. antea conclusam renovant 1630. vid. §. XI. Quis itaque rebus ita se habentibus adseret Ordinem Equestrem in Ducatu Wurtemb. extitisse immediatum, aut adhucdum existere. Semper Comitibus Ducibusque eusdem obsequium præstabant, usque dum aliorum exemplo excitati, privilegiisque instincti fuerint contra Dominos insurgere. At quid inde? Privilegia & prop-

ter clausulas adjectas, & propter miriadem protestationum oppositam sunt invalida, juraque ipsa territorialia omni tempore contra omnes imminutiones vindicata fuerunt. Jure itaque Nobilem Immediatum ignorat Wurtembergia, licet de facto ibi degat; atque in hujus Territorio omni tempore exulavit. Sunt hæc, quæ angustia temporis conscribere permisit, cum iter per Germaniam calamum properare jubeat; aucta hæc suo tempore iterum prodibunt, præcipue cum nuperrime scriptum Norimbergæ prodierit, cui titulus: Vertheydigte Freyheit und ohnmittelbarkeit deß Reichs-Adels/ quod ulteriori discussioni ulteriorem adperiet campum.

✽ ✽

DISSERTATIO XXVI.
DE
REBUS BADENSIBUS.

§. I.

Cum de Patria mea & diligenter & serio sæpe cogito, tum insitus erga eam amor fidesque me admonent, quid mei muneris officiique sit, quando non modo crimen ingrati effugere omnibus modis studeo, sed etiam mihi gratulor, inde oriundum esse, ubi & magnæ res cœptæ sunt olim & confectæ. Equidem Principes Germaniæ dedit consilio ac virtute maximos, natura optimos, indole mitissimos, ac vel ob fortitudinem in bellis pro Germania susceptis honorificentissime appellandos. Qui cum summa nominis meritorumque dignitate & fama reipublicæ causa odia atque inimicitias susceperunt, & hostibus vel audacia vel potentia fretis summa ratione constantiaque restiterunt, & jam olim Gallis Italisque sub imperatorum Romanorum signis capita fortunasque suas objecerunt, & res auctoritate suæ stirpis dignas auspicio ductuque suo effecerunt, ut vel ita ostenderent, in Germania se esse aborigines, (a) & plane tales, ut neque excellentissimo honori suo, neque patriæ saluti unquam deesse vellent: quæ etsi omnia in aperto sunt, tamen non committam, ut per silentium pietatis meæ oblitus esse videar.

(a) *Vel imperiti sunt priscarum originum, quas serio seduloque jam perquiro, vel iniqui & levitate quadam in errorem adducti, qui Serenissimæ Marchionum Badensium familiæ externum decus patriamque externam quærunt. Illos credulitas decepit ac ingenii vanitas: hos malitia corrupit, quibus adeo in tantum irascor, in quantum veritati & patriæ meæ servio. Stirpem tamen esse multo antiquissimam, omnes consentiunt, sed unde originem duxerit, plerique sine causa dubitant, inter quos sunt* Martinus Crusius *vir quidem indagandæ Suevorum antiquitatis studiosissimus, sed, quod citra ejus famæ meritorumque invidiam dixerim, in Badensibus rebus paulo negligentius versatus, sic tamen, ut non sequatur eorum inconsultam temeritatem, qui quasi certum id exploratumque sibi esset, affirmare sunt conati.* Existimantur, inquit, (*a Marchione Veronensi*) descendisse Marchiones Badenses, Annal. Suev. dodec. secund. l. 9. part. 2. c. 18. pag. 266. *Quod ex priscis probatisque monumentis non hausit, sed ex* Sebastiano Münstero *per imprudentiam sæpissime lapso arripuit, qui tamen nihilo certiora de illis originibus cognita habuit, neque eam sententiam tanquam suam, sed tanquam ab aliis proditam adduxit.* l. 3. c. 264. l. 3. c. 278. *Quod indicio est erro-*

errorem esse ante oculos positum, quem nulla veterum tabularum auctoritate tueri potuit, sed ut ab aliis hominibus sane ad fabulas credendas pronis accepit, ita sine gravi sufficientique ratione est amplexus. Hunc secutus Crusius, multos opinione eruditionis famaque sua illuc induxit, praecipue eos, quibus difficile ac nimis taediosum fuit, fontes principiaque hujus historiae contemplari. Utrosque mea quidem opinione decepit Petrus de Andlo, *qui imperante Friderico III. duos libros de imperio Romano edidit,* l. 1. c. 15. *scriptor illius aevi non ignobilis, sed non semper accuratus & solidus, interdum etiam fabulosus, in quem extant Marquardi Freberi commendationes. Petri de Andlo applausor fuit* Franciscus Irenicus, *qui Maximiliani I. aetate multum studii industriaeque ad Germanicam historiam attulit. Is vero eo audaciae progressus est, ut affirmaret, se vidisse literas, quibus doceatur, Badenses ex Italia in Germaniam venisse,* exeges. German. l. 3. c. 102. *Cum quo sine dubio sentire voluit* Wolfg. Lazius, *haud alioqui a fabulis alienus, quod fere crederet, imminui Germanorum laudes, nisi a Romanis & Trojanis derivarentur,* de migrat. gent. l. 8. p. mih. 396. & 404. *Contrarium demonstro 1. ex antiquo fragmento, in quo legi, Marchiones Badenses ex antiquissimis Zaringiae ducibus esse oriundos. 2. ex necessitudine Habsburgica, quam in gente Zaringia mutuo contraxerunt; neque enim ipse Lazius negare potuit, Zaringios ab Habsburgiis esse oriundos,* ibidem *pag. 395. 3. De origine, quam comminisci solent, ex urbe Veronensi, quae quondam regni Italiae, nunc Veneti juris finibus continetur, non modo nil tradit diligens rerum Veronensium scriptor* Torell. Saraina, *sed ne quidem in priscis incorruptisque Sueviae monumentis ejus fabulae ullum vestigium reperitur. 4. Nulla Principum Germaniae familia hodie in Germania est, cujus majores virilis stirpis ex Italia sint arcessendi, si Guelfi ab Atestinis oriundi excipiantur. Nam quod nuper de familia Austriorum* a P. L. *pro asserenda* Alberti Argentinensis *sententia proditum est, l. 2. biblioth. august. Proleg. id plane non possum probare, & scio, Agilolfingicarum originum scrutatoribus, & ipsis superioribus Austriae scriptoribus displicere. Similiter ex hac dubitatione expedire se non potuit* Christophorus Besoldus, *vir alioqui jurisconsultissimus & historiae peritissimus,* in thesauro pract. in V. Bad. March. *caute id negotium tractavit* Johannes Jacob. Speidelius, *quippe qui ejus decidendi pondus in Johannem Limnaeum contulit,* specul. Jurid. polit. in V. eodem. *Verum Limnaeus, usu peritiaque rerum Germanicarum per se magnus, illud in medio relinquit, sententias Petri de Andlo & Wolffgangii Lazii enumerasse contentus, jur. publ. l. 5. c. 5. Neque accuratiores hujus originis rationes inierunt Phil. Knipschild, Matthaeus Stephani, qui sine dubio in Petrum de Andlo intuentes, in eumque defixi hoc tale prodiderant, ille in erudito opere de fidei commissis, hic de jurisdictione, quos eo magis puto excusandos, quia fide aliena scripserunt. Nec ab iis vestigiis discesserunt genealogiarum scriptores* Hieronymus Henninges, *& eum fere sequitur* Elias Reusnerus, *qui ab Hermanno Comite Veronensi & Paduano originem stirpis nullo verae antiquitatis documento repetunt, ille t. 3. part. 1. p. 239. hic βασιλικῶν pag. 511. Ejusdem sententiae fuit* Rudolphus Diephold *geneal. hist. p. 105.* Paulus Henznerus *itinerar. p. 21. qui non quod ipsi certis indiciis exploraverunt, sed quod ab aliis traditum acceperunt, enarrare voluerunt.*

§. II. Principio magnum patriae meae, & *Serenissimis* posteris suis decus lumenque attulit Hermannus, primus Badae Marchio, (*b*) idemque Hermanni Mar-

Marchionis Hochbergæ filius, & avito jure multorum Brisgoiæ prædiorum hæres. Qui procreavit Hermannum hujus nominis II. Principem multis magnisque laboribus domi & militiæ perfunctum: cujus singularem prudentiam non minoris æstimare debeo, quam summam fortitudinem, qua ita eminuit, ut æque apud finitimos, ac apud exteros celebraretur. Is ex Bertha conjuge suscepit Hermannum III. præsentia animi, studio in imperatorem, reique publicæ amore nemini secundum. Quo factum est, ut non solum plurimos suæ ætatis Principes fama meritisque anteiret, sed etiam Friderico Ænobarbo, Sueviæ nostræ duci quondam ac Romanorum imperatori augusto manu consiliisque operam probaret, atque ab eo multam & magnam gratiam iniret. Cumque fides & virtus magnam ipsi dignitatem conciliassent, tum hoc illi tribuit imperator, ut is, pro ea potestate, quam in regno Italiæ obtinebat, ei Veronam attribueret, cum ut præmium fortitudinis in bello Mediolanensi demonstratæ caperet, tum ut magnitudinis fideique apud posteros æstimandæ monumentum haberet. Quanquam ex eo tam insigni luculentoque imperatoris beneficio vulgus pro insita levitate occasionem fabulandi arripuit, quasi Hermannus ab externa regione in nostras terras delatus, non posset nativo domesticoque Principis Germaniæ decore gloriari. Sed quale id sit, facile intelligunt, qui unde quæque familia orta sit, accurate atque ex veris monumentis sciunt.

(*b*) *Quatuor sunt Marchionatus auspiciis & dignitate insigniores, quorum duo, qui etiamnum illud nomen retinent, constituti sunt ad defendendum Germaniæ limitem contra barbaros, ac dignitatem ab armis cœptam, non in umbra, sed sub pellibus demonstrarunt, adeo quidem, ut moribus legibusque imperii primo hæreditarias, deinde juribus* regalibus *præditas marchias consequerentur, post ipsis etiam ducibus, quorum maxima semper in republica nostra prærogativa fuit, exæquarentur.* Vid. Dominic. Arumæus vol. 3. disc. 10. §. 13. Jodocus Coccius, *qui in Alsatiæ & Alemanniæ antiquitatibus præclare versatus est, quemque Aubertus Miræus subinde sequitur & laudat.* in Dagoberto cap. 11. *Plerasque Marchias, præcipue Saxonicas, condidit Henricus Auceps, Misnensem & Lusaticam contra Bojobemos & Polonos, Holsaticam Slesuicensem, quæ hoc nomen amisit, contra Danos, quorum nomini incrementisque Holsati cumprimis omni tempore adversati sunt; Brandenburgicam contra Henetos atque Obotritos.* Alb. Cranzius Vandal. III. 16. Georg. Fabricius orig. Saxon. l. 2. p. 115. Chronicon MSCt. Marchionum Lusatiæ a principio: Ubbo Emmius rer. Fris. lib. 6. *Moravica contra Ungaros pariter & Sarmatas est constituta,* Mart. Boregk chron. part. 1. p. 76. *ubi Bretislaum primum Moraviæ Marchionem nominat, quippe quod is primus fuit, qui illam regionem ad ducatum * Bohemiæ, tanquam ejus contra Ungaros Polonosque* Marchiam *adjunxit. Marchionatus Burgoviæ, qui An. 1283. amisit veteres dominos, satis superque intelligi potest ex* Chronico Augustano, annalibus Crusii & Zeileri. *Idcirco restat* Badensis, *qui jam ævo Conradi III. certis atque indubitatis monumentis celebratur.* Monachus Weingartensis *ab Henrico Canisio editus* Herimannum Marchionem de Baden *nominat, qui cœpto inter Guelfonem & Fridericum Hohenstauffium dissidio interfuit, & jam illo tempore fama auctoritateque valuit,* de Guelfis Principibus p. 203. *Neque me fugit,* Marcham ad balneas *jam in diplomate Dagoberti commemorari, fuisseque adeo antiquissimum ibi limitem*

---

* Sub istud tempus Bohemia nondum erat *regnum*, unde iure tituloque *Marchiæ*, quæ tunc infra dignitatem *ducatus* erat, & ad reprimendos Sarmatas Ungarosque utilis atque opportuna etiam iacebat. Postea quam Bohemia regnum facta est, sec. XIII. ex capite uxorio ducatum Sueviæ prætendit, quam Wenceslaus unoculus acceptis XM. libris argenti cessit, Zeiller. Chr. Suev. ad an. 1190. Is ducatus sane fuit inter Germaniæ antiquissimos, Vid. Barth. Schobingerus ad Ioachimi Vadiani antiqu. q. 111. Chronicon Weingartense p. 218. 219. Qui extinctis in Conradino Hohenstauffiis, a Rudolfo Habsburgio Rudolfo filio est attributus.

tem Rheni, cujus cura custodiaque semper maximi habita est, adeo ut tandem concessu imperatorum dignitatem feudi Marchiæ regalis *vere meritoque nancisceretur. Videatur diploma apud* Jodocum Coccium in Dagoberto cap. 18. *Quare Marchia Badensis jam ante Friderici Ænobarbi tempora sine dubio fuit instituta, contra quam vulgo existimant, qui tamen ne sic quidem inter se conveniunt, & dissimiles rationes subducunt; alii A.1153.alii 1185. numerant, Marchia Hochbergica, quæ propaginem,*** *non stirpem mutavit, ante Hohenstauffiorum ævum Saliquis imperantibus claruisse memoratur, quandoquidem* Bertholdus Constantiensis *Hermannum Marchionem Bertholdi I. Zaringiæ ducis filium, eundemque Bertholdi II. fratrem monumentis commendavit, qui jam illis temporibus Hochbergæ marchio fuit, quique An. MLXXIV. decessit*, in chron. ad d. A. *Ut vel id indiciô esse possit, Marchias non primo ab excessu Lotharii II. esse cœpisse hereditarias, quod tradit* Simon Schardius in lib. de Principum Elect. orig. c. 7. p. 62. *Nam Henricum Aucupem constituisse Marchias, vel ex solo Helmoldo intelligamus*, Chron. Slav. l. 1. c. 8. *Adeo ut tempore Ottonis III. pleræque Marchiæ jam tum hereditariæ fuerint, quod de Misnensi probare in promtu est ex* Detmaro Merseburgensi lib. 5. *Fuitque Otto alias facilis & promtus in impertiendo hoc tali jure, quod exemplo comitatus Hoiensis docere liceat ex diplomate, quod extat apud* Miræum in codice donationum piarum c. 41. *Quanquam ex eo non sequitur, omnes comitatus præfecturasque sub illud tempus primum cœpisse fieri hereditarias, uti visum id quidem est Miræo. Omnino autem hoc dabo verum esse, quod ex Aimoino conficit* Alphonsus Delbene de Marchionibus Gothiæ p. 3. *Ceterum regum imperatorumque Saxonum instituta imitati sunt Saliqui, & superioris Germaniæ limitem præsidiis præfecturisque ornarunt. Venit hic mihi in mentem Davidis Chytræi & Martini Plessii Wilsenacensis, qui Marchiam Badensem ab Henrico Aucupe contra Gallos institutam memorant,**** *quippe quorum irruptiones non minus sæpe, ac barbarorum, formidabiles fuerunt*, ille Chronic. Saxon. lib. 3. a principio, hic oratione de laudibus Marchiæ Brandenburgensis p. 9. *Proinde ut aditus Rheni custodirentur, & incursiones Francorum occidentalium impedirentur, in loco tam commodo opportunoque Marchiam fuisse institutam, rerum periti existimant, ut quemadmodum* Marchiæ *inferioris Germaniæ inprimis contra Slavos, Polonos & Danos, ita hæc nostra* Marchia *superioris Germaniæ maxime valeret & muniretur* contra Gallos. *Quod affirmavit* Christophorus Besoldus, *atque ex doctissimo ICTO Udalrico Zasio retulit* Caspar Manzius part. 2. iur. publ. tit. 12. ff. 3. n. 10. *In cuius officii partibus obeundis summum laborem studiumque & virtutem constantiamque maximam nostrates Serenissimi Marchiones non minus Germaniæ quam universæ Europæ nuper demonstrarunt, & Austriam, qua cum antiquissimas necessitudines contraxerunt, novis etiam recentibusque beneficiis affecerunt, firmi proposito, nec animo dissimiles, & certe repetitis ex vetustate auspiciis exemplisque, fato ita patriæ nostræ dati, ut Gallos ab invadendo Germaniæ limite manu consiliisque probiberent. Quare nec annales nostræ gentis, neque res actaque patiuntur, ut Serenissimæ Familiæ huic aliam originem, quam Germanicam attribuamus. In quo consentiunt* Martinus Zeillerus, vir totius Sueviæ peritissimus, in Germania Nov. antiqua cap. 9. p. 226. & CL. Hermannus Conringius annot. ad Lampad. part. 3. c. 5. p. 191. *Quamquam* Christophorus Lehmannus, *qui omnem alioqui & utilem operam eruendis Germaniæ antiquitatibus impendit, ac iuvit hæc studia, & præcipue ornavit, in originibus Badensibus hæsitavit, atque in his & plerisque aliis, præserim Turingiæ rebus, solitæ diligentiæ partes numerosque non explevit*, Chron. Spirens l. 4. cap. 7. p. 296. *Rectius de hac origine et scripserunt et senserunt* Nicol. Rittershu-

** Una enim est familia, lineæ tantum diversæ, ut præter antiqua monumenta, etiam scriptores recentiores Munsterus, Besoldus, confirmant.

*** In aliam sententiam discessere Nicolaus Myler ab Ehrenbach archolog. Ordinum imperial. c. 6. p. 61. & ff. 3. n. 10. & Io. Christ. Wagenseilius, qui Marchiam Badensem a Carolo M. institutam, nullis tamen Carolingicis nixi monumentis, affirmant: a quibus & modeste & considerate diversum sentio.

fius in exegef. hiftor. genealog. p. 140. D. Phil. Iacob Spenerus Syllog. in famil. Bad.

§. III. Ordo & ratio argumenti poftulant, ut quemadmodum Principes noftri regiones fuas auxerint, & turbata fæpe republica, rebus fuis in tempore fummo conatu maturoque iudicio confuluerint, tradam. Etfi enim fortuna interdum ipforum caufam optimam deftituit, tamen omnia adverfa fortiffime pertulerunt, & vitæ iurisque fanctimonia avitam gentis fuæ laudem retinuerunt. Illud hic eft memoratu dignum, quod cum Hermannus (c) quartus eius nominis *Marchio* ad confervandam Friderici II. imperatoris auctoritatem omnia confilia fua referret, iisdemque in caftris effet, multas fane & magnas difficultates fuperaverit, & iunctis viribus confiliisque effecerit, ut immorigerus & perduellis imperatoris filius, cui Henrico nomen erat, armis victus in cuftodiam traderetur, resque publica factionibus diftracta iterum pace frueretur. Illi, partitis antiqui patrimonii principalis rationibus, *Marchia* Badenfis obtigit, quam fumma virtute atque induftria adminiftravit, & tumultibus belli civilis, quod Henricus Hohenftauffiæ gentis princeps concitaverat, ereptam in tranquillum ftatum redegit. His præclare geftis, magnum & fortitudinis,& auctoritatis fuæ fructum cepit, & Sueviam pariter ac principatum fuum omni honore ornavit firmavitque. Inprimis autem connubio Irmengardis & opes & potentiam auxit, adiectisque fuperiori hæreditati oppidis Durlaco, Pforzheimio atque Etlinga, ab Imperatore Friderico II. impetravit, ut totum hoc uxorii iuris negotium publicis tabulis ratum haberetur. Id cura providentiaque fua confecutus, rem publicam omnibus modis iuvit, & ubi poffet, ex impendentibus calamitatibus eripuit, ac pro altitudine animi fui exiftimavit, illa falva & florente non poffe effe peiori loco res fuas. Cuius voti cum vellet effe compos, nullum quidem inftaurandæ auguftæ dignitatis locum prætermifit, fed pro turbido illorum temporum ftatu non femper obtinere potuit, quod optavit, quodque omni opera & ftudio, quantum in ipfo erat, curandum fufcepit. His moleftiis periculisque anno MCCXLII. defunctus, reliquis filios Hermannum V. & Rudolfum, quorum prior iure matrimonii cum Gertrude, Auftriæ hærede contracti, in fpem poffeffionemque eius ducatus venit, & caufam hanc præfenti animo contra Ottogarum Bohemiæ regem, etfi virium armorumque fiducia nixum, propugnavit. Cuius filius Fridericus fucceffionem nactus, ftudio Hohenftauffiæ neceffitudinis, ad gerendum bellum contra Carolum Andegavenfem incitatus, cum armis confertis, hofti diutiffime reftitiffet, impetumque maximum fuftinuiffet, tandem præter fpem in eorum poteftatem venit, & nulla interpofita parcendi ratione, indigne ac præter mores principalis exemplum, anno MCCLXIIX. in urbe Neapolitana capitis fupplicio eft affectus. Eius atrociffimæ vindictæ auctor atque impulfor fuit Clemens IV. Pontifex, qui captabat occafionem delendæ Hohenftauffiorum ftirpis, & ultionis non nifi exitio Conradini, & neceffarii fociique eius Friderici Ducis terminandæ. Neque id Gallo ad fpem dominatus elato difplicebat, quippe qui ut fefe occafiones darent, ita iis uteretur, regni potiundi opportunitatem eo minus neglecturus, quod ipfi ultro offerretur. Quanquam enim inclementius cum Conradino & Friderico actum, illi etiam avitum regnum præter omne ius ereptum fuit, tamen pontifex prius conquiefcere non potuit, quam univerfa Hohenftauffiorum familia, quippe quæ Romanæ fedi multas hactenus moleftias attuliffet, & iam in proximo regionum fuarum aditu collocata, opibusque & viribus valida, eiusque adiutor fide & fama innoxius pari fato excinderentur. Ita vero Fridericus & infelicem potentiæ, & fucceffionis in ducatu Auftriæ finem habuit, Princeps longiori ævo, & meliori fortuna dignus.

(c) *Pleri.*

(c) *Plerique Scriptores Hartmannum appellant, cujus jus in ducatum Austrio-Babenbergicum (postero enim tempore ad Austrio-Habsburgios pervenit, apud quos in Archiducatum transiit) ex subjecta genealogia aperte palamque est declarandum.*

Henricus I. ex Austrio-Babenbergicis Dux Austriæ a Friderico Ænobarbo an. 1156. creatus, al. sed perperam 1161. numerant. Diploma confirmationis a Friderico II. editum extat in Jo. Cuspin. Austria, ex quo attulit Mart. Crusius annal. Suev. dodec. tert. part. 3. c. 2. p. 58.

Leopoldus VII. virtuosus, Austriæ et Stiriæ Dux. * — *Henricus II.* — *Agnes.*

* *Fr. Iren. exeg. l. 3. c. 75. cum quo conf. Joh. Cuspinianus, luculentus rerum Austriacarum scriptor.*

Leopoldus IIX. gloriosus. — *Fridericus Catholicus.* — *Cunigundis.*

Leopoldus IX. præmature mortuus. — *Fridericus bellicosus. ἄπαις. isque ultimus Dux Stirpis Austrio Babenbergicæ an. 1246. al. 1226.* † — *Henricus III. de Medlinga.* — *Constantia.* — *Gertrudis.* — *Agnes,* — *Margaretha ux. Premisl. Ottogari regis Bohem.*

Henricus III. de Medlinga → *Gertrudis* 1. *Ux. Ladislai Marchionis Moraviæ.* 2. Hermanni *Marchionis Badensis, qui Austriæ administrationem suscepit.*

Fridericus, jure matris Dux Austriæ familiæ Badensis 1268. † — *Agnes.* 1. *Ux. Udalrici (Ulrici) Ducis Carinthiæ ἄπαιδος.* 2. *Meinhardo Comiti Tirolensi, al. Ulrico Comiti Heuburgi.*

Henricus. — *Elisabatha, Alberti Comitis Habsburgii, Rudolphi Habsburgii Cæsaris F. Uxor. In quo cœpit nomen titulusque Ducis Austrio-Habsburgii Anno 1283. quando a patre in ducatuum Austriæ & Stiriæ dominium possessionemque est inauguratus.*

Quibus positis atque confirmatis, vel primo aspectu apparet ratio juris ad Badenses Principes devoluti. Nam in Austria extinctis maribus successio etiam pertinet ad foeminas: unde sequebatur, ut Gertrudis Henrici Medligensis filia, defunctis in universum virilis sexus liberis, tanquam ordine succedendi proxima jure & exemplo illius regionis prærogativam successionis obtineret, atque adeo hoc jus ad filium Fridericum vere atque efficaciter transmitteret. Proinde Constantia, Gertrudis & Margaretha Henrici Medligensis sorores, eum ducatum jure foemineo constantem, Gertrudi Henrici Medligensis filiæ, quippe ad quam proxima & paterna successione jam delatus erat, nullo juris obtentu, nulloque rationis colore, præripere potuerunt. Quanquam Premislaus Ottogarus Bohemiæ Rex, vi potentiaque nixus, pro more suo insolenter agebat, & pro partiendo ducatu annitebatur, propterea quod Margaretham in matrimonio habebat. Cumque eo nomine periculum reipublicæ impenderet, omnis cura ab Hermanno est adhibi-

adbibita, ut pax conservaretur, & importunis etiam Bohemi postulatis non plane nihil ex temporum necessitate concederetur. Margaretha enim ipsius uxor, cujus jus propugnabat, ab Hermanno alienior, hanc invadendæ Austriæ occasionem Bohemo attulit, malo suo post imparis connubii fatum experta, usque adeo, ut præter meritum ab Ottogaro repudiaretur. Neque hic admissa impune tulit, & Rudolfo Cæsari, sua & imperii auctoritatis vindici justas tandem poenas dedit. Sed horum actorum capita in Austriis Bohemicisque scriptoribus cumulatissime inveniuntur. Eo conf. Albertus Argentinens. Chron. p. 102. Chron. Colmar. p. 46. Johan. Naucle- rus Chron. vol. 2. gen. 43. pag. 966. Hieronym. Megiseri Chron. Carinthiæ l. 8. cap. 37. p. 903. *Pro justitia successionis Badensis vid. summatim* Franciscus Irenicus exeges. Germ. l. 3. c. 72. & 105. Martin. Crusius, *qui Johannis Cuspiniani Austriam in pertexenda hujus argumenti historia sectatus est*, annal. Suev. dodec. tert. lib. 2. part. 3. c. 3. *Phosphorus Austriacus Lovanii editus* part. 1. c. 36. Joh. Limnæus *ductis ex Gerardo de Roo fontibus* l. 5. I. P. c. 2. n. 12. in famil. Austr. *Demum notandus est in parte genealogiæ Austr.* Elias Reusnerus, *qui pro Leopoldo VII. Henrici Ducis Austriæ filio Ludovicum VII. scripsit, βασιλικῶν p. 202. Cæterum conspectus Marchionum Badensium, quorum series ad hunc contextum attinet, est talis.*

Bertholdus I.

Bertholdus II. — *Hermannus Hochbergicus.*

Hermannus I. Badæ Marchio.

Hermannus II.

Hermannus III.

Henricus auctor propaginis Hochbergicæ. — *Hermannus IV. auctor propaginis Badensis.* — *Fridericus*

§. IV. Cujus familiæ cum laudi tum fortunæ tribuendum est, quod cum summis Principibus necessitudines contraxit, & pariter amicitiam cum vicinis, remque publicam honestis consiliis firmavit. Præcipue ad hujus stirpis incrementa permagnum momentum attulit Zaringiorum (*d*) obitus, quippe quo factum est, ut pluribus beneficiis clientelisque ornaretur: nihilo secius potentiam splendoremque facinoribus bellicis amplificavit, & cum Rudolphi I. Cæsaris autoritas peteretur, hostium impetum repressit fortiter atque infregit, imperiumque difficultatibus & periculis longe gravissimis implicatum felicissime liberavit. Nam ita comparatum est, ut quandocunque magnæ respublicæ florent, virtute disciplinaque Principum fulciantur: contra fit, roburque illorum fere attenuatur, si non habeant, quibus summam belli administrationemque rerum maximarum tradant. Quare Austriæ prosperum evenit, quod, cum Ottogaro regi Bohemiæ justum legitimumque bellum faceret, Henricum Hochbergium Badensem Principem, cujus tunc & summa rei militaris scientia, & exploratissima instituendi ducendique exercitus ratio erat, fide sibi obstrictum habuit, quippe qui ejus sane difficillimi belli, in quo Rudolphi I. reique publicæ nostræ honos ver-

vertebat, socius adjutorque fuit, & magna excellentique virtute sua ejus conficiendi optimam utilissimamque viam inivit. Illius posteri omni laude fortunaque floruerunt, & animos a factionibus alienos, in tranquillitatis concordiæque studio defixos habuerunt. Idcirco rebus pacatis sua quisque eorum tenuit, & postquam Henricus & Rudolfus principatum partitis rationibus possederunt, duæ propagines ortæ sunt, quarum altera Hochbergica sigillatim, altera Susenbergica dici cœpit. Quarum illi magno constitit frugalitas, quam connubio multum auxit, & dynastiam Usenbergicam inferiorem ad vetus Marchiæ Hochbergicæ patrimonium hoc justo legitimoque titulo partam adjecit. Reliqua ejus pars, quæ superior nominatur, ab Hessone ejus propaginis Marchione honestis conditionibus comparata est: cum enim is occasionibus rerum suarum prudenter amplificandarum uteretur, venum expositam haud parvo pecuniæ impendio redemit, atque ad avitum Hochbergæ principatum adjunxit. Ejus frater Otto auspiciis Leopoldi Archiducis contra Helvetios militavit, & collatis cum hoste signis apud Sempachium fortissime pugnans cecidit, posterisque suis hoc laudis studiique in Austrios monumentum reliquit. Inter has tam eximias luculentasque fortunæ accessiones sola orbitas impedimento fuit, siquidem propago Hochbergica in Ottone III. coelibe, Principe vita & proposito constanti, defecit, ut jam cœlesti quadam providentia propago Badensis cresceret, maximisque beneficiis cumularetur. Otto enim, de quo tradidi, res suas ita constituit, ut, si quid ei humanitus eveniret, omne jus imperiumque Marchionatus Hochbergici & dynastiæ Usenbergicæ vero ac perpetuo jure ad Bernhardum Badæ Marchionem deferretur. Qui præterquam quod Ottoni necessitudine conjunctus fuit, præsenti quoque pecunia successionem in utraque regione rite solenniterque est pactus. Quibus rebus evenit, ut propago Susenbergica in Rudolfo III. coepta, jam sola superesset, atque suis præsidiis innixa, in successoribus usque ad Philippum, qui anno MDIII. decessit, continuaretur.

(*d*) *Principes nostri, qui initia generis ducunt a Zaringiis, Zaringii autem a Vindonissæ Comitibus, Alsatiæ ac Brisgoviæ Landgraviis,* * *cum de imperatoribus Hohenstauffiis, tum de Austriis fide industriaque singulari semper præclare sunt meriti, adeo ut in antiquis Friderici I. & Friderici II. Imp. tabulis eorum sæpe fiat mentio, & ab historicis subinde ac merito ipsorum memoria celebretur. Ceteroquin in linea Hochbergica, quæ post in ramos abiit, iterumque coaluit, atque inde omne jus ad agnatos Principes nostros transiit, multum obscuritatis difficultatisque habet propter historicorum veterum negligentiam, quæ hic non semel est a nobis deprehensa. Namque multi hæsitant & subverentur, ne vulgares genealogiarum libri, dum Henrici lineæ Hochbergicæ conditoris liberos posterosque supputant, uno gradu abundent. Nos et sequimur et tuemur genealogiam Conradi Rittershusii accurate (nisi quod perperam Principes nostros ibi Marchiones Badenses appellat) concinnatam, & cum Henricus II. Rudolfi I. Marchionis Hochbergæ filius memoratur, nullum gradum abundare persuasi non vanis documentis sumus. Dubitat quidem Matthæus Merian in deduct. genealog. Serenissimor. Marchion. Badensium, sed nil causæ fuit, cur dubitaret, tantum abest, ut negare ausit, quod constanti scriptorum consensu comprobatur. Conf. Syllog. geneal. Phil. Jac. Speneri in famil. Badensi, qui erudite monuit, plerosque genealogos confundere Hohenbergios Comites cum Marchionibus Hochbergicis (quos discriminis causa Hachbergios alii*

* Vid. Fr. Guilliman. de Ep. Argent. p. 285.

ſcribant) inter quos ſunt Hieronymus Henninges, & qui hunc ſequi ſolet, Elias Reuſnerus.

§. V. Nihilo ſecius propago Badenſis, quæ diſtincte ſpeciatimque ſic nominatur, ab Hermanno IV. inde ſpectata fortitudinis documenta paſſim dedit, & uſu rerum experientiaque belli ſummopere enituit, ut nullas niſi recte agendo vias reperiret, quibus id, quod vellet, utiliſſime conſequeretur. Eaque Auſtriis, ut ſanguine & officio ſemper fuit conjunctiſſima, ita præcipuum laudis ſuæ fructum in magnanimitate poſitum duxit, & libertatem auctoritatemque ſuam omnibus modis propugnavit. Inde poſtquam venit in ſpem capiendæ partis Suevorum ducatus, qui ſumto de Conradino ſupplicio veteres hæredes amiſerat, armis cum Rudolpho Habsburgio eſt commiſſa, non ut alienas poſſeſſiones aliis eriperet, a quo pravo more ſemper abhorruit, ſed ut teſtaretur, neque vires neque animos ſibi deeſſe, cum pari æquoque iure niteretur. Etenim cum ſtirpis huius Principes Hohenſtauffios antehac multis modis ſibi devinctos habuiſſent, generisque & meritorum ſuorum certe memores eſſent, exemplaque aliorum intuerentur, qui amplis eius ducatus poſſeſſionibus inhiabant, ſe quoque decere exiſtimarunt, ut eius ducatus portionem captarent, cuius & ſalutem & iura iamdiu ante defendenda ſuſcepiſſent, atque adeo commeriti fuiſſent, ut ex eo quoque fructum caperent, propter quod tam enixe Hohenſtauffiis ſtuduiſſent, atque tam multa onera ſuſtinuiſſent, & ampliſſimo Marchionum Suevicorum munere perfuncti fuiſſent. Verum quia Rudolfus Cæſar familiam recens auguſtis honoribus exornatam firmaturus, totum fere illum ducatum, in quo potentiæ Auſtriacæ multum ſitum erat, in fide clientelaque ſua eſſe optabat, ut eum lege beneficiaria Rudolfo filio impertiretur, pluribusque munimentis inſiſteret, maioremque domui ſuæ, quam prudentiſſimus Cæſar iam Germaniæ regnatricem deſtinabat, opportune compararet. Neque eum opinio ſua fefellit, neque Badenſes nihil pro iure ſuo tentandum putarunt, quando Rudolfus ſenior, alter Hermanni IV. quem ſæpe laudavimus filius tempore interregni pleraque eius ducatus loca in ditionem ſuam redegit, de quorum poſſeſſione ægre deceſſit, lisque armis eſt diſceptata, usque dum gravi utilique ratione fineretur. Eo tempore Durlacum, quod Hermannus IV. connubio Irmengardis Henrici Palatini, orti ab ſtirpe Guelfica, filiæ acquiſiverat, iniquiſſimam fortunam ſubiit, & excitato inter Principes diſſidio pertulit calamitates longe maximas, crudeliterque eſt direptum. (e) Dehinc rebus compoſitis, Cæſares non modo reverenter habuerunt, ſed etiam fidelem egregiamque operam navarunt, hocque animo & ſententia præditi fuerunt, ut capitis ſui iniurias nunquam ſibi eſſe negligendas putarent. Nam Ludovico Bavaro, ſucceſſoribusque Lutzelburgicis, & inprimis Carolo IV. Auſtriisque maieſtatem imperii tutantibus, & manu & conſiliis, cum opus eſſet, præſto fuerunt.

(e) *Franciſcus Guillimannus de Epiſcopis Argentinenſib. pag. 303. atque ante hunc Iohannes Nauclerus vol. 2. gener. 43. p.966. qui narrat, marchionem fuiſſe inter eos,* qui bona regni violenter ſibi uſurpaſſent poſt excluſionem Friderici II. & poſterorum ſuorum. *Verum ſpe fiduciaque iuris, quod ſibi in ducatu Sueviæ tribuebat, cuiusque poſſeſſionem tenebat. Rudolfo Cæſari reſtitit, nulla tumultuandi cupiditate, ſed ſtudio retinendi ea, quæ extincto Conradino, quem, ut verba ſunt* Blondi, Carolus Andegavenſis tam deteſtando, quam ſemper alias regibus & præſtantibus inſueto principibus more exemploque ſecuri publice percuſſerat, *Ital. illuſtr. reg. tert. p. 315. ad ſe iure propinquitatis vicinitatisque devoluta exiſtimaſſet. Alioqui nullam tyrannidem affectavit, etſi Conradum IV. a quo fatale Germaniæ interregnum, quo Rudolphus Marchio inſigniores ducatus Sueviæ portiones tanquam ad ſe pertinentes occupavit, numeramus,*

ſocie-

societatis cum Hermanno Thuringiæ Landgravio armis est adortus, amore erga Pontificem, qui detestatione & diris formidabilem se Germanis præstabat, adeo ut illi potius, quam patriæ legibus Principes seculi miseris illis afflictissimisque temporibus obtemperarent. Perinde adiuvit Richardum, quia satius duxit isto turbato patriæ statu aliquem sequi, quam neminem sequendo inter factiones perire. Post vero quam Rudolphus Habsburgicus Cæsar leges & libertatem imperio reddidit, totum Sueviæ ducatum repetere sibi, filioque addicere studuit, ut, quia suscepisset administrandum propugnandumque imperium, simul novis possessionibus familiam suam firmaret. Quod cum anno 1283. perficeret, repugnavit Rudolphus Marchio, atque ea ex causa multas calamitates molestiasque maximas perferre est coactus. Fuitque hoc indicio verum esse usque probatum, quod olim scripsit Cornelius Nepos, proximorum odia esse acerrima. *Sane autem præ aliis magnum detrimentum ei intulit episcopus Argentoratensis Conradus eius nominis III in quam sententiam auctor Chronici Colmariensis hæc memoriæ prodidit :* Conradus de Lichtenberck Episcopus Argentinensis castellum Türlac per ignem destruxit, & quæ in eo repetit, deportavit, ad an. 1279. *Eam fortunam cum resistendo frangere non posset, patiendo vicit, moderateque omnia mala tulit, & anno 1288. naturæ debitum reddidit Princeps consiliis & manu promtus. Cumque ab eo quodam temporum fato alienior fuisset Rudolfus Cæsar, tum ex necessitudine Hachbergica Henricus ad societatem belli contra perduellem Ottogarum gesti sese adiunxit & salutem Cæsaris imperiique summa cum fortitudine & fide propugnavit, ut sic quoque domus Austria virtuti huius stirpis plurimum deberet. V. supra §. 5.*

§. VI. Nec modo in concordia retinenda, sed etiam in iustitia administranda laudem raram sibi compararunt, & nulla gratia odioque impelli se aut impediri passi sunt, fœderaque etiam sæpe recusarunt, ne iniuriæ inferendæ occasionem quærere videri possent. Quod usu ipsis venit, quum rerum potiente Carolo IV. fœdus Alsaticum (f) pangeretur, siquidem, ut sæpe in rebus humanis fit, subverebantur, ne per istud suspiciones diffidentiaque excitarentur, vicini ac socii quoquo modo perturbarentur, quibus sub tutela & imperio Cæsaris pacate vivendi ratio constare deberet, ut obsequentes essent legibus, & iussa decretaque publica sine studiis & factionibus amplecterentur, satis munitos se existimantes, si in fide sua permanerent. Quare cum Maximilianus I. pœnam proscriptionis promulgasset, & Philippum Principem Electorem Palatinum avitis possessionibus mulctandum edixisset, solus inter vicinos nostræ gentis Principes se continuit a bello Christophorus Marchio, fuitque hoc animo, ut diceret, eam sibi esse amicitiam & necessitudinem cum Palatino, ut ex eius miseriis nullum parare sibi commodum cupiat, hanc crescendi rationem iniquam & prope erubescendam existimans, quæ ad opprimendum finitimum nulla quidem sibi iniuria cognitum spectaret. (g) Quare etsi superiore Caroli Patris fortuna moveri poterat, ut ea data occasione sarciret damnum, quod is proximo bello Moguntino acceperat, tamen mansuetudinem quasi medicinam animo adhibuit, ut facile ab omnibus intelligi posset, cum nihil minus velle, quam ditescere ex alieno malo, summo moderationis & fidei erga finitimam domum Palatinam exemplo, quod pari studio & constantia adhuc probant, armisque Gallicis una mente & consilio resistunt, dum hodieque id agunt Nostrates Principes, ut Palatini fortunam pro sua habeant, eique inhonesta ac iusta defensionis causa animo copiisque parati adsint, & caput imperii summamque rerum tam fideli consilio, quam forti manu propugnent, refracto nuper Rheni claustro, quo terror Gallici nominis magno cum patriæ damno continebatur, adeo ut inde vim impetumque in proximas regiones rex iste inultus aliquandiu faceret, & ferro flammisque vastaret, perinde ac si in eos armis vindicandum esset, qui fidorum principum partes officiumque præstarent.

 (f) Al-

(f) Albertus Argent. Chron. An. 1353. asseverat, Marchionem Badensem noluisse *esse in liga*, repetitque in Guilliman. de episc. Argent. pag. 375. *Nam tenebat memoria Caroli IV. morem, qui magis in ornandam amplificandamque Bohemiam, quam in custodiendam Germaniam incubuit, studioque in Gallum, Alsatiam Marchiamque periculo exponebat, rogatusque opem moras nectebat. & tædiis calamitatibusque eas regiones constictari sinebat, præcipue quum irritati Angli Gallorum, quibus Carolus studebat, hostes omni fœditate ibi grassabantur, quod post accidit anno 1362.* Albertus Argentinens. & Didacus Apolephtes, qui retecto nomine est Abrahamus Hosemannus, ibidem. *Tunc ipsius animo occurrebant damna temporibus Hermanni senioris, & Hermanni VII. finibus Marchiæ illata, quæ studio pacis resarcire quodammodo majusque periculum avertere tutius videbatur, eo magis, quod sciret, comitem Wirtembergicum metu magis, quam amore ad ligam illam adductum.* Argentinens. an. eodem: *quanquam ita se gerebat Marchio nostras Weckerius, ut Carolus IV. omni alioquin studio voluntateque ei conjunctus esset.*

(g) *Verba ejus, quæ doceant fidem constantiamque Principis admirabilem, ex* Palatinis monumentis *prolata videas apud scriptorem* Palatinum Danielem Pareum hist. Palat. p. 246.

§. VII. Cum vero nostrates Principes pro amore justitiæ & pacis neminem læderent injuriave afficerent, juraque imperii & sua fide curaque maxima custodirent, tum summa integritatis laude semper defuncti sunt, & necessitudine potius conjunctioneque animorum res suæ domus stabiliverunt, quam animos ad externa incertaque adjecerunt: itaque cum proximi essent propinquitate iis, qui hæreditate relicta decesserant, successioneque niterentur, regiones eo jure ad se devolutas in fidem ditionemque suam acceperunt, & nihil, nisi justum æquumque esset, acquirendum censuetunt. Raro enim diuturna sunt & perpetua, quibus per vim potiuntur Principes, luuntque persæpe hæredes, quorum pœnas effugiunt parentes, ut sentiant posteri, justitia stare principatus firmarique pietate potentiam, temporumque fortunam malis imperantium moribus converti. Contra quam vicissitudinem honesto acquirendi modo nostrates Marchiones se muniverunt, & partim aditis hæreditatibus, partim emptis possessionibus patrimonii rationes juste feliciterque amplificarunt, & litem nomine affinitatis a Ludovico Longavillæ duce motam pactione finierunt: quod cum ad utilitatem nostratis nationis pertineret, & res patriæ ita ferret, ut controversia, quæ in foro judicioque Spirensi agitabatur, incitamentumque belli esse poterat, amica compositione terminaretur. Postquam enim Philippus Hochbergiæ propaginis ultimus anno MDIII. in vivis esse desiit, ejus hæreditatem crevit Christophorus Marchio Badensis, in quam sententiam factum est successionis pactum, quod in annum MCCCCXC. incidit, & non modo jure sanguinis nitebatur, sed etiam tabulis a Maximiliano I. Cæsare datis subsignatisque novem post annis est confirmatum, (b) more imperii perantiquo & sancto, quo nulla successionum pacta inter Principes valent & succedendi jus tribuunt, nisi a Cæsaribus firma rataque habeantur. Quare cum haud ambiguum Christophori jus esset, Cæsarque acta necessariorum Principum comprobasset, nemo fuit, qui eum in jure suo interpellaret, nisi quod Longavillæ dux prætextu juris uxorii Susenbergam Roetelamque sibi vindicaret: quod ubi frustra tentatum esset, jurisque sui rationes demonstrasset Christophorus, quod pacta omni ratione valida rescindi non possent, nec irrita reddi, subjectus utrique ditioni populus fide ac jurejurando Christophoro Marchioni est devinctus: mox dissidium hac lege compositum, ut pecunia satisfieret Longavillano, numeratisque ducentis & quinquaginta millibus aureis tota ejus prætensio, non quidem necessitate juris, sed amore studioque pacis, redimeretur. Res utrinque diu deliberata, & tandem com-

muni

muni voluntate ad exitum perducta non mediocriter illustravit Badensis familiæ mansuetudinem, & ad dignitatem pariter quietemque publicam pertinuit, & facultates viresque Principum nostratium auxit atque confirmavit. Cum enim aliorum consilia persæpe eo spectarent, ut de alienis certarent, & opes fortunasque, quibus possent artibus, ad se transferrent, tum diversam viam ingressi sunt nostrates, & rectis sincerisque animis boni publici rationes confecerunt, & a turbis offensionibusque alienissimi fuerunt, quin & factorum suorum rationes, mentemque de non conturbandis aliorum rebus publicis maximeque illustribus exemplis declararunt, & cum nullo jure vinci possent, retinendæ concordiæ causa ipsi se vicerunt, officiumque fortissimorum Principum, non in bello modo, sed etiam in toga, raro quodam & singulari gloriæ documento, præstiterunt.

(*h*) *Annus 1499. ad hujus pacti successorii memoriam firmatumque patriæ robur insignis fuit: id vero anno post 1503. effectum est datum executionique mandatum, quam naturæ debitum expleverat Philippus, cui ad decessum fatalis fuit dies septima Septembris, quæ succedendi viam Christophoro agnato aperuit, quicquid solicitaret etiam contraque niteretur Ludovicus Aurelianensis Dux Longavillæ, cui & successoribus ejus Comitatus Novocastrensis, sive Neuburgensis in Helvetia, titulusque duntaxat Roetelæ addictus est: ipsa vero Roetela, ejusque civile imperium & omnia ditionis nomine competentia jura ex capite agnationis & foederis de successione pacti, atque a Cæsare confirmati Christophoro tanquam uni, vero & legitimo* feudali *pactique jam recensiti nexu illigato hæredi atque indubitato successori, a Cæsare quoque & imperio in eam sententiam declarato corroboratoque, est attributa, simulque Susenberga & Badenweilera, eadem ratione tituloque in jus & ditionem Christophori venerunt, quorum actorum momenta, & deliberationum capita, originem progressionemque & exitum requirenda duco in* tabulariis Durlacensibus, *quæ non minus fidem & diligentiam, quam prudentiam Christophori Marchionis testantur: non enim modo suo patrimonio, sed etiam patriæ commodis probe consuluit, & Principem Gallica necessitudine subnixum a finibus suis, in quos Marchia Badensis contra Gallos primitus descripta est, abesse voluit, non alioqui ignarus, multos esse, qui se deleniri patiantur externæ istius gentis illecebris, ut priusquam sentiant, laqueis sese irretitos magno cum reipublicæ Germanicæ detrimento experiantur. Cujus exempla in promtu erant apud Bohemos vicinosque alios, qui capti promissorum illecebris, summam rerum prope in periculum adduxerunt, id quod documentis superiorum seculorum conficiamus, & recentibus etiam non sine dolore publico afflictæ nuper vexatæque indigne Patriæ comprobare queamus. conf.* Sebast. Munsterus lib. 3. c. 254. Gabriel Bucelinus *doctus & diligens patriæ historicus* part. alter. histor. Agilolfing. pag. 353. Phil. Jacob. Spenerus *bene fideliterque de Serenissima Nostrati familia meritus in Geneal. Badens. An. 1668. edita, & 1677. rursum emissa diligenterque recognita, quæ Germanice descripta extat apud Matthæum Merians, Serenissimis Principibus* Friderico Magno, & Augustæ Mariæ, *cum solennia matrimonii Principalis celebrarent, dedicata.*

§. VIII. Cumque Christophorus rerum momenta conditionemque suorum temporum sæpe ac diligenter expenderet, tum fortunam patris Caroli, (*i*) quam in bello Palatino sustinuerat, summa ratione ad calculos revocabat, & quanquam ipsi non deerant causæ, cur Philippum Palatinum a Maximiliano I. proscriptum armis peteret, dataque ad ulciscendum occasione patri Carolo erepta recuperaret, tamen bello, a quo nunquam vicissitudo sejuncta est, se non im-

 miscuit,

miscuit, non quod voluntati Cæsaris decretisque imperii refragari vellet, sed quia fidem a patre Carolo datam cupiebat esse inviolatam, & usque eo honestis ac salutaribus consiliis nitebatur, ut non dubitaret publice intercedere pro Palatino, offensamque ipsius nomine deprecari. Quod institutum sicut fuit egregium dignitatisque plenum, ita religionem fœderum docet graviterque confirmat, adeo ut tota Germania hujus facti admiratione afficeretur, (k) passimque hæc summa & incomparabilis constantia in hominum ore esset, traditaque posteris etiam a DEO, cui hæc domus inter ancipites dubiosque casus semper curæ fuit, magnopere fortunaretur: præterquam enim quod servatæ fidei hunc fructum cepit, exemplum quoque ad alios Principes transmisit, ut quas caussas propositi factorumque suorum haberet, palam testaretur.

(i) *Caroli Marchionis fortitudo, quam in castris demonstravit, ab æmulis etiam celebrata est, solaque festinatio, quæ magnum alioqui in bello momentum habet, ei obfuit, quum nimia pugnandi fiducia in Rheni atque Nicri angustias delatus, iniquo loco dimicaret, superaturus hostem, si in aperta planitie consistere, militesque circuire & regere potuisset: sed quia natura ipsa prope ei adversabatur, locorumque difficiles & interclusi aditus obstabant, non potuit impedire, quo minus captivus fieret, propterea quod a militibus, quos Palatinus in insidiis collocaverat, circumventus, neque se periculo explicare, neque hostis manipulos confertim subeuntes disjicere nullo impetu ulloque humano consilio posset. vid.* Æneas Sylvius, *qui a partibus Caroli non erat alienus, cupiebatque, ut ejus causa auxilio fulciretur, datis ad Ducem Burgundiæ Decanumque Toletanum literis, quæ etiamnum extant anno* MCCCCLXII. & MCCCCLXIII. *perscriptæ: conf.* ejusdem commentarii rerum memorabil. lib. 9. p. 220. Georgius Helvvich in dissidio Moguntin. p. 48. 92 93. seq. *Caussam bello dedit Dietheri de sede Moguntina dimoti exauctoratique fortuna, in cuius locum suffectus est a Pontifice Adolphus, pro quo arma cepit Carolus reverentia Pontificis, amoreque Cæsaris, qui pro Adolpho annitebatur, studioque in Adolphum, qui fuit Nassoviæ stirpis, & auctoramento villarum Algesheim & Gaubickelheim eo inductus, perinde ut eodem tempore Saxoniæ Duces dominia quædam Eisfeldiæ sibi paciscebantur,* diss. Mog. pag. 48. 49. *Tum vero Fridericus Palatinus ob odium in Badenses notatur, quod cum Carolus Marchio ob amicitiam, qua Adolpho erat conjunctus, ad eius belli societatem sese adiunxisset, Palatinus contra pro Diethero non tam huius amore impulsus, quam ut socio adiutoreque eo Badensibus obniteretur & noceret,* diss. Mog. p. 89. *ut eo vel hoc indicet, non testisse per Badenses, quo minus pax concordiaque servarentur, quam cæteroqui cum finitimis, & perinde cum Palatinis, ac cum aliis perpetuo colere voluerunt, eiusqe voluntatis certa & luculenta indicia iam olim, & nuper etiam dederunt.*

(k) *Iustitiæ ac prudentiæ famam memorat* AEneas Sylvius, *eamque in sententiam vehementer laudat Iacobum Principem tam spectatæ virtutis, ut inter præcipuos Germaniæ Principes fuerit, qui filios suos ad literas erudiendos curaret, Carolumque filium, de quo commentatus sum, Austriis affinitatibus devinciret, collocata ei in matrimonium Friderici III. Imperatoris sorore Catharina, quo peracto rebatur, se felicitatis suæ mensuram implevisse, nec multo post summa cum tranquillitate animi decessit,* descript. Europ. cap. XLI. *Ea de causa Fridericus III. a Palatino, qui præter voluntatem suam Diethero accessisset, & mandata sua Pontificisque neglexisset, abalienatus bellum istud, quod instigationibus suis Galli*

Bohe-

Bohemique concitaverant, auctoritate sua quidem composuit, sed Fridericum Electorum Palatinum in gratiam non recepit, offensamque non condonavit, qua post magis magisque aucta toti Palatinatui prope exitium attulit. Pareus hist. Palat. pag. 234. *ab eoque & Donawerda fomite patrum nostrorum memoria novum incendium videtur esse suscitatum, quo multis post annis restincto, Palatini & Badenses amicitia erga se, & obsequii erga Caesarem aequabiles rationes tenuerunt.*

§. IX. Cumque nostri Principes fama justitiae florerent, tum in Dei cultu religioneque instauranda multam & laudabilem operam posuerunt, atque excultis doctrina animis, in disciplinae barbaris seculis prope collapsae, sacrorumque multis superstitionibus contaminatorum emendationem incubuerunt, & tametsi eam ob rem in invidiam saepe ac praesentissimum discrimen venerunt, tamen pietatis rationem habuerunt, omnique statu temporum tuendae suae existimationis studiosissimi atque tenacissimi fuerunt, proditumque a Christophori filiis Bernhardo & Ernesto exemplum imitati, religionemque Augustana confessione traditam amplexi, religionis pariter & reipublicae conservandae curam cogitationemque susceperunt, talesque omni fortuna se praestiterunt, ut Principes se esse meminissent, nec telis, sed rationibus argumentisque religionis negotium agi oportere, pie prudenterque existimarent. Sive enim domi judicia constituerent, ac jus dicerent, sive ordines ducerent, militiaeque munia obirent, religionem simul & integritatem cum fide fortitudineque conjunctam testati sunt, & consilio a ratione sumpto, fortunam a Deo petierunt, remque sacram omni studio amplificarunt, rectoque exemplo emendarunt. Quae opera magni fuit, gloriaeque sempiternae mercedem rependit Ernesto (l) & Bernhardo, qui pietate & salutaribus reipublicae artibus non modo nomen ab oblivione vindicarunt, sed etiam religionem jacentem plane luctu caligineque oppletam denuo protulerunt in lucem, diligenterque procurarunt, majoremque ea re laudem, quam alii acto triumpho, sibi pepererunt, spesque jam erat, fore, ut animi, qui de integro cum Deo coaluerant, nunquam in contrarias partes distraherentur: sed quia familiarum quoque Principalium haec conditio est, ut perinde ac res naturales vicissitudine quadam propagentur, prima cura semper nostris fuit, ut nil per dedecus suae stirpis fieri paterentur, & sanguinis dignitatem conjunctionemque cum factis egregiis, tum decoris connubiis conservarent, juraque his consequentia, & majorum instituta maxime tuerentur. Quare acerbum est recordari, quod Edoardo Fortunato (m) usuvenit, qui non tantum ob actiones invidiae plenas periculum adiit, sed etiam a superioribus ceremoniis & sacris discessit, atque rationes consiliorum ita commutavit, ut agnatis maximopere displicerent, quippe quae essent ejusmodi, ut fastigio Principali non convenirent, quod impari connubio non firmaretur: cumque is incepto non desisteret, Mariamque Jodoci Eikenii, Rivierae domini filiam desponderi sibi cuperet, consiliumque perficeret, simul & Marchiam superiorem aere alieno obrueret, multaque alia agnatis haud ferenda admitteret, hi de ea in libertatem vindicanda sibique addicenda agere coeperunt, quippe non passuri, ut praetextu pignoris ob nomina dissolvenda constitui aut quavis alia speciosa ex causa quidquam sibi derogaretur, eo quod facta Edoardi prorsus talia essent, ut suis necessitudinibus fraudi esse non possent. Quamobrem ea causa judicata est in tribunali aulico, & eo quidem tempore, quo respublica Germanica lapsa in pejus, id ipsum agi querebatur, quod per libertatem suam pati non posset, & contra vim decretaque asperiora sensim armis niti incipiebat, appellans auctoritatem judicii Principum, ut quod cum Germaniae regno natum religioseque conservatum fuisset.

(l) Er-

(l) Ernestus Christophori filius notus gratia Maximiliani I. Cæsaris Princeps, idemque propaginis Durlacensis, quæ etiamnum omni felicitate famaque stirpis gloriose defensæ floret, auctor, desponsata uxore Elisabetha, Friederici Marchionis Brandenburgensis filia, missis ab Cæsare legatis magnifice cultus ornatusque est, ut testatur Nicolaus Baselius in additione ad Chronographiæ Nauclerianæ generationem fol. 1010. editionis Coloniensis an. 1544. quæ desideratur in editione Coloniensi an. 1675. sacra instauravit, confessionique Augustanæ nomen dedit, princeps eo animo, ut omnia potius quam fidem erga Deum amittere voluerit, cujus pater Friderico III. & Maximiliano Augustis ob virtutem constantiamque maxime carus fuit, totamque Germaniam singulari moderatione in admirationem suam convertit.

(m) Hinc litem illi intendit Serenissimus Princeps Ernestus Fridericus, rationesque exposuit, quamobrem superioris Marchiæ possessionem apprehenderit, datis eam in sententiam literis anno 1594. Carlsburgo ad Rudolphum II. sub quo excitatus est quodammodo fomes futurorum in Germania motuum, præludiumque belli tricennalis cœpit, quorum actorum capita & plena tractatio pragmatica in lucem exiit, nominatim scriptum titulo, Gründlicher, warhaffter und beständiger Bericht An. 1595. editum, aliaque hujus argumenti insignia & luculenta scripta, quæ passim extant. Sententia Anno 1622. lata est a Ferdinando II. quo imperante Germania conturbari distrahique cœpit ob edicta inclementius edita, quæ talia fuerunt, ut judicaretur, supremum caput non tam jure, quam vi grassari velle. Jussus autem est Fridericus V. cedere possessione superioris Marchiæ, & quod multo asperrimum est visum, restituere fructus ejus nomine perceptos & percipiendos, damnaque facta & expensas sarcire, Rutgerus Hermannides in novissimo Gustavi bello part. 2. p. 13. quæ ut alia fere omnia desumsit ex Bogislao Philippo Chemnizio. bell. Suec. p. 6. Zeillerus in Chron. Suevico Germanico ad An. 1622. Undenam vero offensa Cæsaris exorta fuerit, illi sciunt satis, qui unionis Protestantium ob Donawerdensem executionem & Passaviensem expeditionem cœpta initia causasque perspectas habent, cui postquam ex defensionis ratione accesserant quoque nostri Principes, a Catholicis, qui apud Ferdinandum II. ejusque præcessores auctoritate & gratia valebant, eo acceptum fuerat, quasi id agerent Protestantes, ut Cæsari injuriam inferrent: sed quia hæc turbido reipublicæ statu contigerunt, Principesque nostri religionis libertatisque defensionem animis suis proposuerunt, strenue ac fortiter stare in acie, quam ultima timere ac pati maluerunt. Alioqui rationes pro unione in publicis pragmaticisque scriptis editæ sunt, egitque de iis etiam Johannes Limnæus lib. 4 jur. publ. IV. 8. 34. 35. 36. Tanto magis nunc gratulandum est Germaniæ, quod vires suas, quas quondam ad vim sibi ipsi faciendam convertit, nunc firma stabilique concordia fulciat, & pacis per justum bellum recuperandæ expectatione erecta, ipsa secum consentiat, & pro majestate securitateque imperii armis fortissime experiatur.

§. X. Alioquin ubi firmum libertatis in pace præsidium, ac inter arma nullus injuriæ locus erat, bonarum in republica partium fuere nostrates Principes, nullo pretio aut spe illecti, ut secessionum coitionumque auctores imitarentur, aut quomodo dissidiis delectarentur. Proinde honori meritisque nostræ gentis datum est, quod re fortunaque a Cæsaribus subinde aucti, multas & amplas Germaniæ urbes clientelasque sunt consecuti, inter quas præcipue mihi memorandum est Durlacum, quæ Marchionibus ab Ernesto oriundis nomen dedit, domiciliumque aulæ præbuit, quod una cum Heidelsheimio auspicio beneficioque Friderici II. Imperatoris (n) Hermanno Marchioni est attributum, postea autem Carolus per iniquam belli Moguntini fortunam cessit possessione Heidelsheimii, atque adeo mutavit hoc veteres dominos, venitque in ditionem Palatinam: Durlacum vero Serenissimæ stirpis sedes præsidiumque patriæ mansit, & celebritate nomineque familiæ principalis floruit, patriæque summum splendorem attulit atque ornamentum.

(n) Mar-

(n) Martinus Crusius, *qui etsi ob digressiones ab historia alienas* a Barth. Keckermanno *notatus est*, comment. de nat. & propriet. hist. cap. 3. *tamen in Sueviae rebus utilem operam posuit, & monasteria Alemanniae diligenter perquisivit, & a Laurentio Frisco Consiliario Herbipolitano multa ad scribendum subsidia accepit, & proba integraque fide scripsit, auctor est, mortuis in universum Craichgoviae Comitibus, Fridericum II. Durlacum atque Heidelsheimium Marchionibus Badensibus, nominatim* Hermanno IV. *dono dedisse,* annal. Suev. dod. 3. l. 2. part. 3 c. 20. *Fuitque causa hujus donationis legitima cum ob merita in Fridericum II. tum ob jus uxorium, quod nomine uxoris Irmengardis ei competebat, conf.* Fr. Irenicus, *qui patriam Etlingam altero lapide Durlaco distantem habuit,* Germ. exeges lib. XI. p. 210. Seb. Munsterus lib. 3. cap. 266. *narrat, antiquitus Durlacum fuisse ditionis Comitum Henneberg icorum, indicatque, se monumentis destitutum nescire, quemadmodum hæc mutatio acciderit; mihi sufficit donatio Friderici II. justissimusque possidendi titulus ex concessione Cæsaris jureque uxorio probatus.* Vid. Zeil. Chr. Suev. in descript. p. 260. *Ut vero Heidenheimium pervenerit ad Palatinos, legamus apud* Helvvichium in dissidio Moguntino p. 118. *Nunc mihi satis sit, affirmasse, Serenissimos Marchiones nostros in Kraichgovia veteres possessiones habuisse,* vid. David Chytræi oratio de Greichgæa ad Neccarum pag. 59. *At vero in Spirgovia, ubi olim Nemetes habitarunt, Jurisdictionem habuerint Marchiones Badenses, res alius est quæstionis, constatque certe, Durlacum ad dioecesin Nemetensem pertinuisse,* Fr. Irenicus German. exeg. lib. XI. loco jam adducto: *salvis nihilominus diversi territorii juribus, quæ semper certis finibus distincta fuerunt, quod adeo verum est, ut tradat* Christophorus Lehmannus, *Badensibus ne procurandæ quidem Spirgoviæ munus a Cæsaribus fuisse datum,* Chron. Spirens. lib. 4. cap. 7. p. 296. *Ceterum primus Durlacum aulam transtulit Carolus Ernesti filius, a quo arx* Carlsburgi *nomen sortita est: quod priusquam accideret, domiciliumque prospero eventu mutaretur, aula fuit Pforzheimii, quamlibet* Rudolphus Diepholdus *in aliam nescio quo auctore sententiam adductus scripsit, antea Busemi ejus aulæ fuisse sedem, errore, dubium, an festinatione deceptus, quum Pforzheimium scribere debuisset,* hist. geneal. p. 106.

§. XI. Illud vero etiam præcipue observatu dignum est, quod nostrates Principes perinde ut Austrii connubiis creverint, atque hanc fortunam velut arcta propinquitate cum iis communem habuerint, paribusque consiliis gratiam amicitiamque mutuam retinuerint, & nomen auctoritatemque reipublicæ armis fundatam societate sua firmaverint, & commoda non magis sua, quam imperii rem salutemque publicam cogitarint in animo, enixissimeque curarint. Ita factum est, ut in diversis imperii *circulis* summis Cæsarum beneficiis ornati, decus atque dignitatem recto utilique exemplo sustinerent, portionesque insignes cum in Suevia, ubi aborigines sunt, atque apud Rhenum, cujus limitem jam inde antiquitus tuendum susceperunt, tum apud Mosellam, præcipue ob Comitatum Sponheimensem, (o) quem jure communi possident cum Palatinis, atque etiam in Brisgovia, ubi reliquias ex veteri Hohenstauffiorum patrimonio jure meritoque adepti sunt, & Burgundia quoque Jurana, quæ ex Arelatensi regno Germanis superest, ditionis suæ imperiique finibus contineant atque complectantur.

(o) *Comitum Sponheimensium familia defecit anno MCDXXXVII. quod indicat inscriptio sepulchralis, quæ in templo Trorbacensi extat, legiturque in hæc verba:* HIC JACET NOBILIS DNS. JOANNES NOVISSIMUS COMES DE SPANHEIM, QUI OBIIT ANNO DNI. M CCCC XXXVII. *Similiter familia Comitum Veldentiorum, qui a stirpe Sponheimensi prognati sunt, eodem quinto decimo seculo interiit: utrisque connubiis & affinitatibus sese conjunxerunt Palatini & Badenses: Johannis coeci filiam Mechtilden duxit Rudolphus cognomento magnus Marchio Badensis, factoque super successione Comitatus Sponheimensis pacto, jus tabulis eam in sententiam datis obtinuit, cujus in possessionem venit Jacobus I. Marchio,*

auxitque feliciter res suas. Par fortuna Palatinorum fuit, quando Rupertus & Stephanus Palatini cum eadem familia necessitudinem matrimonii contraxerunt: Rupertus in fidem connubii accepit Elisabetham Johannis ultimi Sponheimensis Comitis filiam, anno MCCCCXVI. fato functam, quæ, quod marito Ruperto, cui nullos liberos peperit, superstes esset, quintam Comitatus Sponheimensis partem vivo Johanne ultimo Comite Sponheimensi, Ludovico Electori Palatino addixit: tertiam Comitatus partem retinuit prædictus Comes Johannes, reliquæ duæ tertiæ partes attributæ sunt Mechtildi & Loretæ sororibus, quæ Johannis ultimi Comitis matertera fuerunt. Igitur hoc mortuo sine hæredibus Johanno, anno MCCCCXXXVII. totum Sponheimensem Comitatum, exceptis quinque partibus, Ludovico barbato assignatis, creverunt, Mechtildis Rudolpho Badensi nupsit: Loreta domum ducta est ab Henrico Comite Veldentio, ad eumque jus pro rata sua in Comitatu Sponheimensi devolvit: his parentibus natus est Fridericus Sponhemii & Veldentiæ Comes, cujus relictam unicam filiam Annam, quæ anno MCCCCXLIV. mortua est, connubio sibi junxit Stephanus Comes Palatinus, & jure per matrimonium parto, insigni luculentaque accessione avitam regionem auxit. Quare propter Comitatum Sponheimensem, ejusque communionem cum Badensibus simul Elector Palatinus & Birckenfeldii, ad superiorem circulum Rhenanum spectant, sed ratione ejus suffragium in consessu Principum non ferunt, etsi auctor Comitiologiæ Ratisbonensis *Palatinum Veldentium numerat inter Principes jus suffragandi in Comitiis habentes, siquidem in Comitiis 1654. habitis Leopoldus Ludovicus se subscripsit non propter Veldentiam, ut putavit* Comitiologista, *sed propter Lauterecciam, ratione cujus suffragii principalis jus habet: idemque se subscripsit Comitem Sponheimensem, non ut interpretatur* Johannes Hofmannus, *quasi id denotet suffragium Principale, sed more scribendi pragmatico, quo non quod titulo continetur, statim causam scribendi characteremque suffragii exprimit, atque adeo Comitatus Sponheimensis non facit paria cum Comitatu Principali dignitate aucto, qualis est Mompelgardensis, ut videtur* Hofmanno *ob hujusmodi subscriptionem in errorem adducto, pariterque a* Comitiologista *decepto,* Trorbacens. descript. cap 2. *Illud vero recte se habet, quod Principes Badenses & Palatini ratione Comitatus Sponheimensis* circulo *superiori rhenano tanquam Ordines Circulares comprehenduntur, tributaque imperio solvunt:* (Baden Sponheimb/ Pfaltz-Sponheimb/ Ober-Rheinische Kreyßstände.) *unde non sequitur, propter eum Comitatum utrisque competere in Comitiis suffragium Principale. Tum vero Serenissimi Principes Badenses tria duntaxat suffragia Principalia, quæ ipsis ratione Badenæ, Durlaci & Hochbergæ competunt, in Comitiis ferunt; Comitesque Palatini in universum quinque suffragia principalia ratione Lutheræ (Lautern) Simmeræ, Neuburgi, Biponti, (Zweibruck) & Lautercciæ habent: electorali suffragio non adnumerato, constatque hodie, electorem Palatinum tria suffragia dare, unum, quæ & est elector Palatinus ad rhenum, alterum propter Lutheræ, tertium propter Simmeræ Principatum, jure agnationis nuper ad eum 1673. morte Ludovici Henrici devolutum: atque hanc ob causam ejus principatus ratione an. 1654. non subscripsit Elector, qui in futuro, quem speramus, recessu omnino est subscripturus. Interim de Comitatu Sponheimensi* vid. Seb. Munsterus l. 5. Cosmogr. cap. 163. Mart. Zeill. Itin. cap. 3. Joh. Hofmann. Trorb. descript. l. c. Chronicon Sponheimense Trittenhemii *mutationes familiæ Sponheimensis Comitum non enumerat, nec personas aliter attingit, quam quatenus ad ecclesiæ, præcipue Trevirensis monasteriique Sponheimensis regimen pertinuerunt,*

nuerunt, veluti Everardus, Stephanus, hujusque filius Megenhardus Comites Sponheimenses, quorum hic monasterium Sponheimense fundavit, ejusque uxor Mechtildis, & filia Hiltrudis sub ea ratione memorantur, An. 1044. 1101. 1124. 1130. 1177. Vir alioqui diligentissimus fuit scriptor istius Chronici Tritbemius, & multos atque egregios codices ex antiquis Germaniæ monasteriis sibi comparavit, teste viro nobili & exquisite docto eodemque Tritbemii singulari atque ob doctrinam conjunctissimo amico, Bilibaldo Pirckheimero in dedicatione Fulgentii, cujus editio 1519. Haganoæ apud Elsatios est curata.

§. XII. Cætera sigillatim explicare, longum est, neque opus judico, passim nota celebrataque aliorum monumentis conquirere cum cura, & prolixe hic referre: nisi quod de connubiis nostratium Principum addere libet, ea & temporum & felicitatis quadam continuatione inter se congruisse, & Dei consilio providentiaque hunc ordinem progressionemque servasse, ut quum justissima hæc crescendi via suppeteret, eam cum ratione ingrederentur, & generis pariter gloriam jurisque sanctitatem iisdem causis retinerent ac propagarent. Multis enim indiciis compertum est, diutiores florentioresque fuisse Principatus, qui sine ferro & armis, quam qui cupiditate habendi, ac per vim, nec sine cæde sunt acquisiti: propterea quod Principes quoque id cum omni hominum genere commune habent, ut juste acquirendo finem agendi optimum consequantur. Quare nostrates Principes vel ob necessitudinem familiæ conjunctionemque sanguinis, vel ob connubii fœdera pactaque successionum firmissima, vel quia alios dignitate & meritis superabant, se atque suam progeniem ornarunt, Principaleque matrimonium adauxerunt. De Sausenberga (p) dynastia Rötelensi & Badenvveilera sic egi supra, ut non opus sit repetere, quod adduxi testimonium, quando ex pacto summa fide constantiaque inito Christophorus in eos destrictus jus, mortuoque Philippo successionem obtinuit, remque publicam egregie sustinuit, & laudem gloriamque stirpis, & jura ad eam pertinentia cum dignitate defendit.

(p) *Sausenberga Landgraviatus est sub charactere Comitis, non principis: Quandoquidem Landgraviatus principali jure præditi tantum sunt quatuor Alsatiæ, Thuringiæ, Hassiæ & Leuchtenbergicus, ex quibus duo posteriores duntaxat in Comitiis suffragium sub charactere* Landgraviatus *habent: electores enim & duces Saxoniæ non qua Landgravii Thuringiæ, sed qua duces Saxoniæ, Landgraviatum Thuringiæ patrimonio ducali innexum habentes in scamno Principum sedent & suffragantur: Landgraviatus vero Alsatiæ postquam in veteribus Landgraviis defecit, amisit characterem suffragii* Landgravialis, *quod adeo verum est, ut quoque Austria, priusquam cessit eo Landgraviatu, neque ratione ejus sessionem & suffragium habuerit, neque propter eum membrum circuli Rhenani fuerit. Ejusmodi Landgravios sub qualitate Comitivæ recenset* Hermannus Hermes fascicul. jur. publ. cap. 29. n. 5. *Eaque causa est, cur in antiquis diplomatis, quorum aliquot vidi, titulum Landgravii Sausenbergæ postposuerint titulo dynastiæ Rötelensis. Tum vero Serenissimi nostri Badenses etiam ratione* Röteln *non exprimuntur in circulo rhenano, salvo alioquin jure tituloque nostratium Principum, qua Longævillani, qui ob Roetelam titulum Marchionum Rötelensium sumserunt, justam vero civilemque possessionem & dominium nostrates summa ratione defensum retinuerunt.* vid. Jo. Limnæus tom. 4. addit. ad l. 1. c. 7. n. 26. pag. 42. ubi nihil annotavit. Ph. Andr. Oldenburger in Limnæo enucleato l. 1. cap. 5. p. 33.

ſ. XIII. Aliquoties tamen ejus hæreditatis, quæ connubio noſtratibus obvenire debuit, non ſunt facti participes, quod ſpem augendæ rei eriperent alii, propoſitumque cum honeſtiſſimis laboribus conjunctum fruſtrarentur. Id quemadmodum acciderit, ſupra indicavi, cum traderem de caſu ſtirpis Marchionum Auſtrio-Babenbergicorum, quibus Hermannus Marchio ejus nominis III. ex capite matrimonii cum Gertrude Auſtriaca contracti ſucceſſurus erat, ſi quale jus, talis fortuna ei affuiſſet: ſed quia obſtabat æmulatio competitorum, & ordines ejus regionis non multo poſt mutabant animos, ſeceſſionemque ab eo faciebant, quibus rebus evenit, ut Ottogarus dominandi cupidiſſimus rex Auſtriæ ducatu potiretur, & Gertrudis adverſæ factioni cedere coacta ab hæreditate excluderetur, percuſſoque Neapoli Friderico, ejus & Hermanni Marchionis filio, Agnes quoque utriusque filia jure ſuo privaretur. (q) Melius cecidit affinitas Rudolfo Hochbergæ Marchioni, quum Johannes Friburgius dynaſta, (r) quem Rudolfus et impenſe amavit, et coluit, ei Badenvveileram & Novocaſtrum legavit, quæ poſtea in familiam Badenſem omni jure tranſierunt: quanquam Novocaſtrum (s) tranſactione pervenit ad Ducem Longavillanum, ad quem etiamnum tanquam Burgundiæ Helveticæ civem ſpectat.

(q) *Quod non diſſimulant Auſtriarum rerum ſcriptores, interque hos nuper* auctor tractatus de Auguſtiſſima gente Auſtriaca, part. I. cap. 36. 37.

(r) *Veteres Friburgii Comites, priusquam herciſceretur hæreditas, etiam Landgravios Brisgoiæ ſe ſcripſerunt, ut diplomata ab Egone II. hujus nominis eodemque primo Friburgi Comite, & ipſius ſucceſſoribus confecta teſtantur.* Conf. Jacobus Menlius de majoribus Maximil. II. pag. 24. ſeqq. *Perinde ut antiquitus Comites Kyrburgenſes ſeſe Landgravios Turgoviæ ſcripſerunt, apud* Stumph. Chr. Helvet. l. 5. cap. 30. *Minime ergo hæc affinitas Sereniſſimis Marchionibus indecora aut impar, ſed certe honorifica & utilis fuit.*

(s) *In antiquis Annalibus lego hic fuiſſe Comites auctoritate validos atque opulentos: ex quibus orta Verena Comitiſſa a Welſchen Neuburg Egoni IV. Friburgenſi dynaſtæ nupſit,* Menlius in dicto libro p. 28. *Conf.* Bucellinus in Conſtantia genealogica pag. 11. *Novocaſtrenſium Comitum ultimus fuit Johannes, qui anno MCD XLIV. ſine liberis deceſſit, & jure legati Comitatum Novocaſtrenſem ac dynaſtiam Badenwilenſem, quæ alias Badenweiler eſt, Rudolfo Hochbergæ Marchioni reliquit,* Munſterus Coſmograph. lib. 3. cap. 258. Stumphius Chron Helvet. lib. 8. cap. 15. Jo. Theod. Spreng. jur. publ. l. 3. cap. 21. *ubi is de originibus familiæ non recte exiſtimat, additque illic, Welſch Neuburg ad Longavillanos jure ſupremo pertinere, quod Jo Limnæus affirmat, Longavillanos a Burgundia in feudum poſſidere: quo indicat clientelarem nexum cum Burgundia Helvetica, cujus ſane civis eſt dux Longavillanus, conjunctione communicationeque pagi Bernenſis jus Dynaſtæ Novocaſtrenſis retinens,* tom. 4. jur. publ. add. ad l. 1. c. 7. p. 44. ex eoque Oldenburger Limn. enucl. l. 1. c. 5. p. 34. Conf. Stumph. Chr. Helvet. l. 8. c. 15. *qui commemorat Novocaſtrum, quod alii Neoburgum nominant, anno MCD VI. jus civitatis Bernenſis obtinuiſſe, dehinc ævo Maximiliani I. Cæſaris a pago ſive Republica Bernenſi eſſe occupatum, cumque ſuper ejus præfectura inter Cantones Bernenſes, Lucernenſes & Tigurinos diſceptaretur, tandem ita fuiſſe conventum, ut prioribus dominis reſtitueretur.*

ſ. XIV. De cætero maximum ex affinitate Badenſi fructum cepit familia Wurtembergenſis, quum Eberhardus bello difficili ac periculoſo implicatus, nusquam perfugium cum dignitate ſua conjunctum inveniret, quam apud Haſſonem (t) Marchionem noſtratis gentis, qui profugum excepit & tantiſper fovit, dum amiſſa recuperaret. Is vero offenſam Henrici VII. Imperatoris incurrit, quod Imperialium Sueviæ urbium patrocinium clientelare, connivente Alberto I. Cæſare uſurpatum, denuo affectaret, & jam tale quid cum animo cogitaret, ut ſane

fane multum e republica petere videretur: quare Principes nostri calamitatibus laborantis patriæ permoti, pacis negotium conficere studebant, ac unum id existimatione sua dignum putabant, quod ejusmodi esset, ut simul ad Sueviæ & necessariorum Principum adversam difficilemque fortunam leniendam pertineret.

(t) *Hasso, ut in tabulis genealogicis scribitur, dicitur Rudolfus.* Crusius *tradit, Hassonem Marchionem suscepisse Eberhardum in oppido Besicken custodiendum*, Annal. Suev. dod. 3. l. 4. part. 3. c. 1. Conf. Zeill. Chr. Suev. ad An. 1310. *Similem in modum Rudolphus Marchio amore atque reverentia propinquitatis abstinuit se a bello contra Eberhardum III. Wurtenbergensem coepto, dicens*, consanguineum suum se nolle impugnare, apud Jo. Nauclerum Chronogr. vol. 2. gen. 46. p. 899. *De Christophoro jam supra tradidi, qui nil minus unquam, quam de injuria necessariis & vicinis inferenda cogitavit, nec imitatus est alios, quorum cupiditati stimulum addidit sententia in Palatinum a Maximiliano I. lata, de quibus vid.* Augustinus Brunnius Catal. elect. Palat. p. 52. post eum Dan. Pareus supra adductus in hist. Palat. p. 245. seq. Nicolaus Baselius append. ad Naucleri Chronograph. gen. 51. p. 959.

§. XV. Nec modo consuetudine quadam, sed etiam firmitate animi certaque agendi sententia utilia & salutaria patriæ negotia perfecerunt, tantumque abfuit, ut inique & insolenter aliquid facerent, ut quoque de diffitis bene mererentur, & Comites Waldeccios, multis Principibus necessitudine innexos, beneficiisque ab ultimis Germaniæ regibus ornatos, gratia & auctoritate sua juvarent, adeo quidem, ut Wolrado IV. juniori ejus stirpis ex propagine Isenbergo Arolsensi Comiti, ob honorem ætatis & prudentiæ laudem minime hic reticendo, spem ducendæ Annæ, Jacobi Marchionis & Elisabethæ Culemburgensis filiæ, haudquaquam eriperent, fructumque insignis & opulenti hujus Comitatus, qui in clientela Hollandiæ est, (u) libenter relinquerent, propterea quod Florentius ultimus Culemburgi Comes hæredem scripserat ejus Comitatus Annam, ex Elisabetha filia Jacobi Marchionis uxore neptem. Jacobus Princeps per se egregius & sapiens fuit, sed a Johanne Pistorio, viro alioqui erudito, atque in rebus patriis maximopere versato, circumveniri se passus, sacra avita deseruit, sed priusquam efficeret, ut inveherentur novi ritus in patriam, publiceque reciperentur, rebus humanis est ereptus: quod ubi evenit, Ernestus Fridericus Jacobi frater religionem summo studio restituit, reique publicæ perturbatæ consuluit, mortuoque patruele Ernesto Jacobo, res omnes bene & sapienter curavit, cumque hoc consilium ex animi sententia confectum dedisset, postea accidit, ut tractus in alias partes una sacrorum voluntate se cum *Reformatis* conjungeret, cuperetque idem fieri a ditionis suæ populo, quod dum agebat, mors nec opinantem abstulit, destinationesque impedivit. (x) Post hujus decessum Georgius Fridericus natu minimus Princeps, fortunam dignitatemque suam multa pietate religionisque incredibili & constanti amore illustravit, Marchionatumque metu & diffidiis confusum suscepit administrandum, & Deo justæque causæ consilus, neque rebus adversis timidus fuit, neque prosperis elatus.

(u) V. D. F. Cont. X. ad an. 1664. p. 241. *eaque de causa* feudum Batavo-Gelricum *nominatur, cujus nomine Comes anno 1664. ob admissum Mortaignii plagium, vocatus est in curiam Hagiensem, is vero quam nil præter officium fecerit, ostendit graviterque comprobavit*: conf. Mart. Zeill. Itinerar. Germ. pag. 440. *Quod non debet porrigi ad dynastias Palant & Witten, quæ sunt nullo interjecto S. R. imperio obnoxiæ, sive ut loquuntur feuda immediata. V.* scriptum pragmaticum, *quo continetur* deductio immedietatis Wittem, *veteris Baroniæ Comitatum Culenbergicorum: atque adeo hæc non pertinet ad pactionem pragmaticam 1648. inter Hispanos & F. Belgas initam, quod tanquam caput juris publici est observandum.*

 (x) De

(x) *De Jacobo vid.* Dav. Chytræus Saxoniæ lib. 29. pag. 820. Jacob. Aug. Thuanus hiſt. lib. 99. ad anno 1590. Elias Reusnerus op. gen. pag. 517. Phil. Jac. Spenerus Syll. geneal. nov. edit. p. 632. *Ex Anna Jacobi Marchionis filia Wolradus IV. genuit filium natu majorem Philippum Theodorum, univerſalem, ut in foro loquuntur, hæredem a Florentio Comite Culembergenſi teſtamento inſtitutum*, Joh. Sande Belg. hiſt. epit. pag. 319. *Philippo Theodoro, cujus ſororem Mariam Eliſabetham duxit Fridericus V. Marchio, ſuperſtes fuit filius Henricus Wolradus, qui relictum a patre Iſenbergo-Valdeccium & Culenburgicum Comitatum crevit: eo ſine liberis anno 1663. defuncto, patruus ipſius Georgius Fridericus, qui hoc tempore Auriaci Principis in bello Belgico legatus eſt, jure agnationis utrumque Comitatum obtinuit, is ipſe, qui anno 1657. Wolrado V. Comite Arolſa-Waldeccio mortuo, acquiſivit quoque Arolſenſem Comitatum, & auctoritate pariter fortitudineque eminet inter ſuos.*

§. XVI. Illud etiam huc pertinet, ut dicam, Noſtrates Principes in ea Sueviæ parte ſedem tenere, qua ſecundus ejus diſtrictus (y) continetur, quem cura virtuteque ſua procurant egregie & conſtantiſſime tuentur, repurgantque a latrociniis hanc oram & provident, ne tranquillitas publica labefactetur quadantenus ac ſubruatur. Comitatum Eberſteinium pro parte poſſident, & in oppido Gochsheim, quod Eberſteinii Comites (z) jure clientelari habent, domicilium inſigne Menzingianum lege fiduciaria quoque a Marchionibus dependet, argumentoque eſt jurisdictions in Craichgovia firmatæ, (a) quam ab antiquiſſimo tempore retinuerunt. In Ortenavia ob dynaſtiam Lohr (b) controverſiæ diſceptationesque cœptæ ſunt quidem & diu continuatæ, ſed quarum capita huc revocare mihi non licet, fateri autem incumbit, Principes noſtros multis abhinc ſeculis in Ortenavia late feliciterque eſſe dominatos, Badenamque ipſam caput provinciæ ibi collocatam, unoque lapide ab Rheno diſtantem accolis demonſtrare antiquitatem ſuam, Mahlbergiam, quæ ab arce veteri hoc nomen accepit, plane in ditione ſua tenent, & hanc perinde ac reliquas Principatus ſui civitates legibus & judiciis bene conſtitutis moderantur, inprimisque in ſuperiori Marchia fundos vineasque opimas & fertiles habent, optimique inde reditus ad eos perveniunt, maxime ad noſtratem Marchionem Durlacenſem, adeo ut divus Fridericus VI. quotannis fere uberrimum ejus regionis agrum peragraverit, curasque cum virtute & gloria principali otio diſtinxerit, veteres reges Principesque imitatus, qui ruri moleſtias tædiaque imperii ſæpiſſime lenierunt, ut alacriores ad munia aulæ gravioraque rerum negotia redirent.

(y) *A Prorbeno* (Pruhein) *in Marchiam Badenſem usque ad Rhenum verſus Offenburgum, Gengenbachium, Geroldſeck, atque iterum in noſtratem Marchiam verſus Roetelam & Hochbergam usque ad anteriores regiones Auſtriæ & fines Helvetios, atque hinc ad Danubium verſus Segmaringam, Zolleram & Hechingam usque ad limites Ducatus Wurtenbergici obeunt hoc munus Marchiones noſtri, diſtrictumque Sueviæ ſecundum primario & velut ductores procurant*, Mart. Zeill. Chr. Suev. in præfat. deſcript. locor. Suev. Erneſtus Gockelius *ob peritiam rerum Suevicarum luculento elogio dignus*, de circulo Sueviæ pag. 59. conf. Schwäbische Kreißordnung p. 74. *add.* Johannes Deckherr in Comment. de reb. Cameral. pag. 144.

(z) Zeiler. Chron. Suev. p 275. & Itiner. Germ. cap. 32. pag. 449. *De Eberſteiniorum antiquitate, inſignibus, rebus geſtis, quatenus in Ottonis M. tempora rejiciuntur*, Martin. Cruſius annal. Suev. l. 4. part. 2. cap. 3. p. 108. ſeqq. *Alioqui propter Comitatum Eberſteinium Marchiones Badenſes locum quoque in circulo Suevico tenent, Comitibusque ejus annumerantur*, vid. noviſſima Circuli Suev. deſcriptio ex manuſcripto Davidis Gutheri apud D. Gockel. de Circ. Suev. p. 32. *eosque adeo in ſerie Comitum Suevicorum recte numerat* Johannes Konig Inſt. Geogr. p. 59.

(a) In

(a) *In Kraichgovia, quam singulari oratione descripsit Dav. Chytræus, auspicio beneficioque Friderici II. Imperatoris Marchiones nostri sedem sibi fixerunt.* Seb. Munsterus Cosmograph. cap. 349. conf. Zeill. Itiner. Germ. cap. 32. pag. 448. & Chr. Suev. pag. 535. *De nobili Menzingiorum gente* vid. Chytr. Orat. de Creichgœa p. 62. edit. Freherianæ. *Is tractus, cujus aditum aperit Pforzheimium, ab amne Kraich nominatus, Rheno jungitur, ac in finibus Sueviæ Franciæque Orientalis e regione sylvæ Herciniæ jacet. Unde intelligitur, quale sit, quod scripsit* Johannes Konig, *Neccarum interluere prædictum Kraich*, Instit. Geograph. pag. 57.

(b) *Lohr oppidum, unde huic dynastiæ nomen additum est, ad Schutteram fluvium situm in tractu Ortenaviæ, quæ post Mortenaviæ nomen tulit, jam olim fuit ditionis Marchionum:* * *hinc præter historicos Cosmographi illud appellant oppidum nostratis Marchionatus*, Seb. Munsterus Cosmogr. cap. 264. Johannes Ravv Cosmograph. pag. 380. *Et quoniam ibi quoque jus sibi tribuerunt Comites Nassovii, partim ditioni Marchionum Badensium, partim jurisdictioni horum Comitum ascribi coeptum est, donec ibi post facta mutatio fuit, de qua vid.* Zeill. Chr. Suev. pag. 577. collat. Itiner. Germ. c. 31. pag. 408. *Quantum ad prætensionem domui Badensi competentem ex capite Annæ Mariæ Geroljeckiæ Friderico V. Durlacensi nuptæ, vid.* Inst. pac. Osnabrug. art. 4. §. de Baronatu: Spenerus Syllogen. pag. 636. & theatr. Nobil. part. poster. Ind. in Geroldseck, atque ex eo Burgoldensis Notit. imper. part. I. pag. 499. *Neque enim hic trado de Geroljeck Alsatiæ in Wasgovia, quæ Palatinatum a Lotharingia separat, sed de dynastia, sive Baronatu Sueviæ, cujus proceres antiquissimæ stirpis anno 1634. in Jacobo ultimo Gerolseckio Barone defecerunt: is post decessum Mariæ Magdalenæ, quam* Bucelinus *perperam ejus heredem unicam nominavit, reliquit filiam Annam Mariam, primum Friderici Comitis Solmensis, deinde eo mortuo, Friderici Durlacensis Marchionis uxorum, anno antem 1649. sine liberis functam. Ita ejus dynastiæ fundus & bona beneficiaria jure caduci ad S. R. I. devoluta ritaque fiduciario Comiti Cronbergio attributa sunt: reliqua & patrimonialia & publicis tabulis ad liquidum perducta domui Badensi obvenire debere, Imperatoris imperialique sententia est judicatum*, vid. d. art. 4. §. Fridericus Marchio. *Titulus ejus familiæ Principum gentilitius & pragmaticus est, quod sunt atque appellantur Marchiones Badenses & Hochbergenses, Landgravii Sausenbergenses, Comites Sponheimenses & Eberfteinenses, Domini Roetelæ, Badenwilæ, Lohræ, Mahlbergæ, etc. etc. conf.* Jo. Limnæus addit. ad lib. 5. cap. 5. pag. 739. seq. Spreng. jur. publ. l 3. c. 21. p. 451. Zeill. Chr. Suev. p. 474. *Dignitas sessionis jure antiquitatis & pretio suo æstimata talis est, ut nulli competitorum ea prærogativa concedant, etsi tranquillitatis causa receptum est jus alternarum, ac inter propagines etiam unius ejusdemque stirpis id obtinet, transactioneque publica est confirmatum*, Instr. pac. Osnabrug. d. art. & §. Jac. Andr. Crusius de præeminentia lib. 3. cap. 18. pag. 730. 731.

§. XVII. Verum enim vero his rebus non licet immorari, quum datur occasio commemorandi expeditiones a Friderico VI. susceptas fortissimeque perfectas, quarum sive apparatus & vires, sive ordo & progressus, sive fortuna eventusque a me considerentur, omnia prudentiam ostendunt felicitatemque, prout in imperatorem belli cadit, plane singularem. Fuit enim tota ejus vita plena periculorum, exercitaque in castris sic enituit prorsusque celebrata est, ut amore patriæ & studio tuendæ libertatis nemini concederet, cuperetque campum, in quo virtus ejus per se ipsa incitata neque impedita excurreret, animusque Divi Patris Friderici V. similis, & præceptis exemplisque domesticis præparatus planeque firmatus cognosceretur. Is quum annum ætatis septimum decimum ageret, Lutetiam Parisiorum, urbem & moris elegantia, & procerum frequentia,

* Dynastæ Rœtelenses & Sausembergenses vocantur domini Ortenaviæ, apud *Joh. Ravv Cosmogr. p. 283.*

quentia, & regis maximi sede domicilioque clarissimam An. M DC XXXIV. adiit, commoratusque triennium, summorum hominum voluntates sibi devinxit, talisque est habitus, ut non tantum in ludo Martis & palæstra opera ejus magni esset, sed jam illa quoque ætate, cujus tempus multi patiuntur obscurum profusque inglorium latere, aperto bello idoneus judicaretur. Cujus rei fama cum percrebuisset, Bernhardo Vinariensi, mox victoria apud Somonam nobilitato, armorum societate An. M DC XXXVII. se conjunxit, & profliganti Mercium occupantique aliquot Burgundiæ urbes opportune affuit, ingentemque ex eo famam sibi comparavit, quod ducem belli artibus & magnitudine animi clarissimum secutus, laborum periculorumque initium a memorabili prælio sumsisset, & dato hoc læto prosperoque specimine, pari constantia apud Mahlbergam pugnasset, præsentemque animum dimicanti Saxoni, & firmum pariter ac fidele auxilium attulisset. Nam sub eo tyrocinium posuit, & exemplis excitatus, inter arma signaque fortissime constitit, viresque tunc inprimis feliciter est expertus, quum expugnationis Rheinfeldæ adjutor fuit, & inclinatam jacentemque suorum fortunam summo cum rerum suarum discrimine instauravit, nec multo post Anno M DC XXXVIII. delatum munus legati cohortis equestris Schoricæ suscepit, suaque virtute profectus sociis ac nomini *Protestantium* bene consuluit, Germaniæque discordi, & ad vastitatem redactæ propeque oppressæ, pro eo ac potuit, est opitulatus. Quare a Bernhardo laudatus magisque inflammatus ad gloriam effecit, ut in altiore militaris dignitatis gradu poneretur: quæ ei occasio fuit prudentiæ quoque demonstrandæ, cum An. M DC XL. legioni præfectus ad annonam Cassellis advehendam dimitteretur, falleretque consilium, quod ad vim damnumque ei inferendum hostis excogitaverat; sed ubi hic secus factum cognovit, frustraque speravit Fridericum sibi occursurum, miratus est rationem instituti circumspectissime suscepti, astumque militarem suo ipse testimonio comprobavit. Unde permagna auctoritas apud Hassos confinesque populos ei conciliata est, adeo ut summo in honore haberetur, cum quod multo usu confirmatus res incertas periculique plenas feliciter perficeret, tum quia singulari quadam agendi consulendique dexteritate studium atque voluntatem suam probaret. Quare ad ardua negotia adhibitus, de sententia Senatus militaris in Galliam missus de statu belli renunciavit, rationesque consiliorum idoneas & salutares Armando Richelio consilii Gallici summo administro, confectisque plenæ ejus regni potentiæ cogendæque immensæ pecuniæ rationibus claro exhibuit, eaque de causa magna cum dignitate & perhumaniter est acceptus, quod belli conditiones proposuisset multo utilissimas, fortunæque prope collapsæ instaurandæ auctor adjutorque esset, & ad summam fidem diligentiamque nihil reliqui fecisset, inprimisque Johannes Bannerius fere ad ultima redactus, id magni beneficii loco habuisset. Erat enim tunc turbidus tristisque Germaniæ status, ut nemo legibus, omnes armis experirentur, Principesque non haberent remedium servandæ libertatis nisi bellum, quod sedatis post turbis pace Osnabrugæ composita finitum est, redintegrataque est pristina animorum conjunctio, resque publica fide & studio inter se congruente rursum corroborari cœpit. Cum vero perturbatis patriæ rebus statim pax certa ex usuque reipublicæ futura constitui non posset, ex Gallia redux sociis apud Merseburgum velitantibus subsidio venit: inde Halberstadium versus perrexit, mortuoque Bannerio in agrum Brunsvicensem pervenit, magnisque viribus pugnavit. Sed neque sic communi patriæ quies otiumque reparari potuit, excitatis in ultionem animis, deque urgendo bello potius, quam de eo finiendo cogitantibus: his rebus factum est sub finem anni M DC XLI. ut cum sorore sua Johanna, quam viduam reliquerat Bannerius, ex Germania Holmiam proficisceretur, ubi cepit consilium incundi matrimonii, acceptaque in uxorem

Chri-

Christina Magdalena, quæ Caroli Gustavi postea Suedorum regis soror, & Gustavi Adolphi ex sorore Catharina neptis erat, magno apparatu & pompa Anno M DC XLII. cum dies Andreæ in fastis esset, solennia Principalium nuptiarum peregit. Hac nova necessitudine confirmatus, anno M DC XLIII. in Germaniam reversus est ad capessendum bellum, res autem tunc ita ferebat, ut prius iter susciperet in Galliam, quo confecto rediit in Alsatiam, atque hinc profectus ad occupandam Rotvveilam, urbem vetustate famaque tribunalis a Conrado III. instituti celebrem, vi armisque effecit, ut deditione facta, præsidium reciperet, salutemque pacisceretur. Eo incepto feliciter perfecto, apud Dutlingam congressus est cum Bavaris, quibus fortiter restitit, & cum eos ne sic quidem prohibere aditu reprimereque posset, sapienter se recepit, fortunamque ut semper in bello anceps est, etiam accepta clade correxit, salvusque ipse, qui proxime a periculo abfuerat, evasit. Hoc ubi accidit. publice utile sibique decorum duxit, desistere a bello, juvareque omni studio consilia pacis, nullique operæ & sumtibus parcere, quibus ad id institutum consequendum uteretur. Quare regressus in Galliam, permansit in hoc tali proposito, repetiitque Pomeraniam, unde superiori tempore, relicta Wolgasti conjunge discesserat, ut facile intelligeretur, eum non tam de sua, quam de publica re laborare. Cum autem consideret, se tam salutaris instituti causa præsentem esse oportere, ut efficacius huic negotio operam daret, qui sciret id pergratum esse omnibus patriæque fructuosum, quo labefactara Germaniæ dignitas restitui prorsus redintegrarique posset. Igitur An. M DC XLVII. in Westphaliæ fines ingressus, Osnabrugam, ubi pacis gratia conventus agebatur, pervenit, consiliaque illuc pertinentia quanta potuit dexteritate perfecit: qui labor et summa cum ratione susceptus est, & apud omnes, qui deliberatum convenerant, pondus habuit, magnopereque est laudatus. De qua sententia adeo deduci non potuit, ut quoque oblatam a Suedis generalem militiæ præfecturam constanter recusaverit, causatus amorem pacis, cujus spe jam tota patria quasi nitebatur. Finito tandem certis æquisque conditionibus bello, quod An. M DC XLVIII. evenit, prima ejus cura fuit proficisci Norimbergam, ubi anno post M DC XLIX. de expromendis imperii decretis executioneque pragmatica agebatur: mox Patrem fide & constantia validum Principem Augustæ Rauracorum invisit, reflexoque inde Norimbergam itinere, abiit in Pomeraniam, transitisque Poloniæ finibus, conjugem feliciter in patriam adduxit, Durlacique aulæ sedem fixit. Id quanto ejus commodo gaudioque acciderit, dici non satis potest, nec quisquam ignorat, magnum apud nos positum fuisse beneficium, quum receptus pace Princeps, patriæ negotia sic explicavit feliciterque expedivit, ut anno M DC LIII. nomine Patris, invicti pietate patientiaque Principis Ratisbonam ad Comitia proficisceretur, partesque suas tam egregie & fideliter obiret, ut Ferdinando III. cui veteri necessitudine conjunctus erat, summopere se probaret, essetque hic aditus ad Cæsaris pacifici gratiam constanter retinendam. Nam & ejus conjugis inaugurationi interfuit, renunciatoque Romanorum regi Ferdinando, quem nominis distinguendi gratia IV. appellant, testatum fecit studium, officiumque fide coluit & declaravit, adeo ut diem omnium Principum veneratione sanctum, splendoreque maximum, solemni sua præsentia ornaverit, Patrique ejus Ferdinando III. promte ac fideliter præsto fuerit, & cultu pariter sermonibusque gravissimis eandem dignitatem servaverit, quotidieque auxerit, & summa cum laude constantiæ sociis necessariisque Principibus comprobarit. Simul & aulæ Proceres officiis & consuetudine cum eo certarunt, diligentissimeque Principem nostrum observarunt, neque nulla in re jus causamque ejus neglexerunt. Nec modo duravit ibi amor, sed crevit etiam in augusto filio LEOPOLDO, accessionesque majores habuit, quum virtute & meritis continuaretur. Hæc talia cum pacis tempore ageret, & recte faciendo

Cæsari sponte sua se probaret, tum a belli cura atque cogitatione nunquam abhorruit, & singulari quadam alacritate & prudentia se ad futuras dimicationes comparavit, ut quamvis non esset bellum, providum tamen rerum bellicarum temporumque instantium & casuum fortunæ sese testaretur, posteaque si cœptum istud esset, periculumque impenderet, ad hostem sustinendum parato confirmatoque animo esset. Proinde ad bellum, quod anno M DC LV. Suedi apparabant, invitatus, non recusavit, propterea quod Carolo Gustavo regi tanquam affini suo eam operam navandam putabat, in eo præsertim bello, quod contra externam rempublicam gerebatur, quodque tale erat, ut ejus opinio famaque esset maxima, qua exciti inprimis Germani magno numero illuc confluxerunt, & quasi ibi fortitudinis Martiæ post pacem Westphalicam aliquandiu intermissæ, jam rursus explicandæ datus locus esset, oblata ea occasione libentissime utebantur. Quare cum fratribus Carolo Magno & Gustapho Adolpho ad belli ejus societatem accessit, hostemque vi & armis profligavit, plenusque animi contra Lubomirskii & Czarnezkii cohortes pugnavit: nec multum abfuit, quin totus regis exercitus in periculum veniret, si, quum maxime ejus auxilio opus erat, infesto agmini tempestive non occurrisset. Eo tempore munere legati generalis militiæ equestris fungebatur, quum ad reprimendas equitum Polonicorum lingua moribusque dissidentium turmas festinato itinere Sendomiriam contendit, adortusque obvios, & resistendi impetu fatigatos repulit, sed acrius pugnanti accidit, ut quando hostium aliquis adequitare ferocius, pilaque plumbea eum verberare constituerat, a rustico ejus destinationis gnaro submonitus, periculum evitavit, mox ubi per exploratores cognitum est, Polonos Sendomiria potitos, Warckam, unde cum expedita suorum manu abierat, regressus, maturum atque utile suæ defensionis consilium cepit: erat enim appropinquanti hosti numero viribusque impar, & cum tali in discrimine versaretur, novam turmam subsidio venturam sperabat: sed ea præterquam paulo serius advenit, tanta quoque hostium multitudo fuit, ut vix appareret, quemadmodum suos liberaret. Cum enim tribunus major, quem ad custodiendum aditum dimiserat, a Turcis Scythisque, quorum ad quadraginta millia numerata sunt, summoveretur, res usque eo in arcto esse coeperunt, ut diceret Princeps, mori se malle, quam committere, ut turpi fuga hosti prodesset: itaque acie congressurus turmas in patenti campo explicavit, impetumque Lubomirskii & Czarnezkii tribus horis intrepide sustinuit, cumque stationes ab eo dispositæ, turmæque ad præsidium collocatæ disturbarentur, verendumque esset, ne turba invadentium exitio ipsi foret, spatium ad receptum nactus, præter omnium spem evasit, cLademque ab suis avertit. Nec dum incepto absistebant hostes, eumque ad veterem usque arcem, quæ Zirsko nominatur, insecuti, in summas angustias redactum opprimere cogitabant: sed nil timide fecit Princeps, maximeque id spectavit, ut rationes honestissimæ defensionis conficeret, passurus quippe omnia potius, quam eam fortunam, quæ nomine suo & societate regis indigna esset. Itaque stetit fortiter, impetumque Polonorum subinde repetitum excepit, constantiaque fregit, ea de causa recessit hostis, præsertim quum explorasset adventare Carolum Gustavum regem, qui trajecto Sano fluvio auxilium Principi laturus venerat: neque tamen extra periculum fuit, quando cum rusticis licentia militari vagantibus sæpe conflictatus, caute iter iniit, periculumque prudenter declinavit. Vix tum Varsaviam processerat, cum regi ex Polonia majori exercitum adducenti obviam profectus, castra cum eo conjunxit, deque Polonorum conatu & consilio præfatus, ei voces expressit amoris plenas, testimonioque summæ laudis comprobatas: nam non modo gratias dixit cognato Principi, sed etiam meritis ejus hoc debere se affirmavit, quod si sine eo fuisset, non dubitare se, quin maximum damnum accepisset, exercitusque in præsens periculum venisset.

Tum

Tum vero hostis, qui per insidias & aperto marte eum aggressus est, de fortitudine ejus commemoravit: rex autem omni genere honoris cumulatum donavit praefecturis Rehdena & Lipincko, ut haberet, unde vires reficeret: praeterea ipsi attribuit duas turmas, in numerum ordinemque cohortis equestris redigendas, ut sibi acie dimicaturo majoribus viribus praesto esset, consiliique rationes ex propinquo cognosceret, & si opus esset, confectas daret. Sed ubi hostia pro more suo nil ultra velitationes ausus est, rex Thorunium versus movit, partemque copiarum transduxit in Prussiam, robur in majori Polonia reliquit, fidei imperioque Caroli Gustavi Vrangelii committendum. In castris regiis versabatur Princeps, & virtute experientiaque militari summis ducibus se aequabat, propthereaque Steinbockio & Gardio erat conjunctus societate imperii militaris, atque impigre & fideliter haec munia obibat, permutatisque vicibus rem bellicam strenue ac diligenter procurabat. Per id tempus rex Marienburgi substitit, legatos Turcicum, Russicum, Tataricum Cosacicumque auditurus, quum equites rusticique in Masovia collecti ad arma concurrebant, quos ductu suo dissipavit, acceptis in eam sententiam ab rege mandatis, ut cum aliquot expeditis cohortibus inconditae multitudini occurreret, quod gnaviter animoseque perfecit, & tot tantisque rebus gestis labentem belli Suedici fortunam fulcivit, brevique post munus titulumque praefecti generalis jussu regis capessivit, propterea quod ejus opera diutius uti statuebat, eo maxime tempore, quo Russi in Livoniam infusi, Rigam caput rerum obsidione clauserant, ut non facile ea urbs majori in periculo fuerit, atque tunc erat, quum minis metuque percellebatur. Eo consilio Princeps deligebatur, ut aspectu praesentiaque cives erigeret, sed viam ingressurus a patre Friderico V. revocatur, quod etsi prima specie ei grave videri poterat, quia amicitia regis societasque belli ante oculos versabatur, tamen pietate permotus, non recusabat proficisci domum, plus obsequio charitatique patris, quam suae gloriae daturus. Reversum pater mirifice amavit, omnique honore prosecutus est, quod mores institutaque honestissima etiam retinuisset in bello, & nulla cupiditate, cujus falsa opinio plerosque inter arma tenet, stimulatus suae voluntati morem gessisset. Neque eum poenituit propositi, sensitque factu esse optimum, quod decenti in patrem studio amoreque recto atque incorrupto fecisset: eo enim animo erat, ut cogitationes has subinde excitaret, atque anno MDCLIX. inter suprema exequiarum Patris solennia jucundam ejus officii memoriam sancte inviolateque servaret.

§. XVIII. Patre majorum tumulis illato, Princeps noster fratrum natu maximus haereditatem *Marchiae* adiit, & praeter gravitatem regendique prudentiam, virtutes eo certe fastigio dignas, omnes religiosi Principis partes obiit, quin & acerrimus juris defensor, reique publicae custos & conservator diligentissimus fuit, curaeque hujus testificatione animum amoris plenum omnium statu temporum, & rebus etiam bello inclinatis populo suae ditionis sat abunde luculenterque declaravit: tum *Gymnasium* Durlacense ad religionis studia & mores disciplinamque animorum a patruo magno Ernesto Friderico auspicatissime institutum, dehinc vero bello dissipatum propeque collapsum, Patrisque auspicio instauratum, reditibusque auctum exornavit, benignissimeque amplificavit, ut cum doctrina, tum ingeniis spe praemiorum munifice & perclementer invitatis floreat feliciterque abundet. Neque eo secius ad laudem fortunamque Principis pertinet, quod vitam famamque suam in liberis propagavit, expressamque virtutis & constantiae imaginem in filiis, Friderico Magno & Carolo Gustavo vidit, quorum studia & voluntates rectissimae sunt, & animis inter se conjunctis idem sentiunt atque agunt, nullamque utilitatis suae rationem a bono publico

 sejun-

sejungunt, seque invicem exemplis & vocibus sanctissimis confirmant, Patrique Divo eum honorem etiamnunc servant, quod ejus morem consuetudinemque imitantur. Cujus cum omnia fuerint egregia, tum in magna etiam honoris parte ponendum est, quod Augustissimo LEOPOLDO in bello & toga fidem fortitudinemque demonstravit, proque ejus salute & gloria multos labores pericula que suscepit, cumque injustis barbarorum armis peteretur, expeditionis contra Turcas decretæ rationes prudenter confecit, & manu consiliisque sociales cohortes defendit & providentissime curavit. Ex eo magna rursus gloria ei parta est, quod Cæsaris existimationi pariter salutique orbis Christiani consuleret, & quæ factu essent optima, cerneret, accurateque judicaret, variantibusque sententiis causas suadendi cum usu disciplinaque belli congruentes reperiret, resque omnes summa cum circumspectione moderaretur. Quibus meritis præterquam quod multa beneficia rependit Cæsar, hoc quoque perlibenter ei tribuit, ut memori animo tot tantisque beneficiis gratiam persolveret, & cum propter antiquissimæ stirpis originem, tum propter jura necessitudinis insigni prærogativa tituloque *Serenissimi* tabulis publice datis ipsum ornaret. Cum vero anno MDCLXIV. Cæsaris rationes ita ferrent, ut bellum Turcicum finiretur, in pacis artibus conquievit, & anno MDCLXVI. Cæsari, cujus forti invictaque defensione apud Hungaros sese illustraverat, solennia nuptiarum peragenti Vindobonæ cum magnifico comitatu affuit, coramque est gratulatus. Ab eo tempore non fuit in armis, & multis laboribus magnisque impensis salutem publicam custodivit, quia & curam Principe dignam ostendit, quum connubiis & affinitatibus domum suam firmavit, & fortunas atque facultates suas in amorem utilitatemque hominum ditioni imperioque suo parentium impendit. Vere enim reputabat, infirmos esse Principatus, qui his & talibus præsidiis non fulciuntur: qua cum sententia esset, Serenissimo Principi Friderico Magno datus est locus quærendi firmamenti, quod consilium An. MDCLXX. usu probatum est, quum sponsa delecta, domumque ducta est Princeps Gottorpinæ stirpis Augusta Maria, Friderici Ducis filia, quæ non modo curarum ejus lenimentum est, sed etiam societate fortunæ Principalis dignitatem suam commodaque patriæ tuetur, nec unquam satis magnis laudibus efferri potest, propterea quod sanavit vulnus An. MDCLXII. morte Christinæ Magdalenæ acceptum, solataque orbitatem soceri, sarcivit superiorem jacturam, omnesque erexit ad spem propagandi generis & continuandæ posteritatis.

§. XIX. Cum vero ea domus hoc præsidio munita firmataque esset, tum paucis post annis infestata est Germania, salusque reipublicæ periclitari cœpit: itaque delectus est Fridericus VI. qui communem patriam consilio armisque defenderet, metuque maximo liberaret: annus tunc agebatur MDCLXXIV. quum Cæsar Senatusque imperii censuerunt, injurias Principibus Germaniæ ab rege Galliæ illatas non esse negligendas: igitur de repellendo bello factum est decretum, cui summo cum imperio præfectus & Princeps noster, ea lege, uti fidem reipublicæ obligaret, & auxiliis atque opibus imperialibus fultus, quod ex usu esset, administraret. Quod munus & promte suscepit, & laudabiliter gessit, & copiis magna cum diligentia ac dexteritate præfuit: tribunos pariter & milites ad exequenda munia adhortatus, nullum providi ducis officium prætermisit, & quid morari se impedireque posset, solicite observavit, itinera aditusque hostium accurate circumspexit, nec curis, neque transituum molestiis unquam se defatigari est passus. Ita enim saluti publicæ consulebat, ut locorum iniquitatem repentinasque incursiones diligenter prospiceret, summoque studio evitaret, haud nescius propinquæ potentiæ & astus militaris, quæ cum specie simulationeque tegerentur, incautis sæpe ac securis maximum periculum afferrent.

Proin-

Proinde multas hostium destinationes vel occupavit, vel elusit, & A. MDCLXXVI. grave demum obsidionis Philipsburgi (c) onus suscepit, cujus incerta expectatione tota tunc Germania suspensa tenebatur, cujusque tantum erat momentum, ut pluris esset illud expugnare, quam justum Gallorum exercitum fundere & fugare: quippe quod castrum Germaniæ libertati oppositum hactenus objectumque fuerat, unde summo patriæ detrimento factæ sunt quotidie eruptiones, finitimæque regiones crudeliter vastatæ, incendiisque fœdatæ, triste ac miserum spectaculum præbuerunt, usque dum Principis nostri ductu exercitus imperialis ad urbem situ operibusque munitissimam admoveretur, & cum neque fame, neque inopia ad deditionem compelli posset, virtute & consilio obsidentium perterrita, tormentorumque ictibus fracta tandem expugnaretur. In qua obsidione Principis consilium & prudentia eluxere, non modo quod ipse nil recusavit, quo opportune celeriterque omnia perficerentur, sed etiam quia filios inventutis & summi exempli Principes in castra adductos secum habuit, usuque rerum confirmavit. Sed dum alter eorum Fridericus Magnus ibi versatur, ardetque gloriæ studio, & præsentia tot fortissimorum Principum tribunorumque excitatur, maximeque solertia & consiliis viget, nec opinantem morbus invasit, quo factum, ut valetudinis causa revocaretur, Patrique & fratri, qui primus ad oppugnanda castri opera aggressus est, conficiendum id relinqueret, cujus se esse alioqui socium vehementer cupiebat. Dedito post castro, quod ejusdem anni XXX. Augusti accidit, patria securitatis fructum cepit, vindicataque in pristinam libertatem, vim externi dominatus frænumque accolis Rheni antehac molestissimum haud pertimescit. Ea laude laboris patientiæque parta Fridericus contra malevolentiam & suspiciones ingrati seculi firmus, pietatisque plenus A. MDCLXXVII. d. XXXI. Januarii decessit, regionesque in fidem accipiendas filio natu majori Friderico Magno reliquit, qui civibus incolisque suæ ditionis sacramento adactis, religione erga Deum, constantia erga Cæsarem, studioque in imperium sincero, & rectis exemplis paternum decus servat, negotiorumque principalium dignitatem summa cum cura atque industria tuetur, ut Marchia, quæ ad custodiendos Rheni fines primo condita est, deinceps quoque tranquillitatis propugnaculum murusque esse possit, quæ ut præsidiis familiæ firmissimis muniatur, vivaque & semper duratura sobole augeatur, omnes mecum cordati fidelesque cives serio & diligenter optant.

(c) *Philipsburgum, quod antea nominatum est Udenheimium, jus civitatis accepit a Ludovico Bavaro, cum episcopatui Spirensi praeesset Gerhardus II. qui novum oppidum muro fossaque circumdedit,* Guil. Eisengrein Chronol. Spir. ad An. 1337. Diploma est apud Nicolaum Bellum laur. Austr. lib. 2. p. 101. Gasp. Ens fam. Austr. p. 159. *Eandem in sententiam tabulæ a Carolo IV. & Sigismundo Luzelburgicis confectæ sunt: unde evenit, ut quum Georgius Episcopus Spirensis afflicto ac pene perdito seditione rusticorum episcopatu suis & suæ ditioni subjectorum rebus consulere vellet, Anno MDXXVI. arcem a fundamento ædificaret, castrumque magis firmaret,* Pareus hist. Palat. p. 255. Gasp. Ens d. l. *Demum anno MDCXVII. Philippus Christophorus Spirensis Episcopus castrum situ & natura loci per se firmum arte tam exquisite munire cœpit, ut Friderico V. Electori Palatino vicinisque Badensibus caussa esset, cur episcopo novum opus nunciarent, & cum is incepto non desisteret, missis eo* Palatinis & Badensibus Commissariis *die XXV. Junii An. MDCXVIII. vallum castri solo æquandum curarent. Ratio suberat belli civilis & periculi publici, quod ab eo limite non modo Palatinus & Marchiones Badenses, sed etiam universi* Protestantes *metuebant: tum vero novis istis munitionibus jura Palatina* conductus & aperturæ,

& privilegium urbis Spirensis convellebantur, quin & offensis aliunde Protestantibus tot & tantæ suspiciones movebantur, ut haut temere crederent, agitari consilium injuriæ sibi inferendæ diminuendæque libertatis. Etsi autem tunc Principes nostri pro imperii commodis & publica tranquillitate summopere annitebantur, tamen mutato post Germaniæ statu id perficere tunc non potuerunt, quod plerique episcopi magna recuperandarum Ecclesiæ suæ possessionum spe sublati, vim roburque armorum in Protestantes vertere suspecti essent: hinc immutata rerum facie & conversis reipublicæ rebus Philippus Christophorus, qui inde ab ultimo antecessorum tempore episcopatum Spirensem virginis Mariæ patrocinio obnoxium tenebat, castrum hoc Divo Philippo Apostolo sacrum esse voluit, illudque solenniter dedicavit: ab hoc tempore, id est Kalendis Majis An. MDCXXIII. coeptum est Philippsburgi nomen. Bellus laur. Austr. l. 7. ad h. A. p. 757. Postquam enim Fridericus Palatinus bello Bohemico implicatus, infelicique prælio apud album montem 1620. commisso fusus fugatusque est, adversa ejus fortuna erectus Philippus Christophorus, reparandi castri consilium cepit, idque anno MDCXXIII. perfecit, instauratumque castrum clientelæ Philippi D. precibus publice factis commendavit. Ejus ditioni ereptum est a Suedis ductu tribuni Suedici Schmidbergii, qui haud parvo Austriorum detrimento occupavit. Non multo post ex pacti formula regi Galliæ cessum est, quod is perturbatis Germaniæ rebus pro Patrono & protectore Archiepiscopatus Trevirensis atque Episcopatus Spirensis eo tempore sese gessit, consilioque Richelii id perutile ac idoneum ad res suas stabiliendas putavit, sed an. MDCXXXV. per stratagema interceptum est rursus a Caspare Baumbergero Ravenbergio, qui antehac ejus castri præfectus fuerat, omnesque vias occasionesque ad castri aditum explorantissimas habuerat: dehinc anno MDCXLIV. ductu Enguiani Ducis & vice-Comitis Turenii recuperatum Gallicæ potestati fideique iterum se permisit, donec anno MDCXLVIII. suasore Mazarinio atque in arbitrio rerum consiliorumque Gallicorum Richelii successore, rex Christianissimus pace Monasteriensi in eo castro jus protectionis, præsidii & transitus titulo supremi domini ex capite pactionis pragmatica cesso confirmatoque potiretur. Id vero omne Galliæ rex an. MDCLXXVI. jure belli, quod a Cæsare LEOPOLDO & socialibus Germanorum copiis gerebatur, amisit, ab eoque tempore ob pacifragium, per quod quæsitis pactione pragmatica juribus culpa sua factoque injustissimo se privavit, plenæ ditioni Germanicæ imperialique jurisdictioni est vindicatum, magnoque impendio sanguinis & sumtuum Gallis, qui refugium ibi nuper crudelitatis & licentiæ habuere, ereptum asserta Cæsaris auctoritate Principumque Germaniæ, quæ ob id dudum periclitata est libertate. Deditum est a Faio, non tam annonæ, quam pulveris pyrii inopia ad deditionem adacto. Atque id negotium certe difficile, & maxime arduum non mediocri laude prudentiæ fortitudinisque Principum nostratium instrumentoque bellico a vicinis Ordinibus advecto feliciter est confectum. Quod castrum sine dubio fato quodam & sinistro patriæ omine ædificatum est, idque induxit Cæsarem LEOPOLDUM, ut pro voluntate & studio erga Palatinum & finitimos fidosque Germaniæ Principes opera & moles ab rege Galliæ structas diruere cupiat soloque æquare, siquidem id Elector Palatinus Anno MDCLXXIV. ab ipso stipulatus est, recepitque Cæsar, se curaturum ut id confectum detur, siquidem ita usuveniat, ut castrum a suo imperiique milite expugnetur. Talem vero paciscendi facultatem habuit Cæsar LEOPOLDUS, neque pactus est de re aliena Episcopi Spirensis, sed de jure suis & imperii armis acquisito, propterea quod Christianissimus rex

trans-

filia,

s rerum
, Nat. 1573.

a Ringravia Friderici filia.
gii Comitis Erpacensis filia.

ssimus pie-
istantia in
nore reli-
s & scien-
athemati-
: & regio-
bruge pa-
vastatam-
stauravit.
594. d. 6.
xores ejus

2. *Carolus, n. 1598. ob. Banon, 1625.*

3. *Christophorus, n. 1063 A. autem 1632. apud Ingolstadium globo igni to prostratus.*

derici Ducis Wirtenbergici filia.
lberti Ottonis Comitis Solmensis fil.
etha, filia Wolradi Wald .cia Com.
, Jacobi ultimi Dn. Geroldseccia fil.
sebia, Vratislai Comitis Furstenbergia fil.

1. *Frideri*
chionum
se consi
tem B
sium S
Natus
ob. Du
postqu
mens. :
praliis
sitissim
Ux.
n

Johanna. n. 1623. ux. Johannis Bannerii supremi militia Suedica prafecti
Henrici Turrii Comitis.


6. *Friderica. n. 1625.*

7. *Gustavus Adolphus. ex altera conjuge natus A. 1631. Abbas Fuldensis & Cardinalis, ob. 1677. 26. Decembr. in arce Hammelburg.*

1. *Frider*
n. 164
Ux. A
Hol
duc

na Elisabetha,
urlaci 1651. d. 6.
br. quam 1672.
Johan. Fridericus
io Onolsbacens.

Fridericu
que an
nes pra
autem



transactione Monasteriensi in eo castro jus præsidii, quod tunc patriæ utilitati pacisque amori remittere necesse habuit episcopus, titulo supremi domini neminique obnoxio jure est consecutus: Inst Pac. Monast. §. quarto: *ubi jus præsidii perpetuum sine dubitatione cessum est regi Galliæ, & ita quidem, ut neque ab Episcopo Spirensi, neque ab imperio nexu quodam beneficiario dependeret, & quoquo modo recognosceretur. Novæ ergo istæ munitiones, quas ibi Galliæ rex, non quatenus castri dominus, sed quatenus præsidium duntaxat, idque immune a* nexu feudali, *& solum, adeoque* independenter *adeptus excitavit, accessiones sunt extra proprietatem ejus castri acquisitæ, atque ad annexa Gallica* suprematus *jure competentia spectant, de quibus sane prudenter & recte transegit LEOPOLDUS, etsi pactum istud prorsus confectum dare & opera molesque in solidum dejicere non sinit ratio horum temporum, & anceps fortuna belli, quod speramus tandem cum pace bona, fida & perpetua commutatum iri, præsertim hoc temporum statu, quo Cæsar LEOPOLDUS imperii & rerum suarum satagens in partis acquiescit, & defensione sui & imperii regionum contentus, non manu, sed jure controversias finire studet, & habendis prorogandisque Comitiis auctoritatem firmat, communemque patriam amore & justitia moderatur, quæ vera ad concordiam & potentiam via est. conf.* Cæsarinus Furstenerius, *personatus quidem, sed rerum civilium intelligentissimus scriptor,* de supremat. Germaniæ Principum cap. 64. *quum mentem consiliumque rectissimum non tantum formula precationis Mariencellensis, publicis literis proditam, ac a* Petro Valkenierio in perturbatæ Europæ descriptione pag. 504. *repetitam, sed etiam uno quasi tenore vitæ & actionum sibi in parte moderationis imperandi respondentium testatam fecit, & subinde etiamnum haud aliter quam patris curam agens declarat. Eo magis ad laudem* Divi Friderici *pertinet, quod Cæsari tam benigno & justo, cum in pace tum in bello semper egregiam fidelemque operam navavit, deque republica optime meritus hac mente atque animo e vita migravit, cui* Christianus Keckius *sanctioris consilii administer pro ubertate ingenii & gravitate singulari anno MDCLXXVII. Panegyricum dixit, cujus laudes in mortuo Principe non defecerunt, sed in* Friderico Magno *ejus filio, auspicatissimoque patriæ nostræ Principe, Cæsarisque cognato, et regum Principumque maximorum propinquo, affine & socio multis & magnis præsidiis muniuntur. Qui regna regionesque exteras Galliam, Angliam, Daniam, Belgium, Italiam communemque patriam Germaniam perlustravit, finitisque molestiæ plenis itineribus Marchiam repetiit, atque tunc primum sensit, quam sibi reique publicæ utile consilium suscepisset, cum quicquid apud exteros rectum & frugiferum vidisset, in nostratem rempublicam fortunatissime transtulisset. Quo factum est, ut in regimen Principale inauguratus, virtute & consiliis potentiæ fastigium teneat, accitis in partem curarum viris, qui rationes multo optimas usu probant, & bene sapienterque munus administrant. Arcana eius consilia Dei beneficio prudentiaque sua perillustris Baro* Carolus Sigismundus Cronegkius *recte curat feliciterque moderatur, eaque de causa nuper Serenissimi Principis Prætorio est præfectus.*



DISSER-

DISSERTATIO XXVII.

DE JURIBUS ATQUE PRÆROGATIVIS SINGULARIBUS MARCHIONUM BADENSIUM.

§. I.

Marchiones, qui etiam Duces Limitanei, Comites Marcæ &c. (a) audiunt, & absque dubio Præpositis Limitaneis, quorum in *l. Viros spectabiles 8. C. de div. off. & appar. Jud.* (*lib. XII. tit. 60.*) mentio fit, similes erant, (b) a Marca, vernaculo nostro Marck/ germanice Marckgraven/ dictos fuisse, apud omnes, qui sunt emunctioris naris, est in confesso. (c)

(a) Plura Synonyma vide apud Joh. Frid. PFEFFINGER *in Vitriar. Illustr. part. II. p. 586. seqq.*

(b) Henning. ARNISÆUS *lib. II. cap. IV. n. 15. de Jur. Majest. pag. 237. seq.*

(c) Carol. du FRESNE *in Glossar. voc. marchio Tom. II. pag. 451.* Jo. Nicol. HERTIUS *de Spec. Rom. Germ. Imp. Rebuspubl. Tom. II. opusc. p. 87.* Jo. Petr. LUDEWIG *de Formul. Duc. Brandenb. c. 2. §. 2. inter Opusc. Tom. I. p. 215. lit. l.* Gabr. SCHWEDER. *Introd. in Jus publ. part. spec. Sect. II. cap. VII. §. 14. p. m. 660.* Burc. Gotth. STRUV. *prud. Jur. Publ. c. XX. §. 18. p. 467.* Diett. Herm. KEMMERICH *Introd. ad J. P. lib. IV. c. XVI. §. 16.* Casp. HORN. *Jur. publ. prud. c. XXXIIX. §. 9. p. 296. vid. etiam* JO. SCHILTER. *Thesaur. Antiquitat. Teutonic.* qui cum Notis Magnifici & Consultiss. Viri Dn. Jo. Georg. SCHERZII, Patroni Hospitis ac Præceptoris mei, omni honoris atque pietatis cultu æternum prosequendi prodiit, *Tom. III. voc. Mark. p. 571. seqq.* ubi varias hujus vocis significationes latius persequitur.

§. II. Marca, *Marcha vel Marchia* autem hic non forum seu locum, ubi jus dicitur, sed limitem vel territorium limitaneum significat, quamvis alias non negandum, τὸ Marc non solum limitem sed etiam totum territorium vel etiam fundum intra suos limites denotare. (d)

(d) Joan. LIMNÆUS *Tom. II. Jur. Publ. lib. IV. c. IV. n. 21.* B. G. STRUVE *Synt. J. P. c. XX. §. 28. pag. 916.* Car. du FRESNE *in Glossar. voc. Marcha Tom. II. pag. 446. & 447.* Das Wörtlein Marck soll aus der alten Celtischen Sprache genommen seyn/ und heißt so viel als eine Grentze. *Hinc adhuc hodie* Marckstein/ ꝛc. vid. Petr. ALBINUS in der Meißner Land-Chronick *tit. 9. pag. 102.* qui in *seqq. 103. & 104.* derivationes contrarias recenset atque refutat.

§. III. Erant itaque Marchiones Comites limitanei, limitibus provinciæ alicujus Imperii tuendæ præfecti, certisque in marcis judicia exercebant, licet ipsis sub banno regio judicare haud concessum esset. (e) Prima eorum origo ex Italia arcessenda videtur, ubi non tantum Romani duces & Comites Limita-

Limitaneos habuerunt, sed & Longobardi marchias condidere, atque de iisdem marchiones cum jure succedendi investiverunt. (*f*)

(*e*) Secundum B. G. STRUV. *in S. J. P. c. XX.* §. *29. p. 917. sqq.*

(*f*) Apparet hoc ex a. F. 10. ubi tamen male a mari marchia derivatur. vid. etiam Jo. P. LUDEWIG *de F. Duc. Brandenb. cap.* II. §. *2.* & *6. Opuscul. Tom.* I. *p. 214.* & *217.*

§. IV. Marchionum tum dignitas, tum officium, Caroli M. & sequentium Impp. temporibus in Germania primum invaluit. (*g*) Carolus Magnus enim subjugatis Longobardis, Saxonibus aliisque Germaniæ finitimis populis, certos non tantum Imperii limites iis in locis constituit, sed et ea etiam magnis præsidiis firmata, præcipuis Viris ex nobilitate delectis defendenda atque gubernanda commisit, limites istos Marchias, Defensores vero atque custodes Marchiones appellans. (*h*) Nostris temporibus dignitas mansit, munus saltem atque officium cessat, omnesque marchias sive provincias, quibus marchiones olim ut administratores atque Judices nomine Imperatoris præerant, hodie illustres familiæ, ut proprias, possident. (*i*)

(*g*) B. G. STRUV. *l. c.*

(*h*) Ita Christoph. Lud. DIETHERR. *in addit. ad Besoldi Thes. pract. voc.* **Marckgraw.**

(*i*) vid. Phil. KNIPSCHILDT *de Fideicommiss. cap. I. n. 144. p. 30.* addi meretur Nic. MYLER. *ab* **Ehrenbach** *Archolog. Ord. Imper.*

§. V. Necessitas principes docuit, non posse limites custodibus tuto carere. (*k*) Quamplures hinc marchiæ in Germania conditæ atque erectæ, quæ maximam partem Henrico Aucupi tribuuntur, (*l*) & ab Albino in **der Meißner Land-Chronick** tit. IX. recensentur. Quando vero & a quo hic vel ille marchionatus institutus fuerit, deficientibus historiarum monumentis certo non constat. Badensem marchionatum ab Henrico Aucupe modo memorato adversus Francorum Occidentalium sive Gallorum incursiones constitutum fuisse, communis atque probata est opinio, (*m*) frustra aliis ejusdem institutionem ad tempora Friderici Ænobarbi, (*n*) aut Arnulphi (*o*) vel etiam Caroli M. (*p*) referentibus.

(*k*) Sunt verba Henningi ARNISÆI *lib.* II. *c.* IV. *n. 15. de Jur. Majest. p. m. 238.*

(*l*) Jo. Burch. MAIVS *in Diss. de rebus Badensibus* sub præsidio *Conr. Sam. SCHURTZFLEISCH.* A. 1677. Wittebergæ habita, quæ inter Schurtzfleischii Opera historica politica uno volumine conjuncta & edita, est XIII. §. 2. p. 271. seq. Nic. Hieron. GUNDLING. *de Henrico Aucupe.* B. G. STRUVE *S. J. P.* c. XX. §. 29. p. 917. Casp. HORN. *Jur. publ. prud.* c. XXXIIX. § 10. p. 297.

(*m*) Conr. Sam. SCHURTZFLEISCH. *in Diss. cit. de Reb. Bad. p. 273.* Petr. ALBINUS in **der Meißner Land-Chronick** tit. IX. p. 108. Chr. Lud. DIETHERR *in addit. ad Besoldi thes. pr. voc.* **Baden.** Jac. Wilh. IMHOF *Not. proc. Imp.* lib. IV. c. VIII. *§.* 1. Jo. Frid. PFEFFINGER. *Vitr. ill.* part. II. pag. 658. Casp. HORN *l. c.* a quibus haud alienum est, quod tradit Udalr. ZASIUS *in Epit. in Usus feud.* part. 5. pag. 15. num. 30. asserendo: *marchiones Baden* & *Rœtelen Rheni custodiam habere.*

(*n*) Hieron. HENNINGES *in Theatr. Genealog.* Tom. III. p. 239. Christoph. LEHMANN *in Chron. Spirens.* lib. IV. c. VII. p. 255. b. qui sic habet: **Die Marckgraffschaft Baden erstreckt sich in die Nachbarschafft der Stadt (Speyer sc.) und ist die Stadt Speyer viel Jahr zuvor in ihre Freyheit gese-**

get/ als die Graffschafft Baden zur Marggraffschafft und Fürstenthum aufgerichtet worden. Dann im Jahr 1153. Hermann von Veron aus Italia in Teutschland kommen/ sich an Judith Grafen zu Baden Tochter ehelich bestattet/ welchen Keyser Friderich der I. zum Marckgraffen und Fürsten des Reichs erhaben/ daß von solcher erlangter dignität die Marckgraffen zu Baden berühmt worden/ haben aber das Speyrgau niemals zu verwalten gehabt. Ita etiam Henr. PANTALEON *in prosopogr.* part. II. p. 185. Sed vide hanc opinionem egregie consutatam apud Franc. GUILIMANN. *in Habsburgic.* lib. V. c. I. p. 236. seqq.

(o) Ita novissime sentit Dn. GUNDLING *in Otiis I.* p. 102. sq. qui auspicia marchionatuum Badensis & Hochbergensia sub Imp. Arnulpho quærenda, eosque adeo ab eodem contra Rudolphum regem Burgundionum, quem, testante REGINONE *ad A.* 888. Arnulphus & Zvvendeboldus omnibus diebus vitæ suæ persecuti sunt, nec tamen eum lædere potuerunt &c. institutos esse, conjectura auguratus est.

(p) Henning. ARNISÆUS *l. c. Marchio Brandenburgensis a Carolo M. institutus fuit contra Vandalos: Austriacus contra Hunnos: Badensis ad tuendum Rhenum &c.* ad cujus sententiam accessit Nic. MYLER ab Ehrenbach *in Archolog. Ord. Imper.* c. VI. §. 10. p. 61. a quibus vero, ut & Dn. Gundling, utpote nullis Carolingicis nixis monumentis, cum Schurzfleisch. *de Reb. Bad.* p. 273. & modeste & considerate diversum sentio.

§. VI. Paucis nunc de Origine, & antiquitate Serenissimæ Familiæ, quæ dictos marchionatus cum aliis successive adquisitis principatibus & Comitatibus (q) hodienum tenet, tenuitque jam per plura secula, nobis dispiciendum venit. (r) Habent autem Serenissimi Marchiones Badenses cum ducibus Zaringiæ, (s) atque Comitibus Habsburgicis, (t) a quibus Augustissima domus Austriaca descendit, originem communem, quam quidam ab antiquissimis Vindonissæ, Altenburgi & Habsburgi Comitibus, (u) alii vero majori solicitudine ab Etchionaldo Clodovæi M. Majore domus, (x) repetere amant.

(q) Terrarum ad Serenissimos Marchiones Badenses spectantium eximiam atque elegantem descriptionem, qui videre gestit, adeat Gabr. BUCELINI *in German. Topo-Chrono-Stemmatograph. sacr. & profan.* Tom. IV. p. 1. seqq.

(r) Celeberr. Jo. Henr. BOECLER. *in Notit. Imper.* lib. VII. c. IX. p. 224. optime de Serenissima domo monet, quando dicit: *Domus est antiqua gloriosa, & cujus res diligentius merentur in literas mitti*; id quod Virum quendam eruditum, harumque rerum apprime gnarum brevi præstiturum esse, spes facta est, Faxit Deus! ut minus præpeditus cœptis labotibus felici cum successu colophonem imponere valeat.

(s) LANDOLI, qui etiam *Lanzel, Lanzelinus, Betzo, Betzelinus & Vecelinus*, testante Franc. GUILIMANNO *in Habsburg.* lib. IV. c. II. p. 155. vocatur, filius BERCHTOLDUS I. cognomento Barbatus, primus Zaringiæ dux, duos progenuit filios, quorum natu maximus eodem, quo pater, nomine insignitus stirpem ducem Zaringensium, a quibus etiam Teccenses oriundi, continuavit; alter vero HERMANNUS dictus. Marchio Hochbergensis factus est, a cujus pronepotia HERMANNI IV. nominis, inter Marchiones Badensea autem III. *filiis*: HENRICO, qui divisa cum fratribus provincia, intermisso Badensis marchionia titulo, primus Hachbergensis marchio, & post duces Zaringenses, ex Cæsaris beneficio, Landgravius Brisgoiæ extitit, omnes marchiones Hochbergenses & Rœtelani originem traxere, qui cum PHILIPPO ultimo Hochbergensi marchione A. 1503. fuere extincti, terræque ac ditiones eorum ad agnatum CHRISTOPHORUM, communem hodiernorum Serenissimorum marchionum Badensium, quotquot ex utraque linea florent, satorem, vi pacti confraternitatis intet eundem & Philippum initi, & a Maximiliano I. Imp.

confir-

confirmati, pervenere; HERMANNO V. nominis, inter marchiones Badenses vero IV. patre omnium marchionum Badensium, qui in hunc diem vixerunt & vivunt, autem utraque linea, *Badensis*, cujus caput est BERNHARDUS, supra laudati Christophori filius, & *Durlacensis*, quæ Auctorem laudat ERNESTUM, modo memorati Bernhardi fratrem, descendunt. ABB. URSPERGENSIS *ad A. 1074. Hermannus marchio, filius Bertholdi ducis Cluniaci monachus ocit BERTHOLD. CONSTANT. in append. ad* HERMANN. CONTRACT *Chron. ad A. eundem 1074. ex edit.* URSTISII *Christ. 1585. Tom. I. pag. 345. Hermannus marchio filius Bertoldi ducis, Cluniaci vitam angelicam arripiens, perfectissime adhuc adolescens, uxore & unico filio & omnibus, quæ possederat, derelictis, vere monachus migravit ad Dominum VII. Cal. Maji.* Jo. PISTORII *Tab. familiæ Zaringensis Chronico Constantiensi* p. 666. *adjecta*, adde etiam p. 685. seqq. Franc. GUILIMAN. *in Habsburg.* lib. V. c. I. p. 235. sqq. Hierome VIGNER *dans la veritable Origine des tres-illustres maisons d'Alsace, de Lorraine, d'Austriche, de Bade & de quantite d'autres* p. 28. seqq. Gabr. BUCELIN, *in Germania &c.* Tom. I. part. III. p. 51. seqq. & Tom. II. part. I. pag. 352. seqq. hicque magis accuratus fuit Bucelinus, quam ibi, adeoque non dissentit, uti PFEFFINGERUS *Vitr. illustr.* part. II. p. 655. putat, adde si placet ejusdem Tom. IV. p. 1. Christoph. BESOLD. *in thes. pract. voc.* Baden Marckgrawschafft. Phil Jac. SPENER. *Syllog. Geneal. Histor.* pag. 605. Nicol. RITTERSHUSII *Exeges. Histor. Genealogiarum* pag. 140. Jac. Wilh. IMHOF. *l. c.* Tob. PFANNER *de precip. German. princip. gentibus cap.* IX. *de gente Badensi* pag. 270. & 277. Conr. Sam. SCHURTZFLEISCH. *de Reb. Bad.* pag. 270, 277. *alii.*

(*t*) Confer. Auctores modo citati, quibus adde *Spicilegii Rittershusiani Tab. 5.*

(*u*) Jo. PISTORIUS *in tab. alleg.* & pag. 671. Franc. GUILIMANN. *in Habsburg.* lib. II. c. III. seqq. Casp. SCIOPPIUS *in Stemmate Augustæ domus Austriacæ*, quod consilio suo regio & classico belli sacri A. 1619. adjunxit. *Hi omnes*, inquit Christoph. BESOLDUS, qui potiora sua ex Guilimanno, quem Virum antiquitatis apprime peritum merito appellat, desumsit & in *Thes. pract. voc.* Baden Marckgrafschafft transtulit, *familiam Badensem & Hochbergensem ab antiquissimis Vindonissæ, Altenburgi & Habsburgi Comitibus provenire; ac propterea Habsburgicam seu hodiernam Austriacam, Zeringensem, Tecciam, Badensem Hochbergicam &c &c. unas easdemque familias esse ex ipsis Archivis & monumentis veterum asserere non verentur.*

(*x*) Hierome VIGNER *dans la veritable Origine &c.* p. 1. sqq. ex cujus demonstratione, quam tabulis suis Genealogicis adjunxit, rem omnem ad liquidum deductam esse, judicat Phil. Jac. SPENER *in Syll. Gen. hist.* pag. 3. Gabr. BUCELINUS *in Germania &c.* Tom. I. part. III. p. 15. seqq. & Tom. II. part. I. Tab. I. p. 348. & Tab. V. p. 352. qui ulterius adhuc progreditur *l. c.* p. 356. quando ita habet: *EGA, ERCHINOALDUS LEUDESIUS &c. sua ipsorummet confessione, vetustissimorumque monimentorum contestatione Agilolfingi fuerunt, & ex Austrasia, Mosellanicæ, Brabantiæ & Arduennæ principibus oriundi,*

§. VII. Ut proinde sint falsissimi, qui eos a marchionibus Veronensibus ex Italia deducere conantur, (*y*) quorum vero sententia, utpote monumentis coævis, hincque fide dignissimis contraria, jamdudum est explosa. (*z*) Interea non negandum, Hermannum III. sub Friderico I. Imperatore, cui inprimis gratus erat, se quoque Marchionem Veronensem scripsisse & dominum Badæ, sed gubernationis ea denominatio fuit, non originis. (*)

(*y*) Longam horum seriem refert Conr. Sam. SCHURZFLEISCH *in Diss. de Reb Bad.* p. 269. seqq. quibus jungi possunt Christoph. LEHMANNUS *in Chron. Spir.* lib. IV. c. VII. p. 255. b. Anton. ALBITIUS *in Stemmat. princip. Christianor.* Tab. XLI. Eo etiam inclinat Nic. MYLER ab Ehrenbach *in Archolog. Ord. Imper.* c. X. §. 2. p. 90. *Fridericus I. cognomine Barbarossa, alias*

alias ab Hohenstauffen, Hermanno ejusque descendentibus masculis, ex illustri Italiæ prosapia oriundo, ad custodiendos Rheni terminos, marchionatum Badensem cum juribus Imperii gratiose contulit.

(*s*) Vid. Franc. GUILIMANNUS *in Habsburg.* lib. V. e. I. p. 236. sqq. & qui hunc secutus est, Christoph. BESOLDUS *in Thes. pract. voce* Baden. Gabr. BUCELIN. *in Germania &c.* Tom. IV. p. 2. Conr. Sam. SCHURZFLEISCH. pag. 269. seq. Phil. Jac. SPENER *in Syll. Geneal. Hist.* p. 604. seqq. Jac. Wilh. IMHOF. *N. P. J.* lib. IV. cap. VIII. §. 1. alii.

(*) Latius hoc persequitur sæpius jam laudatus Franc. GUILIMAN. *in Habsburg. l. c.* & ex eo Christoph. BESOLDUS *l. c.*

§. VIII. Lustrata sic serenissima gente, cujus originem antiquissimam ideo potissimum præmittendam esse, necessarium duxi, ut de serenissimorum Marchionum Badensium præeminentia primo statim intuitu constaret, ad Jura ipsorum singularia nunc explicanda devolvimur. Eminet autem inter illa Dignitas principalis longissimo dehinc tempore adquisita, (*a*) & huic annexa prærogativa cum suis juribus, quæ, ne actum agam, hic sigillatim recensere nolo, sed sufficiat mihi B. L. remittere ad *Gabr. Schwederi Introd. in Jus publ. Imp. Rom. Germ. part. spec. sect. II. c. X. & XVII.*

(*a*) Erroneum id est, quod Hieron. HENNINGES *in Theatr. Genealog.* Tom. III. p. 239. asserit: *Hermannus Marchio Veronensis, qui Imperatori Friderico Barbarossa militans, cum ipso Italia relicta, Germaniam ingressus est circa A. Chr. 1155. Cumque hæc ipsi magis quam Italia arrideret, Imperator ipsi Imutham (al. Juditham, quæ alibi soror Imuthæ nominatur, sepulta Backenæ An. Chr. 1162.) ultimi Comitis Badensis & Hochbergensis filiam despondit, addita dotis loco ditione Badensi, quam in marchionatum & principatum Imperii sublimavit.* Eundem errorem errant Henr. PANTALEON *in prosopogr. Virorum illustrium totius Germaniæ* part. II. p. 185. Christoph. LEHMANN & Anton. ALBIZIUS, qui tamen ipse dubius est, l. c. Nec desunt qui dicunt, marchiones ab initio tantum Comitum dignitatem habuisse, & in horum classem Serenissimos nostros marchiones temere referunt, nullis probatis ac fide dignis monumentis nixi, quorum opinioni, ob varias easque haud leves, sed maximi ponderis rationes, nullo modo adstipulandum: primo enim Serenissimi marchiones Badenses a ducibus Zaringensibus sunt oriundi per §. VI. adeoque principali sanguine nati; quod unicum forte ad refellendam contrariam sententiam sufficere posset, sed & hoc silentio minime est prætereundum, eos in veteribus diplomatibus & monumentis illustres, qui titulus, testante Jo. LIMNÆO Tom. II. *Jur. Publ.* lib. IV. c. VI. n. 45. antiquissimis temporibus principalem innuebat dignitatem, vocari. Quamplurima ejusmodi in Archivis principum & manuscriptis latitant, nec desunt monumenta, quæ in monasteriis hinc inde magno numero deprehenduntur; nonnulla horum ex benevola communicatione *Excellentissimi Dn. Carol. Frid. DROLLINGERI, Sereniss. Marchionis Badensis & Hachbergensis &c. Consiliarii Aulici gravissimi*, quem supra tecto nomine, ut modestiæ ipsius parcerem, veneratus sum, apponere licet, utpote in *epistola* Hermanni V. & Rudolphi I. *filiorum Hermanni* IV. *de A.* 1245. hæc verba leguntur: *quod cum princeps illustris HERMANNUS pater noster Marchio de Baden &c. viam universe carnis esset ingressus &c.* & sic in pluribus aliis, quæ nunc referre tædiosum foret; monumenta etiam varia in monasteriis reperiri antea diximus, pauca ex pluribus allegasse juvabit, e. g. in *necrologio Lucidæ vallis* extat: *Id Febr.* (annus fuit 1317.) *obiit illustris Marchio RUDOLPHUS & frater ejus HESSO*; *Anno Domini 1332. IV. Non. Feb. ob. illustris Dominus RUDOLPHUS M. de Baden.* Simili modo *in cœnobio Liechtal* epitaphium cum hac inscriptione habetur: *Anno Domini* MCCCXLVIII. VII. *Kal. Jun. ob. illustris Dominus RUDOLPHUS Marchio de Baden &c.* Id minime omittendum, quod jam antiquis temporibus marchiones Badenses dilecti principes ab Imperatoribus appellentur, exempli loco esse poteruut

runt *literæ feudales a Friderico II. Imp. Ottoni de Luneburg A. 1235. Moguntiæ super erectione ducatus Brunsuicensis datæ*, in quibus hæc habentur: *Civitatem insuper de Brunsuic. cujus medietatem proprietatis dominii a Marchione de Baden, & reliquam medietatem a duce Bavariæ, dilectis principibus nostris emimus, pro parte uxorum suarum &c.* Ubi adhuc notandum, quod Hermannus Marchio Badensis ante Joannem & Ottonem, Alberti filios, Marchiones de Brandenburch subscripserit. vid. Henr. MEIBOM. Tom. III. *Rer. Germ.* p. 207. & 208. adde pag. 204. ibid. Faciunt etiam huc quæ habet Joan. Frid. PFEFFINGER *in Vitr. illustr* lib. I. Tit. XVII. §. 13. n. d. part. II p. 657. *Marchiones Badenses non solum eodem cum Zeringiæ ducibus sanguine creti sunt, sed & jam Henrici* IV. *ævo Hochbergicæ Marchiæ Domini erant, Ducibus aliisque Imperii principibus, potentia & auctoritate pares, vel superiores; studio in Imperatores & Reipublicæ amore nemini secundi; Potentioribus Germaniæ civibus necessitudine conjuncti, in vetustioribus chartis publicis Principibus semper admisti &c. Quod nonnunquam*, pergit ille *p. 658. inter Comites occurrant, ipsorum dignitati fraudi esse nequit, cum Veterum subscriptiones quoad dignitatum gradus admodum varient.* Accedit, quod Serenissimi marchiones Badenses frequentibus instrumentis publicis præsentes, adeoque principalibus in negotiis & expeditionum eventis interfuerint, sæpius rerum gestarum testes, plerumque participes multo partem maximam, tanquam regni principes & primores. Testis hujus rei luculentissimus est Francisc. GUILIMANN. qui sua plerumque ex Autographis eruit, *in Habsburg.* lib. V. c. III. pag. 261. & seqq. pag. 276. & sqq. lib. V, c. IV. p. 282. 286. addatur Jo. Frid. PFEFFINGER. *Vit. illustr.* p. II. pag. 656. seq. inseri merentur, quæ habet Gabriel BUCELINUS *German.* &c. Tom. IV. pag. 2. *Marchiones Badenses inter summates ab annis omnino sexcentis & præcipuos Germaniæ proceres antiquitatis veneratione præfulgent, & jam tum Henrici* III. (notandum, hic *Henricum* IV, intelligi ab Auctore, procul dubio Henricum Aucupem e Catalogo Imperatorum expungente) & *Conradi* I. (III.) *Impp. temporibus, quoties Comitia, vel celebriores Ordinum conventus haberi contigit; affuisse Hermannum quendam marchionis Badensis titulo insignitum; & in subsellia Ducum ac principum consedisse, suffragium tulisse, Actis subscripsisse, Cæsarea diplomata ipsaque Acta publica fidem faciunt.* Id obiter adhuc monendum, Marchionibus Badensibus Imperii fines ac terminos maximi momenti, & sane haud minoris, quam ducatus æstimandos, concreditos, neque eosdem unquam sub Ducibus fuisse, quemadmodum hoc ex historia satis patet, & haud facile quis negare ausus fuerit. Adjicere placet ex Jo. Petr. LUDEWIG *de Form. Duc. Brandenb.* c. III. §. VII. *inter Opusc.* Tom. I. p. 227. Schema, in quo marchiones duces separat a marchionibus comitibus, atque illos iterum in primi ac secundi ordinis, hos in provinciales & S. R. I. distinguit:

Marchiones *Germaniæ* sunt

Principes S. duces iique ordinis		*Comites,*	
Primi.	*Secundi.*	*Imperii* ut	*Provinciæ* ut *Austriæ*
Ut antiqui illi quos hodie electores vocamus qualis est *Brandenburgensis.*	qui ducatibus exemti in principum classem postea pervenerunt, qualis est *Badensis,*	*Antwerpiensis,*	quondam *Styriæ Burgovitensis,*

Hæc hactenus adducta (ut de aliis, quibus hac vice supersedeo, nihil dicam) nos vix dubitare sinunt, Serenissimos Marchiones Badenses, e ducibus Zaringensibus oriundos, sed ducatibus exemtos, etiam tanquam marchiones nullo non tempore principali gavisos esse dignitate.

§. IX. Summo jure hinc serenissima Domus Badensis ratione proëdriæ nulli dignitate principali gaudenti domo cedit, (*b*) illis, ex quibus hodienum Electores vivunt (*c*) & quibusdam Collegiis principalibus, ut ajunt, secularisatis,

risatis, Secularisirte Fürstl. Stiffter/ exceptis; alternat itaque cum domibus Würtembergica, Pomeranica, Mecklenburgica & Hassiaca, quæ ideo die fünff alternirenden Fürstlichen Häuser dicuntur; reliquas Serenissima domus Badensis absque ulla contradictione præcedit. (*d*)

(*b*) Conr. Sam. SCHURZFLEISCH. *de Reb. Bad.* p. 297.

(c) Vid. Jo. LIMNÆUS Tom. IV. *Jur. Publ.* lib. IV. cap. IX. num. 52. p. m. 652. Jo. Petr. LUDEWIG *ad A. B.* Tit. XI. §. 5. not. Z. part. 2. p. 51.

(*d*) Jo. LIMNÆUS Tom. IV. *Jur. Publ.* lib. IV. c. IX. n. 97. p. m. 659. alternative sedent, atque præcedentia utuntur, sie wechseln umb/ ut qui hodie fortassis prior, qosterior cras sedeat. Phil. Andr. OLDENBURGER *Limn. Enucleat.* lib. II. cap. XX. num 16. p. 350. Eitel Friderich von Herden in der Grundveste des Heil. Röm. Reichs/ part. II. cap. I. p. 64. & Ejusd. Eigentliche und gründliche Abbildung derer Sessionen auff Reichstägen/ heutiges Tages in Fürsten-Rath ad pag. 108. lit. A. ibid. Jac. Andr. CRUSIUS *de præeminentia, sessione, præcedentia & universo jure prordrias* cap. XIII. p. 692. & Ejusd. Eigentliche und gründliche Abbildung &c. quam ex Auctore modo citato desumsit, p. 967. annex. Nic. MYLER ab Ehrenbach *de princip. & Stat. Imp. Rom. Germ.* part. I. cap. XIII. §. 20. p. m. 102. Gabriel SCHWEDER *Introduct. in Jus Pub. part. spec.* Sect. I. c. X. §. 13. p. m. 315. B. G. STRUV. *Synt. J. P.* c. XV. §. 16. p. 719. seq. Jo. Frid. PFEFFINGER. *Vitr. illustr.* part. II. p. 42. seq.

§. X. Habent etiam serenissimi Marchiones Badenses in Comitiis Imperii tria vota: duo ratione marchionatus Badesis superioris & inferioris, unumque propter marchionatum Hochbergensem, quorum linea Badensis, sive Bernhardina, unicum ratione Baden; linea Durlacensis sive Ernestina vero duo vota, ratione Baden Durlach & Hochberg possidet. (*e*) Ad differentiam in Actis publicis vocantur Baden Baden & Baden Durlach. (*f*)

(*e*) Theod. SPRENGER. *inst. jur. publ.* lib. III. c. 21. p. 451. & *Delineat. Stat. Imper.* p. 376. seq. Jac. Wilh. IMHOF. *N. P. J.* lib. IV. c. VIII. §. ult. ex quo Jo. Frid. RFEFFINGER. *Vitr. illustr.* part. II. p. 659. *Tria in principum Senaculo Vota* (Serenissimi Marchiones Badenses) *exponunt*: Badense, *Durlacense & Hochbergicum, quod posterius tamen postremum semper locum occupat, cum duo priora, habita ratione principum ætatis, prius ferantur, ita ut si marchio* Badensis *Durlacensem annis superet*, Badense *primum obtineat locum, sin minus, secundum.* Quæ alternatio fundata *Artic.* IV. *Instrum. Pac. de An. 1648. Osnabrug-Westphal.* §. 26. *in f. Alternetur etiam imposterum inter utramque Lineam* Badensem, *inferioris scil. & superioris marchionatus* Badensis, *præcedentia & Sessio in Comitiis, & Circuli Suevici, aliisque universalibus vel particularibus Imperii aut aut quibuscunque conventibus, pro nunc tamen eadem præcedentia penes Marchionem Fridericum, dum superstes erit, permanente.* Eadem verba repetuntur *in Instrum. Pac. de A. eod. 1648. Monaster Westphal.* §. 33. conf. Jac. Andr. CRUSII cap. XVIII. *de præeminentia & sessione Marchionum Badensium* p. 730. seqq. Henr. HENNIGES *Medit. ad instrum. Pac. Cæsareo-Suec. Specim.* I. p. 88. vid. etiam *Rec. Imp. noviss. de An. 1654. in subscriptione* p. m. 1147. Phil. Andr. BURGOLDENS. *in Discursib. ad Instrum. Pac. Osnabrugo-Monast.* part. I. Disc. XXX. §. 2. p. m. 749. sq. Conr. Sam. SCHURZFLEISCH. *de Reb. Bad.* §. XI. p. 290.

(*f*) Vid. Jo. Henr. BOECLER *N. J* lib. VII. c. IX. p. 224.

§. XI. Obtinet in terris serenissimorum Marchionum Badensium, quæ non dividuntur, Jus primogenituræ, quod per pactum inter Ernestum lineæ Durlacensis Auctorem, ejusque ex fratre Bernhardo nepotes initum, introductum, & hucusque ab utraque linea observatum fuit. (*g*) Cui jungi meretur

tur, quod Serenissimi Marchiones Badenses 18. ætatis anno jam sint majorennes. (*g*)

(*f*) Georg. Henr. SPRINGSFELD *de Apanagio* c. III. num. 117. p. 58. *marchionatus Badensis divisionem ignorat, teste Amplissima Facultate Juridica Friburgensi cons. 2. n. 7. vol. 1. inter Germ. Zas. consil. 20. lib. 2.* Phil. KNIPSCHILD *de fideicommiss.* c. VI. num. 287. p. 152. Phil. Reinh. VITRIAR. *Inst. Jur. Publ. Rom. Germ.* lib. III. tit. XX. §. 54. p. m. 417. B. G. STRUV. *Synt. J. P.* cap. XXVII. §. 5. p. 1329. Jo. Frid. PFEFFINGER *l. c.*

(*g*) Gabr. BUCELINUS *German.* &c. Tom. IV. p. 3. *Hæc utriusque lineæ domus Jure primogenituræ & 18. ætatis anno majorennitatis privilegio gaudet, divisionem terrarum in filias ignorat, sed pacta habet familiaria, quæ alterius deficiente mascula prole de mutua successione firmata sunt.*

§. XII. Inter prerogativas serenissimorum Marchionum Badensium haud postremo loco referri debet, quod ipsis in terris suis liberrima sit regnandi potestas, eaque, servato illo vinculo maxime feudali, quo Imperatori & Imperio sunt devincti, absoluta, quæ nec per Ordines provinciales, nec per pacta cum subditis ullo modo est restricta. Quo etiam pertinet, quod plurimi subditorum sint mancipia, nonnisi perpaucis exceptis, qui ex mera principum gratia corporis libertate fuere donati. (*h*)

(*h*) Jac. Wilh. IMHOF. *N. P. J.* lib. IV. c. VIII. §. 41. Jo. Frid. PFEFFINGER part. II. p. 659. uterque ex Gabr. BUCELINO, qui l. c. de subditis & principum in eosdem potestate ita habet: *omnes fere in mancipio principis sunt, vulgo* Leib-Eigen. *Unde cum status provinciales* (terra Badensis) *ignoret, vix ullus hodie principum in Imperio de majori in subditos suos potestate & authoritate gloriari potest.*

§. XIII. Gaudent serenissimi Marchiones Badenses Jure de non Evocando, quod per varia Impp. diplomata ipsis plenissime fuit concessum: (*i*) ut eorum Ministri, Vasalli, subditi ac inquilini cujuscunque sint conditionis, etiam Comitibus non exceptis, ad alia Imperii Judicia, Rothvvilense, Cameram Imperialem vel Judicium Aulicum Imperatoris &c. &c. ob conventiones, injurias vel quascunque figurarum causas, personas, corpus ac bona afficientes, a nemine unquam trahi, citari aut coram iisdem conveniri non possint, sed omnes lites ad Tribunal marchicum, ubi reus domicilium vel sedem habet, debeant remitti, excepto casu denegatæ vel temere protractæ justitiæ. Quisquis hoc non observaverit, sed juri huic fraudem fecerit, sententiæ non tantum invalidæ & nullæ sunto, sed etiam Cæsaris ac Imperii gravissimam offensam atque indignationem incurrito, nec non pæna centum marcarum auri puri plectitor. (*k*)

(*i*) Primum fori Privilegium Imp. *WENCESLAUS RUDOLPHO* Marchioni Hochbergensi *sub dato* Carlstein *A. 1397. als man singet Jubilate* impertitus est, in quo ab omnium Judiciorum Jurisdictione præter Imperiale Aulicum ipse, Ipsius ministri ac subditi fuere exemti, & vi ejusdem in casu denegatæ justitiæ demum coram memorato judicio poterant conveniri: daß niemand/ in welcherley würden oder wesen der sey/ Sie/ ihr Diener/ Leuthe und Untersessen/ es seyen Eigenleuthe/ Pfandt-Leuth/ oder ander Mann oder weib/ Knaben oder töchter/ für kein Landgericht oder ander weltlich gerichte/ umb keinerley Schuld oder Sache nicht fürtreiben/ heischen oder laden/ noch über sie keine urtheile sprechen solle oder möge in keine weiß/ außgenommen allein unser und des Reichs Hoff-Gerichte; Sondern hette jemand zu den ehgenanten Rudolph oder seinen Erben ichts zu sprechen/ der soll und mag das vor unserm und des Reichs Hoff-Gerichte suchen und

fordern

fordern als recht ist; Hätt aber jemand zu ihren Dienern/ Leuthen/ oder Untersassen ichtes zu sprechen/ der soll das vor demselben Rudolphen/ seinen Erben/ oder vor ihren Richtern und Ambtleuthen/ dahin sie dann gehören/ suchen und fordern/ als recht ist/ und sie auch wieder diese unsere gegenwärtige gnade in kein ander gericht nicht ziehen in keine weiße/ es wäre dann/ daß dem Kläger Recht daselbst versaget würde/ und ihm nicht wiederfahren möchte/ so mag ein jedermann rechte zu ihn vor Unsern und des R. Hoff-Gerichte suchen und fordern als billich ist. Addita huic privilegio est pœna viginti marcarum auri puri &c. Integrum diploma exhibet Jo. Christ. LUNIG in Reichs-*Archiv. Part. Spec. Contin.* II. *supplem. ulter.* §. 1. pag. 135. seq. privilegium hoc eidem *RUDOLPHO* Imp. *SIGISMUNDUS sub dato Strasburg 1414. am St. Margrethen tag* cum aliis sive ab ipso adquisitis, sive etiam hæreditate avita ad ipsum devolutis confirmavit atque innovavit. vid. Joh. Chr. LUNIG *l. c.* §. 4. p. 137. seq. Jo. Frid. PFEFFINGER *Vitr. illustr.* part. II. p. 658.

Secundum Fori privilegium Imper. *FRIDERICUS* III. gloriof. mem. *JACOBO* Marchioni Badensi sub dato Franckfurt *An. 1442.* am nechsten Montag nach Sanct Jacobs tag/ clementissime largitus est, in quo Imperator serio prohibet, ne quisquam ex Judicibus Imperii regnive sui dicti Marchionis Jacobi Ministros ac subditos, cujuscunque sint conditionis, & quocunque etiam veniant nomine, sub pœna centum marcarum auri puri, audire vel dijudicare audeat, sed ut ad ipsius marchionis tribunal remitti ac compelli debeant: Daß sein Diener und Leute/ es sein Graven/ Herren/ Ritter/ Knechte/ Burger oder Gebauren/ nymandts/ wer der sey/ für keinen Land-Richter/ Hoff-Richter/ oder andere Richter laden/ fürtreiben oder fürhaischen/ noch über Sy oder ihre Gütter/ wo die gelegen sind/ kein Land-Richter/ Hoff-Richter oder andere Richter urtheilen/ oder richten sullen oder mögen in kein weiß/ oder keinerley Sache wegen/ nur allein Er selber oder seine Amptleuthe und Richter/ den er das empfohlen hat/ und bevehlen wirdet. &c. Formula extat apud Jo. Chr. LUNIG *part. Spec. Contin.* II. in der IV. Abtheilung/ im IX. Absatz §. 4. p. 941. & Joan. SCHILTER. *inter Diplomata & Documenta Æneæ Sylvii Historiæ Frid.* III. *annexa*, Privilegium hoc Jacobo Marchioni Bad. datum, ab eodem Imperatore *FRID.* III. *CHRISTOPHORO & ALBERTO* Fratribus Marchionibus Badensibus, *sub dato* Franckfurth am Meyne/ *A. 1475.* am Dienstag vor S. Simonis und Jude tag/ gravissimis & amplissimis verbis confirmatum ac innovatum fuit, pœna centum marcarum auri puri etiamnum stabilita: Daß man Ire/ Irer Erben und Nachkommen Diener/ Manne noch Leute/ es seyn Graven/ Herren/ Ritter/ Knecht/ Burger/ Untersessen/ Gebauren/ noch die Ine zu versprechen steen/ Ire güter noch auch derselben Irer Diener/ Manne/ und der Iren gütter/ Leuth/ Burger/ Knecht/ Untersessen und Gebauren/ sy sein Lehen aigen oder Pfände/ oder steen Ine sunst zu versprechen/ zu schirmen oder zu verantworten/ gemeinglich noch sonderlich/ für Unser und des Reichs Hoff-Gericht/ in Unserem Kayserlichen Hoffe/ das Hoff-Gericht zu Rottwyll/ oder ander Landt-Gericht/ oder Gericht wo die gelegen/ oder wie die genannt seyn/ nicht laden/ fürtreiben/ hefften/ verbiethen/ auffhalten/ ansprechen/ fordern/ beclagen/ bekümmern/ oder daran dhein urtheil wider sy sprechen/ noch sye achten solle noch müge in keine weise. Sonder wer zu derselben Marggraven Irer Erben und Nachkommen/ Dienern/ Mannen/ zu Iren oder derselben Iren Diener oder Manne/ Stedten/ Dörffern/ Gerichten/ oder Untersessen/ das ein gantz commun angehet/ icht zu klagen/ zu fordern oder zu sprechen hat/ oder gewinnet/ umb was und welcherley sachen das ist/ gar nichts ausgenommen/ der soll Recht von Ine fordern und nemmen/ vor denselben Marggraven/ Iren Erben und Nachkommen und Iren Räthen/ oder von Iren Amptleuthen oder Richtern/ den sy das an Irer statt empfehlen. Diploma sistit Jo. Chr. LUNIG *l. c.* §. 9. p. 947. seqq. & Jo. SCHILTER. *l. c.* p. 105. seqq. vid. etiam Jo. Frid. PFEFFINGER part. II. p. 658. seq.

(k) Die ein jeglicher/ der darwider tette/ als offt das geschicht/ zu einer rechten pene verfallen seyn soll/ halb in Unser und des Reichs Cammer/ und den andern

andern halben Theil den genannten Marggraven Iren Erben und Nachkommen unabläßig zu bezahlen. LUNIG & SCHILTER *l. c. in fin. privil.*

§. XIV. Competit porro serenissimis Marchionibus Badensibus Jus de non Appellando, dum omnes & singuli Actores atque Actrices sententiis, a Marchionibus vel eorum Ministris, quibus id ab ipsis demandatum fuerit, dictis, acquiescere jubentur, (*l*) nisi jus implorantibus injuste sit denegatum, vel temere protractum, sancita in eos, qui contra faciunt, pœna centum marcarum auri puri & Imperatoris & totius Imperii gravissima offensa atque indignatione.

(*l*) In Confirmatione privilegiorum Fori aliorumque ab Imperatore *FRIDER.* III. *CHRISTOPHORO* & *ALBERTO* Fratribus Marchionibus Badensibus *sub dat.* Franckfurth vm Meyne/ *A. 1475.* am Dienstag vor Sanct Simonis und Jude tag facta, & mox citata, ubi hæc verba: Wer aber zu andern der genannten Marggraven Christoph und Marggrave Albrechts/ Irer Erben und Nachkummen/ Lewten/ Burgern/ Underseßen/ den Iren und die Ire zu versprechen steen/ oder zu Ire Diener und Manne/ Leuten/ Unterseßen und die Ine oder jedem zu versprechen stehen/ Sy seien Lehen/ aigen oder Pfande/ Ir einem oder meer Manne oder weibe zu clagen/ zu vordern oder zu sprechen hat oder gewinnet/ warumb das ist/ auch nichts außgenommen/ der soll von den und Ir yedem recht nemmen an den enden und gerichten/ dahin und in die Sy gehören/ und darinne sy geseßen sind/ und niendert anderstwo/ und sollen auch all und jeglich Clager und Clagerin sich an den vorgeschrieben enden rechts also genügen laßen. (jungantur hæc verba illis, quæ §. *præced.* in nota attulimus) vid. Jo. Chr. LUNIG. *l. c.* & Jo. SCHILTER. *l. c.* addatur etiam Gabr. BUCELIN. &c. *l. c.* qui ita: *Judicia & tribunalia habet* (terra Badensis) *I. & II. Instantiæ, in prima jus dicunt præfecti cum Scabinis, ab his vero gravati ad Judicium Supremum Aulicum appellant, a cujus sententia lata ex speciali Imperatoris Frider.* III. *privilegio ulteriores processus denegantur.* vide tamen Land Rechts der Fürstenthumben der Marggrafschafften Baden und Hochberg &c. part. II. tit. 36. Ob und welcher gestallten von Urtheln/ so an Unserm Hoff-Gericht ergangen/ appellirt werden möge/ in quo subditis & inquilinis (denen Unterthanen Land- und Hintersäßen) appellatio plane interdicitur, extraneis (denen frembden und ausländischen/ die den Herren Marggrafen nicht unterworffen) vero, vel etiam subditis & inquilinis, si cum extraneis rem habeant, præstito prius corporaliter jurejurando, se non frivole & maligno animo appellare, sed bona fide se gravatos esse credere, appellatio ad Cameram Imperialem permittitur.

§. XV. Huc etiam pertinent, quæ per speciale diploma serenissimis Marchionibus Badensibus fuere concessa, ut quicunque in eorum judiciis vel territoriis facinus aliquod perpetraverint, coram iisdem Judiciis non aliis, nulla appellatione interposita (*m*) dijudicari debeant; id quod etiam de eo casu, si quis bona immobilia in terris eorum possideat, vel etiam prædia hæreditaria in iisdem accipiat, & de iis controversia nascatur, est statutum. (*n*)

(*m*) Vox ungeweisset/ quæ bina vice infra occurret, id indigitat, nam Sachen die ungeweißet sollen berechtet werden/ videntur esse causæ, de quibus sententia ferri debet, ita ut ab eadem appellari nequeat, siquidem weisen idem est ac judicare, in *Actis synodi Herbipol. de An. 1452.* enim weisung pro judicio occurrit, quando dicitur: von der geistlichen gericht und weisung wegen irer Diener &c. speciatim deinde sententia arbitri seu laudo, Just. Georg. SCHOTTELIUS *de lingua Germanica* lib II. c. 11. dicit: weisung ist auch das urteil des Scheid-Richters/ sonst *Laudum* genennet. confer. Paul. Matth. WEHNER. *Observ. voc.* Weissen *ex editione Schilteri.*

(n) *FRIDERICUS* III. Imp. in favorem *CAROLI* & *BERNHARDI* Marchionum Badensium eorumque posterorum *sub dato* Newenstatt 1455. am Montag nach den hayligen Palmtag sancivit: Also ob jemandts/ wer der oder die wären/ der oder die in Iren Gerichten und gebieten einen frevell oder Missethat begiengen/ daß dann dieselbe frevell und missethat in den gerichten/ da dan die begangen und beschehen sein/ ungeweißet sollen berechtet werden: Undt ob auch jemandts/ wer der were/ einig erbvale oder liegend güter in Irer Marggraffschafften/ Graffschafften/ Herrschafften/ Landen/ gerichten oder gebieten hette/ oder in künfftige Zeit überkäme/ und die zu rechtfertigen nothdürfftig seyn würden/ daß dann dieselben Erbfälle und liegende güter in den gerichten/ darinnen sy gelegen sein/ auch ungeweisset sollen berechtiget werden. vid. apud Jo. Chr. LUNIG *l. c.* §. 5. pag. 941. seq. & Jo. SCHILTER *l. c.* pag. 98.

§. XVI. Cum etiam nihil sit frequentius, quam quod subditi jurisdictioni Dominorum suorum se subtrahere conentur, & hunc in finem aliorsum se conferant, per plura Imperatorum rescripta serenissimis Marchionibus Badensibus fuit prospectum. SIGISMUNDUS Imp. sancivit, (o) ut subditi ipsorum profugi ipsis absque mota & contradictione sub pœna decem marcarum auri puri confestim reddantur. Edixit porro FRIDERICUS III. Imp. (p) ne quis serenissimorum Marchionum Badensium subditos invitis Dominis recipiat aut protegat. Ex quibus manifeste apparet, tales subditos profugos & ab aliis detentos debuisse vindicari, cum autem vindicationis tempus ex Constitutione SIGISMUNDI Imp. (q) nonnisi annale, & jus hoc singulare per modo dictam Bullam Sigismundi toti Imperio commune factum esset, (r) supra laudatus Imperator FRIDERICUS III. ob singularia eorum in ipsum & Imperium merita, quæ subinde summis laudibus extollit, propensissimus, in confirmatione privilegiorum nova (s) id ad decem imo ad viginti annos extendit, intra quod temporis spatium eorundem Ministri ac subditi profugi, ipsis vel eorum præfectis poscentibus, sub pœna centum marcarum auri puri, sunt sistendi atque reddendi.

(o) In privilegio, quod *RUDOLPHO* Marchioni Hochbergensi *sub dato* Costantz A. 1415. des nächsten Montags nach S. Bläsi impertitus est: Wann das beschicht/ daß sich seine Unterthanen und Leute/ die in seiner Herrschafft und gerichten gesessen sind/ es seyn Gotts-hauß-Leuthe/ Eigenleuthe/ Lehenleute oder Pfand-Leuthe/ aus solcher seiner Herrschafft und gerichten unter ander Herren oder zu Städten ziehen/ daß dann er und sein Erben/ solch jetzgenannte Leuthe sambtlich und sonderlich wieder fordern mögen/ und daß man ihnen die auch wiedergeben und folgen lassen solle ohn alles verziehen und wiedersprechen. Jo. Chr. LUNIG. Reichs-*Archiv. part. spec. Contin.* II. *supplem. alter.* §. 6. pag. 139.

(p) *Diplom. CAROLO* & *BERNHARDO* Marchionibus Badensibus eorumque posteris *sub dato* Newenstatt A. 1455. am Montag nach dem hailigen Palmtag dato: daß auch niemands/ es seyn Fürsten/ Graven/ Herren/ Ritter/ Knechte/ Stätt und ander der vorgenannten Marggraven und Irer Erben Eigenleuth/ Vogtleute noch Iren unverrechnet Ambtleuthe in Stätten noch Dörffern zu Burgern empfahen/ auffnehmen/ die wider sy und ihren willen nicht beschirmen/ noch verantworten sollen. vid. Jo. Chr. LUNIG. R. A. *part. spec. Contin.* II. in der IV. Abtheilung im IX. Absatz §. 5. p. 941. seq.

(q) Vid. Jo. Phil. DATT. *de pac. publ.* lib. I. cap. XIV. num. 136.

(r) Observante id DATTIO modo alleg. *l. c.* num. 135.

(s) Quam *CHRISTOPHORO* & *ALBERTO* fratribus Marchionibus Badensibus *sub dato* Franckfurt am Meyne A. 1475. am Dienstag vor Sanct Simonis und Jude tag clementissime largitus est: Es soll auch niemand der vorgenannten

nannten Marggraffen Irer Erben und Nachkommen aigenleuth / Vogtleut/ noch unverrechent Ambtleuth / ob In die abtrinnig würden / zu Burgern oder Einsessen annehmen / behaußen / noch sy wider auffenthallten; wo aber das geschehe / so sollen solch auffgenommen Leute / ob und wann sie von Jne / Iren Erben und Nachkommen oder Iren Amptleuthen von Iren wegen in zehen oder zwantzig jahren / nachdem sy von Inen gewichen / oder abtrünnig worden weren / ervordert werden / In fürderlich zu Iren handen wider gegeben / außgetrieben / und von den / die Sy eingenommen hetten / lenger nicht auffgehalten / versagt noch fürgeschoben werden. Jo. Chr. LUNIG l. c. §. 9. pag. 945. seqq. vid. etiam Jo. Phil. DATT. *de Pac. publ.* lib. I. cap. XIV. n. 145. & seq. p. 112. sq.

§. XVII. Inter Jura singularia serenissimorum Marchionum Badensium & hoc referendum, quod ex singulari privilegio (*t*) omnes & singulos Bastardos in suis ditionibus ac territoriis habitantes perpetuo retinere, ùque ab aliis, ullo mancipii, aliove jure, sub pœna viginti marcarum auri puri, minime subtrahi possint.

(*t*) Ab Imperatore *FRIDERICO III. CAROLO* Marchioni Badensi, militaris exercitus Imper. Rom. Præfecto *sub dato* Gretz A. 1468. an Sanct Marx tag des heyligen Evangelisten concesso, quo ipsi indulsit: Daß alle und jede Bastardy genand Königs kinder in der Marggrafſchafft zu Baden und allen und jeglichen andern Enden und gebieten desselben Unsers Schwagers (Marchionis Caroli) und seiner Erben wonende / zugehören / und Ir sein und pleiben / und für zu ewigen Zeiten von niemand andern umb keinerley Leibaigenschafft / Dienste oder andere ansuchung angelangt / erfordert / oder beschweret werden sollen / in einige weise. Jo. Chr. LUNIG *l. c.* §. 6. p. 942. seq. & Joan. SCHILTER. *l. c.* p. 99. vid. etiam Joan. Frid. PFEFFINGER *Vitr. III.* P. II. pag. 659.

§. XVIII. Licet banniti vel ab Imperio proscripti pœnis magis quam beneficiis sint afficiendi, nulla hospitalitate, sed omni odio digni, (*u*) nihilominus serenissimi Marchiones Badenses habent Jus, bannitos suo in territorio excipiendi, fovendi ac protegendi, ita tamen, ut si quis jure contra ejusmodi bannitos experiri, eosque convenire velit, dicti serenissimi Marchiones Badenses coram se vel suis Consiliariis deputatis causam examinent, justitiam debito modo exerceant, & tempestive administrent, nec non latam desuper sententiam executioni mandent, debet enim jus & justitia petentibus ibi administrari. (*x*)

(*u*) Andr. GAILIUS lib. II. *de Pac. publ.* cap. X. n. 4. p. m. 127.

(*x*) Jus recipiendi bannitos primum Imp. *WENCESLAUS RUDOLPHO* Marchioni Hochbergensi *sub dato* Stetler A. 1398. am Sanct Clementien tage concessit: Daß sie (Marchiones) in ihr Land / Graffschafft / und in allen und jeglich ihren Schlössern und Gebiethen / und auch alle ihre Leuth und Undersassen / allerley Aechtere / wie man die nennet / die heimlich oder offenbahr oder verschrieben Aechter sind / und von welchen Gerichten / oder von welcherley sachen die in die acht kommen und bracht sind / sie wären ihn verkündigt oder nicht / aufnehmen / enthalten / hausen und hoffen / und alle Gemeinschafft mit ihn haben mögen als mit andern Leuten / und sollen auch damit wider Uns / das Reich / noch jemanden anders nicht gethan / noch übersahren haben / und dis auch nicht weder am leib noch an gute entgellten / noch auch darüber von niemanden / wer der sey / mit keinerley Sachen oder Gerichten angereicht / fürgeheischen / bekümmert oder beschweret noch gebüsset werden in keine weiß / doch also vornemblichen / daß sie einem jeglichen Kläger / der zu solchen Aechtern &c. &c. vid. diploma apud Jo. Chr. LUNIG Reichs-*Archiv part. spec. Cont.* II. *supplem. ulter.* §. 2. p. 136. seq. Confirmatum hoc fuit ab Imp. *SIGISMUNDUS* eidem *RUDOLPHO* Marchioni Hoch-

 bergensi

bergensi *sub dato* Straßburg A. 1414. am S. Margareten tage / vid. Jo. Chr. LUNIG *l. c.* pag. 137. seq. Secundo loco Imperator *FRIDERICUS* III. sæpe sæpius jam laudatis *CHRISTOPHORO* & *ALBERTO* fratribus Marchionibus Badensibus, *sub dato* Franckfurth am Meyne A. 1475. am Dienstag vor S. Simonis und Jude tag clementissime indulsit: daß die benandten Marggraven / Ir Erben und Nachkommen / und auch Ir Diener / Manne / Landsleuthe / und die Inen in allen Iren Slossen / Stetten / Dörffern und gebieten / offen Achter hewsen / hosen / und alle gemeinschafft mit Ine haben mögen / doch ob solche Achter / in solchen Slossen / Stetten / Dörffern / Landen und gebieten angefallen würden / daß man dan den Anfallern rechts von Ine gestatten und helffen soll / unverzogen / als dann von Achtern billich und von rechts wegen zugestatten / und zu helffen ist / also offt aber solch Achter in die jeßgenannten Schlossen / Stätte / Dörffer / Lande und gebiete / und wieder darauß kommen / daß Sy niemands angefallen hat / So sollen deß die genannten Marggraven / Ir Erben und Nachkommen / und alle die Iren / auch Ir Diener / Manne / und die Iren ohn all Anspruch und entgeltnüß sein und bleiben von allermenniclich. vid. Jo. Chr. LUNIG Reichs-*Archiv part. spec. Contin.* II. in der IV. Abtheilung im IX. Absaß §. 9. p. 945. seqq. & Jo. SCHILTER *l. c.* p. 105. sqq. Privilegium hoc novissime a *CAROLO V.* Imp. gloriof. mem. *sub dato* Worms A. 1521. den 27. Febr. *PHILIPPO* & *ERNESTO* fratribus Marchionibus Bad. confirmatum, & ut verba diplomatis sonant, innovatum fuit, quæ verba non solum nudam privilegiorum confirmationem sed etiam eorundem novam concessionem important & arguunt, in quam rem videri potest Adrian. GYLMANN. *Symphorem. supplicat.* Tom. II. Part. II. pag. 52. num. 27.

§. XIX. Exercent denique serenissimi Marchiones Badenses Jus Conducendi sive Conductus, quod alias territoriale saltem est, per Territorium Palatinatus usque ad Brethemum, (y) vi cujus transeuntem Romanum Imperatorem ad electionem Imp. Electores, aliosve ad alios Conventus Imperii Status, item maleficos ipsaque demortuorum transvehenda cadavera conducere &c. vel literas salvi conductus impertiri possunt, lebendig und schrifftlich Geleit ertheilen können.

(y) Joann. STRAUCH. *Diss. Jur. Publ. Exoteric.* XI. §. 2. p. m. 303. B. G. STRUV. *Synt. Jur. Publ.* c. XXVI. §. 71. pag. 1304.

§. XX. Prærogativis serenissimorum Marchionum Badensium & hæc accedit, quod tot Nobilium & Illustrium Clientum ac Vasallorum fide & subsidio fulti & stipati sint. (z)

(z) Vid. Gabr. BUCELIN. *l. c.* qui ita: *Feudatarios numerat* (Serenissima domus Badens.) 230. *qui licet fere omnes immediatæ nobilitatis privilegio gaudeant, quoties tamen necessitas exigit, Domino Directo præsto sunt.* monendum hic venit, nonnullos Comites in numero vasallorum fidelitate Serenissimæ domui Badensi devinctorum comprehendi.

§. XXI. Illustres serenissimorum Marchionum Badensium prætensiones in ducatus Sueviæ, Catinthiæ &c. &c. quod attinet, B. L. ad alios, qui hæcce tractarunt, (*) & insuper hujus loci præcise non sunt, nec tamen penitus silentio prætereunda esse existimavi, remitto.

(*) Instar omnium videri potest Christoph. Herman. SCHWEDER. *Theatrum Historicum prætensionum & controversiarum illustrium* Part. II. lib. IV. sect. II. pag. 30. seqq. adde tamen Tob. PFANMER. *de præcip. Germ. princ. gent. cap.* IX. *de Gente Badensi*, & Auctor des Staats von Baden / qui inter Kengerianos, a Bibliopola sic dictos habetur.

§. XXII. Ultimo tandem loco, ut de summo valore hactenus recensitorum privilegiorum eo magis constet, eorundem ex pluribus unam, serenissimis Marchionibus Badensibus CHRISTOPHORO & ALBERTO fratribus a FRIDERICO III. Imp. *sub dato* Franckfurt *A. 1475.* am Dienstag vor St. Simon und Jude factam confirmationem afferre haud poenitebit; occurrunt autem in illa hæc verba: und meynen / sezen und wollen (Imperator sc.) daß dieselben Unser Oheimen und Fürsten bey den egemelten Jren Fürstenthumben / Marggravschafften / Landen / Herrschafften / und Jren vorgemeldten brieffen / privilegien / Handvesten / und allen Jren Artickhlen / Puncten und Jnnhaltnng genzlich pleiben sollen von allermenniglich ungehindert / und ob daß were / daß Wir oder Unsere Vorfahren am Reich Römisch Käyser oder König jemands / in was Standes / wirden oder wesens die weren / einicherley Freyheit / Gnad / brieff oder privilegia gegeben hätte / oder in khünfftiger Zeit von Uns und Unsereu Nachkommen am Reich gegeben wirden / die wider solch vorgemelt Unser lieben Oheimen und Fürsten / der Marggraffen von Baden Freyhait / Gerechtigkeit / privilegia, Brieffe / und reblich herkommen Jrer Fürstenthumben / Marggraffschafft / Graffschafft / Herrschafft / Gebiete und Zugehörungen weren oder gesein möchten / sezen und wollen wir / daß dieselben alle und yegliche der gemeldten Marggraffen von Baden / Jren Erben und Nachkommen / an Jren Herrlichkaiten / Rechten / Freyhaiten / Brieffen / privilegien und herkommen keinen Schaden fügen oder bringen / sondern Jn daran gantz unschädlich seyn sollen zc. (**)

(**) Vid. Diplom. apud J. Chr. LUNIG *l. c.* §. 8. pag. 944. seq. & Jo. SCHILTER. *l. c.* p. 103. seq.

❀ ❀

DISSERTATIO XXVIII.

DE JURE DOMUS DURLAC. IN ALLODIA ULTIMI DYNASTÆ HOHEN-GEROLSECC. SINE MASCULA PROLE DEFUNCTI.

CAPUT I.

Theobaldus Dominus de (a) Hohen Gerolseck & Sulz (b) Venditionis titulo in Serenissimum gloriosæ memoriæ Marchionem Badensem Dominum Christophorum Anno 1482. sequentia allodialia bona, *Præfecturas* *Seelbach*,

(a) *Hæc ita dicitur ad differentiam alterius Dynastiæ Gerolseccianæ ad Vogasum in Superiori Alsatia sitæ.*

(b) *In quibusdam actis Frater ejus Gangolph. etiam dicitur Dominus* de Schenckenzell.

Seelbach, *Kubach*, *vallem Schatterensem*, *atque dimidiam pagi Reichenbachensis partem*; cum omnibus juribus, Regalibus, Jurisdictionibus & reditibus eo pertinentibus, sub lege tamen retrovenditionis transferebat, reservatis argenti fodinis, districtibus venationum, Sylvis & rivis pisciferis. Biennium elabebatur, ex quo Philippus Comes Palatinus Rheni (*c*) violento (*d*) diffidationis auxilio ex causa (*e*) in alleg. Deduct. non notata dicto Theobaldo & Gangolfo ejus Fratri arcem Hohengerolzeckensem, cum duabus vicinis Præfecturis, Prinzbach & Schimberg eripuit, per 20. annorum spatium possessionis hujus fructu gavisus. Interea Maximiliani I. placidissimi æque ac sapientissimi Imperatoris providentia effectum est, ut contra injustitiam monstrosarum, quibus tota infestabatur Germania, diffidationum, aurea ista *Pace*, quam *profanam* appellant, An. 1495. saluberrimum afferretur remedium. Quippe hac æternitati consecranda & pene divina Constitutione furiæ violentam Juris vindicationem spirantes repressæ, & arma togæ cedere jussa sunt. Qua quidem ratione spoliatæ Gerolsecciorum Genti spes nova affulsit, ea quæ armis Palatinus tunc abstulit, autoritate pacis publicæ restitutum iri. Sed spes vana fuit, mansissetque talis, ni benignum pro Gerolsekiis fatum tunc temporis Electorem Palatinum famoso isti Bello Bavarico (*f*) innodasset. Nam Maximilianus ut Justus fractæ Pacis publicæ Vindex & Palatinum Bavaria repulit, & terras Gerolsecciorum Palatino, tum detentori, ademtas fidis Serenissimi Christophori Badensis manibus custodiendas commisit, & denique justitia causæ motus Gerolsecciis bona restituere jussit. Sancta inde *Gerolseckios* erga Augustissimam Domum Austriacam animavit reverentia, ut in grati animi signum terras ita redditas, justissimo suo Recuperatori, Imperatori sc. Maximiliano in feudum, & Regalia, quæ dictis terris inhærebant, & ab Imperio fiduciario nexu dependebant, in subfeudum offerre non solum cogitarent, sed & cum ipso Imperatore negotium serio tractarent. Res pene confecta & ad Reversalium mutuam traditionem jam perventum erat, sed exitum optatum non habuit, donec Anno 1526. Gangolphus Oeniponti devotionis suæ desiderium renovavit, mentemque suam Consiliariis aulicis præsens aperuit; Communicatur illud Regi Ferdinando, qui Jacobo Baroni de Mœrsperg & Befort, tunc temporis Præfecto Provinciali Austriaco, ut negocii hujus curam habeat, atque illud regali nomine cum Gerolsecciis perficiat, injungit. Hic Gangolphum & Walterum fratres Gerolseckios de mandati Regii tenore certiores reddit,

qui

(c) *Qui Baronum de Gerolseck Protector hereditarius* Erbherr / oder Schirmherr *fuit virtute Documenti, quod in manus incidit, de An. 1450. quo tempore Theobaldus B. de Gerolseck se Domus Palatinæ ministerialem hereditarium constituit* Erbdiener / oder Erb-Schirms-Verwandten.

(d) *Ex actis fide dignis detexi, non tantum Philippum Comitem Palatinum Rheni & Electorem, sed & Comitem quendam Henricum de Bitsch Diffidationis hujus Reum fuisse, qui deinde Bona quæ eripuit in dictum Philippum venditionis titulo transtulit.*

(e) *Causa fuit, quod partim Philippus Palatinus Detentores Arcis Gerolseccensis feloniæ incusaverit, partim quod Comes Henr. de Bitsch. Bar. de Gerolseck Gang. in annuis reditibus exsolvendis moram commisisse redarguerit, quorum nomine terras Baronatus sui obligavit, ita ut in casum more licentiam Comiti attribuerit privata autoritate easdem occupandi.*

(f) *Philippus enim Ruperti filii sui & Generi Georgy Divitis ultimi ex linea Landshutiana Ducis jus in terras Bavar. ex testamento Soceri competens bello vindicatum ivit. Sed sinistro, ut notum est, fato.*

sui beneficii ab Austriaca Domo accepti generose memores, eodem anno bona sua in feudum Austriacum offerunt, *Arcem sc.* Geroldseccensem cum duabus Praefecturis, Prinzbacensi & Schirmbergensi cum omnibus juribus, prouti ex *Palatini manibus* ad se reversae sunt, ea tamen lege, ut extinctis agnatis ad filias (*g*) aliquando pervenirent, quibus & posteris earum demum deficientibus licta Arx Geroldsekia cum praememoratis Praefecturis duabus jure caduci ut feudum Domui Austriacae apertum cum Dominio ejus directo consolidari deberet. Non placuit Regi Ferdinando conditio praescripta, res tamen octavo post anno tandem ad finem perducta, sc. Anno 1534. die 18. Decembris. Pactum enim oblationis Regio Ferdinandi & Fratrum Gerolseccíorum sigillo & scriptura munitnm publice prostat, sequenti maxime tenore conceptum: Fratres sc. praedicti Arcem & Dynastiam Gerolseccensem cum duabus dictis Praefecturis expresse nominatis cum vallibus, pagis, vicis, praediis, sylvis, aquis piscinis, fossis, Superiore & Inferiore Jurisdictione, Regalibus, juribus &c. eo modo, quo Majores antehac, postea vero Philippus Palatinus, hactenus Imperator Maximilianus, deinde *Marchio* Badensis Christophorus & jam ipsi tenuerunt, quaeque ut allodialia ad dictam Dynastiam pertinent, nec antea ut feuda Imperii agnita fuerant, item ea, quae jam ab Imperio ut feuda recognoscunt, in *feudum masculinum* offerant, & secundum communia feudi jura nomine eorum per Fratrem Seniorem investituram petant & accipiant, ita tamen ut Rex Ferdinandus ab Imperarore & Electoribus absolutionem a nexu, quo Imperio colligantur, impetrare necesse habeat, (*h*)

Nondum autem hoc, quo Oblationis Pactum concludebatnr, tempore bona Anno 1482. vendita (sc. dimidia pars Pagi Reichenbacensis, Seelbach, Kubach, Schurterthal, cum omnibus juribus & appertinentiis) in Familiam Gerolseccíam redierant, utpote quae tunc in Dominio Badensium adhuc existebant. Sed demum quinto post oblationis pactum anno, refuso pretio, secundum facultatem ex Conventione competentem retro emta & vendita sunt. Neque minus eo tempore *recuperarunt* Gerolseckii Arcem Neuen Dautensteinensem, utpote quae demum Anno 1584. à Jo. Wernero Pleissen tam quoad Dominium (*i*) quam Jurisdictionem emta & Domui acquisita. Prima investitura (*Vid. Fasc.* der Beylagen *Dictae Deduct. No. VI. pag. 12.*) concedebatur die 19. Maji Anno 1544. in qua expressis verbis Investiens Rex Ferdinandus supra nominatum Oblationis Pactum, tanquam totius negotii fundamentum ponit, atque Arcis & Dynastiae Hohen-Gerolseccensis, ut duarum Praefecturarum Brunspach & Schimberg mentionem facit. Interea quietam Dynastiae suae possessionem Gerolseckiis per seculum fere nemo invidebat. Accidit tamen ut sub prima Seculi praecedentis tempora in has terras bellicae laudes (*k*) Illustri Adamo Philippo Comiti de Cronenburg expectativam meruerint. Nec spes lenta

(g) *Hec forsan* causa fuit, quod *Viri summi nominis B. M. Dn.* ULRICUS OBRECHTUS *in* Not. *sc.* ad Instrum. Pac. Westphal. & Dn. HENNINGES *in* Meditat. ad dictum J. P. *Baronatum Gerolseckium* feudum foemininum *fuisse asseruerint. Quod certe non statuissent, si tenor Pacti Oblationis & primae Investiturae illis communicatus fuisset.*

(h) *Pactum Oblat. habetur in dicta Ded. Fascic.* der Beylagen *No. 4. pag. 5.*

(i) *Quoad Dominium utile, Dominium directum enim ad B. de Gerolseck pertinuit. Primus Vasallus fuit Sigfrid Pleuss. An. 1514. Feudum fuit foemininum.*

(k) *Forsan etiam multum huc contribuit Debitum, cujus nomine Regimen Austriacum Citerius reditus annuos Comiti Cronenb. exsolvebat.*

lenta fuit; Vigor enim Gerolseccensis Familiæ duravit tantum usque ad annum 1634. qui Jacobo ultimo Vasallo & simul toti stirpi masculæ emortualis fuit. Reliquit tamen filiam Annam Mariam, (*vid. Deduct. p. 11.*) primum Friderico Comiti Solmensi, deinde vero Serenissimo Marchioni Friderico Seniori, tertium viduo, & Clementissimi Domini Principis hod. Proavo nuptam, quæ per mortem Parentis non quidem in feuda, sed tameo allodia succedere jus est nacta. Itaque Comitissa Solmensis, ut Filia ultimi Vasalli, in possessione bonorum relictorum manere se posse rata est, donec liquidatio & separatio bonorum feudalium & allodialium esset facta. Verum hujus justæ opinionis circulos Regimen Austriacum citerius & Comitis Cronenburgii Filius, Dn. Crafft Adolph Otto, vel potius Ejus Tutor, qua potuit, machinatione turbavit. Illud enim, uti *Deductio* habet, neglecta omni Citatione aut Denunciatione Comitissæ facta omnium promiscue ultimi defuncti bonorum tam allodialium quam feudalium ad Dynastiam Gerolseccensem pertinentium possessionem sub obtentu Dominii directi nomine Domus Austriacæ jure caduci arripuit, eum in finem homagio a subditis exacto. Cronenburgius autem jus Expectativæ generale in omnes Dynastiæ terras & pertinentias sibi latissime concessum prætexens, facile a Regimine (*l*) Commissarios impetravit, qui se in possessionem immitterent, Comitissæ tamen jura prætensa examinarent. Verum res tardiore indagine & secundum ipsum Instrum. Pacis biennii termino digna trium vel quatuor dierum spatio includebatur. (*Vid. Ded. p. 3. & 4.*) Commissarii enim in literis suis die 15. Sept. Comitissæ eodem anno transmissis, eidem significaverant, se constitutos esse ad Cronenburgium in possessionem immittendum, habere se tamen in mandatis, ut quid circa separationem ab allodio & liquidationem fructuum post mortem ultimi Vasalli perceptorum judicandum sit, in omnem eventum discutiant. Se itaque libero Comitissæ arbitrio relinquere, velit ne illa ipsa, an vero per mandatarium sat in causa instructum die 8. (18.) aut 9. (19.) dicti mensis Septembris coram iisdem comparere, Literas accipit Comitissa Argentorati die 7. (17.) tempore meridiano. Vix ergo biduum ei super erat, in qua certe temporis angustia non dicam ablegare sed instruere in tam gravi negotio quemquam vix potuit. Comparuit tamen per ablegatum, quem maxima mentis subiit admiratio, nec ipsos Commissarios termini præscripti ultimum expectasse momentum; Nam ante lapsum 9. (19.) Septembr. dicti anni Comiti Cronenburgio plenam horum tam allodialium quam feudalium bonorum possessionem tradiderunt, & postea in termino comparentem Comitissæ Deputatum solita clausula, ut ajunt, salvatoria, quod nempe Immissio hæc *salvo ejus jure* facta sit, solati sunt. Hac igitur possessionis ablatione Comitissam fructu alio possessionis, quæ alias ab onere probationis liberat, privatam se querebatur Comitissa. (*m*) Verum quamvis injuste sibi onus probandi imponi opinaretur Comitissa, quæ interea Marchionis Badensis Friderici Senioris Conjux facta erat, tandem coram Commissariis hic Argentorati Anno 1648. Mense Aprilis consensit, ut sequentia verba Instrumento Pacis Westphalicæ, quæ furorem belli tricennalis compescuit, insererentur. Ita enim in Articulo quarto §. 27. Instrum. Cæs. Suecici legitur:

De

(l) *Quod antea die 14. Febr. 1635. Archi Ducissæ Claudiæ hanc immissionem jussit, ut quam citissime ab exsolutione redituum annuorum liberetur.*

(m) *Forsan etiam Comitissa sinistrum fatum suum debuit defuncto Marito, qui Friderico Palatino contra Domum Austriacam in turbis Bohem. adhæserat.*

De Baronatu Hoben Gerolſeck conventum eſt, ut, ſi Domina Principiſſa Badenſis prætenſa ſua jura in dicto Baronatu documentis authenticis ſufficienter probaverit, Reſtitutio ſtatim poſt latam deſuper ſententiam fiat cum omni cauſa, omnique Jure vigore Documentorum competenti, Cognitio autem hæc fiat, a die publicatæ pacis infra biennium.

Vigore ergo hujus Articuli Domina Principiſſa Badenſis ex conventione ſua obligabatur (1.) ad probanda ſua jura prætenſa in Baronatu Gerolſeck documentis authenticis, (2.) Promittebatur Reſtitutio ſtatim poſt latam deſuper ſententiam. Et (3.) Terminus Biennii Judici præſcribebatur ad ferendam ſententiam, ne Principiſſa diutius Jure ſuo carere cogeretur. Paruere Principiſſa vel potius ejus Heredes (nam interea Principiſſa ex luce abiens *ſc. 1649. 25. Maji* Sereniſſimum ſuum Conjugem heredem in teſtamento ſcripſit, quod baſin & fundamentum prætenſionis Durlacenſis unicum conſtituit) Legi hujus conventionis & Anno 1649. in Conventu Norimbergenſi Pacis Executionem reſpiciente, eodem anno & ſequenti in Conventibus Circularibus Suevicis & tandem Anno 1667. coram Commiſſariis Cæſareis Friburgi congregatis Documenta ſua authentica produxerunt. Sed neſcio, quo artificio potius quam fato effectum, ut cauſæ hujus deciſio ultra plurima biennia fuerit dilata. Regimen Auſtriacum Citerius juſſum erat amicam tentare inter partes compoſitionem, ad quam etiam ex parte Badenſium ſemper inclinabatur. Verum Cronenbergius moras nectendo, tergiverſando atque multis circumductionibus cauſam implicando, litem immortalitati mancipare ſtudebat. Quæ quidem moræ diuturnitas Cæſaris animum vehementer commovit, ita quidem, ut Regimini ſuo Citeriori Auſtriaco & Comiti Cronenbergio Anno 1668. die 3. Febr. maturationem amicæ compoſitionis ſevere præceperit. Sed cum fruſtra omnia tentarentur, cauſa tandem ad forum competens remiſſa & in Judicium Aulicum introducta, (*die 22. Novembr. 1669.*) eſt, actis hactenus & probatis in forma probante dicto ſupremo Tribunali legitime inſinuatis; cui etiam paulo poſt ſolennis proteſtatio ex parte Durlacenſium intimabatur, cum Elector Trevirenſis ex Familia L. Baronum (nunc Comitum) de Layen oriundus, pro ſe & ſuis agnatis Expectativam & inveſtituram abuſivam ratione Baronatus Gerolſeck obtinuiſſet. Quis vero crederet, litem hanc ob innumeras adverſæ partis technas usque ad mortem Cronenbergii ſine maſculo vita functi, i. e. usque ad annum 1691. indeciſam permanſiſſe. Solutus hac morte nodus Gorgius videbatur; Itaque Sereniſſimus Dn. Fridericus Magnus vacuam per aliquot Menſes poſſeſſionem bonorum allodialium, quæ tam diu in lite verſantur, nec vi nec clam, nec precario, ſed publice & nemine contradicente die 15. (25.) Junii dicti anni apprehendit, factumque apprehenſæ poſſeſſionis ad Cæſareæ Majeſtatis notitiam devotiſſimis in literis transſcripſit. Quæ proinde privata autoritate Principis Frid. facta occupatio eum ſortita eſt effectum, ut ipſe Imperator in duobus ad Sereniſſimum Marchionem Reſcriptis eum ut Poſſeſſorem harum terrarum agnoverit, reſtitutionem bonorum quorundam in dictis terris ſitorum & ad adverſarios Cronenbergii pertinentium eidem ſerio injungens. Verum virtute novæ, de qua antea ſermo injectus, Expectativæ, Dominus Carolus Caſpar L. Baro nunc Comes de Layen, terras a Badenſi occupatas, ſub eodem, quo Cronenbergius prætextu, vindicatum ibat, ſeque poſſeſſionem totius Dynaſtiæ veram die 9. (19.) Julii 1691. arripuiſſe, proinde improbe ſe dejectum & cauſabatur & querebatur; qui tandem a Cancellaria Aulica Auſtriaca An. 1695. *Reſcriptum Commiſſionis*, uti vocant, *Immiſſoriale*, reſpectu horum *allodialium* obtinuit, contra quod Sereniſſima Domus Badenſis, quod nec citata, nec audita, proinde omnis cauſæ cognitio impe-

dita fuerit, querelas fudit, vitium vel sub-vel obreptionis dicto rescripto contigisse ad conservandum Judicis honorem lubenter sibi persuadens. Unde se in possessione contra Commissarios vel male informatos, vel non competentes Judices eorumque viam facti tentatam tueri non est verita, simul his a Judicio Aulico petiit, velit Cancellariæ Aulicæ Austriacæ sequentia mandare: petere sc. Domum, ut in possessione defendatur, ut Dn. Baro de Lay ad forum competens, cujus JCtio jam ab anno 1669. fundata est, remittatur, atque ad *videndum separari allodium a feudo* mediante citatione adstringatur. Non caruit effectu hæc tam justa petitio; Judicium namque Aulicum Anno 1697. die 1. Febr. Decretum fieri in amicitia Cancellariæ Aulicæ Austriacæ transmittendum jussit, quo significaretur, Domino de Layen petitum Badense sub termino duorum mensium communicatum esse, quo porro a dicta Cancellaria amice efflagitaretur, ne ad instantiam dicti Baronis, nunc Comitis de Layen, donec causa ulterius discussa sit, amplius procedatur. Hoc tamen non impediit, quo minus Regimen Oenipontanum Sereniss. Domui Durlacensi die 8. Febr. dicti anni, gravissimis & expulsionem, ni sponte cedat, minantibus verbis derelictionem Possessionis imperaverit. Nec minæ sine fructu fuere. Nam cum Domus Serenissima Possessioni suæ tenaciter inhæreret, eidem per Baronem de Neveu die 6. (16.) Aprilis dicti anni armato trecentorum militum auxilio litigiosorum bonorum possessio erepta est, insignia Domus refixa, arx Dautensteinensis effracta, subditi quot haberi potuerunt, ad homagium ad acti, a jurata erga dejectum possessorem obedientia absoluti, ministri expulsi, novique substituti sunt. Non potuit non Serenissima Domus contra insolitum, ut quidem sibi videbatur, exequendi morem justissimas coram Augustissimo Judice suo fundere querelas, atque contra hanc quam opinabatur sine autoritate factam ejectionem auxilium Restitutionis in integrum exposcere. Cui accessit contra novum hoc exemplum Executionis Protestatio Convocantium Principum Circuli Suevici; Repræsentabant enim Reverendiss. Dn. Marqu. Rud. Episc. Constant. & Sereniss. Eberh. Lud. Dux Würtembergensis, hoc quicquid est acti, honori atque juribus suis, Constitutionibus Imperii, Observantiæ denique & Instrumento P. W. e diametro contrarium esse, ea propter se opem Imperatoriam implorare, in hoc autem negotio sese vel amicos Compositores, vel donec lis sub judice pendebit, sese sequestros offerre. Verum res nondum ad liquidum deduci potuit. Eam tamen in Augustissimum Cæsarem hodie collocat fiduciam Serenissimus Marchio Durlacensis hodiernus, fore, ut quo reverentior hucusque tantæ Majestatis fuit, eo propius quoque ex sydereo ejus Justitiæ Throno & Æquitatis Cœlo sit:

Affulsura sibi, quæ nunc sperabitur hora.

CAPUT II.

Ex facto didicimus ultimi Vasalli & Baronis Gerolseccii Filiam fuisse Annam Mariam, primum Friderici Comiti Solmensi, deinde Serenissimo gloriosæ memoriæ Marchioni Domino Friderico Seniori nuptam, eandemque Celsissimum Maritum suum in omnibus suis bonis & Juribus heredem universalem scripsisse; Quo ipso primo statim intuitu Jus Serenissimæ Domus Durlacensis in testamento Filiæ ultimi Vasalli fundatum esse unice cernitur. Intelleximus etiam dictam Principissam jure hereditatis ab intestato Parenti suo successuram terrarum allodialium in Facto recensitarum possessione privatam esse, Cronenbergio Comite vigore Expectativæ ob literarum generalitatem in possessionem misso.

Ut

Ut autem ordine, qui alias in Judiciis observari solet, procedamus, perlustrabimus primo *Possessorium* Principissæ Badensis, *petitorio* ad sequentes paginas remisso. Cum vero & ante & post Instrumentum Westphalicæ Pacis circumstantiæ supervenientes causam alteraverint, primo de Jure ante Instrumentum Pacis Westphalicæ, deinde de Jure post Instrum. Pacis competente agemus.

Mors ultimi Vasalli *Jacobi* incidit in annum 1634. tempus, indubie. Pacem Westphalicam præcedens. Quæritur itaque

> *An tunc Comitissa Solmensis, postea Principissa Badensis petere jure potuerit, ut in possessione bonorum a Defuncto Patre relictorum manuteneretur, donec Separatio allodii a feudo facta fuisset?*

Quod quidem jure optimo prætendere Principissa poterat. Licet enim Gerolseccii omnia sua bona ante 160. annos in feudum obtulerint, per tantum temporis spatium, per varios casus, per tot discrimina rerum, per tot matrimonia &c. facile contingere potuit, uti etiam revera contigit, ut Gerolseccii bonis suis feudalibus terras adjicerent proprias & liberas. Hinc naturalis ratio suadet, non esse filiam, quæ in feudis succedere regulariter nequit, statim possessione expellendam, antequam de allodio, in quod succedere capax est, secura reddatur. Hinc 2. Leges Civiles eum, qui nec vi, nec clam nec precario ab adversario possessionem tenet, defendunt, donec lis de proprietate terminetur. Principissa ergo Badensis, quæ non ab adversario, non vi, non clam, non precario, sed justissimo hereditatis titulo possessionem a Patre in se derivavit, quæ insuper allodium feudo permixtum esse asseveravit, *Interdicti uti possidetis* fructu merito gaudere debuit. Et cum onus probationis sæpe difficillimum sit, Possessio autem vicaria probationis vice tam potenter fungatur, ut Possessor se Dominum, vel allodiale prædium esse dicens, ab onere probandi relevetur, Principissa hoc fructu possessionis exuenda non fuisset. Hinc Brocardica nata: *Possessor præsumitur Dominus; Omnia potius allodialia præsumi quam feudalia;* Maximum vero pondus adjicit (3.) autoritate sua jus nostrum feud. Longob. Ita enim 2. feud. 26. §. I. disponitur.

> *Inter filiam defuncti & agnatos ejus de quodam prædio mota est quæstio; agnatis feudum*, filia vero allodium *sive libellarium* esse asserentibus, super *possessione* apud quem manere debeat quærebatur. *Responsum est*, apud filiam possessionem interim collocandam esse.

Et hæc eo magis vera sunt, quo certius, filiam, etiamsi non sit in possessione, remedio tamen adipiscendæ possess. scilicet si heres ab intestato sit, *Interdicto quorum bonorum*, aut si heres in Testamento Patris scripta *Remedio L. F. C. de edicto Divi Hadr. tollendo*, uti posse. Quamobrem Cam. Imp. in ardua causa sc. *Virmund* contra *Virmund* aperte similiter decidit. Filia enim remedio adipiscendæ possessionis etiam in feuda, non obstante agnatorum contradictione nominatim immissa fuit, reservato agnatis petitorio. Sententia Anno 1575. pronunciata est & contra eam restitutio petita, sed denegata; Petita etiam revisio, sed nihil profuit. *Rosenthal. Cap.* 7. *Conclus.* 48. *No.* 2. Nec obstat, feudum esse finitum in nostro casu, adeoque ad Dominum reversum, casum autem, de quo Camera judicavit, esse diversum, & contentionem tantum fuisse inter filias & agnatos defuncti. Non enim video differentiæ rationem. Certe, quo jure se filia defendit in possessorio contra agnatos, eodem etiam se tuetur contra Dominum vel Expectativarium. Filia

enim hic in possessione fuit, hæres fuit, nec vi, nec clam, nec precario a Domino seu Expectativario possedit, dixit bona allodialia permixta esse feudis, bona autem magis allodialia præsumuntur, quam feudalia, ergo tamdiu defendenda erat in possessione, donec separatio allodii a feudo ad liquidum perducta fuisset. *Conf. Alciatus Consf. 3. n. 5. & 6. volum. 3. & Albert. Brun. Consf. 1. n. 6.* Sed quid opus est multo ratiocinio. Consulamus eundem, quem antea produximus, Juris Feudalis textum. Is enim Jus possessorii Principissæ competens clarissime sequentibus adjudicat verbis:

Defuncto milite inter Dominum & filiam illius super quodam feudo quærebatur. Domino feudum, filia allodium s. libellarium esse allegante, *Respondi*, Filiam in possessione feudi manere debere, donec de eo judicetur.

Quid hac decisione significantius esse potest? Defunctus est in nostro casu *Miles* seu Vasallus ultimus B. Jacobus. Quæritur inter Dominum sc. Dom. Austr. & filiam illius *Annam Mariam super feudo.* Dominus dicit esse feudum terras controversas, filia *Anna Maria* allodium esse allegat. Cur ergo Judices non responderint, filiam *Annam Mariam* in possesione feudi manere debere, donec de eo judicetur, ipsi viderint.

Interea Regimen Austriacum citerius, filiam ordine Juris inverso possessione sub prætextu caduci nomine Austr. Archi-Duc. D. tanquam Domini directi exuit atque eandem in Epectativarium, Com. Cronenberg. transtulit hoc ipso autem necessitatem probationis Comitissæ, pro qua plena in omni Jure militabat immunitas, contra Jus injunxit. Quæritur itaque porro,

I. An Jure Dominus Directus hoc in Casu filiam possessione exuerit?

II. Quale Remedium ejectæ competiisset ad recuperandam possessionem.

Primam Quæstionem negandam esse puto, partim quia, ut bene in Deduct. annotatum est, nemini ne quidem injusto possessori sua possessio & ne quidem autoritate Rescripti Principalis aut Judicis absque cognitione causæ auferenda, imo etiam prædo in sua possessione tuendus sit.

Cap. in Literis X. de Restit. Spoliat. l. f. C. de R. V.

Ergo multo minus, cum possessoris possessio adjuta est titulo legitimo, uti hic est justissimus hereditatis. *Gail. O. 147. n. 2.* Partim etiam, quia nemo sibi ipsi jus dicere potest. *l. un. C. ne quis in propr.* Est autem hic contentio inter filiam defuncti, quæ allodialem qualitatem asserit & Dominum directum, qui eandem negat. Hic certe Judex esse non potest in propria causa ita, ut sua Sententia declarari queat, quid sit allodium, quidque sit feudum, cum, si talis valeret ordo procedendi, quilibet Domini directi post extinctam familiam omnia Vasalli ultimi bona in possessorio sibi adjudicare & hac ratione se ab onere probandi liberare possent. Annuente autem Augustissimo Imperatore tunc temporis Archi Duce & Capitæ familiæ factnm hoc esse nec statui nec credi potest. (n) Proinde Commissarii Austriaci sine competentia, sine Autoritate Summi Principis, & sine lege processerunt, ex quo statim propullulat decisio *secundæ Quæstionis; quale scilicet Remedium dejectæ competierit?* Cum enim Judex nulliter procedens pro privato habeatur, remedio recuperandæ posses-

(n) ***Nam in actis supra laudatis inveni, non Ferdinandum II. sed CLAUDIAM Leopoldi V. Tirolensis*** (qui etiam episcopus Argentoratensis & Passaviensis fuit) ***Viduam Decretum hoc Immissoriale transmisisse.***

possessionis vel *Interdicto unde vi* vel *Remedio Can. Redintegranda* Principissa juvari potuisset. Congrua est hæc Sententia non tantum legibus ipsis, non tantum naturali rationi, sed & Praxi Cameræ Imperiali. Ex viro enim fide digno se audivisse refert, *ROSENTHAL. cit. loc. n. 3. lit. c.* ibidem contra Dominum quendam feudi, filiabus invitis possessionem vacantem post mortem ultimi Vasalli ingressum pronunciatum fuisse. Qui Casus ejus cum nostro est similitudo, ut ovum ovo similius esse non possit. Factum enim a Judice, quod ad officium ejus non pertinet ratum non est. *l. 170. ff. de R. I. & c. 16. de R. I. in 6.*

Verum belli tunc furentis tumultus justissima hæc possessionis recuperandæ remedia vel abstulerunt vel retardarunt. Interea temporis Comitissa, uti jam crebris est annotatum sermonibus, matrimonium cum Serenissimo Principe Durlacensi init, & coram Commissariis hic Argentorati congregatis confisa bonitati causæ omni favori & remediis ex possessione sibi competentibus renunciat, tandem consentiens, ut res in petitorio tractetur. Proinde induci se passa est ad jus suum per authentica documenta probandum, in cujus rei majorem fidem Instrumento Pacis Westphalicæ Articulus supra recensitus, conspicitur insertus.

Omne jam auxilium ex possessione veniens Instrumento pacis absorptum in hac causa crederes, & quidem, si principissam cum Cronenburgio paciscentem spectes, non plane erraveris. *Inter litigatores enim, quoties est proprietatis controversia aut convenit inter litigatores, uter Possessor sit, uter petitor, aut non convenit. SI CONVENIT ABSOLUTUM EST: Ille possessoris commodo, quem CONVENIT, possidere: ille petitoris onere fungetur. l. 1. ff. 3. ff. Uti possidetis.* Pro Serenissima tamen Domo Durlacensi novum mox scaturire videbis veteris & novæ Possessionis fontem. Principissa sc. Badensis immortalitati vicina Serenissimum Conjugem suum heredem ex asse instituit, qui etiam dispositioni Pacis Westphalicæ satisfacturus, jus defunctæ documentis authenticis probare perrexit. Verum uti constat, Res usque ad mortem Domini Krafft Ottonis filii Cronenbergii sine mascula prole An. 1692. extincti exitum non habuit. Vacant post novam hanc catastrophen bona quæ in lite versabantur per aliquot menses, vacantem possessionem Serenissimus Marchio Dn. Fridericus Magnus apprehendit, in possessione se contra novum Expectativarium Dn. B. de L. defendit, sed armata manu a Regimine Austriaco Citeriori ad petitum Expectativarii ejicitur. Quæritur ergo

I. An vacantem possessionem sine vitio ingressus fuerit Serenissimus Marchio Fridericus Magnus?

II. An a Regimine Austriaco recte ejectus & quale remedium ei competat?

Quod vacantem possessionem die 15. (25.) Junii 1692. & quidem ante Dn. B. de Layen, (qui in quodam ita dicto Memoriali ad Conv. circularem pro obtinenda Sessione & Voto sc. 19. Julii d. a. possessionem ingressum esse asseruit. *Vid. Deduct. pag. 16.*) Serenissimus Marchio apprehenderit, probatur ex Literis ad S. Cæsaream Majestatem datis, cui hæc apprehensio possessionis eo statim tempore notificata fuit, *Vid. Deduct. p. 15.* Adjiciebantur sequentes potissimum rationes ad justitiam hujus facti fundandam.

I. *Quod permissum sit cuilibet Successori post obitum ejus, cui succedere intendit, etiam cum alius timetur, prius invadere possessionem & ita eam adipisci, atque tum petere, ut in ea conservetur & adversario inhibeatur,*

bibeatur, ne ipsum molestia afficiat, Menoch. Remed. Recup. 6. n. 12. & 33.

Et quod titulum aliquem (uti hic erat justissimus Hereditatis) habens, possit vacantem possessionem ingredi, & se legitimum præ alio possessionem quærente constituere contradictorem, *Menoch. de Remed. Ord. poss. 4. n. 183. Wesenbec. p. 4. Const. 195. n. 34.*

Et quidem optime. Nam hic obtinere debuisset illud: Qui potior tempore, potior jure; *omnis enim Possessor eo ipso quo Possessor est, plus juris habet, quam is, qui non possidet*, & qui hunc in modum possessionem intrat, & nec vi, nec clam, nec precario, ab adversario possidet, is vitiosus possessor reputari nequit. *Vid. leg. 2. ff. Uti possidetis.* Imo in hoc Interdicto nil refert justa an injusta possessio adversus cæteros sit *d. l. 2.* *Non* enim *vi* ingressus est possessionem sed placide, nemine contradicente, non clam, sed publice, (*Vid. in Fasc.* der Beylagen *No. XXII. Notarii Kryzans Attestatum* wegen der diſſeitigen Poſſeßions-Ergreiffung ledig gefundener Possession) & apprehensione possessionis Cæsareæ Majestati notificata. *Non precario*, quia privata autoritate vacantem occupavit.

II. Ex parte Serenissimi asserebatur, quod post mortem ultimi Vasalli Gerolseccii nullus tam bonam, tam firmam & tam probe, ut ita dicam, titulatam possessionem habuerit. Possessioni enim Cronenburgii, ni transactum esset, obstitisset (1) vitium violentiæ, cum ultimi defuncti Filia ab incompetente Judice fuerit dejecta, (2) Cronenburgius ab adversario sine titulo possessionem est adeptus.

III. Asserebatur dispositionem Instrum. Pacis morte Comitis Cronenburgii, ut Conventionem inter partes qua possessio sponte Cronenburgio relicta, expirasse, adeoque rem ad pristinum statum cum omnibus pro Serenissima Principe olim militantibus rediisse præsumtionibus. Cui quidem Sententiæ ex ea ratione adstipulari cogor, quia uti res inter alios acta, tertio non præjudicat, ita nec hic tertio singulare commodum acquirit. Et suo juri renuncians in favorem Titii, non renunciat in favorem Caji, qui tempore renunciationis plane absens, aut actorum ignorans, aut in rerum natura non fuit. Renunciationes enim strictissimi juris sunt, & rationes poterant esse, quæ induxerant Principissam ad renunciandum commodo possessionis in favorem Cronenburgii, quæ eam non induxissent in favorem plane Novi Expectativarii, de quo nec cogitavit, nec cogitare potuit. Reviviscunt ergo hoc in casu pristina possessionis commoda, atque sic *Mors Cronenburgii est Resuscitatio jurium per renunciationem amissorum.* Habebat ergo Sereniss. Marchio haud dubie jus se defendendi in possessorio tam novo, quam veteri.

His præmissis, facile jam via sternitur ad decisionem quæstionis secundæ, an *a Regimine Austriaco recte ejectus sit, & quale remedium ei competat.* Ubi ante omnia rursus quærendum, (1) an Serenissimus Marchio auditus, an (2) a competente Judice condemnatus ad possessionem relinquendam, & an (3) a competente Judice executio facta sit? Negat *primum* Serenissimus Marchio, negat se esse citatum, negat ullam causæ cognitionem esse institutam. *Secundum* refutat ipsum Imp. Judicium aulicum, coram quo lis jam Anno 1669. pendere cœpit, & quorsum per 60. fere annos tam Cronenburgius quam Successor citatus est. Refutat id ipsa Judicii aulici confessio, quod sequens Decretum in amicitia oder in Freundſchafft Aulicæ Cancellariæ Austriacæ insinuavit.

Die

Die Veneris I. Febr. 1697.

Fiat Decretum in Freundschafft an die löbl. Oesterreichische Hoff-Cantzley cum inclusione exhibitorum, woraus dieselbe ersehen werden / wie schon hiebevor diese Sache beym Reichs-Hoff-Rath angebracht/ und in specie 1669. eine Citation ad videndum separari allodialia a feudalibus erkannt worden / wie auch die beygelegte Reichs- und Oesterr. Lehen-Brieff mit sich bringen/ was eigentlich Lehn oder Eigenthumb seye / als habe Reichs-Hoff-Rath das Baden Durlachische Anbringen dem von der Leyen sub termino duorum mensium communicirt/ und werde dahero die löbl. Oesterreichische Hoff-Cantzley in Freundschafft ersucht / biß zu fernerer der Sachen Untersuchung auf Anruffen deß von der Lay nichts zu verordnen.

Refutat porro ejus competentiam designatio Restituendorum in tribus terminis autoritate publica Anno 1650. Noribergæ scripta. In illa enim Archi-Ducalis Domus Austriaca non ut Judex, sed ut Pars consideratur, ita ut hæc causa Gerolsecciana non nomiuetur, Baden Durlach contra Cronenburg / sed Baden Durlach contra Oesterreich. Etiamsi autem quam maxime competentiam Regimen Citerius demonstrare posset, attamen Judex concurrentem JCtionem habens illud jam diu prævenisset, lis enim pendet ex longo jam tempore coram Imp. Judicio Aulico, causæ ergo continentia nec dividi, nec lite pendente in prævenientis Judicis præjudicium innovari quid potuit. Refutat *tertium* Remonstratio Principum Convocantium Circuli Suevici, in qua S. C. M. repræsentatur, Directoribus Circuli in districtibus sibi commissis jus exequendi, non vero aliis unquam competiisse. Si ergo Serenis. Marchio nec auditus, nec citatus, nec a Judice competente condemnatus & coactus est ad relinquendam possessionem, sua sponte & prono fluit alveo, ei remedia recuperandæ possessionis ipso jure competere. Sicut & statim tunc temporis Restitutionem in integrum a Cæsarea Majestate devotissime petiit, quam hodie etiam Serenissima Domus certo sperat, justissimis precibus suis divinas aures præbitum iri certo expectans.

Transeamus ad *petitorium*, quod hodie ex parte Sereniss. Domus instituere necessarium non est, per ea, quæ præcedentibus admonuimus paginis. Supra annotavimus, Principissam Badensem, cum viveret, contra Juris Ordinem ad petitorium fuisse remissam, eamque tandem, ut hoc Judicium susciperet, in Tractatibus Pac. Westph. persuasam esse. Prætendebat scil. supra enunciatas terras esse allodiales, atque ut id demonstraret, asseverabat easdem Dynastiæ Gerolseccensis, prouti in Pacto Oblationis Regi Ferdinando in feudum offerebatur, partes non fuisse; Ajebat enim eo tempore, quo Pactum oblationis & Recognitionis subscribebatur, easdem in Dominio Badensium hæsisse, adeoque objectum Pacti constituere haud potuisse. Arcem denique Neuendautensteinensem demum An. 1580. (*o*) patrimonio Gerolseccciorum rursus accessisse. Quamvis enim oblatio Dynastiæ in feudum fuerit generalis atque olim terræ istæ forsan ad Dynastiam pertinuerint, attamen omnia sua bona in feudum offerens, non offert ea, quæ postea acquisivit, vel ex bonis venditis recuperavit, etiamsi sint pertinentes. Unde Rosenthal *Cap. V. Conclus. 9. §. 8. pag. 121. Oldradum* & alios magni nominis JCtos secutus, in casu, quo quis terram in feudum offert, & terras alias deinde post

(*o*) *In Deduct. Comitissæ Solm. propria ejus manu subscripta legitur 1584.*

poſt recognitionem demum acquireret, vel etiam ante alienaſſet, NB. *etiamſi eſſent pertinentes*, in feudum pariter oblatas eſſe non cenſeri. Nam Oblatio & Recognitio allodii in feudum ſtrictiſſimam interpretationem ſequitur, cum ſit ſpecies donationis & renunciationis certiſſima, cujus objectum nunquam eſt aut Jus ignoratum aut non cogitatum. Imo etiamſi cogitationis hujusmodi ſuſpicio aut umbra adeſſet, in hoc dubio aut cogitationum crepuſculo res ad id, quod minimum eſt redigenda. *l. 9. ff. de R. J.* Ergo in hoc caſu præſumtio non militat contra Gerolſeccenſes, quod abſolute & ſine certis Pactis allodialem Baronatum ſuum, feudalem fecerunt, ſed potius præſumendum eſt, cum nemo ſuum jactare conjiciatur, offerentes ſervitutem, quam fieri poteſt, minimam impoſuiſſe, atque eos nihil aliud in feudum obtuliſſe, quam quod in Inſtrumento Oblationis expreſſerunt, aut quod tempore perfectæ oblationis poſſederunt, quo certe terras quæſtionis nondum retro acquiſierant. Acquiſiverunt autem has terras quinto poſt factam oblationem anno, quomodo ergo ante hoc quinquennium Dynaſtiæ in feudum oblatæ partes conficere potuerint non video. Non inficias eo, Dynaſtas potuiſſe in omnem eventum etiam terras in poſterum recuperandas eodem vinculo innectere, ſed in hanc materia, uti a velle ad poſſe, ita a poſſe ad velle ridicule & incongrue concluditur.

Accedit huic II. ipſa determinatio Pacti oblatorii, quæ nimis laxam verborum generalitatem reſtrinxit. Dicitur enim in Pacto ea bona in feudum offerri, quæ olim Philippus Palatinus in diffidatione eripuit, Maximilianus Imperator eidem Philippo abſtulit, Chriſtophorus Badenſis in Sequeſtrum acepit, & denique Gerolſecciis hoc nomine reſtituit. Jam autem Terræ controverſæ, nec a Philippo unquam poſſeſſæ, nec a Maximiliano per Sequeſtrum ſuum priſtinis Dominis redditæ, nec a Gerolſecciis tempore oblationis detentæ, ſed jam ante diffidationem Marchioni Badenſi venditæ & longo tempore poſt oblationis Pactum a Gerolſecciis vigore Pacti de retrovendendo rurſus acquiſitæ ſunt, proinde terras has in feudum pure offerre nec potuerunt, nec voluerunt. Non potuerunt, quia de re tertii ejusmodi diſpoſitio abſurda & irrita. Non voluerunt, quia partim nemo præſumitur velle alienæ rei ſervitutem imponere, partim nemo in renunciationibus id velle præſumitur, quod non expreſſit, vel quod non cogitavit.

Sed & III. Ratio, quare Oblatio facta eſt, in Terris his controverſis plane non quadrat. Cauſa, cur hæc bona obtulerint, fuit ſumma, qua Gerolſeccii erga Potentiſſimam Domum Auſtriacam ferebantur, gratitudo, ob bona e Philippi Palatini manibus reſtituta. Sed terræ, quas Badenſis Domus tunc tenebat, nec erant ab Imperatore reſtitutæ, nec reſtituendæ, ſed pro arbitrio retrahendæ. Itaque gratus animus ea reſpexiſſe non colligitur, quorum nomine nullum beneficium eſt acceptum. Neque juſta eſſet Interpretatio, quæ eum extenderet ad tempus retrovenditionis. Negari quidem non poteſt, Gerolſeccios eo usque grato animo ſuo procedere potuiſſe, ſed quia id non apparet, verba generalia ex appoſitis prædicatis & circumſtantiis actum oblationis concomitantibus, reſtringi debent. Cæterum non dubito quin S. CÆS. MAJESTAS verba oblationis generalia interpretatura *Juſtitiam generoſæ æquitati* permixtura ſit. *Illa* enim neminem lædit & *hæc* gratæ menn plura, quam dare vult, non aufert; Æquitas certe ita generoſa eſt, ut verba devoti animi non captet, ſed data & oblata reluctante quaſi manu accipiat, neminique gratitudinem damnoſam eſſe patiatur. Semper enim in dubiis benigniora præferenda ſunt *l. 56. de R. J.* & occaſio rapienda eſt, quæ præbet benignius reſponſum *l. 168. ff. d. t.* Ipſa IV. ſtricta Oblationis Interpretatio ſimul nos

admo-

admonet, generalem Literarum Investiturae aut Pacti oblationis sensum explicari debere secundum ea, quae in specie sunt expressa; ita enim nos interpretari jubet Jus Civile, quod generi nunquam latissimam significationem permittit, si species adjectae sunt, quibus genus definitur. In toto enim Jure generi per speciem subjectam derogatur, illudque potissimum habetur, quod ad speciem directum est. *l. 50. ff. de R. J. l. 99. in f. ff. de leg. 3. l. 41. ff. de pœnis.* Et expressa nocent, non expressa non nocent. *l. 195. ff. de R. J.*

Quamvis itaque Dynastia Gerolseccensis in feudum oblata sit, nihil tamen aliud ex mente offerentium ad oblatum pertinebit, quam id, quod in Pacto oblationis & Literis Investiturae expressum est. Pertinebit ergo ad Dynastiam dictam Arx & Domus Gerolseck, Praefecturae Schimberg & Prinzbach, & ea quae Palatino erepta, a Maximiliano recuperata, Sequestro tradita, ab hoc, ut tali, Gerolseciis reddita sunt.

Quo supposito nec Seelbach, nec Kubach, nec Schutterthal, nec dimidia pars Pagi Reihenbach, nec Neuen Dautenstein, nec aliae terrae postea acquisitae Dynastiae Gerolseccensis, ut oblatae, partes facient, sed allodiali offerentium patrimonio merito reservabantur. Haec nostra explicatio Juri & documentis a Principissa hunc in finem productis consentanea corroboratur per Documentum **einer Berainuug** in Archivo repertum, cujus copia sub No. II. in *Deduct.* apparet & ita inscribitur. **Verzeichniß beeder Vogteyen Schimberg und Printzbach / zu dem Schloß Hohengeroltzeck gehörig / wie die mit ihren Bännen / Bezircken / Thälern / Wäldern / Fischbächen / auch hoher und nieder Obrigkeit mit ihren Anstössen gelegen / so von dem löbl. Hauß Oesterreich zu Lehen rühret.** In hac scriptura dum feuda ab Austriaca Domo dependentia speciatim recensentur, de terris his controversis altum est silentium: manifestissimo indicio, eas tunc sine controversia pro allodialibus habitas fuisse.

Accedit aliud Documentum, quod *descriptionem Dynastiae Gerolseccensis* exhibet, & quae designat, quid post oblationis tempora feudum, quid allodium fuerit. Titulus germanice ita habet: **Ein Auszug und Verzeichniß der Herrschafft Geroltzeck / was Lehen oder eigen / auch was das Eigenthumb Jährlich erträgt** &c. Factum est hoc Inventarium in pupillari aetate ultimi Vasalli Jacobi curante tutore ejus Carolo Comite Hohenzollerense, tunc temporis Praefecto Austriaco Superioris Alsatiae, cui eo major est habenda fides, quo certius eum tanquam Austriacum officialem Juribus Domini sui praejudicare voluisse non praesumi. In hac descriptione primo ponitur.

> **Das Haus und Schloß Geroltzeck / sambt denen beyden Vogteyen Printzbach und Schirmberg und allen deren Innwohnern &c. sambt aller Gerechtigkeit (ausserhalb der Zöll und Umbgeldt / auch des Wildbanns / so vom Heil. Reich zu Lehen rühret) ist solches alles von dem Hauß Oesterreich Mannlehen.**

Sequitur deinde

I. Schutterthal, **die gantze Vogtey ist eigen.**

II. Seelbach, **die gantze Vogtey samt Steinbach und Kuhbach ist eigen.**

III. Reichenbach, die Vogtey zum halben Theil ꝛc. iſt eigen.

IV. Die Vogtey Berghaubten zum halben Theil (dann NB. die andere Helffte Straßb. Lehen) iſt eigen ꝛc.

Quibus omnibus ſubjungitur adhuc major ſeries allodialium, quæ enarrare nimis longum foret.

Neque objici poterit his Documentis, utpote privatis, nullam tribuendam eſſe autoritatem, præſertim cum ultimum ſit a partis litigantis Anteceſſore confectum, conſequenter nemo in propria cauſa teſtari poſſit. Nam *primo* nulla hic ſubeſt ſuſpicio fraudis, aut ut vulgo loquuntur *partialitatis*, cum eo tempore nulla de qualitate horum bonorum lis fuerit; *ſecundo* in rebus dubiis, & in facto controverſo pro *antiquis* Documentis ſemper venerabilis eſt præſumtio, eo magis, quando *vel in Archivis* reperiuntur. (Si enim Inſtrumenta vel eorum exempla ex Archivis publicis proferantur, teſtimonium publicum habent, & plene probant, *Auth. ad hæc. Cod. de fid. Inſtrum. l. f. C. Re judicata.* Addatur *Curpz. p. 1. c. 17. d. 4. & lib. 3. Reſp. 84.*) vel alia Juris corroborantur præſumtione. Agitur enim hic de probanda allodialitate bonorum. Hæc naturaliter omnibns bonis ineſſe præſumitur, quanto magis ergo præſumatur, ſi antiquum documentum omni ſuſpicione vacuum id ipſum aſſerat, de cujus probatione agitur.

Videtur itaque mihi Sereniſſimam Domum Durlacenſem ex aſſe officio ſuo ſatis feciſſe, atque documentis authenticis probatam dediſſe qualitatem bonorum controverſorum allodialem. Probavit enim bona hæc tempore oblationis non fuiſſe in bonis offerentium. Probavit ea nec potuiſſe intelligi nec intellecta eſſe ſub generali voce Gerolſeccenſis Dynaſtiæ. Produxit propterea Inſtrumentum Venditionis, quod An. 1482. terras modo dictas tanquam allodiales aſſerit; produxit porro Inſtrumentum retro Venditionis, quod 1539. quinto poſt oblationem factam anno terras easdem retroemtas refert. Produxit pactum Oblat. & primam Inveſtituram, in quibus dictæ terræ nunquam expreſſæ ſunt, cum tamen aliarum mentio facta fuerit. Produxit documentum der Verainung / in quo omnium feudorum Auſtriacorum deſignatio ſit, nulla mentione de terris noſtris injecta. Produxit denique Inventarium, in quo expreſſe bona quæſtionis inter allodialia referuntur. Quorum omnium documentorum autoritas & fides in dubium vocari non poteſt. Quæ autem hic argumenta petitorio inſervientia propoſita ſunt, neceſſaria hodie eſſe haud crediderim, cum ex Can. Redintegranda ſpoliatus ante omnia ſit reſtituendus, atque mediante poſſeſſionis reſtitutione in eum reducatur ſtatum, ut onus probandi in petitorem neceſſario ſit devoluendum. Qua quidem ratione, quomodo Illuſtriſſimus Comes de Layen neceſſitatem probationis in petitorio ſuſcipiendæ effugere poſſit, non video.

Repeto, quod articulus Inſtrum. pacis morte Cronbergii, tanquam res inter alios acta vim ſuam amiſerit, id quod efficiet, rem cum omnibus pro Sereniſſima Domo Durlacenſi militantibus juris rationibus eſſe reſtauratam. Tunc enim dominium rerum allodialium præſumetur continuatum in heredem, non in Expectativarium aut Donatarium. Sive enim Expectativarius, qui Donatario ſimillimus eſt, agat ſive ab eo petatur, feudalem qualitatem rei donatæ probare tenetur, per textum expreſſum *legis 16. Cod. de Probat*, quam Diocletianns & Maximianus AA. & CC. Philippo & Sebaſtiano cuidam reſcripſerunt. *SIVE POSSIDETIS BONA*, inquiunt, *quæ a Patre commun*

fili

sibi Fratres donata contendentes vindicant, IPSIS INCUMBIT FACTI PROBATIONIS NECESSITAS: sive ipsis ea prædia &c. tenentibus Vos coheredes constituti Patris petitis, ut intentionem vestram non constitisse detegant, unde Domini facti sunt, emergente quæstione, docere compelluntur.

CAPUT III.

Jura tam in possessorio quam petitorio pro Serenissima Domo Durlacensi explanavimus. Ex proposita autem facti specie, duplici ex latere ea oppugnata esse atque adhuc hodie oppugnari intelleximus. Nam cum Terræ hæ controversæ feudali per Pactum Oblationis vinculo innexæ fuisse dicantur, eoque titulo etiam possideantur, necessario causa in duas dividitur Controversias, quarum altera Dominum directum, altera vero prætensum Vasallum seu Dominum utilem tangere debet.

Dominium directum tribuit sibi Augustissima Domus Austriaca, vel potius ejus Regimen vigore Pacti Oblationis omnes Dynastiæ Hohen-Gerolseccensis terras, feudales factas esse asserens. Dicitur enim in Pacto Oblationis, Gerolseccios Arcem & Dynastiam Hohen-Gerolseck in feudum offerre ad eum modum, wie ihre Vordern/ nachmals die Pfaltz und Marggrafen zu Baden und Sie die bißher innen gehabt und genossen/ so viel dann zu den berührten Herrschafften Hohen-Geroltzeck in Eigenthums weiß gehöret und vormahls von dem H. Reich oder andern Fürsten nicht empfangen worden rc. Si itaque omnes terræ allodiales, quæ olim ad Dynastiam Gerolseccensem pertinuerunt, & a Majoribus possessæ & ab Imperio independentes in feudum recognitæ sunt, certe etiam hæ terræ talem assumserunt naturam, utpote quæ ab Imperio non recognitæ & a Dynastarum Majoribus hunc in modum possessæ sunt.

Nec causa est, cur regeratur, terras, quæ in lite versantur, tempore Oblationis Offerentium defuisse patrimonio. Esto enim hoc indubium, uti negari id nequit, nemo tamen erit, qui dubitet 1. Dynastiam cum omnibus *juribus* &c. esse oblatam. Inter jura autem ista referri etiam potuisse jus reluendi terras in Badensem translatas, itaque jus directum hujus reluitionis etiam esse oblatum. Atqui reluitione facta jus dominii directi, juri directo reluendi, acrevisse; nec erit 2. qui dubitet jura dominii directi in Arcem Neuen Dautensteinensem eo ipso oblata esse, siquidem tempore Oblationis Jus Dominii directi in arcem dictam ad Gerolseccios pertinuit per ea, quæ supra in Notis adscripta sunt. Nec 3. erit, qui dubitet, quis status terrarum eo tempore fuerit, cum primæ Augustissimi Investientis literæ concederentur. Tunc enim terras quæstionis jam redemtas & in potestatem Gerolsecciorum iterum redactas fuisse, acta loquuntur. Sint ergo quinto post Oblationis Pactum anno demum redemtæ, quinto etiam ante primam Investituram anno ab Offerentibus possessæ sunt, siquidem illa Anno 1544. contingit. Quotiescunque autem circa feuda dubium emergit, tenor primarum literarum ut interpretationis fundamentum inspici a Lege jubetur. At vero hoc ipso Instrumento clare enunciatur, Arcem & Dynastiam Hohen-Gerolsecc. cum duabus Præfecturis Brunspach und Schimberg concessam esse cum illis Juribus, wie die gedachte Pfaltz-Graff Philips und Marggraff Christoph und **Sie die von Geroltzeck bißher inn gehabt haben:** Atqui **Sie die von Geroltzeck** etiam eas terras olim tanquam Dynastæ possederunt, & hactenus etiam i. e. bißher sc. ab Anno 1539. usque ad 1544. tenuerunt.

Nec 2. Filiam Jacobi potuisse prætendere, ut in possessione manuteneretur, siquidem ipse Dominus directus jamdiu in possessione civili dominii directi constitutus eandem jam prævenerit. Nam Dominium respectu Domini directi vel potius directum suum jus civiliter possidere inter omnes convenitur *Rosenthal. Cap. 8. Concl. I. §. 5. & Autores ibi lit. e. citati.* Possessio autem civilis facillime ad se trahit possessionem naturalem, cum statim ab obitu Vasalli talium possessionum consolidatio facta videatur. Cui accedit consuetudo Austriaca, quæ in casu aperturæ omnia Vasalli ultimi bona Domino directo in possessorio concedit. Itaque 3. recte possessionem aperti feudi occupatam, atque deinde Comiti Cronenburgio, tanquam Expectativario esse traditam. Nam autoritate propria Dominus directus feudum capere potest. *Andr. de Isern. in Cap. I. §. fin. quo tempore miles &c. n. 8. Bald. in Cap. quæ in Ecclesiarum n. 31. de Constitut. & alii a Rosenth. Cap. X. Concl. 41. n. 43. alleg. DD.* Idque a quibusdam ampliatur, ut nec sententia declaratoria opus esse existimetur, partim quia Dominus, qui civiliter possidet, si detentor resisteret, in possessione sua vera civili turbatur *per not. Bartol. in l. 1. §. Interdictum ff. Uti possid. Bald. & Salicetus in l. 1. C. unde Vi & DD. in l. clam possidere §. ad nundinas ff. de acquir. poss.* partim etiam, quia feudo hoc modo finito Dominus non modo civiliter sed & naturaliter possidet. Nam possessio Vasalli naturalis civili incubat, ac ideo cum Jus Vasalli expirat, possessio ejus statim ipsi civili possessioni accrescit. *Bartol. in Repet. l. Si arrogator 22. n. 12, quem sequitur Molin. in Consuet. Paris. tit. 1. §. 30. n. 24.*

Jure ergo causam Principissæ Badensis a Possessorio ad Petitorium remissam, atque onus probandi, quod allodialis qualitas terris litigiosis inhæreat, eidem injunctum esse. Per Instrumentum Pacis ergo (4.) tam Dominum directum, quam expectativarium in possessione tam quoad directum quam utile Jus constitutum esse, præsumique jam terras istas esse feudales, donec authenticis documentis contrarium fuerit demonstratum. Esse autem (5.) huic probationi autoritate publica biennium præfinitum. Huic biennio autem ex parte Principissæ satisfactum non esse, siquidem nihil in causa adhuc decisum, etsi jam triginta sex biennia sint præterlapsa. Exceptionem ergo Præclusionis ob biennii lapsum merito opponi posse, quæ quidem id efficiet. ut Instantia peremta esse dici queat.

Sexto ergo Serenissimum Marchionem Dn. Fridericum Magnum foro ita exclusum nullo sub prætextu possessionem privata autoritate arripere atque eadem sequentem Expectativarium arcere potuisse, eo minus, cum eo ipso *Spolii* vitium possessioni huc arrepserit. Ex actis enim notum esse, Reverendissimum Electorem Trevirensum ex Illustri sanguine Dn. Bar. de Layen cretum pro se & Agnatis non solum spem sed Jus, non solum Jus, sed ipsam quoque possessionem Cronenburgio adhuc vivente nactum esse. Præter enim Expectativam, *Investituram* quoque *abusivam* obtinuit, uti id patet ex Protocollis Judicii Aulici sub datis 27. 28. Jul. & 21. Aug. *Conf. Fasc.* der Beyl. *Deduct. pag. 36.* Quis vero ignorat investituram esse solennem feudi traditionem, traditionem autem esse possessionis translationem. Imo ipsa Investitura nil aliud est quam ipsa possessio. Ergo in vivis adhuc existente primo Expectativario, secundus jam vi investituræ possessor erat, qui propterea a Serenissimo Marchione possessione sua sine spolii vitio exui non poterat. Frustra igitur dictum Serenissimum Marchionem queri de spolio in se commisso, cum ea, quæ Regimen Austriacum citerius in favorem secundi Expectativarii egit, non sint facta, nisi ad defendendam possessionem juris feudalis, in qua & per Instrum.

Pacis

Pacis Westphalicæ & per Investituram abusivam tam Dominus directus, quam secundus Expectativarius constitutus fuerat.

CAPUT IV.

Quia autem hæc, quæ modo exhibuimus, adversæ partis fundamenta specie veri saltem fallunt, facile erit ipsa veritatis luce eandem discutere. Quod enim (1) dicitur in pacto Oblat. omnes Terras quas Majores Gerolsecciorum possederunt, & ab Imperio ut feuda non recognoverunt, in feudum oblatas Austriacum, proinde etiam terras, quæ nunc in lite versantur, ut olim a Majoribus Gerolsecciorum possessas & nunquam ab Imperio recognitas, necessario subintellectas esse, justæ consequentiæ regulis contrarium est. Supra enim dictum jam est, non potuisse offerentes plus offerre, quam habuerunt, & si id voluissent, id probandum esse, quod non præsumitur. Licet enim terræ, circa quas disceptatur, a Majoribus Gerolseccis possessæ, licet eo tempore ab Imperio non fuerint recognitæ, non tamen illis competunt prædicata, quæ in Pacto Oblationis qualitatem bonorum oblatorum significanter determinant. Non fuerunt tempore diffidationis in bonis Gerolsecciorum, non fuerunt receptæ a Maximiliano Imperatore, non fuerunt Christophori Badensis custodiæ commissæ, non fuerunt denique Gerolseccis restitutæ. Atqui & mens & tenor Oblatorii Pacti non nisi de similibns bonis & cogitat & loquitur. Arcem & Dynastiam Hohen-Gerolseck offerunt Anno 1534. ergo eam offerunt totam & cum suis partibus, quales tunc habebat, & quibus qualitates in Pacto expressæ applicari poterant. Qui ergo offerre potuerunt partes tunc temporis avulsas? Nec enim potest videri desiisse habere, qui non habuit *l. 208. ff. de R. I.* Quod vero regeritur, Jus tamen redimendi terras avulsas & nunc controversas cohæsisse patrimonio Gerolsecciorum, nulla ratione stringit; Nam 1. hoc Jus redimendi spem tantum continet, quæ bona futura & acquirenda respicit. In Pacto autem Oblationis præsentia tantum & certa quædam bona sunt oblata, non futura. Offerri quidem possunt bona futura ob arbitrium rerum, quod vi dominii cuilibet competit, cujus etiam rei exempla affert celeberr. HERTIUS Diss. de Feud. Obl. P. 2. §. 25. Sed in dubio id probari debet. 2. Etiamsi spes in bonis esse dicatur *l. 37. §. 1. ff. ad L. Falc.* non tamen hæc spes fecit partem bonorum, ut oblata sunt. Potuerat enim Domus Gerolseccia facultatem repetendi res atque Dominium rerum in Domum Badensem translatarum nunquam exercere. Etiamsi porro hæc spes redimendi jus tale esset, quod terras retrovendendas immediate affecisset, de quo tamen maxime dubitat SCILTERUS *Prax. Art. Analyt. Part. III. de Jure Retro. 5. & 6.* attamen, quia hujus rei in Pacto nulla mentio facta, quia futura bona spectat, quia prædicata bonorum oblatorum obstant, quia præsumtio, quod de illa re cogitatum fuerit, cessat, Jus Serenissimæ Domus in salvo manebit.

Quod porro nominatim de Arce Neuen-Dautensteinensi objicitur, sc. Dominium directum ad Gerolseccios tempore oblationis pertinuisse, adeoque simul in feudum oblatum fuisse, speciosum quidem est, sed mox refutandum. Repetendum enim hic est, oblationem, tanquam Donationem & Renunciationem strictissimo Jure regi, speciatim ergo debebat in pacto oblationis ad instar Præfecturarum *Schimberg & Printzbach* exprimi; Præsertim si verum est, Dominum directum sine consensu Vasalli proprietatem suam alienare non posse; quæ sententia a magno numero DD. defenditur & juris feudalis ratione non destituitur. Si enim Dominus ex omni culpa proprietate privatur, propter

 quam

quam Vasallus feudo *Cap. 1. qualiter Dominus propr. priv.* Si Dominus & Vasallus ad paria judicantur *Cap. 1. in f. de form. fid.* Si permutare Dominium suum directum non potest sine militis sui consensu *1. Feud. 22. §. Si quis.* certe videtur nec Dominum Jus suum directum alteri in feudum offerre posse sine consensu Vasalli sui; Itaque in hac re dubia benigniorem interpretationem sequemur, atque hujus Arcis Dominium directum in feudum oblatum fuisse non censebimus. Cujus generis interpretatio non minus justior, quam tutior esse dicitur in *l. 192. §. 1. ff. de R. I.*

Sed *Pacto Oblationis* opponitur *prima Investitura*, quæ eo tempore peracta, quo bona controversa quasi postliminio ad Domum Gerolseccensem reversa fuerant. Purari ergo posser, ea tunc oblationis objectum constituisse. Verum paucissimis respondetur, ipsas primæ Investituræ literas sese referre ad Pactum Oblationis, tanquam ad basin & fundamentum totius negotii, itaque tenorem Investituræ necessario bona tunc temporis oblata & in patrimonio existentia, non alia, respexisse. Dicit enim Rex Ferdinandus bona jam oblata esse An. 1534. sc. **Inhalt des Vertrags des** Datum **steht zu Wien am achtzehenden Tag des Monats** Decemb. **des verschienenen 1534sten Jahrs** ꝛc. **zu eigen gemacht und aufgesandt.** Hac oblatione autem perfecta *Constitutum possessorium* nascebatur & confestim brevi manu possessio bonorum oblatorum transferebatur; *Quisquis enim rem aliquam donando*, (ita & offerendo in feudum) *usumfructum ejus retinuerit: Etiamsi stipulatus non fuerit, eam continuo tradidisse credatur, nec quid amplius requiratur, quo magis videatur facta traditio l. 28. C. de Donat. conf. l. 77. de R. V. l. 18. ff. de acquir. poss.* Si itaque Gerolseccenses quinto anre retrovendirionem anno possessionem oblatorum jam tradiderunt, non plus potuerunt dare, quam habuerunt. Ergo nec Potentiss. Domus Austriaca post decem annos, cum prima investitura fieret, plura feuda constituit, quam allodia accepit. Non dederunt Gerolseccii tempore Oblationis terras controversas, itaque easdem nec Austria accepit, nec sub figura feudali Gerolsecciis restituit. Inculcanda denique rursus est stricta Oblationis natura, quæ jus potius conservat & confirmat in rebus non expressis, quam diminuit, quam ob causam forsan Feudum Oblatum etiam *feudum bonum* dicitur, quod tamen nomen vix ultra fœderati Belgii forum extendendum dicit *Honorat. Socer meus Dn. D. J. H. FELTZIUS in Diss. de Feud. Obl. §. 4. pag. 6.*

Verum textus noster feudalis supra productus 2. *feud.* 26. filiæ possessionem Civili Domini directi possessioni præferr. Nam nequidem nuda illa præsumta resistentia, qua Dominus munitur, *ubi constat rem esse feudalem*, videtur contra favorem heredis in possessorio aliquid efficere. *Rosenthal Cap. 7. Concl. 8.* In nostro certe Casu ubi per seculum fere notorium est, Domini jus directum non fuisse notorium, nullam plane possessionem civilem Regimen prætendere potuit, quia animo & copore possessionem juris directi olim in terris his controversis acquisitam fuisse non probavit. Possessio enim facti est, unde qui dicit se possessionem acquisivisse civilem, id probare tenetur. Itaque nulla Possessio civilis August. Domus Austriacæ hic ad se trahere potuit naturalem possessionem Comitissæ, cum ipsa Comirissa bona illa allodialia & *civiliter* & *naturaliter* possederit. Is enim *HOC MODO* possidere dicitur, qui rem aut jus aliquod sibi corpore & animo, præsertim ex titulo prævio, vere vel quasi possidet. *l. 3. & 8. ff. de acquir. poss.* Quod ipsum, si bene pensiculemus, nobis simul ostendit, eum, qui Jus directum prærendir, propria autoritate possessionem non vacantem amplecti non posse, cum ne quidem id Dominio

mino directo, qui notorie talis est, hæc pateat licentia, *per textus & auth. supra alleg.*

Ergo IV. Invita Jurisprudentia feudali possessione sua cedere & remediis possessoriis renunciare & coacta & inducta est Comitissa. Sane, quod summis singulari justitiæ ipsius Potentiss. Domus Austriacæ debitis est extollendum laudibus, invito etiam tum temporis Augustissimo Imperatore Ferdinando II. utrumque contigit. Hujus enim sacratissima fuit intentio in Rescripto ad Archi-Ducem Leopoldum Claudiæ Florentinæ Maritum misso sub dato Wien den 1. Febr. 1627. puncto petitæ Commissionis & Decreti Immissorialis in casu aperturæ feudorum Gerolseccensium, ut si dies jamjam expirantis familiæ Gerolseccensis supremus illuxisset, Cronbergio tanquam legitimo Expectativario immissio in possessionem non denegetur, ita tamen, ut prævia separatione allodiorum a feudis instituatur, allodia heredibus legitimis reserventur, & postea Investitura Cronbergii peragatur. Verba hujus sunt tenoris: Als gesinnen wir solchem nach an E. L. hiemit gnädig/ freund- und Brüderlich/ Sie wollen hierauf in alle Wege bedacht seyn/ und sobald durch offt angedeuten Todfall die Lehen sich eröffnen werden/dieselben apprehendiren/ NB. gleichwol aber vorhero was allodial von denselben separiren/ und denen aigenthumbs-Erben zue guetem vorbehalten und alsdann nach empfangener Investitur deme von Cronberg die würckliche Possess/ samt den vollkommenlichen Nutzungen derselben unwaigerlichen einräumen und erfolgen lassen rc. (p)

Vt itaque exinde sat eluceat, Comitissam Solmensem nunquam in I. P. articuli paragraphum 27. consensuram fuisse, si Patre Patriæ & Majestate Imperii dignum hoc Rescriptum eidem innotuisset.

Quod V. Exceptio præclusionis propter biennium in J. P. non observatum objicitur, vix meretur responsionem. Biennium enim (1.) in favorem Comitissæ adjectum esse tenor paragraphi declarat. (2.) Comitissa & ejus heredes semper, ut in Facto est allegatum, jura sua demonstrarunt & prosecuti sunt, sed biennium per partis adversæ, non dicam, tergiversationes, sed longiorem justo plus moram eludebatur. Pro facto ergo accipi debet id, in quo per alium quo minus fiat moræ est. *l. 39. ff. de R. I.* (3.) Biennium partibus præfinitum non erat, verum Judici vel amicabili Compositori (4) hujus Exceptionis pondus tam leve habebatur, ut non solum ipse Imperator Leopoldus hanc præclusionis exceptionem non obscure ut frivolam in Rescripto suo ad Regimen Austr. *quod in Deduct. p. 32. in fasc.* der Beylagen *habetur sub dato* Wien den *3. Febr. 1668.* tractaverit, sed & perpetuo ab ipso Imper. Judicio Aul. jam ab An. 1669. Citatio ad videndum separari allodium a feudo Expectativariis insinuata fuerit.

Illud autem (6) animo concipere non possum, quomodo Serenissimo Marchioni Friderico M. *spolium* potuerit objectari, cum vacantem post Cronbergii obitum possessionem intrasset. *Non enim expulso vetere possessore per vim poss. acquisivit & obtinuit*, quod tamen *in lege 1. §. 28. ff. de Vi & Vi armata ad Interd.*

(p) *Hoc Rescriptum in Deductione non apparet, mibi tamen est ab amica manu communicatum.*

terd. unde Vi requiritur; Ast expulit veterem possessorem. Reverend. Elector enim Trevirensis præter expectativam pro se & Agnatis suis Dominis Baronibus de Layen etiam simul Investituram abusivam obtinuit, quod nil aliud est, quam possessionem impetrare.

Verum nego & pernego, Investituram hanc abusivam Jus in re tribuere, nedum possessionem. Est enim hæc *Investitura abusiva* similis ei, quæ alias dicitur die Belehnung zu seinem Rechten / & quæ tantummodo confertur ad hoc, ut quis parium seu Vasallorum numero habeatur & coram Domino Jus suum prosequi possit, quod sæpius fit simplicibus verbis, nulla re corporea interveniente. Nam ne quidem simultanea investitura secundum plurimorum DD. sententiam Jus in re tribuit, sed solummodo actionem personalem aut Jus ad rem, multo minus ergo, quod certum est, possessionem; Et ita judicatum est in Cam. Imper. in Causa Calenberg contra Calenberg An. 1572. quem Casum refert sæpe laud. *Rosenthal VII.* 48. 4. qui cum nostro maxime sororiat. Sorores enim Vasalli sine liberis defuncti occupaverunt feudum. Agnati convenerunt Sorores, ut spoliantes, eo quod tanquam simultanee investiti simul cum agnato defuncto feudum possederint. Sed cedere coacti sunt, quoniam possessionem priorem non probaverunt. *Senserunt enim Domini aperte per solam investituram simultaneam non probari possessionem.* Multo minus ergo sentiet Augustissimum Imp. Judicium Aulicum *per Investituram abusivam possessionem probari posse*, si Domini de Layen priorem possessionem non probaverint. Contra Jus ergo Serenissima Domus Durlacensis possessione terrarum controversarum, quas sine vi adepta est, armata manu se ejectam putat, quamobrem saluberrimum Restitutionis in integr. Remedium ex Can. Redintegranda coram supremo isto Tribunali jam tunc temporis efflagitavit & adhuc hodie efflagitat, speratque ad ductum *l. 1. ff. 31. ff. De Vi & Vi armata* quicquid damni senserit, ob hoc quod dejecta est, recuperatum, molestiamque instituendi petitorii æquissima hac possessionis redintegratione declinatum iri.

FINIS.



